Q
c : 50

Mc 8

MMM. f. 8.

TEMPLVM OMNIVM IVDICVM

PONTIFICIAE, CAESAREAE, REGIAE, INFERIORISQVE POTESTATIS:

Auctore D. Lancellotto Conrado Laudenſe, Iuriſconſulto Celeberrimo:

Opus Theologica, Canonica, Ciuiliſque facultatis profeſſoribus valde vtile.

Cum Indice locorum inſignium Locupletiſsimo.

CVM PRIVILEGIIS.

ALESANDRINA



VENETIIS,
Apud Franciſcum Zilettum.
M D LXXV.

MMM.f.8.

CAROLO BORRHOMAEO
CARDINALI ILLVSTRISS.
ET INSVBRVM ARCHIEPISCOPO
VERE SANCTO,

Marius Conradus, Iureconſ. S. D. P.

SVPERIORIBVS *annis, cum in humanis ageret piiſſimus Pius. IIII. Pont. Max. Chriſtianæ Reipublicæ tunc labentis & labefactæ reſtitutor: qui quidem vt dignus tuus Auunculus, ita & tu dignus fuiſti illius ex ſorore Nepos: Parens meus Iurec. qui iampridem ipſum in Ticinenſi Gymnaſio probe nouerat, ac etiam cum eo non mediocrem familiaritatem contraxerat, has elucubrationes eidem cum adhuc viueret, dicauit; vt eius erga ipſum amoris, obſeruantiæ, & grati animi monumenta eſſent. Verum morte præoccupatus, in lucem dare non potuit. Quare in ſcrinio clauſæ, multos annos latuērunt; cùm propter varias rerum familiarium occupationes, & ſtudia Iuris Pontificij Cæſareiq́, ad hanc rem (& ſi maximè id percuperem) animum ac oportunam curam adhibere mihi non licuerit. Quamobrem (Præſul ſanctiſſime) cum vterque diem ſuum præclarè obierit, eaſdem nunc tibi offero; vt ſi libuerit, beatiſſimi illius auunculi tui curam & vicem ſubeas, ac tuam (vt ita dicam) hæreditatem agnoſcas, atque ab æmulorum aculeis, & maleuolorum morſibus protegas ac tuteris. Quod ſanè tibi haud difficile erit, cum immortalium tuarum Virtutum ſplendidiſſimum exemplar; Momis, Zoilis, & facinoroſis omnibus, metum & terrorem incutiat: ſtudioſis verò & probis viris gratiam atq; amorem conciliet. Proinde, ſi tu hanc curam ſuſceperis, nullum detracturum, nullum canino dente laceraturum hoc opus planè ſcio: quin potius, quemadmodum vitæ tuæ integritate, plurimos ad bene & Chriſtiane viuendum allexiſti: ita etiam non paucos ad hoc opus & perlegendum & fouendum inuitabis, duces, ages: cum te hilari fronte, & animo prompto id ſuſcepiſſe & complexum*

★ 2 *fuiſſe*

fuiſſe perſpexerint. Solent enim homines, & vitam, & mores ſui præcipue ampliſſimi Antiſtitis imitari, & quæcunq; ab eo fieri conſpiciunt, vel eum honeſte ſectari, ſummo ſtudio animis proprijs imprimunt, eademq́ amplexari & aſſequi, omni cura & opera moliuntur & ſtudent. Nec planè diffido, me abs te hanc gratiam accepturum; cum bonorum, fautor, ſapientiæ ſtudioſus, pietatis cultor ſemper fueris; ac eorum qui ſcientia & morum grauitate, vitaq́ probitate cæteris præſtant, amantiſſimus; eos enim ea benignitate, ea humanitate, eo præſidio foues, laudas, iuuas, vt tui cauſa maximoperè ſit auctus ſapientum numerus & ordo; qui quidem Chriſtianæ Reipublicæ plurimum proſunt, & indies maximè proderunt. Quippe deſiderium, & amor ſapientiæ, ſub honeſta laude eorum, qui cæteris meritò præſunt, ſemper augeſcit & accenditur: Contrà, cum apud eoſdem ſtudium laudis torpet, ac virtus contemnitur, ſtudioſi etiam deficiunt, vitia pululant, & apud omnes virtus iacet, & deprimitur. Tu igitur, qui es firmiſſimus Eccleſiæ Cardo, & ex adamante immobilis columna, ac fulgentiſſimum ſpeculum, in quo certè homines benè recteq́ viuendi formulam intueri debent, bonis artibus ſumme faues, ſtudijs literarum oblectaris, laboribus ac ſumptui non parcis; vt ſcilicet bonorum numerus creſcat, nihil autem decreſcat. Hinc collegia inæſtimabili ſumptu, & munificentia extruis, magnis conſtitutis reditibus, in quibus opt. adoleſcentes, omnes liberales artes optime perdocentur & erudiuntur: nè certè, inopia & egeſtate, ab inſtituto reuocentur, atque à literarum ſtudijs inuiti diſtrahantur. Sed quis, innumerabilia tuæ pietatis egregiæ opera ſe poſſe exactè recenſere ſperauerit? cum ex immenſis reditibus, & bonis maiorum tuorum, & ſacerdotijs ab auunculo tuo immortali viro, in te iure ac merito collatis, modicum tibi retinueris, cætera omnia in vſus pios largiſſime erogaueris; ex eoq́ modico ſemper aliquid ſubtrahas, ac pauperibus diſtribuas. Hæc profectò ſunt opera Deo Opt. Max. quam acceptiſſima: quæ (quæſo) eloquentia, quæ facundia, quod ingenium, tua in rempublicam Chriſtianam merita, explicatè reddere poſſet, & dicendo exæquare? Ego certè, inopia meæ orationis, vereor, aliquid potius ex tuarum laudum immortalium cumulo ſubtrahere, quam quicquam addere. Quamobrem ſatius eſſe duxi ſilere, quam pauca, eaq́ inornatè dicere. Non deſinam tamen, te ſemper admirari, ſemper colere, ſemper obſeruare. Vale lux mundi, ſal terræ, Eccleſiæ columna firmiſſima.

LANCELLOTT. CONRADVS IVRISCONSVLTVS LAVDENSIS.

PROOEMIVM.

VNVM, & Primum Motorem eſſe, à quo cœleſtia, & tota Natura, quadam ratione, & lege, moueantur, prodiderunt omnes ſapientes. Eo ordine, vt in his inferioribus, non ſecus ac in ſupernis illis, diſtinctas quaſdam poteſtates conſtituiſſe, admirabiliter videatur. Is, qui eſt Rector, & Deus ſempiternus, Trinus, & Vnus, in primis humanam naturam, veluti magis amatam, & deſideratam, regit, & fouet. Huius enim cauſa, parata elementa, animantia, & alia ſunt omnia: Diuinamq́ue etiam in ea immiſcuit animam, & rationem; qua duce, æquum ab iniquo, ſcernere, & eligere quiſque poſſet, & deberet. Hocque bonum vniuerſi, in ordinatione, per ipſum poſitum eſt: adeo vt ſuperiora quidem, ineffabili quadam rectitudine, & concordia, ducerentur. Inferiora vero hæc, ad illorum ſimilitudinem, & exemplum, ſe haberent, interceptaq́ue forent: & quæ ſancta, iuſta, & honeſta eſſent, appetere, obſeruare, colere. His vero contraria, prophana, iniuſta, & turpia, contemnere, euitare, & prorſus deteſtari, ſcirent, & deberent homines. Quę taliter inſtituta ſub præcepto, leges appellari, libuit. Verumtamen cum contingeret, maximè propter amorem, & odium: & cæteris perturbationibus, captos mortales, à recto diſcedere: conſtituti ſunt ſuprẽmi Principes, magiſtratus, & Iudices: Quorum ſollicitudine, & cura, cogerentur errantes, & iniqui, obſeruare rite prodita iura; quique ea tempeſtiue exercerent; Indeq́ue vniuerſum orbem, bene imperando, regendo, iudicando, coercerent: & pacatum, & glorioſum (cum Regere ſit quid diuinum) inſtar primi, & Diuini Rectoris, ad quem omnia referuntur, & ordinantur, redderent. Hæc cum mirabilia eſſent, delectabilia viſa ſunt. Quapropter ſeſe mihi obtulit, Maximi templi forma; quod Pancriton, recte appelletur; in quo, cuiuſcunque cenſuræ, & auctoritatis, Principes, Rectores, & Iudices, ſuo quiſque decoratus diademate, corona, ſceptro, & ſolio; ſub propria imagine, maxima cum maieſtate, ſuo ordine, conſpiciebatur: Quale omnium Deorum Templum, M. Agrippæ opus, quod Pantheon dixere, Romę adhuc viſitur: Qua de re in eam cogitationẽ deſcendi, vt propoſuerim, omni ſtudio, & diligentia: cum mundum regant duæ perſonæ (ſubordinatę tamen) Regalis, & Sacerdotalis, à qua Imperium proueniat. Hinc exorſus ab Imperatore, de omni alio Rectore, & Iudice temporali: Illhinc à Pontifice Max. de omni alio rectore, & iudice eccleſiaſtico, gradatim, & de eorum officio, & præſtantia, differere: in Breuiarium fere, veriores concluſiones, latius in vtroque iure, & ſpar ſim apud Illuſtres auctores, poſitas, ventilatasq́; hauriendo, & perſtringendo. Quorum tamen multa, conſulto prætermiſi: plurima ab ipſis omiſſa, collegi: quod & ante me, in eorum varijs, & diuerſis traditionibus, plurimi obſeruauerunt. Vnde ſi non eruditionis, aut ingenij, quid preclarum: ſaltem curioſi laboris, qui quandoque aliqua geſta, & priſca monumenta, hiſtorici more, perquirat, opus ædidiſſe, videri poſſent: In quo citiſſime reperiri contingat, quam pręcipue perſonam, in prædictis agere par ſit, deceatq́ue. Nam (vt aiunt) Principatus, & Magiſtratus, virum oſtẽdit. Nec ibo inficias, me in hoc ſtudio, quandoque minus docte, accurareq́ue forſan verſatum: Cui occurrere malo, fas ſit, vbi contigerit; ex his quæ in adagio ſunt, ſcilicet;

Difficile eſſe hominem exiſtere,& non errare:Nam in non aſſecutis,præcipue magnis,voluiſſe, ſat erit. Excitarunt enim quandoq; etiam ſtudium & ingenium meum,adeo prouocarunt,inter alios,inſignes uiri,Patres,& conterranei mei,Oldradus Pontanus; Martinus Garratus:Ambroſius Vignatus,Laudę oriundus:& Camillus Viſtarinus,Iureconſultiſſimi:Quorum commentaria lęctitare,& admirari pręclara monumenta ſæpe conſueui;vt fere laceſſitus, hanc prouinciam aggreſſus cenſeri poſſim : Quam quis mihi iucundiſsimam fore,nõ recte ominabitur. Ex quo Petrus Pau. Arigonus,Ill. Præſes,& Regius Conſiliarius, Mediolanenſis Prouinciæ : & cum eo Petrus Ant. Marlianus:Io.Baptiſta Raynoldus Daneſius Philidonus , Marcus Ant. Caymus , in hac re, arbiter etiam ſpecialiter conſtitutus : Paulus Alia, Ludouicus Mazenta , Octauianus Bignamus, vti Laudenſis , Regio decreto Senator electus : Iulius Clarus , Polictonius Mediobarba;

Molineus:& Scipio Simonetta & Leonardus Herera, Iureconſultiſſimi, & perſpicui Senatores,in lucem prodire poſſe , Senatuſconſulto decreuerunt . Atq; demum Pius. IIII. Pont. Max. hoc Templum , vti ſacrum, per manus impoſitionem, confirmauit, Tanta igitur auctoritate freti , ad Temporalia inprimis , vti frequentiora , & quæ ad finem ſpiritualium ordinantur,accedamus . Quorumque Imperatorem, cęterosque Rectores , ipſum ſuo ordine inſequentes, tanquam propugnatores , & anteſignanos , præ ire recte diſponendum ſit .

Diuiſio, & ſubordinatio Operis.

1 *Ordo in facto obſeruatus, ſignificat ordinem intellectus.*
2 *Ordo eſt propria natura, rerum naturalium.*
3 *Bonum vniuerſi, conſiſtit in ordinatione, quia omnia ordinem habent, licet diuerſo modo.*
4 *Ordo magnus differentiæ, ſeruat vniuerſitatem creaturarum, quæ non poterat alia ratione, ſubſiſtere.*

DICTVRVS De omni Iudice Eccleſiaſtico , & Seculari : talem poſſe ſeruari ordinem , non prætermittendum, duxi . Vt ſcilicet totam hanc traditionem , in
1 duos libros diuiderem. † Plurimum enim confert ordo : qui in facto obſeruatus, ſignificat ordinem intellectus, vt inquit Bal. in l. contractus, colu. 2. C. de fid. inſtr. per. c. in Chriſto pater. de conſecra. diſt. 2. & ex Bald. tradit Iaſ. in rub. C. de iure emphit . Ordinem eſſe figuram ſubſtantię, vniuſcuiuſque rei : Et ſcire quid facias , neſcire autem quo ordine : non eſſe perfectæ cognitionis, teſte etiam Diuo Ambroſio , Et
2 vt perſpicatius lib. 3 . c. 2 . de Cœlo & mundo, dixit Philoſoph. † Ordo eſt propria natura, rerum na
3 turalium. & idem lib. 12 Metaphiſ. ſcripſit. † Bonũ vniuerſi, in ordinatione conſiſtere: quia omnia
4 ordinem habent, licet diuerſo modo . Vnde recte diſponitur, in. c. fi. iunctà glo. diſt. 89. † Vniuerſitatem creaturarum, non poſſe alia ratione ſubſiſtere , niſi eam magnus ordo differentię , ſeruaret; prout Coeleſtium militiarum exemplar, nos inſtituit, quia dum ſunt Angeli, ſunt Archangeli , qui in Poteſtate & Ordine, non ſunt æquales.

Proinde in Primo Libro, diſponens per Capita, ſubiectam materiam, illam explicabo principaliter : ſubijciendo cuilibet Capiti, propriam, & ſubordinatam perſonam : Hac ſerie.

Contenta in I.Lib.per Capita.

De Imperatore. Cap. I.	*fol.* 1	*De Comite. Cap. VI.*	106
De Rege. Cap. II.	97	*De Præſide, & Senatorib. Cap. VII. fol.*	107
De Principe. Cap. III.	104	*De Procuratoribus Cæſaris. Cap. VIII.*	109
De Duce. Cap. IIII.	104		
De Marchione. Cap. V.	105		

Primuum autem Caput Imperatoris, apte viſum eſt ſubordinare, & diuidere principaliter, in quatuor Paragraphos, plures verſiculos complectentes: Quandoque per quæſtiones procedendo; vt ſcilicet inſcribatur,

§.I. *De ornatu Corporis, Imperatoris. Vbi hæc continentur.*

ORdo ſedendi per Pontificẽ, cum Imperatore. ibi, ſequẽdo. fo. 1
Imperatores qui fuerint; qui ſint hodie. ibi, Imperatorium. 1
Religionis Chriſtianæ obſeruantia apud Imperatorem, ibi, Inſpicere. 1
Coronatio Imperatoris, ex triplici corona. ibi. Coronam. 1
Quæſtio. I. an Coronatio poſsit delegari. 2
Quæſtio. II. an Coronatio poſsit fieri extra vrbem Romæ. 2
Quæſtio. III. an ante Coronationem appellatur Imperator. 3
Quæſtio. IIII. an priuilegia, ante Coronationem, valeant. 3
Enſem & Arma, quare gerat Imperator. ibi, Gladium. 4
Quæſtio. I. an Arma, & bella præceſſerint leges. 4
Quæſtio. II. an Doctor ſit Militi præferendus. 5
Imperator eſt totius Mundi Dominus, &c. ibi. Orbem. 8
Quæſtio. I. an vnus tantum ſit eſſe ve debeat Imperator. 9
Quæſtio. II. an viuente Imperatore poſsit eligi Rex Romanorum. 10
Veſtium, & Palij myſterium, in Imperatore demonſtratur. ibi, Purpureo. 11

§.II. *De ornatu Animi Imperatoris, & Electione. vbi hæc.*

VIrtutes, quæ decent Imperatorem. ibi, Non ignorabam. 11
De Electione, & Electoribus Regis Romanorum. ibi, Electio. 12
Quæſtio. I. Cuias, Quiſue eligendus ſit Rex Romanorum. 12
Quæſtio. II. Quomodo Papa potuerit transferre Imperium, & Electionem Regis Romanorum in Germanos. 13
Quæſtio. III. an alius, quam natione Germanus poſsit eligi Rex Romanorum. 14
Quæſtio. IIII. Quomodo ſe habeant Electores, circa Electionem Regis Romanorum. 16
Quæſtio. v. quibus ex cauſis, Electus in Regem Romanorum reprobetur per Papam. 17

Cauſæ reprobationis hæ ſunt:

Sacrilegium.	17	*Periurium.*	19
Excommunicatio.	17	*Eccleſiæ perſecutio.*	19
Tyrannis.	18	*Ambitio.*	20
Hæreſis.	18	*Crimina publica, infamantia.*	20
Paganitas.	19		

Quæſtio. VI. à quo, & quibus ex cauſis, deponatur Imperator. 20

§.III. *De obligationibus Imperatoris. vbi tenetur.* *fol.* 21

1 Romanam Eccleſiam defendere. 21
2 Iura Papæ, non vſurpare. 22
3 Non debet habitare in ſede Rom. 22
4 Filius debet eſſe, non præſul Eccleſiæ. 22
5 Imperij, & ſubditorum commoda curare. 22
6 Iuſtitiam colere. 23
7 Legibus viuere, licèt ſolutus dicatur. 23
8 Contractus Iuriſgentium, obſeruare. 24
9 Plenitudine poteſtatis vti, tũ cum cauſa. 24
10 Pacificus debet eſſe. 24
11 Bella prouocatus tantum, mouere. 25
12 Perſonaliter non pugnare. 25
13 Duellum debet prohibere. 26
14 Vſuras debet tollere. 56
15 Conſultatione debet vti. 57
16 Aditus ad eum, debent eſſe faciles. 58
17 Manſuetus debet eſſe. 59
18 Veritati accurate perquirere. 59
19 Pronunciare ſuper cognitis, ſecundum conſcientiam, omiſſo ordine iudiciario. 59
20 Perſonarum non acceptor. 60

21 Du-

21 Dubitationes iudiciorum interpretari. 60
22 Abuſus tollere. 61
23 Liberalis debet eſſe. 62
24 Sortilegia euitare. 62
25 Pro officialibus ſuis iniuſtis tenetur. 63
Duelli tractus, illhinc excerptus.

Generales Concluſio.

Pars Prima. vbi.

Duellum prohibitum eſt omni iure, con. 1. 20
Duelli origo, & quid ſit proprie, conclu. 1. 27
Ex quibus conſtet conc.2. 27
Deffert à iudicio contentioſo conc. 3. 27
Fit propter innocentiam:& veritatem.concl.4. 27
Fallax, eſt concl.5. 27
Deo auctore eſt ſuſcipiendum, concl.6. 28
Calliditas admittitur.concl.7. 28
Equalitas eſt ſeruanda concl. 8. 28
Reſtringendum: tanquam odioſum concl.9. 28
Verba ſunt caute attendenda.concl. 10. 28
Verba pro proferēte interpretanē. concl, 11. 28
Conuenta ſunt obſeruanda.concl.12. 28
Conſuetudo attenditur.concl.13. 28
Inde ius ciuile: vel aliud. concl. 14. 29
Duellare eſt actus nobilis.conc.15. 29
Principium in rixa attenditur. 16. 29
Iniuria fit multipliciter.concl.17. 29
Iniuria, ſola pœnitentia non reuocatur. 18. 30
Iniuria, iniuriam tollit.concl.19. 30
Iniuria, vbi vera ſit: quid agitur.concl.20. 31

Pars Secunda, de prouocante. vbi.

Procurator alius iniuriæ: alius eſt certaminis: & quilibet admittitur, qui non prohibetur. concl. 21. 31
Prouocatio fit in re dubia.concl.22. 32
Cartularum tranſmiſsio: & forma.23. 32
Monitio & requiſitio pugnæ. concl. 24. 32
Admiſsio vel recuſatio pugnæ.concl. 25. 32
Pœnitentia à pugna quando licita.26. 33
Prouocanti non licet, quod non licet prouocato.27. 33
Prouocans volens mutare quærelam. cōcl. 28. 33
Mutatio querelæ prohibita.concl.29. 34
Iudex qui prohibere certamen poteſt. 30. 34
Dux exercitus prohibet certamen.conc.31. 34
Principales regular. pugnare debent. 32. 34
Quando liceat pugnare per alios concl.33. 34
Campionum materia.concl. 34. cum ſeq. 34
Campi electio, & iudicis, eſt prouocati.42. 36
Proceſſus præſentatur iudici.concl.43. 36
Certamen iudex concedit. concl.44. 37
Ingreſſus campi.45. 37
Impedimentum excuſat. concl.46. 37
Prouocator probat enſe.47. 37
Percutere quis primo debeat. 48. 37
Non datur prouocanti noua dilatio.49. 38

Pars Tertia, De prouocato. vbi.

Prouocatus quis dicatur.concl.50. 38
Caſus permiſsi duel. etiam per longobardos.51. 38
Prouocatus quiſque curare detur fieri.52. 39
Exceptiones aliæ dilatoriæ: aliæ peremptoriæ. concl.53. 39
Dilatoriæ à tempore, loco, iudice.54.55. 39
A cartula generali, incerta, conditionali.56. 39
A tua non intereſt.concl.57. 39
A Quærela prima finienda.concl.58. 39
A campione dando.concl.59. 40
Ab æqualitate ſeruanda.concl.60. 40
A prohibitione ſuperioris.61. 40
Peremptoriæ ſunt à tempore: extra diem.62. 40
A cauſa clara: ex vera probatione.62.63. 40
A cauſa: in qua non ſunt indicia.64. 40
Ab electo iudice ciuili.65. 40
A die belli finita concl.66. 41
A cauſa non graui: concl.67. 41
A bonorum contentione. concl.68. 41
A Pace facta concl.69. 41
A conuentione ſtipulata.concl.70. 41
A prima querela terminanda.71. 41
Ab inhabilitate perſonæ. concl.72. 41
Ab officio eorum qui patrini dicuntur.73. 42
A crimine:& infamia:concl.74. 42
A ſuperiore diuidente pugnam.75. 43
A nobilitate, concl.76. 44
A dignitate concl.77. 44
Ab Imperatore contra inferiorem.78. 45
A Rege contra Regem, non excipitur.79. 45
A dignitatem habente contra nobilem: licèt ex quatuor gradibus excipitur concl. 80. 45
A prouocante non excipitur contra prouocatum.81. 46
Temperandus, prouocator furens concl.82. 46
Prouocatus obſeruat multa, vti prouocator. 83.fol. 46
Armorum electio: eſt prouocati concl.84. 46
Arma qualia ſint eligenda concl.85. 47
Prouocati partes in congreſſu. concl.86. 48

Pars Quarta, de Iudice. vbi.

Pugna impertinenter fit ſine iudice concl.87 fol. 48
Iudex competens quis ſit concl.88. 48
Iudex audit partes: & videt proceſſum.89. 48

Iudex

Iudex concedit duellum ex cauſa concl.90. 48
Iudex concedit campum aptum,concl.91. 48
Arma aut fracta, aut cadentia: iudex prohibet iterum dari,concl.91. 48
Iudex expectat exitum belli.concl.93. 49
Iudex abſoluit, aut condemnat,concl.94. 49
Iudex appel.regular. admittit. concl.95. 50

Pars Quinta, de Victoria. vbi.

Victor dicitur quis aut victus, etiam per diſdictam tacitam, vel expreſſam 1 concl.96. 51
Victoria acquiritur vbi quis extra campum expellitur vel aufugit. concl.97. 51
Victoriæ varij caſus remiſsiue concl.98. 52
Victoriæ effectus eſt: vt iuſta pugna cenſeatur:& inde gloria procedat concl.99. 52
Item effectus eſt, expenſarum condemnatio:& captiuitas victi,concl.100. 52

Pars Sexta, de Pace. vbi.

Pax, finis belli amplectenda: quæ multa bona inducit. concl.101. 53
Pacem inuitus non cogitur quis inire. 102. fol. 53
Pax fit per volentes: conſulentes tamen honori: 103. 53
Iniurijs verbalibus, quomodo ſatisfiat:vt pax locum habeat,conc.104.cum ſeq. 54
Iniurijs facti,quomodo ſatisfiat ſin ineunda pace concl.110. 55

§.IIII. *De Præſtantia, & Potentia Imp. vbi.fol.63*

1 Dominium habet vniuerſale. 64
2 Legem generalem, ſolus condit. 64
3 Ius commune,& poſitiuum tollit. 65
4 Statuit contra ius naturale,& gentium;ex cauſa. 69
5 Ius diuinum, ex cauſa interpretatur. 69
6 Reſcripta concedit,etiam contra ius. 70
7 Priuilegia poteſt concedere. 70
Iuriſdictiones concedit. 71
Immunitates præbet. 71
Dignitates confert. 72
Maior Domus,eſt ſummus officialis. ibi.
Cancellarij magni officium. 73
Theſaurarij officium. 74
Cubicularij officium. 74
Pincernæ officium. 74
Seneſcalchi officium. 74
Scutiferi Magni officium. 75
Spectabiles officiales, qui ſint. 75
Clariſsimorum officia,quis habet. 75
Comites palatinos creat. 75
8 Priuilegia poteſt reuocare. 76
Feuda non reuocat ſine cauſa. 77
9 Aſſertioni ſolæ Imp.ſtatur. 77
10 Iudicat in cauſa propria. 78
11 Collectas,& gabellas imponit. 78
Monetæ cudendæ ius habet. 79
12 Infideles in auxilium inuocat. 79
13 Dignitatis bona alienat,in caſibus. 79
14 Concilium generale quandoque conuocat. fol. 80
15 Reges coronat. 80
16 Partis ad concordiam cogit. 81
17 Damnatos reſtituit. 81
18 Delinquentes etiam ipſemet interficit. 82
19 Arma prohibet deferri. 83
20 Legitimos etiam omnino ſpurios facit. 84
21 Ciuilitatem concedit. 85
22 Primogenituram ſtatuere poteſt. 86
23 Debitoribus dilationes indulget. 87
24 Cauſa iuſta in Imperat. præſumitur. 88
25 Iudex eſt competens, omnibus Principibus. 88
26 Sententiam inappellabilem profert. 89
27 Obedire ei omnes debent. 90
De impotentia Imperatoris. 92
28 Ius naturale, & gentium non tollit. 92
29 Ius diuinum non tollit. 92
30 Dignitatis iura, & regalia, non alienat. fol. 94
31 Exempla plura repetita,impotentiæ Imperatoris. 96
32 Mortem euitare non poteſt Imperator. fol. 96

Cap.II. de Rege. vbi.

§.I. *De origine Regum, vbi hæc continentur.* 97

Regum origo. 97
Quæſtio.1.Quomodo primogenitus in Regno ſuccedat. 98
Quæſtio. 2.Quomodo ſuccedatur in Regno, poſt primogenitum. 100

§.II. *De officio Regum, vbi hæc. fol.* 101

Regium officium, quale ſit, in pluribus:etiam dictum in Imperatore:& in Pontifice Max. repetitum. 101

§.III.

§. III. *De Magnitudine Regum. vbi, multa.* 102

Caput. III. de Principe. vbi. 104
De Nomine, & honore eius.

Caput. IIII. de Duce. vbi. 104
Quis ſit, & Qualis.

Caput. V. de Marchione. vbi. 105
De Origine, & Dignitate eius.

Caput. VI. de Comite. vbi. 106
Quis dicatur; & de eius Iuriſdictione.

Caput. VII. de præſide, & ſenatoribus vbi. 107
Qui ſint: & de eorum Curia.

Caput. VII. de Procuratoribus Cæſaris, vbi. 109

In Secundo libro, in quo Iudices, & Rectores Eccleſiaſticos, complectimur: prop. inſtitutum, & propoſitum ordinem, per Capita, eos pariter, in hunc modum ſubordinamus.

De Pontifice Max. Cap. I. 110
De Cardinalibus. Cap. II. 141
De Patriarcha. Cap. III. 148
De Archiepiſcopo. Cap. IIII. 150
De Epiſcopo. Cap. V. 150
De Vicario Epiſco. Cap. VI. 175
De Abbate. Cap. VII. 178
De Archidiacono. Cap. VIII. 184
De Priore conuentuali. Cap IX. fol. 186
De Præpoſito. Cap. X. 187
De Archipræsbytero. Cap. XI. 188
De Præsbytero Parochiali. Caput. XII. 189

Primum autem Caput, Pontificis Maximi, ſimiliter ſubordinamus; & diuidimus principaliter in Quatuor Paragraphos, plures verſiculos complectentes quandoque per Concluſiones; quandoque per Quæſtiones procedendo: ut (ſcilicet) inſcribatur.

§. I. *De Ornatu corporis, Pont. Max. vbi continentur.*

Pontificis Dignitas, maior quam Imp. ibi, Ad Interpratationem. 119
Quæſtio. I. An Eccleſiaſticæ dignitates, licet in gradu inferiores, ſint præferendæ ſecularibus. 110
Pontifices Max. qui fuerint, & qui ſint. ibi, Pontificis. 111
Conſiſtorium recte attribuitur Pont. Max. & Imperatori. ibi, In excelſo. 112
Humilitas, quæ decet Pont. Max. deſcribitur. ibi. Humilis. ibid.
Religionis Chriſtianæ obſeruantis. Pont. Max. ponitur, ibi, Deum. ibid.
Corona Pontificis max. triplex, aurea depingit. ibi Diademate. ibid.
Coronatio, & Electio Pont. poteſt fieri extra vrbem Rom. An ante Coronationem & Conſecrationem, Pontifex dicatur. anque ante coronationem, conceſsiones Pont. Max. valeant, ibi, In hac. 112
Cruce, recto Baculo ſuperpoſita, vtitur Pontif. Max. non curuo Paſtorali, ibi Crucis. ibid.
Clauibus duabus uti, oſtenditur Pont. Max. & ratio; ibi. Claues. ibid.
Pallium ſignificat plenitudinem poteſtatis; in multis recitatam, in Pont. Max. ibi Pallium. 114
Quæſtio. I. an Pont. Max. habeat plenitudinem poteſtatis, Spiritualis & Temporalis. ibi, Ex cõmemoratis. 615

§. II. *de ornatu animi Pont. Max. & electione, vbi continetur.*

Generalia, in Electione Pontificis Maximo ibid.
A quibus; qua formula; & quo in loco, hodie deligatur Pont. Max. ibi, Quoniam itaque. fol. 116
Quæſtio. I. Quomodo ſe habeant Cardinales, in electione Pont. Max. 117
Quæſtio. II. An viuente Pontifice, poſsit à Cardinalibus, alter eligi; Et an ipſe Pontifex, poſsit ſibi eligere ſucceſſorem. 119
Quæſtio. III. an duobus electis in Pontifices, à

duabus

duabus partibus, valeat electio; & quis erit Pontifex. ibid.
Quæſtio. IIII. Quis, & qualis, eligendus ſit in Pontificem. Max. 120
Quæſtio. V. Quæ exceptiones militent, in Electione Pontificis Max 12
Quæſtio. VI. Quibus ex cauſis, accuſari, iudicari, & deponi poſsit Pontifex Max. 122

§. III. *De obligationibus Pontif. Max. vbi tenetur.*

1 In cultu Dei, maiorem zelum, alijs habere. fol. 124
2 Subditorum communem vtilitatem reſpicere non priuatam. 124
3 Iuſtitiam colere, etiam ſecundum illa, quæ dicta ſunt, in capite Imperatoris. §. 3. Verſ. 6. fol. ibid.
4 Obligationes multæ, in quibus aſtrictus eſt Imperator, repetuntur, in ipſo Pontifice militantes: & adduntur aliæ. 125

§. IIII. *de præſtantia, & Potentia Pon. Max. vbi hæc.*

1 Pontificis præſtantia, & potentia, tam in ipſo quam in Imperatore, iam dicta, repetitur ſummatim, in ipſo. 125
2 Reſeruata Pontifici, à Speculo, & alijs iam ſcripta, enumerantur breuiter. 127
3 Papæ poteſt diſpenſando, in Matrimonio contrahi prohibito, vel in prohibito diſſolui. 128
4 Dignitates, & ordines, ſolus aliquos, qui exprimuntur, conferre poteſt papa; licet aliquos etiā conferant epiſcopi. 131
5 Ordinū defectus, qui diuerſimode obijci poſſunt, diſpenſaretur per papam ſolum, veluti in ætate, vel in ordine, vel in Bigamia, vel Illegitimitate, vel Illiteratura, & alijs ſimilibus. fol. 132
6 In beneficialibus, & ſpiritualibus, abunde poteſtas Papæ, diſponendo, vel diſpenſando. fol. 135
7 In voto diſpenſat, vel continētiæ, vel obedientiæ, & paupertatis: & quando in alijs ipſe, vel epiſcopus. 138
8 In iuramento, in arduis, in magnis perſonis, in licito, & dubio, ſolus papa, diſpenſat, ex cauſa. ibid.
9 Concilium mundi totius generale, ſolus Papa conuocare poteſt: & illi præeſſe. 139

De Impotentia Pontif. Maximo.

10 Non poteſt tollere ius Diuinum, conſtitutione, vel Reſcripto, 139
Repetuntur multa exempla impotentiæ, in Pontifice: iam dicta in Imperatore: & de ipſo Pontifice tantum. 140

Caput. II. de Cardinalibus.

§. I. *de inſtitutione, & origine, Cardinalium.* 141
§. *II. de munere, & officio.* 143
§. *III. de Excellentia, & Pot.* 145

Caput. III. de Patriarcha. vbi,

§. *Vnus inſtitutionem, poteſtatem, & munus continet.* 148

Caput. IIII. de Archiepiſcopo. vbi,

§. *Vnus, quid oſtendit, quis is ſit. quantusvè, & eius curam.* 150

Caput. V. de Epiſcopo. vbi,

Principium; in quo imago, & ornamentorum eius: ſignificatus exprimuntur. 154

§. *I. de aſſumptione, & ordinatione epiſcopi.* 156

Quis; qualisvè eligendus ſit Epiſcopus. ibid.

Exceptiones in electione epiſcopi. ibi.

Electio qualiter fiat; & obſeruanda, in ea. 157

Electio ante confirmationem, quale ius tribuat. 158

Confirmatio epiſcopi ponitur, remiſſiue. ibid.

§. *II. de degradatione, & pœnis Epiſcopi.* 159

§. *III. de ſolicitudine, & officio Epiſcopi* 163

§. *IIII. de dignitate, & Potentia Epiſcopi.* 168

Potentia Epiſcopi, in ſpiritualibus: fol. 169

Potentia Epiſcopi, circa perſonas, in Temporalibus. 172

Potentia Epiſcopi, circa res, in Temporalibus. 173

Potentia Epiſcopi, circa iudicia. ibi.

Potentia Epiſcopi, circa vltimas voluntates. 174

Caput VI. de Vicario Epiſcopi. vbi,

§. I. *De conſtitutione Vicarij Epiſcopi.* 175

§. II. *De officio, & poteſtate Vicarij Epiſcopi.* 177

Caput VII. de Abbate. vbi, 178

Habitum; electionem; potentiam; & officium continet.

Caput VIII. de Archidiacono vbi, 184

Quis is ſit & quæ eius cura, & Potentia.

Caput IX. de Priore conuentuali. vbi, 186

Electionem; Poteſtatem; & officium continet.

Caput X. de Præpoſito. vbi, 187

Electionem; Potentiam: & Curam habet.

Caput XI. de Archipresbytero. vbi, 188

Inſtitutionem; officium; & Poteſtatem habet.

Cap. XII. de Præsbyter Parochiali. vbi, 189

De inſtitutione; de cura in Baptiſmo; in confeſſione; in Pœnitentia; in Eucharistia; in extrema vnctione; & in Matrimonio.

FINIS.

REPERTORIVM LOCVPLETISSIMVM D. LANCELLOTI CONRADI, IVRISCONSVLTI CLARSSIMI.

In quo tanquam in proprio Domicilio, omnia quæ ſunt in hoc ſuo templo Iudicum (vt vocat) ſelectiora; ſub certis vocibus generalibus non ſine magno lectoris commodo collocantur: vt cuique mediocriter in eo verſato ex ſequenti tabela facile apparebit.

ABBAS per congregationem monachorum: & monachus eligendus; obſeruato ordine, & merito; etiam aliquando extra gremium. nume. 8. & 9. 179

Abbas qualis debeat eſſe. numero. 12. ibid.

Abbas bone vita, licet illiteratus, promouetur: dum Sacerdos. 12. ibid.

Abbas benedicitur; cum manus impoſitione. nume. 13. ibid.

Abbas dicitur electus, & confirmatus: & adminiſtrat; licet non benedictus. numero. 13. fol. ibid.

Abbas propter ſenium, vel ægritudinem: remouetur: vel ei coadiutor datur. 14. ibid.

Abbas quando deponatur. 14. ibid.

Abbas, pater dicitur: ab Abba, quod nomen Sirum eſt: & Vicarius Dei: quo ad ſuos monachos, & Sponſus, & Ordinarius monachorum, nume. 15. fol. ibid.

Abbas poteſt habere eccleſiam, collegiatam. ſub. nume. 15. ibid.

Abbas perpetuum officium habet; niſi conſuetudo ſit contraria. nu. 15. ibid.

Abbas fit ciuis ciuitatis, in qua eſt monaſterium. nume. 15. ibid.

Abbas non ligatur conſtitutione ſua vel prædeceſſoris. 15. ibid.

Abbas non poteſt capi perſonaliter, pro delictis monaſterij. 15. ibid.

Abbas venit, appellatione monachorum ſicque & fratrum, ſicut Rectore ſcholarium. numero. 16. fol. ibid.

Abbas dicitur præſul, & prælatus, & venit appellatione prælatorum. nu. 17. 180

Abbas dignitatem habet; ſicque honorem: non tantum onus num. 19. ibid.

Abbas in ordine clariſſimorum reponitur. nume. 20. fol. ibid.

Abbas qui fuit, ſemper vtitur primo loco in choro. num. 20. ibid.

Abbas non præfertur Vicario epiſcopi; quid in exemplo. num. 21. ibid.

Abbas, & omnis alius prælatus, talis exiſtimatur; vt nihil ſiniſtrum de eis arbitremur: Immo Sanctus præſumitur. 23. ibid.

Abbas poteſtatem omnem monaſterij habet, nulla monachis relicta: ideo, & ſolicitudo omnis, ad eum pertinet. numero. 24. fol. ibid.

Abbas habet iuriſdictionem: & aliquando merum imperium; ita vt corrigere poßit monachos; etiam ſine conſenſu capituli: quod epiſcopo non licet clericos. numero. 24. & 25. fol. ibid.

Abbas poteſt excommunicare, & abſoluere excommunicatum. nu. 25. ibid.

Abbas poteſt propriam vindictam punire, animo corrigendi: non ad vindictam. numero. 264. fol. ibid.

Abbas confert ordines pſalmiſtæ, Lectoris, & Hoſtiarij. nu. 28. 181

Abbas ſicut benedicit perſonas, ita poteſt Veſtes; & res. nu. 29. ibid.

Abbas poteſt, præſcribere iura epiſcopalia: niſi ſint ordinis. 30. ibid.

Abbas habet liberam adminiſtrationem; dicitur tamen magis procurator, vel adminiſtrator, non dominus. 31. ibid.

Abbas quando poſſit donare, & quando alienare. nu. 32. ibid.

Abbas poteſt dare licentiam, celebrandi, & prædicandi.33. ibid.
Abbas confert prioratum manualem; & ad libitum remouet.34. ibid.
Abbas qui habet inſignia epiſcopalia, poteſt conſecrare vginis. 34. ibid.
Abbas, & Colleginm, monachos creare poſſunt. nume.33. ibid.
Abbas poteſt pati vt monachus habeat rectos redditus ad tempus.nu.34. ibid.
Abbas ſæpe in caſibus expreßis, diſpenſare ſolet; licet diſpenſatio regulariter pertineat ad epiſcopum: caſus enumerautur; & aliqui in quibus non diſpenſat. num.35. ibid.
Abbas poteſt diuidere bona menſæ ſuæ: & committere monachis, ſub annua penſione, ad tempus, nume.36. 182
Abbas poteſt inſtituere in eccleſia pleno iure, ſibi ſubiecta, cum decl. ibid.
Abbas, & alij prælati religioſi, poſſunt eſſe executores, in relictis ad pias cauſas: ibi quid in alijs religioſis. num.37. ibid.
Abbas in cauſa communi; vti procurator conuentus poteſt iurare, de veritate & calumnia: & conſtituere procuratorem; & eo caſu teſtificari.38. ibid.
Abbas poteſt eſſe procurator alterius: & non conuentus in cauſa tamen eccleſiaſtica.38. ibid.
Abbas, & alij prælati, poſſunt petere reſtitutionem, in integrum.38. ibid.
Abbas poteſt eſſe arbiter, & iudex, in cauſa eccleſiæ ſuæ.39. ibid.
Abbas poteſt ratificari geſta, per conuentum ſolum, in vtilitatem eccle.39. ibid.
Abbas poteſt denegare audientiam epiſcopo, contra libertatem ordinis, nu.40. ibid.
Abbas quando poſſit alterare ſtatum prioratus ſibi ſubiecti.nu.40. ibid.
Abbas poteſt tenere monachos extra monaſterium: & obſides dare, pro vtilitate monaſterij: ſicque concedere, vt ſint in ſeruitijs alterius prælati, vel magnatis.nu.40. ibid.
Abbas contenta in regula, obſeruare debet, non immutare; niſi quatenus in regula permittitur: ſic & monachus, aliter mortaliter peccant.42. fol. 183
Abbas vti paſtor ſolicitam monachorum habet curam: aliquando vſque ad mortem. numero. 42. fol. ibid.
Abbas, vel prælatus, in eodem genere peccati, grauius cadit, quam ſubditus.43. ibid.
Abbates, quomodo, & quando vtantur inſignijs epiſcopalibus.num.2. 179
Abbates aliqui non monachi, neque profeßi, aliqui exempti; aliqui non num.7. ibid.
Abbates præferuntur, etiam perſonatum habentibus, in eccleſia cathedrali; ſicque præpoſitis, & decanis, & ſimilibus, numero, 18. fol. 180
Abbatia, an veniat appellatione beneficij, numero.16. fol. 179
Abbati potius obedire debet monachus, quam epiſcopo. num.25. 180
Abbatis veſtimenta, & imago; cum inſignijs epiſcopalibus, ex priuilegio. numero. 1. fol. 178
Abbatis electi confirmatio, pertinet ad epiſcopum loci: niſi in exempto & non monacho, numero.9. fol. 179
Abbates electioni ordinariæ, debent intereſſe Abbatis illorum monaſteriorum, numero. 10. fol. ibid.
Abbatis ætas. 25. annorum eſſe debet, numero.10.fol. ibid.
Abbatis, & monachorum inſtitutio, antiquior eſt, canonicis regularibus: & alijs religioſis. numero.16. ibid.
Abbatis, vel prælati correctio, etiam iniuſta, toleranda.num.25. 180
Abbatis geſta, præſumuntur habere interuentum capituli.nu.32. 181
Abbatis impotentia, in multis caſibus enumeratur. nume.41. 182
Abbatis ſolicitudo, in multis explicatur, in qua tenetur.nu.42. 183
Abbatis extenſio, fit in proportionalibus, ad Abbatiſſam; non econtra.44. 184
Abbatiſſa debet habere ætatem, quæ in epiſcopo requiritur.46. 184
Abbatiſſa æquiparatur Abbati, quo ad adminiſtrationem.nu.45 ibid.
Abbatiſſa habet iuriſdictionem; collationem beneficiorum: & dignitatem cum adminiſtratione. nume.45. ibid.
Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, idem ius ſtatutum eſt. numero.46. ibid.
Acceptio perſonarum fit, quando circa æqualia ſeruatur inæqualitas.4. 60
Actor quis dicatur, nu.4. 32
Adam pro peccato, fuit eiectus de paradiſo. numero.4. 4
Adonibezech Rex, in crudelitate damnatur. nume.7. fol. 59
Ad Papam ſpectat ſupplere negligentiam prælatorum. ſuorum.num.7. 63
Agere non dicitur quis ante litem conteſtatam; ſed agere velle, num.3. 33
Aduocati magis neceſſarij, quam milites, pro ſalute reip.2. 4
Aduocati, notarij, & teſtes, intereſſentes vſuris, in cenſuras incurrunt.4. 56
Alchimia exercetur, ſine crimine. numero. 10. fol. 63
Alexander Imperator, quo conſilio vſus, præſertim Iurecouſultorum.nu.10. 58
Alienari res prohibita, ſemel facta alienabilis, ſemper remanet alienabilis. numero. 12. fol. 95

Almu-

Almutia quid ſit. inf. in iure. Cucula.

Ambitus lex, non habet locum in curia principis, quæ eſt poſitiua, infra in ver. lex Iulia ambitus.

Amictus, Alba, Zona, Stola, Manipulus, & Planeta, ſunt ornamenta epiſcopi; etiam alijs ſacerdotibus communia. nu. 10. 155

Anima pro anima, oculus pro oculo, dens pro dente reddenda ſunt, num. 15. 31

Anaſtaſius Cardinalis damnatus, quia parochiam ſuam, per 5. annos deſeruit. numero. 7. fol. 142

Anima non ſubijcitur corporibus cæleſtibus, nume. 9. fol. 63

Animæ partes tres, Prudentia, Fortitudo, Temperantia; communisque harum omnium Iuſtitia, nume. 3. fol. 12

Antiquiora dicuntur digniora. num. 2. 5

Annulus quid ſignificet in epiſcopo. numero. 13. fol. 155

Annulum non poſſunt ferre clerici, niſi ex priuilegio dignitatis; cum ſolis epiſcopis & alijs ſuperioribus, ad competat. nu. 13. ibid.

Appellare non licet, à ſententia non recognoſcentis ſuperiorem: idem ſi dat certum mandatum. nu. 3. & vbi ſit remota appellatio nu. 4. & cõmune manifeſtæ iniuſtitiæ; & peccati: & à ſententia lata ſuper reſcripto, & conſultatione. nu. 8. 89

Appellari poteſt à delegato principis. numero. 5. fol. ibid.

Appellatio regulariter admittitur à ſententia per iudicem Duelli lata, num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. contrarium dicitur, num. 12. 50

Appellatio deuoluitur ad ſuperiorem iudicantis, vbi adſit, ſin minus ad æqualem, num. 9. ibid.

Appellatione prohibita officium iudicis implorari poteſt; & ſupplicatio admittitur. nume. 7. ibid.

Appellatio, in quibus caſibus non permittatur reis, num. 2. ibid.

Appellatio eſt quædam defenſio ciuilis, licet non naturalis, num. 6. ibid.

Appellatio non cenſetur ſublata, commiſſa ſimpliciter cauſa per Imper. num. 7. 89

Appellatio à ſententia epiſcopi, vel Vicarij, fit ad archiepiſcopum; non obſtante conſuetudine; nec ſupplicatur ad epiſcopum, numero. 8. fol. 177

Apoſtoli, quomodo vxores habuerint. numero. 12. fol. 163

Aquila Romana, aliquando biceps eſt facta. numero. 5. 10

Archidiaconi inſtitutio, à quo fiat. numero. 7. fol. 184

Archidiaconi cura, quæ ſit, & officium. numero. 10. & 12. vbi tredecim enumerantur. fol. 184. & ſeq.

Archidiaconus, de iure, vicarius epiſcopi dicitur: & illius oculus: & præordinator. num. 1. & num. 10. dicitur coadiutor. 184

Archidiaconus, appellatione præpoſiti venit largo modo. num. 2. ibid.

Archidiaconus ab archos dicitur. numero. 3. fol. ibid.

Archidiaconus inſtituitur, qui diaconus ſit; & in ſacerdotium non cogitur. numero. 4. fol. ibid.

Archidiaconus non eligitur per epiſcopum, niſi de ſua eccleſia, num. 5. ibid.

Archidiaconus qualis, & qua ætate, eligendus. nume. 6. ibid.

Archidiaconus in vna eccleſia conſtituitur, non aduerſis: & religioſus etiam in regulari: & plures in eadem eccleſia. num. 8. ibid.

Archidiaconus poteſt eſſe quis & canonicus: ſicut epiſcopus & canonicus. num. 9. ibid.

Archidiaconus, quæ non debeat, vel poßit. nume. 12. fol. 185

Archidiaconus ſimplicem iuriſdictionem habet: declaratur per exempla: ſed non habet ea, quæ ſunt epiſcopalis ordinis, & auctoritatis, cum exemplis num. 13. fol. ibid.

Archidiaconus an & quando iuriſdictionem ordinariam habeat; quia perpetuus vicarius epiſcopi. nume. 14. ibid.

Archidiaconus an poſſit excommunicare. numero. 15. fol. ibid.

Archidiaconus in reſeruatis epiſcopo, non apponit manum. nu. 16. ibid.

Archidiaconus an poſſit ſententiare, in cauſis in quibus habet cognitionem. num. 17. ibid.

Archidiaconus, compromiſſi non eſt capax. numero. 19. ibid.

Archidiaconus an poſſit inſtituere, in quoquo benificio, in quo collatio ſpectet ad epiſcopum. nume. 21. fol. 186

Archidiaconus viſitans, poteſt procurationem moderate accipere 22. ibid.

Archidiaconus in epiſcopum eligi poteſt; non neceſſario poſtulatur. nu. 23. ibid.

Archidiaconus mero iure, an ſit de capitulo, numero. 24. ibid.

Archidiaconus dignitatem clarißimi habet, ſicut archipresbiter, num. 25. ibid.

Archidiacono ſubeſt archipræsbyter, quo ad adminiſtrationem; non ordinem. numero. 11. fol. 185

Archidiacono conuenientia, omnibus prælatis inferioribus, iuriſdictionem habentibus, an conueniant. num. 20. ibid.

Archiepiſcopi electio, ad quos ſpectet, & conſecratio, & confirmatio. 14. 151

Archiepiſcopi, primatibus ſuis obedire debent. nu. 26. fol. 153

Archiepiſcopi ſemel in anno, concilium prouinciale, conuocare tenentur, in caſibus. numero. 27. fol. ibid.

Archiepiſcopo ſpectat conſecratio, & confirmatio ſui ſuffraganei. 14. 151

Archiepiſcopus conformat epiſcopum, Patriarcha archiepiſcopum.num. 6. 132

Archiepiſcopus princeps epiſcoporum, olim vicem apoſtolicam tenens.nume.1. 150

Archiepiſcopus, & metropolitanus idem ſunt.nume.1. fol. ibid.

Archiepiſcopus, decem, vel vndecim ciuitates, ſub ſe habet.num.1. ibid.

Archiepiſcopus vnus tantum in prouincia eſſe debet, niſi aliter diſpenſatiue fiat. 2. ibid.

Archiepiſcopus fundat intentionem ſuam, ſuper locis prouinciæ nõ conſtitutis, infra certam diœceſim, nu.3. fol. ibid.

Archiepiſcopus poteſt facere crucem deferri ante ſe in prouincia ſua, etiam per loca exempta: non extra eam; nec ante pallium obtentum; nec vbi eſt Pontif. vel eius legatus. numero. 4. &. 12. fol. ibid.

Archiepiſcopus in receptione pallij, iurat, & de forma iuramenti, & epiſcoporum exemption. numero 8. fol. ibid.

Archiepiſcopus ante conſecrationem, non poteſt ea quæ ſunt ordinis, & conſecrationis; nec poſt eam ante annulum aſſumptum. & an hæc committuntur. 15. fol. 151

Archiepiſcopus delegat regulariter conſecrationem; & quæ ſunt ordinis, nume. 16. ibid.

Archiepiſcopus, vel epiſcopus, licet confirmatus, ante conſecrationem, eo nomine non appellatur; ſed electus.nume.16. ibid.

Archiepiſcopus habet iuriſdictionem epiſcopalem, in diœceſi ſua; archiepiſcopalem in prouincia; & an in ſuos ſuffraganeos.ampla enim nume.18. octo modis, & limita. 4. modis. numero 20. vt nume. 17. fol. ibid.

Archiepiſcopus an ſit iudex ſuffraganeorum ſuorum tantum in caſibus expreſſis. numero 18. fol. ibid.

Archiepiſcopus, vel eius concilium, vbi non poteſt negocia expedire, quia magna, referuntur ad primatem, vel Pontificem. nume.20. ibid.

Archiepiſcopus non punit; nec ius dicit in epiſcopum, vbi de depoſitione, priuatione dignitatis, & tranſlatione agatur; nec petendo ſubſidium charitatiuum. nume.19. ibid.

Archiepiſcopus regulariter non habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum; nec concurrit cum eis: niſi in caſibus in iure expreſſis: qui. 33. enumerantur. numero 21. 152

Archiepiſcopus poteſt in diœceſi ſua, ea quæ poteſt epiſcopus in propria: & illud poteſt patriarcha in ſua, quod poteſt archiepiſcopus in propria. numero 23. fol. 153

Archiepiſcopus inter ſpectabiles, ſicut epiſcopus reponitur; licet ſecundum aliquos inter illuſtres: quod vrgere videtur.num.24. 153

Archiepiſcopus comprahenditur, appellatione epiſcopi; & in materia pœnali. numero. 5. fol. ibid.

Archiepiſcopus debet ſtatuere perſonas idoneas, per prouinciam inueſtigantes tranſgreſſores, & referentes. num.28. ibid.

Archiepiſcopus volens viſitare prouinciam, quid ex ordine teneatur obſeruare.num.29. ibid.

Archiepiſcopus delinquens in epiſcopatu ſui ſuffraganei, non poteſt ab eo puniri, ſed à patriarcha. nu. 30. fol. ibid.

Archiepiſcopus debet vitare excommunicatos ſuffraganei; & eius ſententiam obſeruare. numero.32. fol. 154

Archiepiſcopus aliquando ſubeſt epiſcopo: ibi aliqua exempla.num. 33. ibid.

Archipresbyter non ordinatur, niſi præsbyter. nume. 4. fol. 184

Archipresbyter maior eſt archidiacono ordine: minor iuriſdictione.num.1. 188

Archipresbyter ruralis, inſtituitur, vel deſtituitur ab epiſcopo, vel archidiacono.nu.2. ibid.

Archipresbyter vrbanus ab epiſcopo inſtituitur. nu. 4. fol. ibid.

Archipresbyter quo ad quædam, vicarius epiſcopi dicitur.num.6. ibid.

Archipresbyter ruralis, qui & plebanus eſt, in qualibet plebe conſtituitur, quæ habeat ſub ſe titulos particulares, & præsbyteros.nume.7. ibid.

Archipresbyter non poteſt conſtitui, niſi presbyter. nume.8. ibid.

Archipresbyter qualis eligendus. nume. 8. ibid.

Archipresbyter vnde dicatur.nume. 9. ibid.

Archipresbyter iuriſdictionem habere dicitur. ibi qualem.num.12. ibid.

Archipresbyter vrbanus, & ruralis habent dignitatẽ. 16. 189

Archipresbyter clariſſimus cenſetur. nume. 17. ibid.

Archipresbyter, prælatus poteſt appellari. nume. 18. fol. ibid.

Archipresbyteri in Francia, quõ inſtituantur. nume. 3. fol. 188

Archipresbyteri alij vrbani; alij rurales. numero. 5. fol. ibid.

Archipresbyteri vrbani officium in quibus meretur, enumerantur caſus nouem.nume.10. ibid.

Archipresbyteri ruralis officium. numero. 11. fol. ibid.

Archipresbyteri rurales, quam cognitionem habeant nume.15. 189

Ardua negocia, quæ dicantur, in cauſis ſpiritualibus, & quæ leuia.nume. 18. 185

Areopagitarum grauiſſimum conſilium, Athenis. nume.11. 58

Arma vltra leges neceſſaria pro gubernatione reip. vniuerſalis; altraque alterius auxilio ſemper indiget; fraternizareque dicuntur. num. 1. 4

Arma an prius fuerint, quam leges. cum ſeq. num. 4. fol. 4

Arma portare, regulariter nulli licet, etiam defenſibilia. limitatur. 11. modis. numero 1. 5. &. 6. fol. 83

Arma

Arma quæ ſint eligenda, num. 1. & 2. 47
Arma plura an ſint eligenda, num. 3. ibid.
Arma, equi, & alij bona victi, quomodo fiant victoris, num. 6. 8. 52
Arma ſi ſe frangantur, ſiue cadant, alia non exibentur, num. 1. 48
Arma ſunt loco probationum, & inſtrumentorum, nume. 3. ibid.
Armati vna parte, alia inermi, non improbantur. nume. 9. 47
Armatus, & eques, quis rectius ſe præbet, quam peditum more in Duello, num. 10. ibid.
Armorum ſtylus debet eſſe in ratione fundatus, & communi militum obſeruatione probatus, numero. 2. fol. 29
Armorum electio prouocato competit, num. 1. ratio ibi late, num. 3. 46. & ſeq.
Armorum terror vbi eſt, dicitur imminere mors, nume. 7. 49
Arma portantis pœna. nu. 4. 83
Armorum vſus, omnibus debet eſſe interdictus, regulariter. nu. 2. 61
Artes liberales, ſeptem ſunt. nu. 50. ...
Aſſertio, & confeſſio principi, contra eum probat etiam abſente parte. 9. 78
Aſſertioni noſtræ, cum iuramento ſtatur, in his quæ conſiſtunt in conſcientia noſtra, nume. 6. & num. 4. fol. 32. & 55
Aſſertioni ſolæ Imperatoris, & imprimis Papæ, ſtatur. num. 1. an contrariam probationem recipiat, enim declar. nu. 1. & ſeq. 77. & ſeq.
Aſſeſſor Vicarij, Laicus eſſe poteſt. 175
Aſſeſſor nullam habet iuriſdictionem. 175
Aſſeſſorem aſſumere, quilibet ordinarius poteſt. ibidem.
Aſſeſſor quis eſſe non poteſt in patria ſua. ibid.
Aſtrologia quid ſit, & vnde prodeat. nume. 7. & 8. fol. 63
Aſtrologiæ ſcientia, an ſit prohibita, vtroque iure; & an in ea adſit peccatum. nu. 6. 63
Auditores principis, dicuntur ordinarij. nume. 11. fol. 176
Aurei, ſiue nummi, habeant ſculptam imaginem principis. nu. 2. 79
Auctoritas ſuperioris, in omni pacto, intelligitur excepta: nec iuramentum, etiam directum contra, valet. nu. 4. 90

B

BACVLVS *paſtoralis quid ſignificet. nume. 14. fol.* 155
Bannitus ſecundum ſtatuta, impune occiditur; an etiam ſecundum conſcientiam, hoc procedat: & citra infamiam. limita. in. 17. caſibus. nu. 3. 69
Banniti homicidium, non eſt maleficium, quando licite poteſt offendi. nu. 4. 82
Bannum quòd nullus ingrediatur campum, fit, &c. numero. 2. 48
Bannum iudicis ſeruandum eſt. nume. 3. ibid.
Baptiſmus, ianua ſalutis appellatur. ibi alijs effectus. num. 9. 190
Baptiſmus à ſacerdote confertur: quando ab alijs; & quibus; & quo tempore; & in eo obſeruanda. nume. 10. & 12. ibid.
Barones ſequuntur comites. nu. 9. 106
Bartolus fuit factus Conſiliarius Imperatoris. num. 11. fol. 73
Baſtardi, ſpurij, & nati ex damnato Coitu, agnati non dicuntur, nec de caſata partis, nec ex his nepotes, nec poſſunt portare inſignia legitimorum, niſi cum tranſuerſæ lineæ nota. nu. 12. 42
Baſtardi, ſpurij, & nati ex damnato coitu, ſunt infames, infamia facti. num. 11. ibid.
Bella ſunt ſuſcipienda neceſſitate tantum cogente. nume. 3. 53
Belli finis, eſt pax; Negotij otium. nu. 1. ibid.
Bella gerimus, vt in pace viuamus: Vnde Finis Belli Pax; Negocij Ocium. num. 2. 25
Bella iuſta diffiniuntur, quæ vlciſcuntur iniurias. nume. 4. 63
Bellum eſt iuſtum, quod ex edicto geritur. 1. ex auctoritate principis, & quando gerendum, & quando proprium, & improprium. nu. 3. ibid.
Bellum quod indicit papa, vel imperator, an præſumatur iuſtum. 4. ibid.
Bellum Imperator, Papa, vel alius princeps, non debet moueri, niſi præcedente monitione, & diffidatione. nu. 5. ibid.
Bellum mouentes ſine diffidatione, dicuntur proditoriæ agere. 6. ibid.
Benedicti Sancti regula, in plures familias creuit; in quibus Bernardus claruit. nu. 6. 179
Beneficia omnia mundi, ſunt Papæ manualia. numero. 2. 135
Beneficia iure poſitiuo, ſunt inſtituta; idem eſt de titulis beneficiorum. nu. 13. 136
Beneficij collatio, cum clauſula, non obſtante collatione, alteri facta; intelligitur de inualida; & generaliter clauſulæ tales, non derogant iuri acquiſito. numero. 16. ibid.
Beneficij ad hoc vt collatio teneat, debet fieri mentio, de quocunque iure, etiam modico. num. 17. ibid.
Beneficium datur propter officium. numero. 20. fol. 137
Bigamia, irregularitas eſt, quæ ad ordinem promouendo obſtat. nu. 1. 134
Bigamiæ irregularitas, eſt de iure poſitiuo. numero. 3. ibidem.
Bigamus quis dicatur, vere, vel interpretatiue. numero. 4. ibid.
Birrum, eſt tegmen capitis Ducum. numero. 1. fol. 104
Blaſphemia, & contemptus religionis, in præceptis euangelicis tollendus num. 4. 61
Bohemia, Ducatus; non regnum dicta eſt. numero. 17. fol. 98

Bonorum appellatione, continentur ea, quæ beant. nu. 7. fol. 95
Bonum vniuerſi, conſiſtit in ordinatione; quia omnia ordinem habent, licet diuerſo modo. nu. 3. 133

C

CADENS à ſyllaba Iuſtitiæ, in veritatis, cadit à toto in Duello. nu. 2. 28
Cadentes non erignntur. nu. 2. 48
Cadere ex æquo in pugna gloriæ, nullum, eſt maius dedecus, circumſcripta morte. nu. 6. 52
Caducitatis pactum, per principem, non poteſt tolli. nume. 6. 87
Caligæ, ſandalia, Orale, Tunica, Dalmatica, Chirothecæ, Anulus, Baculus paſtoralis, & Rochetus, ſunt ornamenta epiſcopi; vel Pontificis tantum. nu. 11. fol. 155
Calumniator repellitur à iudicio, & afficitur infamia, & ſimilitudine ſupplicij. nu. 4. 5. fol. 33. & num. 12. fol. 31
Calumniator dicitur falſa crimina intendens. num. 11. ibid.
Campio tantum in caſibus à iure expreſſis dari poteſt. num. 2. 34
Campio datur pro muliere accuſata de adulterio, idem in virgine, & vidua, nu. 1. & 2. *ibid.*
Campiones dantur vbi ius longobardum ſeruant. nu. 3. fol. 35
Campio admittitur pro minore. 25. annis, & ſexagenario. nu. 1. & 2. *ibid.*
Campio admittitur pro muliere accuſata de Conſilio mortis viri, non econtra, nu. 1. &. *ibid.*
Campio poteſt dari ab infirmo. nu. 1. *ibid.*
Campio pro puero, vel infante non pugnat. num. 4. ibid.
Campio in multis caſibus dari poterat, hodie ſecus eſt. num. 1. *ibid.*
Campio propter imparitatem nobilitatis, & dignitatis datur. nu. 1. 35
Campio non datur vbi ſit facta conuentio pugnandi de perſona ad perſonam. nu. 3. *ibi.*
Campio debet dari ſecundum qualitatem alterius principalis ratione æqualitatis. nu. 1. *ibid.*
Campio vbi per alium ponitur, poteſt & alter ponere. num. 2. *ibid.*
Campio accuſatus ad mortem, punitur, nec differtur cauſa pugnæ executio. nu. 4. *ibid.*
Campionem generaliter quilibet dare poteſt impeditus impedimento perſonali num. 2. *ibid.*
Campionem qui ponere poteſt, fauori ſuo renunciare poteſt. num. 3. *ibid.*
Campione victo, dicitur victus principalis, vbi non ſit fraus. num. 5. 8. vbi adſit ponitur. num. 7. *ibid.*
Campio ſemel victus, iterũ pro alio non admittitur; ſed pro ſe. nu. 6. 36
Campio mutus nemo pugnare cogitur num. 11. *ibid.*
Campio omnis admittitur, qui non repellitur à poſtulando num. 1. *ibid.*
Campiones iurant de credulitate dominos fouere iuſtitiam. nume. 9. *ibid.*
Campiones, fures, infames, & aliter criminoſi grauibus criminibus, & in mortali peccato, & incorrigibiles repelluntur. nu. 2. *ibid.*
Campionibus adaptantur dicta omnia in principalibus. nu. 10. *ibid.*
Campio dari poteſt in caſibus quibuſdam. nume. 1. fol. 40
Campus tutus eſt inueniendus, aptus, & congruus. num. 4. 36
Campus triplex, an inueniendus, an vnus ſufficiat. num. 3. *ibid.*
Campus apud Saracenos, Iudæos, & infideles non inueniendus, num. 5. 36
Campus tutus cenſetur, quando Princeps eſt talis, in quo non cadit ſuſpicio vt Rex, &c. nume. 7. *ibid.*
Campus ad loca ſolitaria, & ſilueſtria, non dandus. nume. 6. *ibid.*
Campum differens eligere prouocans, eliget prouocatus, num. 8. *ibid.*
Campo electo in contumaciam aliorum ſex menſium, pugna iterum non conceditur, niſi refectis expenſis, num. 9. *ibid.*
Campus alius eligendus, ſi aliqua cauſa reuocetur primus, num. 10. *ibid.*
Campus certaminis amplus conſtituitur, intra, vel extra ciuitatem, funibus, aut lignis, aut muris circundatus, aptus &c. num. 1. 37
Campus certaminis dicitur eſſe ſacer. num. 2. *ibid.*
Campum non ingrediuntur, niſi iudex, & patrini, & alias victores, num. 4. *ibid.*
Campi, & Iudicis electio prouocanti relinquitur. nu. 2. fol. 46
Cancellarij magni, in Francia: amplitudo, explicatur; & qualis eſſe debet. nu. 2. & 4. 73
Cancellarij officium, primus Auguſtus ſuſcepit. num. 3. ibid.
Cancellarij officium, alias tripartitum. nu. 9. *ibid.*
Cancellarius magnus Imperatoris, habet poſt præfectum prætorio, ſummam dignitatem, num. 1. *ibid.*
Cancellarius magnus, qui magnificus, magnificus, magnificentiſſimus; Glorioſiſſimus, excellentiſſimus, excelſus, & ſublimis appellatur, Illuſtris eſt; vti qui ad latus principis ſedet. nu. 6. *ibid.*
Canonici non habent dignitatem. num. 18. 180
Canonici cathedralis eccleſiæ, præferuntur omnibus alijs clericis; qui dicuntur primi gradus. nume. 2. fol. 186
Capa clauſa quid ſit, inf. in ver. Cucula.
Caputium quid ſit, inf. in ver. Cucula.
Captiuus quis ſit victoris omnino; non alterius, nu. 5. fol. 52
Captiuum non licet occidere, quandocunque ſe dediderit, num. 11. 161
Captiuitatis ius, an poſſit cedi, num. 13. 53
Captiuus, dimiſſus ſub fide redire tenetur, num. 14. ibid.
Captiuus dimiſſus ſub fide, negans ſe victum, quomodo iterum vendicabitur, num. 15. *ibid.*
Cartule incerta non admittitur, num. 17. 29

Cartula

Cartula prima habet vim libelli, num. 4. 32

Cartula non debet eſſe generalis, incerta, obſcura, aut conditionalis num. 3. ibid.

Cartula, ſiue libellus prouocantis, generalis, vel incerta, aut conditionalis, tanquam inepta negligi poteſt; nu. 1. fol. 39. & num. 17. 29

Canoniſtarum opinio, Theologicum opinioni præfertur; vbi teſtatur de moribus, & integritate vitæ; non de articulis fidei. num. 8. 123

Cardinalatum, Papa non poteſt extinguere. num. 27. fol. 147

Cardinalatus eſt officio, non ordo; licet Cardinalis debeat eſſe in ſacro ordine conſtitutus. num. 3. 132

Cardinalatus inſignia, quæ ſint. num. 12. 141

Cardinalem offendens, in perſona, incidit in pœnam commmus leſæ maieſt. & pœnam ſacrilegij. nu. 19. 146

Cardinales de iure diuino, figuratiue ſaltem ſunt. nu. 6. fol. 116

Cardinales in tractatu pares, eligunt, vt volunt; dum duæ partes conſentiant; quibus non poteſt, per ipſos renunciari. num. 3. & 8. fol. 117. & ſeq.

Cardinales, quomodo in conclaui includantur, collegialiter, pro electione Pontificis. num. 2. 117

Cardinales non poſſunt ſtatuere, ſuper ſucceſſore Rom. Pontificis. num. 4. 119

Cardinales Pileo purpureo, & Clamide eiuſdem generis vtuntur & ratio. num. 1. 141

Cardinales, Innocentij. 4. decreto, Galero pubeo, vtuntur, & equo. num. 2. ibid.

Cardinales ſoli, inſtituto Pauli. II. Biretam coccineam, ferunt; & mulas ſternunt, panon eiuſdem coloris. num. 3. ibid.

Cardinales, Sacerdotes Leuitici generis cenſentur. num. 2. 3. ibid.

Cardinales ſunt loco Apoſtolorum, aſſiſtentium Chriſto. num. 3. ibid.

Cardinales quo tempore, primum eo nomine vocati. num. 4. ibid.

Cardinales. 29. Vrbanus. VI. Pont. vna die creauit. nume. 10. 142

Cardinales qui dicantur habere titulum, & qui per titulum inſcubantur, & quomodo. nu. 15. ibid.

Cardinales Dij cenſentur in terris. num. 19. 143

Cardinales vnde dicti. num. 16. ibid.

Cardinales olim appellati, in quacunque eccleſia, principales ſacerdotes, vel epiſcopi. num. 17. ibid.

Cardinales conſiliarij vocati, num. 17. ibid.

Cardinales videntur eſſe membra ſpecialia Pontificis, qui eſt caput. num. 7. 125

Cardinales Ro. Eccleſiæ, filij ſpirituales inſcribuntur; & dicuntur curiales. num. 19. 143

Cardinales ignorare ritum, eligendi Pont. Max. viliſſimum eſt. 2. ibid.

Cardinales ſunt vnum corpus, cum Papa. nu. 4. ibid.

Cardinales ſede vacante, an ſint caput eccleſiæ: & ſuppleant defectum mortui Papæ; & habeant iuriſdictionem Papalem; cum exemplis. num. 5. ibid.

Cardinales ſolum prohibentur, exercere ea, poſt mortem Papæ; quæ pertinent ad Papam, dum viuit. nu. 6. 144.

Cardinales an ligentur, generali Conſtit. & l. communi; & Regulis Cancellarie. nu. 8. ibid.

Cardinales non plus poſſunt, quam eis ſit conceſſum à Canone, in ſubſtantialibus; cum de crimonialibus, non ſit curandum. num. 9. ibid.

Cardinales quomodo tenentur confiteri peccata ſua. num. 10. ibid.

Cardinales ſunt ſub obedientia Pontificis; ita vt ligatis alis a curia, non diſcedant, iniuſſu Pont. nu. 11. limit. num. 14. ibid.

Cardinales contra Papam, calcaneum erigere non debent. ibi.

Cardinales peccantes grauius alijs puniuntur. n. 12. ibid.

Cardinales vel epiſcopi; vel presbyter, vel diaconi, quomodo conuincantur, & condemnentur. num. 14. ibid.

Cardinales profitemur viros vtique bonos: & valde diſciplinatos. num. 15. ibid.

Cardinales omni cura, debent ſuadere Pontifici; vt quærat pacem inter Chriſtianos; ſed & aliquãdo Bellum. nume. 16. ibid.

Cardinales poſt Pontificem, maiori dignitate, omnibus alijs, præfulgent. nu. 1. 3. 145

Cardinales an debeant habere partem introitus, cameræ Apoſt. num. 4. ibid.

Cardinales maiores ſunt archiepiſcopi, & epiſcopis, ratione officij, non ordinis. num. 5. ibid.

Cardinales Illuſtrium gradum aſſequũtur: ſecundum aliquos ſupraillustrium. num. 6. ibid.

Cardinales æquiparantur, præfectis prætorio: cui æquiparantur regec, & Patriarchæ. num. 6. ibid.

Cardinales an ſint dignitates in curia, quam extra nu. 11. 146

Cardinales quo ordine ſedeant in conſiſtorio. n. 12. ibid.

Cardinales alij, alijs aliquando præſtantiores. n. 13. ibid.

Cardinales Reuerendiſſimi appellantur; & Venerabiles. 14. ibid.

Cardinales ius epiſcopale, in eccleſijs ſuis habent: ita vt licet non ſint epiſcopi; vti tamen poſſunt inſignijs epiſcopalibus. nume. 17. ibid.

Cardinales, & eorum familiares, licet abſentes, recipiũt fructus ſuorum beneficiorum. num. 17. ibid.

Cardinales conferre poſſunt minores ordines; & ſolenniter bene dicere; non tamen abſoluunt a voto, vltramarino; nec audiunt cauſas; nec conferunt beneficia ſub. nu. 17. ibid.

Cardinales non veniunt in excommunicatione generali. num. 18. ibid.

Cardinales non tenentur, ad ſolutionem decimarũ; neque ſubſidij charitatiui. & pro recuperatione terre Sanctæ, impoſiti. nu. 20. ibid.

Cardinales, priuilegio militum teſtando, an vtantur. 24. fol. 147

Cardinales habent nouem priuilegia: quæ enumerantur. 26. ibid.

Cardinales poſſunt anathematizare; & expellere pontificatum, iniuſte inuadentem. num. 28. ibid.

Cardinales duobus electis in diſcordia, poſſunt concilium conuocare; & in alijs caſibus. nu. 29. ibid.

Cardinales an in feudo, & regno ſuccedant: nu. 32. ibid.

Cardinales poſſunt eſſe executores teſtamentorum. num.33. ibid.
Cardinalibus non eligentibus, infra tres dies, vel quinque ſequentes diminuitur cibus, & potus. num.10. 117
Cardinalibus eligentibus Pontificem, non obſtant exceptiones, hereſis, excommunicationis, & aliæ ſimiles, criminoſæ. num. 2. 121
Cardinalibus Papa, ademit hodie iura ſenatus. n.7. 144
Cardinalibus paucis plus creditur, quam multis clericis pannoſis. 23. 147
Cardinalibus auferri non poteſt, eligendi Pontificis poteſtas per Concilium. num. 27. ibid.
Cardinali indigenti, Papa tenetur ſubuenire. nu.21. 146
Cardinalis epiſcopus Hoſtienſis, conſecrat, & coronat Papam: & inungit Imperatorem. nu.4. 2
Cardinalis non expectatus tempore debito, an poßit agere de contemptu. num.5. 117
Cardinalis non poteſt eſſe, niſi ſaltim ſit Diaconus. numero. 13. 142
Cardinalis dicto, an, & quando, credendum ſit. num.22. fol. 146
Cardinalis an ſuccedat in feudo, vel Regno, ſub. nu. 21. fol. 100
Cardinalis an poſſit remunerare uoci ſuæ, in electione Papæ. num.6. 118
Cardinalis depoſitus ob delictum, ſecus alia cauſa, amplius Cardinalis effici non poteſt: idem in doctores: & an poſſit reſtitui. num. 13.14. 144
Cardinalis epiſcopus, potius eligendus Pontifex, quam presbyter; presbyter quam diaconus; quia digniores. num.12. 146
Cardinalis ſuſpectus non recuſatur, niſi ex magna cauſa. nu. 16. ibid.
Cardinalis an præſumitur teſtatus, de licentia Papæ; & an de licentia Papæ, poſſit teſtari. remiſſiue. num.25. fol. 147
Cardinalis an poſſit expendere reditus Cardinalatus; & Patrimonium conſeruare. num.25. ibid.
Cardinalis obuians ducto ad mortem, cum liberare poteſt: limita ſex modis expreßis. num.30. ibid.
Cardinalis electus, poteſt epiſcopatum, archiepiſcopatum; & priora beneficia, retinere. num.31. ibid.
Cardinalis conſtitutus, poteſt ad inferiorem dignitatem eligi, vel poſtulari, puta epiſcopatum. nu.32. ibid.
Cardinalis poteſt renunciare Cardinalatui. nume.35. fol. 148
Cardinalium beneficia, ſunt reſeruata Papæ. nu.7. 132
Cardinalium inſtitutio; ad tempora veteris teſtamenti, refertur; quæ ſit de iure diuino. num.1. & .3. 141
Cardinalium inſtitutio, expediens eſt, & vtilis, ad Regimen eccleſiæ. num.9. 142
Cardinalium creatio, quomodo per Pontificem fiat. numero.11. ibid.
Cardinalium tituli, qui, & quot ſunt. num.14. ibid.
Cardinalium creatio, vſque ad quem numerum aſcendere poßit: quod arbitrio Pontificis relinquendum uidetur. num.15. ibid.
Cardinalium collegium, Romanæ eccleſiæ Senatus dijudicator: exemplo Senatus Rom. & hi, Coadiutores; patritij: & liberi primi gradus, prope Papam dicti. num.18. 143
Cardinalium officium, in multis repetitur, ſummatim. num. 1. ibid.
Cardinalium officium, & quales eſſe debent. nu.3. ibid.
Cardinalium cœtus, cum Pontifice, ſunt vnum, idemque corpus. 4. 145
Cardinalium coetus, appellationem à ſententia ſua non recipit; ſecus ſi vnus tantum ſit Cardinalis. nume.15 fol. 146.
Cardinalium cœtus, an concedat, vt extrahatur aqua, e flumine publico. num.34. 148
Carolus magnus, diademate fuit donatus, a Leone. III. Pontifice. nu.18. 2
Carolus. V. Imp. primam coronam recepit Aquiſgrani; antequam Romæ, ſiue Bononiæ, a Clem. VII. Pontifice, tertiam ſuſciperet. 1530. 2
Carolus magnus, a Pipino, Auſtraſiorum Rege proceſſit nu.11. 15
Carolus magnus, Germanus cenſendus. nu.13. ibid.
Caſus remißiue, in quibus Papa, non poteſt diſpenſare num.11. 140
Cauſa cauſatum præcedit; Generans generatum. nu.8. fol. 45
Cauſa legitima, ſtatuendi contra ius naturale, vel gentium, quæ ſit. num.2. 69
Cauſa iuſta, præſumitur in Principe, ſecundum communes; ita vt non admittatur probatio in contrarium. nu.1. declara. num.2.3.4.5.6. & .7. 88
Cauſa iuſta præſumitur in Principe, in his, quæ ſunt iuris diuini, naturalis, & gentium; ſi appareat, vel expreſſa ſit, alijs ſecus. num.8. ibid.
Cauſa, quæ ſemel eſt in curia, nunquam exit. nu.8. 66
Cauſę meri, & mixti Imperij, de iure Can. poſſunt delegari, ſe communes. nu. 5. 2
Cauſæ cognitio, ubi non interuenit, parũ operantur clauſulæ, in reſcriptis inſertæ. num.41. 68
Cauſæ legitimæ ſtatuendi, contra ius naturale, & gentium, debent conſtare aliter, quam per aſſertionem Imperatoris. num.3. 69
Cautela data per regem Aragonum, ad ſumendum ſciſma. num.8. 120
Cadant arma togæ, concedat Laurea linguæ. num.11. fol. 6
Celeriter deliberata eſſe agenda; cum mora cõſulendum num.6. 57
Cenſure eccleſiaſtica appellatione, venit excommunicatio, interdictum, & ſuſpenſio. nu.2. 174
Ceſar, & Rex Romanorum ante, poſt autem Imperator, & Auguſtus incoronationem, dicitur. num.3. 12
Ceſaris dictum, Si violandum eſt ius, Imperij cauſa, violandum eſt, nu.12. 97
Chriſma nouum, ſingulo anno conficiendum. nu.10. 171
Chriſtiani Principes, non poſſunt habere Principes infideles, in compatres. 2. 79
Chriſtianis, poſt aduentum Chriſti, tributa omnis poteſtas. nu.6. 92
Chriſto fuit data omnis poteſtas in cælo, & in terra. nume.17. 14

Chriſtus

Chriſtus fuit Imperator e, & ſacerdos, num. 9. fol. 10. Et nume. 5. 112
Chriſtus, Petro interroganti: Domine quo vadis, reſpondit; Romam iterum crucifigi. 17. 14
Chriſtus actibus proprijs, & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis, Imperatoris, ac Papæ diſcreuit. numero 2. 22
Chriſtus, & Papa, Paſtor appellatur, ſicut Agamemnon Rex, ab Homero, nume. 4. ibid.
Chriſtus, cui fuit data omnis poteſtas in cælo, & in terra; eandem conceſſit Petro, & eius ſucceſſoribus. numero 2. 115
Citatio eſt de iure diuino, & naturali. numero. 5. & . 7. fol. 4. & 5.
Citatio in notarijs, non eſt neceſſaria, nume. 5. 19
Citatio eſt de iure naturali, & gentium; ſeu diuino. numero 3. 59
Cyri Perſarum Regis improbatur crudelitas. nume. 6. fol. 59
Ciues ex priuilegio, ſunt vere ciues; & gaudent hiſdem priuilegijs, & ſtatutis, quibus ciues originarij. nu. 5. fol. 86
Ciuilis facultas, præſtabilior eſt medicina, nume. 23.
Ciuilitas acquiritur, origine, manumiſſione, adoptione, & allectione. nume. 2. 85
Ciuilitas non eſt de reſeruatis principi. nume. 3. ibid.
Ciuilitas ex priuilegio, tribuit tantum ea, quæ ipſa ciuitas habet; non quæ habet ex priuilegio. nume. 9. 86
Ciuilitas tranſit ad filium inuitum. num. 8. 86
Ciuilitate patris reuocata, cenſetur reuocata in filio. nume. 8. ibid.
Ciuilitatis priuilegium, intelligitur conceſſum, quo ad fauores: non quo ad odia. nume. 6. ibid.
Ciuilitatis priuilegium, conceſſum patri, tranſit ad filios: licet non ſit facta mentio filiorum, numero 7. fol. ibid.
Ciuis efficitur quis, ex priuilegio ciuitatis, vel principis. 3. 85
Ciuis quis efficitur, ex collatione dignitatis ſenatoriæ, vel alterius, vbi honorem gerit. numero 4. 86
Ciuis ex priuilegio, tenetur ad omnia onera, ciuitatis illius, etiam ſi illa onera ignorabat. numero 10. fol. ibid.
Ciuitas hodie qualibet, licet habeat vim prouinciæ declaratur tamen. nume. 15. 108
Clariſſimi poſſunt appellari oẽs Iudices & Doctores. nume. 27. 7
Clariſſimi qui ſint. num. 8. 44
Claudus, vel Cocles, vel alio debilitatus membro, excipit, vt æqualitas ſeruetur. nu. 1. 2. 40
Claudicatio, iniquitas appellatur. nume. 6. 77
Claues traditæ Petro Apoſt. & eius ſucceſſoribus; quibus liberam poteſtatem exercere poſſint. numero 1. fol. 113
Claues duæ, an vna tantum ſit; & de earum effectu. nume. 3. & . 5. 114
Claues eccleſiæ duplici colore depictæ, numero 6. fol. 114
Clauſula, non obſtante, quando, & quomodo requiratur, vel concedendo ius commune, & nouum contrarium iuri antiquo; vel concedendo ius nouum; per quod derogandum ſit conſuetudini, & ſtatuto, nume. 24. & . 25. 67
Clauſula, non obſtante aliqua lege contraria, an requiratur in diſpoſitione, vel ſufficiat clauſula, Non obſtante aliqua. l. num. 26. & . 27. ibid.
Clauſula, non obſtante aliqua lege, quæ ſtatuta cenſeãtur ſublata. num. 28. ibid.
Clauſula, non obſtante, nullus inferior à principe, vtitur. nume. 29. ibid.
Clauſula, ex certa ſcientia, idem operatur, quod clauſula non obſtante, &c. ibi effectus: & idem operatur quòd clauſula, ex plenitudine poteſtatis. nume. 30. & . 32. fol. ibid.
Clauſula, ex certa ſcientia, eſt neceſſaria, in his, quæ concernunt præiudicium alterius, alias ſufficit, quomodolibet appareat de ſcientia principis numero. 33. fol. 68
Clauſula, ex certa ſcientia, & motu proprio, an & quando operetur, in præiudicium tertij numero 34. fol. ibid.
Clauſula, ex certa ſcientia, non operatur niſi in his, in quibus princeps, præſumitur habere notitiam; vt in his quæ conſiſtunt in iure, non in facto, vt ſtatuta, pacta. &c. num. 35. ibid.
Clauſula, motu proprio, idem operatur, quòd clauſula, ex certa ſcientia; & quæ operetur. numero 37. fol. ibid.
Clauſula, de plenitudine Imperatoriæ poteſtatis, quid operetur, num. 38. & . 40. ibid.
Clauſula, ſupplendo omnem defectum, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, quid operetur; & cum ea confirmatur ſententia nulla num. 41. ibid.
Clauſulæ priuilegiorum, Immunitatum, quomodo concipi poſſunt. nume. 8. 71
Clementia, & manſuetudo commendatur maxime, in principe. 7. 12
Clerici portantes arma, mortaliter peccant; & excommunicantur; & perdunt priuilegium clericale. nu. 3. fol. 83
Clerici Græci, quomodo intelligantur poſſe habere vxorem. num. 16. 129
Clerici, & cuiuslibet litterariæ profeſſionis doctores, etiam per campionem non pugnant. num. 2. 35
Clerici ſponte offerentes, & oblatum Duellum ſuſcipientes deponuntur, num. 3. 42
Clerici in minoribus, vel maioribus, ducentes vxorem, amittunt beneficia. 161.
Clerici præſertim beneficiati, tenentur dicere officium, nume. 20. 137
Clerici ſine proprio habitu, extra domum, ne exeunt, nume. 14. 164
Clericis a laruis, & laruatis, cauere debent. nume. 15. fol. ibid.
Clerici quomodo in multis ſe habeant, vide infra in ver. epiſcopus. &c. 163
Clerici non poſſunt exercere iura ſanguinis. numero 4. & 8. 83

Clerici quicquid habent, pauperum eſt. nu.48. 166
Clerici ſeculares pr · feruntur omnibus religioſis; quia an tiquior eſt inſtitutio num.2. 186
Clerici aliarum eccleſiarum, quàm cathedralium, quomodo præcedant inter ſe,num.2. ibid.
Clericorum appellatione, comprehenduntur omnes ordines eccleſiæ,in fauorabilibus. num.3. 133
Clericus primogenitus, an ſuccedat in Regno inſr. ver. primogenitus nu.21. 100
Clericus vxorem accipiens, per verba de præſenti, non de futuro,etiam in minoribus; vel concubinam retinens,perdit beneficia eccleſiaſtica. num.13. 163
Clericus fit irregularis, aſſiſtens tantum in bello iniuſto; vel amico etiam diſſuaſo,committere homicidium;& ſi id factum eſt intuitu clerici, qui ſciuit, & non prohibuit. & reuelauit, vel ex cauſa propinqua.nu.32. fol. 165
Cocus Imperatoris habet dignitatem. nu.3. 75
Cõmendatarius alicuius Abbatiæ,non dicitur prælatus, nume.17. 180
*Commendatarius Abbatiæ, vel prioratus, non dicitur prælatus; ſed purus cuſtos,detentator,&c.nu. 8.*186
Comes palatinus, non poteſt delegare poteſtatem ſibi in priuilegio conceſſam.num.4. 76
Comes dicitur, qui de comitatu eſt inueſtitus, Capitaneus regni dictus.num. 1. 106
Comes loco præſidis habetur; immo magis principi aſſimilatur.5. ibid.
Comes,vel prælatus,non dicendus; qui de iure non ſit.6. fol. ibid.
*Comes ſub dominio Regis, an præſumatur habere comitatum,iure proprio, non tanquam Feudalem.nu. 7.*ibid.
*Comes cũ duce,vel ſuperiore,pugnare an poſſit. nu.8.*ib.
Comitatus, Territorium, Diſtinctus, & Diœceſis, idem ſunt.2. ibid.
Comitatus ex conſuetudine diuiditur nume.8. ibid.
Comites conſiſtoriani,æquiparati proconſulibus,ſpectabiles ſunt.num.3.
Comites palatini,qui ſine adminiſtrationem habent dignitatem,abuſiue comites ſunt. num. 1. 76
Comites proprie ſunt, qui ſunt de comitatu inueſtiti. nume.2. ibid.
*Comites palatini, habent priuilegia valida, creandi tabelliones, & ſimilia, prout in priuilegio. nu.3.*ibid.
Comites palatini,clariſſimi ſunt.num.5. ibid.
Comites vario modo dicti;aliquando Illuſt.aliquando ſpectabiles.num.1. 106
Comites proprie dicuntur, qui dignitatem habent, cum adminiſtratione,alij abuſiue.num. 3. ibid.
Comites proprie, clariſſimi ſunt; & quando ſpectabiles. nume.3. ibid.
Comites ſedent penes regem ſuum, ordine conſuetudo. nume.4. ibid.
Comites creati,vacante regno,cui teneantur iurare fidelitatem.nume. 9. ibid.
*Comitis iuriſdictioni ſubeſſe cenſetur, quicquid eſt in comitatu;idẽ credere eſſe in regno,& ſimilibus. n.7.*ib.
Comitiſſa, nubens Doctori, non dicitur nubere indigno. nume.9. ibid.
Comitum ſtatuta,ius ciuile reputantur.nu.6. ibid.
Comitum ſimilitudinem,Epiſcopi gerunt.nu.5. ibid.
Compater,non poteſt eſſe infidelis nec minor.n. 11. 150
Compenſatio iniuriarũ fit, vbi aduerſarij ſint pares, non aliter.num.7. 30
Concilij generalis conuocatio, ſpectat etiam ad laicos; Papa exiſtente ſciſmatico,aut hæretico;aut ex negligentia.nu. 6 7. 80
Concilij generalis ſecularis conuocatio; ſpectat tantum ad Imperatorem.nu.12. ibid.
Concilij generalis congregatio, pertinet tantum ad Papam.nu.2. 80
Concilio generali,qui ſint vocandi.nu.4. ibid.
Concilio generali,poſſunt intereſſe Principes laici, per nuncios. 8. ibid.
Concilio generali, Epiſcopi perſonaliter debent intereſſe niſi legitime impediti,nu.9. ibid.
Concilium nõ poteſt auferre Cardinalibus,eligendi pont. poteſtatẽ.nu 7. 119
Concilium prouinciale, de quibus cauſis poſſit cognoſcere.nume.19. 151
Concilium prouinciale, quæ tractanda recipiat.nu.27. fol. 153
Conclaue quod dicatur. num.11. 117
Confœderatio cum infidelibus, quando permiſſa;remiſſiue.nu.3. 79
Confirmans,licet non det, imperfectum tamen perficit; quod proprie confirmatio eſt.nu.10. 4
Confirmatio Imperatoris,inducit & inunctionem, conſecrationem,& coronationem.nu.7. 3
Confirmatio Principis,arguit conceſſionem realem. n.2 fol. 70
Confirmatio Epiſcopi fit intra tres menſes, poſt electionem;ante tamen conſecrationem.nu.1. 158
Confirmatio quando interuenire in electione poſſit.nu.2. & quando fiat remiſſiue.num.7. ibid.
Confirmatio, vel electio epiſcopi, an potius facienda de ſemper bono, quam de malo, qui effectus eſt bonus. nu. 3. ibid.
Confirmatus non debet accipere poſſeſſionem,propria authoritate,alias punitur.nu.8. ibid.
Congregatio concilij generalis, pertinet tantum ad Papam. nu.2. 80
Conſecratio Epiſcopi,quando,vbi, & a quibus fiat; & quis poſſit conſecrari,et qualiter fiat; & effectus eius remiſſiue.nu.1. 158
Conſecratio Patriarchæ, & Archiepiſcopi, quomodo fiat,remiſſiue.num.4. 159
Conſecratione Epiſcopi,dantur omnes gratiæ gratis datæ.5. ibid.
Conſenſus Pontificis electi,debet interuenire, & qualiter ante,vel poſt electionem.nu.13. 121
Conſiliarij Principis,Illuſtres ſunt;qui & clerici eſſe poſſunt.10. 73
Conſiliarij Principis,quoſcunque alios præcedũt; etiam, ſenatores.num.13. ibid.
Conſiliarij non idem ſunt,cum ſenatoribus his Imperator aſſurgit.num.13. ibid.
Conſilij quæ ſint,& quę præcepti;quomodo cognoſcantur nu.21. 90
Conſiſtoriũ attribuitur Põtifici,et Imperatori.n.1. 112

Conſiſtorium

Conſiſtorium Dei,& Pontificis;idem cenſendum eſt, in quo non currit tempus appellationis.num.3. ibid.
Conſtantinopoli per plura tempora, Imperij orientis tantum, nomen retentum; Italia a multis lacerata.nu.5. fol. 10
Conſtantinus Imperator, tenēs Frænum equi Pontificit, ſtratoris officium præbuit.ibi quis ſit ſtrator. num.6. fol. 13
Conſtantinus recognouit ſuperioritatem eccleſiæ;& Pontifici plura donauit, & ipſam Romam.nu.10. ibid.
Conſtantinus laicus,electus in Pontificem, deijcitur iam per annum Pontifex.nu.4. 120
Conſtitutio Dominij Mediolani, quid diſponat, in legitimatorum ſucceſſione. infra,in ver. legitimorū. n.13. fol. 85
Conſtituere ſe in manibus inimici.eſt, quid facti.num.4. fol. ibid.
Conſtituit ſe quandoque iniurians in manibus iniurati,vt de ipſo faciat quidquid ſibi libuerit, declaratur tamē contra conſuetudinem aliquorum nu.3. 55
Conſuetudo an prohibeat cōſummationem matrimonij; tempore feriato, nu.33. 131
Conſuetudo militum,& nobilium,& regionis, in Duello eſt obſeruanda,num. 1. 28
Conſuetudo vnius loci,non ligat alium.nu.3. ibid.
Conſuetudo Contra.l.diuinam,& naturalem, & Contra bonos mores,& irrationabilis, repellenda eſt.num.5. fol. 56
Conſules,excellentiſſimi dicti.nu.8. 73
Conſulatio in ſeptem neceſſaria; de Sacrificijs, ſeu religione; de Legibus; de Apparatu ciuili,de Societatibus,& fœderibus; de Bellis; de Pace, de Pecuniarum prouentibus.nu.7. 57
Conſultatione Imperator vti debet.nu.13. ibid.
Conſultatione vti,ſapientis eſt ſignum; Inconſulto agere dementię. num.2. ibid.
Contentio,quando ſit peccatum mortale, vel veniale.nume. 26. 180
Conuentio de ſucceſſione viuentis,non valet, etiam cum iuramento.nu. 2.& 6. 10
Conuenta in Duello ſunt ſeruanda,ſicut in bello, num.1. fol. 28
Conuentio in electione Armorum ſunt ſeruanda. n. 12. fol. 47
Conuitium illatum per iram punitur pro iniuria ſimplici,non pro delicto,vel calumnia.nu.1. 30
Conuiuiarum ſumptus immoderati,refrenandi ſunt.n.5. fol. 61
Correpiſcopi etiam erant.inf.in ver. Epiſcopi loco apoſt.
Corona,quæ ſuſcipitur Romę,dat.poſtremam perfectionem;& eſt culmen omnium coronarum,quæ ſub cęlo ſunt.num.12. 1
Corona cum Lapillis,oſtentat virtutes. ibi.
Corona Laurea,inde Aurea,coronabuntur triumphantes: ibid.
Coronarum plures ſpecies.nu.16. 2
Corona triplici, Aurea,coronatur Pont. Max.quam Regnũ dicunt.nu.1.Mitra tamen ſæpius vtitur,ibi. 112
Corona ſignificatur Rex, tanquam per quoddam corpus ſphericum.18. 92
Corona non auget dignitatem. num.3. 45
Coronabitur qui legitime in agone certauerit, num.3. fol. 48
Coronatio Imperatoris,in abſentia Pontificis,committitur Epiſcopo Cardinali; del legato; qui ſit Epiſcopus Cardinalis,num.4. 3
Coronatio facienda Romę,in Eccleſia.S.Petri,ad altare. S.Mauritij.nu.1.& 3. 3
Coronatio Imperatoris differtur, donec excutiatur, de impedimentis.nu.7. 29
Coronatio Pontificis, poteſt fieri, extra vrbem Romanam. 1. 113
Coronatio arguit conſenſum eligentium.num.4. ibid.
Coronatio voluntaria Pontificis, an purget merum præſidentem. num.9. 122
Crimen cum morte extinguitur.nu.6.& 8. 49
Crudelis eſt qui honorem ſuum negligit.nu.12. 27
Crimina maxima dicuntur in quibus de iure ciuili imponeretur pœna mortis.nu.4. 20
Crux rubra in albo,eſt ſignum vniuerſale,omnium Chriſtianorum.nu.4. 113
Cubicularius magnus,Illuſtris eſt; non alij cubicularij; ſed forſan clariſſimi.nume.2. 74
Cubiculi principis præpoſitus (qui Gran Ciamberlan dicitur) poſt cancellarium ponitur. nume.1. 74
Cucula quid ſit, Almutia, Caputium, Honeſta, capa clauſa;& ſcapulare, num.3. 179
Cura animarum poteſt exerceri,per Vicarium temporalem: vel perpetuum. num.2. 189
Cura animarum, non debet ſub annuo precio conduci. nu.2. ibid.
Cura animarum,non eſt maior; quam cura, quæ exercetur in foro contentioſo.nu.6. 190
Curatores dantur,qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, interdicta adminiſtratione.nu.4. 20
Curatum beneficium,quod dicatur.nu.6. 190
Cur ita facis,nemo poteſt dicere Imperatori,vel Principi;in quo eſt,pro ratione voluntas.nu.3. 64

D

DAuid cum Golia pugnauit, inſtinctu ſpiritus ſancti.nu.2. 25
Debirati membris, an poſint dare Campionem, nu.3. 49
Decretum iudicis,habet præſumptionem,pro ſe,tam reſpectu rectitudinis,quam ritudinis: declara ibi.n.20. fol. 67
Decuriones habent dignitatem.num.22. 7
Defendere qui tenetur, tenetur cuilibet offenſioni obuiare;& de omni negligentia,num.2. 21
Defenſionibus ſuis,in criminalibus,non poteſt reus renunciare:limita quinque modis.nu.16. 66
Degradandus nemo eſt,ſine accuſatione.nu.5. 159
Degradatio in ſpecie,eſt quæ actualiter fit; & ibi forma; & dicitur depoſitio ſolennis.nu.2. 159
Degradatio cœleſtis militię,militis fit; vt exauctoratio militis armatæ militiæ; & Doctorea.nu.4. ibid.

Degra-

Degradatio actualis, regulariter non fit, niſi cum incorrigibilitate, & niſi in caſibus expreſſis; & in tribus ſine monitione; & ſine incorrigibilitate: & ibi an in multis alijs caſibus. nu. 5. ibid.

Degradatio realis quædam eſt, quæ ficta dicitur; & quando habet locum nu. 6. ibid.

Degradatio vbi in canone exprimitur, intelligitur de verbali. nu. 6. ibid.

Degradationis verbum in genere, comprehendit degradationem, & depoſitionem. num. 1. 159

Delegatione generali Papæ, non veniunt niſi illa tantum quæ conſueuerunt ſepe committi. nu. 3. 2

Delegatus Papæ, eſt ſuperior quolibet ordinario. num. 7. fol. 66

Delicta, ſeu iniuriæ, duplici perſecutione vindicantur; vna quæ Principi, altera quæ parti competit, nec vna tollitur per alia. 3. 82

Delictum patris, non nocet filio; nec econtra. nu. 4. 19

Delictum excludit omnem honorem nu. 2. 42

Dens, pro dente, oculus pro oculo, anima pro anima, reddenda ſunt. nu. 15. 31

Deus iniuria vexatis opitulari creditur, num. 4. 28

Denominatio fit a maiori dignitate. nu. 9. 146

Depoſitio eſt verbalis tantum depoſitio, qua quis incarceratur, vbi ſit ſpes correctionis. nu. 7. 159

Depoſitio eſt etiam perpetua remotio, ab altaris miniſterio. 10. 160

Depoſitio proprie, an ſit a dignitatibus, & honoribus; Degradatio ab ordinibus. nu. 11. ibid.

Depoſitio fit ab honore, & loco; hoc eſt ordine, & beneficio. 12. 160

Depoſitio in quibus criminibus, & quãdo habeat locum. nu. 13. 18. ibid.

Depoſitio in quibus caſibus; & in ſpecie fiat; etiam in epiſcopo. num. 18. ibid.

Depoſitus regulariter non traditur curię ſeculari; niſi ſecuta incorrigibilitate. num. 9. ibid.

Depoſitus ſimpliciter, intelligitur perpetuo depoſitus. nu. 10. ibid.

Deſcendentes per lineam fœmininam, dicuntur eſſe de genere illius, a quo originem ducunt. nu. 18. 16

Deum ſpernit, Veritatem qui ſpernit. num. 3. 59

Deus Deorum, per correctionẽ prauorum, placandus eſt; ne flagella immittat in populum. nu. 3. 4

Deus ligatur etiam ex promiſſione ſua. num. 2. 24

Deus facta, infecta, & iniuſta, non poteſt facere, non tamen princeps: qui tamen poteſt facere, vt habeantur pro infectis. num. 1. 92

Dextera pars, Dignior habetur. nu. 1. 1

Dignior eſt, qui maior eſt iuriſdictione. nu. 22. 180

Dignior locus, eſt prope Epiſcopum; vel aliud caput. n. 4. fol. 186

Deus in Duello eſt artificialis integra. 12. horarum n. 2. fol. 37

Dignitas, eſt honor, alicui propter merita, ſpecialiter principis, uel legis beneficio, impenſus. num. 11. 6

Dignitas præcedens, facit quem honorari. nu. 17. 7

Dignitas facit differre a plebeis; idem & Militia. numero. 19. 17

Dignitas confertur etiam vitioſo. nume. 30. 8

Dignitas non mutatur, propter qualitatem perſonæ. nume. 30. 8

Dignitas addita dignitati, auget dignitatem. numero. 9. fol. 146

Dignitas vbi eſt electiua, & habet adminiſtrationem temporalium; & habet prærogatiuam in capitulo, denotat maioritatem. nume. 4. 187

Dignitatem anexam habet, officium. quod exercetur, ex collatione principis. num. 11. & 25. 7

Dignitatem eccleſiaſticam, qui habeant; & qui ordinem. nume 7. 111

Dignitates ab alijs: aliter, & diuerſimode exiſtimatæ, ſecundum Philoſoph. 2. 72

Dignitates in ſucceſſione, non poſſunt diuidi: ſcilicet Regnum, Ducatus, Marchionatus, & comitatus. num. 5. fol. 86

Dignitates eccleſiaſticæ, licet minores, an præferendæ ſecularibus maioribus. nu. 1. & 5. fol. 110. & ſeq.

Dignitates regales, ſcilicet Ducatus, Marchionatus; & Comitatus, Primogenituram habent: in Comitibus conſuetudo eſt contraria. num. 13. 105

Dignitatis exceptio repellit Duellum, num. 1. 44

Dignitatum gradus quatuor ſunt, additur quintus, nume. 2. ibid.

Dignitas, & nobilitas, infamia amittitur, nu. 3. 19

Dignitatum quatuor ordines. nu. 21. 120

Dignus is præſumitur, quem princeps elegerit. num. 6. fol. 17

Dignus ſemper aliquis præſumitur, in eccleſia: & non creditur in ea non dignum reperiri. num. 7. 120

Dilatio data debitori, ad ſoluendum, valet; in mora modici temporis. num. 2. non ſi excedatur illud. num. 4. fol. 87

Dilatio modici temporis, quomodo conſideranda. nume. 3. ibid.

Dilatio conceſſa debitori ad ſoluendum, quæ totius negocij principalis cognitionem tollit; & vires exhaurit, non valet. nu. 5. ibid.

Dilatio conceſſa debitori, ad ſoluendum, non extenditur ad debitum iuratum, niſi ſit facta mentio iuramenti. nu. 7. ibid.

Dilatio conceſſa debitori ad ſoluendum, intelligitur, datâ fideiuſſione idonea. nu. 8. & 11. ibid.

Dilatio conceſſa debitori. ad ſoluendum; non extẽditur ad ius tertij. num. 9. ibid.

Dilatio conceſſa debitori, an proſit fideiuſſori: & an currant vſuræ: & alia, remiſſiue. num. 10. ibid.

Dilatio quinquennalis, uel ceſſio Bonorum, datur debitori, arbitrio creditorum. nu. 11. ibid.

Dilatio noua non datur in Duello. num. 2. fol. 57. & n. 2. fol. 41

Diſdicta omnis, mors ciuilis dicitur, & æquiparantur. nu. 7. 38

Diſdicta quæ ſufficiat ad victoriam, nu. 3. 5. 7. 51

Diſdicta tacita habet eandem vim, quam expreſſa, ibi per exempla quæ dicatur, num. 4. ibid.

Diſdicta clara poteſt ab aduerſario extorqueri: vel recuſans interfici; num. 6. ibid.

Diſcipuli ſeptnaginta duo: vltra duodecim apoſtolos conſtituti.19. 143
Diſpenſatio in caſibus matrimonij, & alijs; qua expenſa fiat.29. 131
Diſpenſatio, contrahentes illicitum matrimonium, abſoluit. nume.12. 129
Diſpenſatio cum minore, in dubio, non intelligitur facta, quo ad adminiſtrationem bonorum temporalium. num.5. 133
Diſpenſatio nõ dicitur, ſed potius diſſipatio, in Papa; vbi non ſubeſt cauſa legitima. num.6. ibid.
Diſpenſatio in omni voto, regulariter ſpectat ad epiſcopum, num.2. 138
Diſpenſatio eſt gratia. nume.56. 167
Diuitiæ maiores, arguunt maiorem honorem, nobilitatem, dignitatem, potentiam, beatitudinem, æſtimationem, & Timorem inferiorum, numero. 18. fol. 103
Diuitiæ conceduntur in eccleſia, ad pauperum diſpenſationem; non ad luxum. numero. 21. fol. 164
Doctor militi præferendus, licet ſit doctorellus; ſimpliciter in omni actu, etiam militari. nume. 28.29.&.31. fol. 7.& 8.
Doctor, & præsbyter, dicuntur egregiæ perſonæ. num.5. fol. 111
Doctoratus eſt dignitas, etiam in doctore artium, & medicinæ, qua præſtabilior eſt ciuilis facultas. 23. fol. 7
Doctoratus & aduocatio, eſt officium collatum a principe.25. 7
Doctoratus, confert dignitatis adminiſtrationem. numero 26. 7
Doctorem, ſolo verbo Imp. & Papa creat; & nouam dignitatem & nobilitatem, etiam poſt mortem, num. 1. fol. 72
Doctores maioris auctoritatis, magis ſequendi ſunt. nume.5. 3
Doctores, Aduocati, & iudices recti, meliorem vitam agunt, quam religioſi, num.12. 6
Doctores legum, præſtantiores medicis. num.23.
Doctores decorantur pluribus epithetis, & præclaris titulis.32. 8
Doctores ludentes taxillis, infames ſunt. numero 24. fol. 164
Doctori atteſtanti communem, eſt credendum, nume. 4. fol. 3
Doctores, profeſſores literarum, clerici, religioſi, & ſimiles: etiam per campionem, nec prouocare nec prouocari poſſunt, numero. 2. fol. 42. & numero. 2. fol. 34
Doctores clerici, &c. probant de innocentia ſua, & iniuſtitia aduerſarij, num. 2. 42
Dolo, inſidijs, & fallacia nihil refert an quis aperte pugnet, nu.1. 28
Domini, vel principales, non retinendi in carceribus donec pugnatur per campiones, num.5. 35
Domeſtici Imperatoris, qui ſint; & quod ſunt ſpectabiles, nume.6. 79
Dominus, & Vaſallus, debent ſibi mutuam, & æqualem affectionem, & fidem. numero. 5. fol. 77
Donare, proprie eſt proprium principis. num. 1. 62
Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, regales dignitates ſunt. 6. declaratur. num. 7. 105
Ducatus, non regnum dicitur, numero 17. fol. 97
Duces, regali dignitate decorati, qui ſint. numero 1. fol. 104
Duces aliqui electione conſtituuntur; vt Venetiarum: qui non habent dominium; ſed quandam præeminentiam. num. 3. ibid.
Duces, Marchiones, & Comites; Capitanei Regni appellantur. num.4. ibid.
Duces, Marchiones, & Comites, retinent dignitatem; licet expulſi. num.9. 105
Duces Mediolani, amplius quam viginti ciuitatibus, imperabant. 10. ibid.
Duces qua potentia vtantur. num. 11. ibid.
Duces, Marchiones, & Comites, Feuda concedere poſſunt. num. 14. ibid.
Duces, à Regibus, & quolibet monarcha, creari poſſunt. nume. 2. ibid.
Ducis imago, depingitur ſine corona. numero 1. fol. 104
Ducum origo, quæ nam fuerit; & vnde dicti. nume. 4. fol. ibid.
Duellantes mortaliter peccant: quibus eucharistia denegatur, ſaltem ante pugnam. 4.&.5. 25
Duella concedentes conſuetudines, & Conſt. tanquam irrationabiles, non ſeruandæ. 9. ibid.
Duellum iure diuino, gentium, canonico, & ciuili prohibitum. num.2.&. 10. 25.& ſeq.
Duellum ſuſceptum, poteſt recuſari: Crudelis negligens famam ſuam. num. 12. 26
Duellum prohibitum à Dominio Mediolani, ſecundum Conſtit. Imperatoris. num. 14. ibid.
Duellum de facto, per milites, & nobiles, fit ob honorẽ. num. 15. 26
Duellum conſtat ex tribus. Iudice, Prouocante, & Prouocato, num.16. ibid.
Duello occiſus, potiusquam fateri volens mendacium, an moriatur in peccato mortali. 6. 25
Duello mortuis, denegatur ſepultura. numero 7. fol. ibid.
Dux eſt proprie, de Ducatu, inueſtitus; licet multipliciter ſumatur. num.2. 104
Dux eſt, qui pluribus Comitibus præeſt, qui comparatur Archiepiſcopo; & ſufficit, ſi vnum epiſcopatum tantum habeat, ſub ſe. num. 3. ibid.
Dux, inter Spectabiles eſt reponendus, & an Illuſtris. nume. 5.6. ibid.
Dux eſt, Marchione maior. nume.9. 105
Dux præfertur ambaſciatoribus Regis. numero 9. fol. ibid.
Duella concedentes conſuetudines, & conſtitutiones, tanquam irrationabiles, non ſunt ſeruandæ, nume. 9. fol. 26

Duella ſunt odioſa, ideo reſtringenda, &c. numero. 1. fol. 28
Duellantes mortaliter peccant, quibus eucharistia eſt deneganda, num. 4. 5. 26
Duellans iuste, miraculoſe obtinet, alioquin fortior, & ingenioſior, num. 3. 28
Duellantes cauſa gloriæ, fraude, & dolo, non vtuntur, nume. 4. ibid.
Duellantes, nec animo iracundo, nec conuitijs ad certamen deſcendat. nume. 7. 37
Duellantes alter alterum præuenire poteſt in percuſſionibus num. 1. 48
Duellantes ſine ſuperioris auctoritate poſſunt puniri nume. 3. 39
Duelles ante ingreſſum campi poſſunt concordare poſt non, niſi abolitione impetrata. num. 4. 33
Duelles volentes ita; vt vtriuſque honori conſulatur, pacem ineunt, num. 1. 54
Duelli, quod proprium dicitur ſecundum vulgares, origo, num. 1. 27
Duelli pugna eſt actus militaris, nobilis ab infamibus nõ exercendus. num. 1. 29
Duelli pugna æquiparatur torturæ. num. 3. 32
Duello occiſus potiuſquam fateri volens mendacium, an moriatur in peccato mortali. num. 6. 26
Duello mortuis denegatur ſepoltura. num. 7. ibid.
Duello non eſt locus, vti ſunt verba reſponſiua æqualia in iniuria, ſed vbi ſit exceſſus. num. 7. 30
Duello recepto offendentes ſe inuicem, meditorie agunt. num. 2. 46
Duellum iure diuino, gentium, canonico, ciuili, eſt prohibitum. num. 2. & 10. 26
Duellum ſuſceptum poteſt recuſari. num. 12. 27
Duellum eſt prohibitum in dominio Mediolani ſecundum Conſt. Imperatoris. nume. 14. ibid.
Duellum de facto per milites, & nobiles, fit ob honorem. num. 15. ibid.
Duelli inſtantia, & tempus eſt. Lex menſium nume 3. fol. 32
Duellum conſtat ex tribus perſonis, Iudice, Prouocante, prouocato, num. 1. 27
Duellum dicitur, quaſi duorum Bellum, numero 2. fol. ibid.
Duellum appellatur Monomachia, & ſingulare certamẽ, num. 3. ibid.
Duellum, & Iudicium ciuile, æquiparantur, & accuſatio: arguiturque ab eo, num. 2. ibi.
Duellum differt a iudicio contentioſo, in probatione, in litis conteſtatione, in congrediendo perſonaliter, nume. 1. ibid.
Duellum fit ad experimentum innocentiæ, & probationem veritatis, num. 1. ibid.
Duellum eſt ſpecies probationis, quæ magis dicitur diuinatio, num. 2. ibid.
Duelli Iudicium eſt fallax, vt nocens vincat, aliquando innocens ſuccumbat, num. 1. ibid.
Duellum vbi requiritur, nulla ſubſiſtente cauſa, dicitur tentari Deus, nume. 2. 28
Duellum fiendum eſt cum æqualibus armis, non claua venata, aut ſimilibus, num. 4. 5. ibid.
Duellum non niſi iuſta cauſa conceditur, nu. 9. 29
Duellum non eſt licitum, niſi concedatur a principe, nume. 2. 32
Duellum non poteſt etiam per pactum iuſtificari, niſi cum ſuperioris autoritate, num. 3. ibid.
Duellum per principales perſonas regulariter eſt ineundum, non per ſubſtitutos. num. 1. 34
Duellum non fit in loco ſacro, num. 3. 37
Duellum non conceditur contendentibus propter delationem inſigniorum gentilitiorum, & ſi quis dicatur cæcus, vel claudus, nume. 12. 41
Duellum ex conſuetudine Italiæ, & Gallorum, permittitur vbi Iudici æquum, & iuſtum videbitur, nume. 3. 5. 6. 8. ex oleris. ll. longobardorum, Imo aliter Galli obſeruant. nume. 4. 28. & ſeq.
Duellum Deo auctore eſt ſuſcipiendum. nume. 1. 28
Duellum impertinenter fit ſine indice. num. 2. 48
Duellum in quot caſibus permiſſum iure longobardorum num. 1. 38
Duellum in Regno Siciliæ in duobus tantum caſibus permiſſum nume. 2. ibid.
Duellum non poteſt iudicari per arbitrum, nec partium Conuentione fieri. num. 4. 39
Duo Reges Romanorum an poſſint ſe inuicem prouocare. num. 2. 45
Duo caſus vbi ſunt æquiparari, diſpoſitum in vno, cenſetur diſpoſitum in alio. num. 12. 51
Dux Mediolani, habet plenitudinem poteſtatis, ita vt omnia poſſit, quæ Imperator. num. 11. 105
Dux ad quæ teneatur, ex ſuo munere. num. 12. ibid.
Dux Venetiarum; & eius Senatores, an Illuſtres, ex dominio. num. 9. 108

É

Eclesia militans, eſt diuinitus exemplata ab eccleſia Triumphanti. 10. 120
Eccleſia non debet reſidere, ſine ſponſo, & paſtore; quo vacante vniuerſale regimen, penes eam eſt. nume. 1. 116
Eccleſia non indiget porcis, & aſinis ferratis; ſed viris eruditis. 1. 135
Eccleſia conuentualis, & collegiata, quæ dicatur. numero 6. 186
Eccleſiam qui hæredem facere voluerit, exhæredato filio, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non auguſtinum. nume. 8. 179
Eccleſiarum regimini, qui præficiendi ſint. nume. 2. fol. 132
Electio de certo gremio facienda, aliter facta non tenet. nume. 6. 15
Electio Regis Rom. nulla eſt, vbi non adſint duæ partes, ex tribus electorum. num. 2. 16
Electio Regis Rom. a maiori parte, valida eſt, licet in electione papæ, duæ partes, requirantur, numero 4. fol. ibid.
Electio à Canonicis qualiter fiat, & in ea obſeruanda, remiſſiue. num. 1. 157

Electio

Electio Regis Rom. vbi ſit, in pari diſcordia, Papa gratificat, cui vult. nume. 6. ibid.
Electio pontificis, impedimentum iuris poſitiui tollit. nume. 4. 117
Electio pontificis habet tresdecim ſpecialia, ſecundum Ab. nume. 5. adduntur quinque. nume. 7. & ſeq. fol. 117. & ſeq.
Electio quomodo fiat, per duos Cardinales, vel vnũ tantum: reliquis mortuis, vel abſentibus. numero. 6. fol. 118
Electio per inſpirationem, vel quaſi; vel alijs modis, ſcilicet per ſcrutinium, vel cõpromiſſum, quomodo fiat, etiam remiſſiue. nume. 9. 119
Electio pontificis, altero ſuperſtite, fieri non poteſt: idem in alio prælato. nume. 1. 119
Electio quo ad electum, ſubijcitur non ſolum iuri poſitiuo; ſed etiam diuino. num. 6. 120
Electio prælatorum quorumcunque quomodo ſpectet, ad collegium. 4. 132
Electio epiſcopi à quibus olim, & hodie fiat. numero 1. fol. 156
Electio in quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis quomodo facienda; remiſſiue. nume. 2. 187
Electio de excommunicato, etiam occulto, eſt nulla. nume. 2. 17
Electio quæ ſit, cuit dicatur. nume. 2. 156
Electio canonica epiſcopi, non requirit diſpenſationem, nume. 7. 157
Electio eſt nulla, ſi fiat in loco, non determinato. numero 4. ibid.
Electio tertia die facienda, poſt ſepulturam; ſaltem de honeſtate. nume. 3. 157
Electio caſſatur, ſi electus adminiſtret, ante confirmationem. nume. 3. 158
Electione deuoluta ad ſuperiorem; is non eligit cum qua litatibus primi, communis. nume. 4. 157
Electione facta, vel ante; conſenſus principis requirendus eſt. num. 5. ibid.
Electione à maiori parte, non ſuccedente, electores Regis Rom. variare poſſunt. nume. 5. 16
Electione vnius in Regem Rom. facta, quando alius eligi poſſit. nume. 9. ibid.
Electionem epiſcopi qui impugnare poſſint. numero. 5. fol. 157
Electionis triplex forma, comprobata in iure reperitur. nume. 1. 117
Electionis forma tradita in epiſcopo; ſeruanda eſt, in electione præpoſiti, decani & ſimilium perſonatuum. nume. 2. 157
Electis duobus Regibus Rom. in diſcordia, vterque adminiſtrare poteſt; donec Papa, alterum approbet. nume. 7. 16
Electores Imperatoris, ſeu Regis Rom. tres Archiepiſcopi: Maguntinus, Treuerẽſis, Colonienſis; qui ſcribæ dicuntur. Quattuor Laici: Marchio Brand. Comes Palatinus, Dux Saxoniæ, & Rex Bohemiæ. numero. 2. fol. 12
Electores Reges Rom. citandi ſunt: alias contemptus vnius plus officit, quàm multorum contradictio: electioque redditur nulla. num. 1. 16
Electores poſſunt eligere vnum ex ſe ipſis. numero 8. fol. ibid.
Electoribus monitis, & negligentibus eligere, in præfixo termino, papa prouidet. num 3. ibid.
Electus Rex Rom. poteſt renunciare electioni ſuæ: vel electoribus, vel Papa. num. 10. ibid.
Electus habet præſumptionem pro ſe. numero. 8. fol. 120
Electus ſi dignum ſe putat, recuſando mortaliter peccat. num. 14. 121
Electus in caſibus adminiſtrat, ante confirmationem. nume. 4. 158
Electus ad officium publicum, an cogatur illud ſuſcipere. nume. 15. 121
Eleemoſina, quibus potius dãda: & quomodo conſanguineis. nume. 46. 166
Eleemoſina quomodo faciẽda, vel de conſilio, vel præcepto, remiſ. 48. ibid.
Eloquẽtia, Lacedemone expulſa; Athenis orandi reciſa poteſtas, vbi orator affectus mouere vetaretur. numero 12. 58
Eligendus, non recte petit ſe eligi. num. 13. 121
Emendatus de crimine, non remanet omnino integer. nume. 4. 158
Egregij qui dicantur. nume. 9. 44
Enſe ſolo pugnantes, an reprobandi. nume. 4. 47
Enſe in primis cinguntur milites. num. 5. ibid.
Enſis alienatio eſt graue crimẽ. num. 6. 47
Enſis amiſſio arguit aliquem victum in Duello gloriæ. nume. 7. ibid.
Enſis datur Imperatori, vindici in iram male agentium, laudem bonorum. nume. 8. ibid.
Epiſcopus loci poteſt prohibere Duellum, licet dominus loci conceſſerit. num. 4. 48
Entia nolunt male diſponi. nume. 19. 14
Epiſcopali dignitati, conuenit chriſma; oleum ſanctum: conſecratio altaris, vel eccleſię; clericorum ordinatio; conſecratio virginum eccleſiæ pollutæ reconciliatio; clericorum depoſitio, vel ſuſpenſio; excommunicatio; interdicti promulgatio; purgationis indictio, diſpenſatio, pœnitentiæ ſolennis impoſitio. nume. 3. 168
Epiſcopalis dignitas, & potentia, in multis verſatur. num. 1. ibid.
Epiſcopalis dignitas, eſt de iure diuino; licet ordinatio ſit de iure poſitiuo. & eſt culmen, & dignitas dignitatũ. nume. 2. ibid.
Epiſcopalis portio, quæ quarta canonica appellatur, quare, & quomodo debeatur; etiam remiſſiue. nume. 2. fol. 173
Epiſcopatum qui deſiderat, bonum opus deſiderat. nume. 2. 154
Epiſcopi electio, a canonicis, quomodo facienda. nume. 5. fol. 132
Epiſcopi loco Flaminum conſtituti ſunt: & a quo. nu. 3. fol. 148
Epiſcopi, loco apoſtolorum ſunt ſubſtituti; loco diſcipulorum praſbyteri. correpiſcopi etiam erant. numero 5. 154

Epiſcopi, & alij prælati, & clerici, vtuntur eiſdem indumentis, in Synodo, & quando ſepeliuntur, quibus in diuinis nu. 16. 155

Epiſcopi, & Pontificis tantum, ornamenta, quæ ſint ſupra in ver. caligæ.

Epiſcopi electio, à quibus olim, & hodie fiat. numero. 1. ſol. 156

Epiſcopi electio à Canonicis, qualiter fiat; & alia in ea obſeruanda, remiſſiue. numero. 1. ſol. 157

Epiſcopi electio, fit intra tres menſes; intra tres alios conſecratio, poſt confirmationem. numero. 3. ſol. ibid.

Epiſcopi electio, ante confirmationem, tribuit ius ad rem, non in re. nu. 1. 158

Epiſcopi vita, vel officio, nihil aliquando periculoſius: nihil beatius. 1. 163

Epiſcopi geſta, à ſubditis facile in exemplum trahuntur. nu. 2. ibid.

Epiſcopi officium, in quibus præcipue verſetur. nume. 4. ſol. ibid.

Epiſcopi debent ſibi mutuum auxilium præſtare, præſertim ad pacem ſeruandam, & alter alterum honorare. nu. 42. 165

Epiſcopi debent conſtituere doctores, & magiſtros, qui ſtudia litterarum doceant: nam Cancellarij ſunt ſtudiorum. nu. 50. 167

Epiſcopi debent ſeruare canones; cum ampl. & limitat. nu. 54. ibid.

Epiſcopi debent eſſe cuſtodes ſacrorum canonum. ibid.

Epiſcopi ad concilium citati, debent perſonaliter comparere, niſi impediti, alij inferiores comparent per procuratorem. nu. 71. 168

Epiſcopi conſenſu tantum, monaſteria fundari ac transferri poſſunt. nu. 5. 169

Epiſcopi excommunicatio timenda eſt, licet iniuſta, cum declar. nu. 6. ibid.

Epiſcopi licentia, clerici forenſes exercent officia ſacerdotalia. nu. 7. ibid.

Epiſcopi licentia, Abas relinquit monaſterium, non aliter, nec alius prælatus, numero. 8. ibid.

Epiſcopi auctoritas requiritur in alienatione rerum eccleſiæ. 10. 169

Epiſcopi ſacerdotibus ſuperiores eſſe debent. nume. 3. ſol. 170

Epiſcopi poteſtas magna, in diſpenſatione, in. 172. caſibus, à Bertachino & Io. Randeo collectis, ſummatim reſumpta, nu. 6. ibid.

Epiſcopi poteſtas in temporalibus. circa perſonas; ſecundum exempla etiam Bertachini. num. 1. 172

Epiſcopi familia, gaudet priuilegio fori, numero. 4. ibid.

Epiſcopi poteſtas in temporalibus circa res eccleſiarum in multis enumerantur, etiam per Bertachinum collectis, cum aliquorum impotentia. 1. 173

Epiſcopi poteſtas circa iudicia per multa exempla collecta à Bertachino, declaratur: adduntur alia. numero. 1. ibid.

Epiſcopi bona non ſunt diripienda, ſed futuro ſucceſſori reſeruanda. nu. 4. 175

Epiſcopi Iuriſdictio eſt firmior, quam Vicarij ſui. 18. ſol. 177

Epiſcopi, ſimilitudinem Comitum gerunt. numero. 5. ſol. 156

Epiſcopis omnia grauia, & excellentiora relinquenda. nu. 52. 167.

Epiſcopo coadiuutor quando dari poſſit. numero. 2. ſol. 156

Epiſcopo leges ignoranti, aſſeſſores, & ſubditi, reſiſtere poſſunt eum inſtruendo. nu. 54. 167

Epiſcopo canonici reuerentiam debent principaliter, capitulo, Acceſſorie. nu 2. 168

Epiſcopo conuenit, magna cognoſcere: qui in ſtudio ſedet, vt ſcholaris ſub. nu. 11. 169

Epiſcopo, an conueniat illud diuinum, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram. &c. nu. 1. ibid.

Epiſcopo reſeruati ſunt ſex caſus, vel alij, qui enumerantur. nu. 4. 170

Epiſcopo an credatur plene vt teſti, ſine iuramento in foro ſeculari. nu. 4. 174

Epiſcopum non nomen, ſed vita facit. numero. 7. ſol. 163

Epiſcopus ordinem habet, inter nouem ordines eccleſiæ. num. 2. 133

Epiſcopus diſpenſare poteſt in omni voto voluntario, ex cauſa: excepto voto continentiæ, & crucis. nu. 4. ſol. 138

Epiſcopus in iuramento, eſt iudex competens, præterquam in caſibus. 4. ibid.

Epiſcopus proprie, ſpectabilis eſt. nu. 24. 153

Epiſcopus dicitur, qui ſuperintendit, curam ſubditorum gerens. 1. 154

Epiſcopus quis primum appellatus, inſtitutuſue. nume. 3. 154

Epiſcopus, vt ordinaretur, ſaltē à tribus epiſcopis, quando ſtatutum. 4. ibid.

Epiſcopus, quibus titulis & epithetis, nuncupetur, Late. nu. 6. ibid.

Epiſcopus non dicitur, qui non ſit confirmatus, & conſecratus. ibid.

Epiſcopus venit appellatione prelati. ibid.

Epiſcopus religioſus, non debet recedere ab habitu ſuo; etiam ſi efficiatur cardinalis. numero. 1. ſol. 155

Epiſcopus debet ſe exiſtimare, eſſe collegam ſacerdotum quando in domo eſt. nu. 16. ibid.

Epiſcopus defert cappam, caudam eius deferente capellano. nu. 17. ibid.

Epiſcopus, quis, qualiſue ſit eligendus, in multis exprimitur. nu. 1. 156

Epiſcopus eligendus, quas exceptiones patiatur. nume. 1. 156

Epiſcopus electus, an teneatur dicere defectus ſuos. nume. 4. 157.

Epiſcopus indigne promotus, decapitandus eſt; & ſcienter, & iniuſte faciens ſe conſecrari, perdit beneficia.

beneficia. numero.5. ibid.

Epiſcopus electus, non confirmatus, habet prærogatiuas, vt in pœnis ſecum mitius agatur. nume.2. fol. 158

Epiſcopus per Papam creatus, per Papam eſt conſecrandus, nu.2. 159

Epiſcopus conſecratus, habet eccleſiam, pleno iure. nume.3. ibid.

Epiſcopus conſecratur; Abbas benedicitur: clericus ordinatur. nu.8. ibid.

Epiſcopus in propria diœceſi communicans, legit, & docet populum ſacras ſcripturas; in concione mitra, & baculo vtens; in eccleſia reſidens, ſaltem diebus ibi expreſſis. nu.3. 163

Epiſcopus ſecum debet habere præsbyteros, & alios bonos clericos. nu.3. ibid.

Epiſcopus ſit, licet non ſit ſacerdos. numero. 4. fol. ibid.

Epiſcopus non debet diutius per diœceſim vagari alias punitur. 5. ibid.

Epiſcopus improbos homines à ſocietate ſua repellet debet. nu. 6. ibid.

Epiſcopus ſedens, præsbyterum ſtare non patiatur, qui eum vt filium habeat. 7. ibid.

Epiſcopus ſubdito, æqualiter iuuare debet, ſpretis perſecutionibus, & morte. nu.8. ibid.

Epiſcopus debet adeſſe viduis, pupillis, & miſerabilibus perſonis. 9. ibid.

Epiſcopus debet inter ſubditos, pacem procurare; etiam renuntiando apiſcopatui; dato ſibi bono cambio: ſi populus ab eo diſſentiat. 10. ibid.

Epiſcopus conuerſationem, nec cohabitationem, cum vlla muliere debet habere; matribus: & ſororibus, & alijs ſuſpitione carentibus, exceptis: honeſtius tamen abſtinet etiam a matre. nu. 11. ibid.

Epiſcopus non poteſt hodie habere vxorem. numero. 12. fol. ibid.

Epiſcopus, vel prælatus, grauiter peccat, ſuſtinendo clericos concubinarios, qui etiam excommunicat vxoratos, limita ad tempus, in clerico deteriora efficiendo. nu. 13. ibid.

Epiſcopus, & clericus, debet abſtinere à fulgidis, variatis, & ſericis veſtibus: purpurea tamen, & cendato vtitur. nu. 14. 164

Epiſcopus, & clerici, ſine proprio habitu, extra domũ, ne exeant. ibid.

Epiſcopus, & clerici, à laruis, & laruatis, cauere debet. nu. 15. ibid.

Epiſcopus in menſa, quomodo ſe habere debeat. nu. 16. fol. ibid.

Epiſcopus, & clerici non debent, vti, exquiſitis epulis. num. 17. ibid.

Epiſcopus, & clerici, potus æquales, & propinationes, debent euitare. ibid.

Epiſcopus, & clerici non debent intereſſe turpibus, & ibi adſint hiſtriones: qui eo magis, non poteſt eſſe hiſtrio, vel mimus. ibid.

Epiſcopus, & clerici, non debent attingere poculum, vltra tertiam vicem, & vinum limphari debet. nume. 18. ibid.

Epiſcopus, & clerici, non ingrediantur tabernas; niſi cauſa peregrinationis. nu. 18. ibid.

Epiſcopus vilem ſupellectilem, & menſam, ac victum pauperem, quomodo habere debet. nu. 19. ibid.

Epiſcopus, & clerici, conuiuia celebrare debent, ad charitatem implenda. nu. 22. ibid.

Epiſcopus, & clerici, exercere, & ſe offerre duello prohibentur: at ſi inſpiciant tantum; vel videant aliquem furca ſuſpendi, grauiter tantum peccant. numero. 25. fol. ibid.

Epiſcopus, aut clerici, non poſſunt intereſſe in cauſa ſanguinis, nec in ea dictare, ſententiare, nec artem chirurgiæ exercere, in qua interueniat aduſtio, vel inciſio: nec aquæ feruentis, aut frigidæ, purgationem præbere. nu. 26. ibid.

Epiſcopus, & prælati habentes iuriſdictionem temporalem, committunt laicis cauſas ſanguinis generaliter, & cum clauſula; Iuſtitiam facias. 27. ibid.

Epiſcopus, vel ſacerdos, non debet aliquem proprijs manibus cædere: etiam cauſa coertitionis. num. 29. 165

Epiſcopus prudenter ita ſe habere debet: ne carcerati patiantur, ita vt morientur. numero. 30. fol. ibid.

Epiſcopus vel alius prælatus, & clericus, non debet in bello perſonaliter pugnare; ſed ſi bellum eſt iuſtum, hortari poteſt, numero. 31. fol. ibid.

Epiſcopus, vel clericus habens iuriſdictionem temporalem, quando indicere bellum poſſit, citra perſonalem pugnam. num. 33. ibid.

Epiſcopus, vel clericus, non poteſt conſtitui dux Belli, acies ordinando, vel ſimilia peragendo; nec poteſt habere familiares armatos. numero. 34. fol. ibid.

Epiſcopus, & clerici, prohibentur ab omnibus, etiam ratione delicti, enumeratis per Ber. Diaz. in practic. can. crim. nu. 35. ibid.

Epiſcopus & clerici, debent abſtinere à negocijs ſecularibus, maxime inhoneſtis: alioquin clericalis ordo patitur vilipendium; & ideo Vicereges, vel aliter locum tenentes, eſſe non poſſunt. numero. 36. fol. ibid.

Epiſcopus, vel alius clericus, tutor, procurator aduocatus, iudex, fideiuſſor, nec tabellio eſſe poteſt, regulariter, cum declar. numero. 37. fol. ibid.

Epiſcopus in criminibus, accuſari poteſt à familiaribus ſuis: & per eos probare innocentiam ſuam: ſi ipſe alium accuſet obligatur, ad pœnam talionis. nu. 38. ibid.

Epiſcopus grauius punitur, quam inferior. numero. 38. fol. ibid.

Epiſcopus debet vocare ſubditos ſuos fratres. nume. 39. ibid.

Epiſcopus, & alius clericus, iurans, quando debet tangere euangelium: vel aliam ſcripturam. nume. 40. ibid.

Epiſcopus clericum alterius epiſcopi, non debet ordinare, ſine literis dimiſſorijs; nec ſine examinatione; alias punitur. nu. 41. ibid.

Epiſcopus debet requirere conſilium; & aliquando conſenſum capituli. 42. ibid.

Epiſcopus ſine capitulo, nec capitulum ſine epiſcopo, poteſt immutare ſtatum eccleſiæ, quia ſunt vnum corpus. num. 43. ibid.

Epiſcopus tantum poteſt, quantum capitulum: in his quę pertinent ad vtrunque. ibi.

Epiſcopus, vel alij clerici, & religioſi, libros gentilium hæreticorum, leges, & phyſicam, quando legere, vel audire promouentur. nu. 44. 166

Epiſcopus non ſolum debet legere, & orare; ſed etiam eleemoſinam facere pauperibus; alioquin vacuum nomen epiſcopi tenet, nu. 46. ibid.

Epiſcopus primum ſibi, & eccleſiæ deſeruientibus, neceſſaria ſubminiſtret: reliqua fidelium vſibus, miniſtraturus; quod etiã clericis contrauenit. nu. 47. ibid.

Epiſcopus, & clerici, res eccleſiæ mobiles, aut immobiles in proprios vſus debent conuertere. ibi.

Epiſcopus, non debet imponere nouum cenſum eccleſiis; nec veteres augere. ibid.

Epiſcopus ordinato ad ſacros, ſine titulo beneficij, tenetur ipſe, vel ſucceſſor prouidere, nu. 49. ibid.

Epiſcopus non debet aliquem ordinare ſine titulo, qui nõ habeat, vnde viuere poſſit: ne ordinato mendicare, neceſſe ſit: declara tamen. ibi.

Epiſcopus conferens beneficium, alteri debitum; illo cui ẽo tenetur illi prouidere de æquiualenti. ibid.

Epiſcopus cogitur admittere, & confirmare, clericum idoneum præſentatum, per patronum: ſecus eſt in Papa: cogitur conſentire acquiſitioni patronatus: & poteſt gratificari cui vult; pluribus æqualibus præſentatis. ibi.

Epiſcopus non poteſt inſtituere, aut conferre beneficium patronatum, etiam quòd patronus infra tempus, non præſentet. ibid.

Epiſcopus tenetur dotare eccleſiam indotatam: ſi eam conſecrat. ibid.

Epiſcopus quæ debeat obſeruare, in ordinibus conferendis. ibid.

Epiſcopus tenetur ſibi conſtituere vicarium: & Iconomum: qui tamen laici eſſe non poſſunt ſicut in aſſeſſore. nu. 51. 167

Epiſcopus debet eſſe diligens, in hæreſi proſequenda; alioquin remouetur. nu. 52. ibid.

Epiſcopus, & alij prælati, vices ſuas, ſub annuo cenſu, non debent concedere. nu. 53. ibid.

Epiſcopus debet obſeruare ſententiam latam, per ordinarium, ſibi ſubiectum; nu. 54. ibid.

Epiſcopus regulariter, non poteſt ſtatuere, contra canones, limita. 8. modis, nu. 55. ibid.

Epiſcopus an ligetur conſtitutione ſua. ibid.

Epiſcopus habẽs iuriſdictionem temporalem tenetur iudicare, ſecundum leges. ibid.

Epiſcopus tenetur diſpenſare, vbi lex hoc mandat, non alias. 56. ibid.

Epiſcopus tenetur edere petenti, librum collationum, beneficiorum. 57. ibid.

Epiſcopus tenetur alijs conferre, non per ſe retinere beneficia vacantia. nu. 57. ibid.

Epiſcopus tenetur iurare, iuxta formam iam traditam: & defendere Rom. Eccleſiam declara tamen. nume. 58. ibid.

Epiſcopus, vbi ſit inobediens papæ, procedat tamen contra eum, cum modeſtia. ibid.

Epiſcopus non tenetur habere Papam, pro Papa: quando non habet epiſcopum pro epiſcopo. ibid.

Epiſcopus tenetur defendere eccleſiam ſuam, etiam vſque ad mortem: declra ſi iuſta ſit cauſa: Item tenetur procurator vtilitatem eccleſiæ, & conficere inuentarium. ibid.

Epiſcopus quando obligetur ex facto procuratoris, vel præceſſoris ſui. ibid.

Epiſcopus hæreticus, ſciſmaticus ſimoniacus in ordine: vel notorie fornicator poteſt euitari; quod procedit etiam in alijs criminibus, ſecuta ſententia: idem ſi amiſit gratiam Papa: & negligens cogitur renuntiare papatui. nu. 59. ibid.

Epiſcopus ſucceſſor tenetur exequi præceptum factum præceſſori ſuo, per Papam. ibi.

Epiſcopus remouetur, ab epiſcopatu, propter ſcandalum euitandum. 60. 168

Epiſcopus vel prælatus, ſi delinquat, augere delictum, propter dignitatem. 61. ibid.

Epiſcopus debet viſitare diœceſim ſuam etiam inquirendo de moribus clericorum. nu. 62. ibid.

Epiſcopus viſitans diœceſim, quam procurationem debet habere. ibi.

Epiſcopus in muneribus, qualitates ſe habere debeat. nu. 63. ibid.

Epiſcopus debet corrigere delicta, & exceſſus clericorum. 64. ibid.

Epiſcopus cogitur punire clericum, condemnatum à iudice ſeculari, pro crimine, ante clericatum. ibid.

Epiſcopus debet, in correctione delictorum, miſcere ſeueritatem cum miſericordia. ibid.

Epiſcopus debet eſſe clemens & ſeruare regulas, numero. 65. ibid.

Epiſcopus quomodo debet proferre ſententiam cenſuræ, præmiſſa monitione: cum declar. & ibi quomodo in cauſa hæreſis: & iudicare ſecundum acta. 66. fol. ibid.

Epiſcopus, & iudex eccleſiaſticus, tenetur adiuuare ſecularem: & econuerſo. num. 66. ibid.

Epiſcopus tenetur obedire literis poteſtatis, ei ſcribentis. nu. 68. ibid.

Epiſcopus tenetur curare, ne committat; ne ue committatur fraus, per teſtamentarios executores. nume. 69. ibid.

Epiſcopus inquirit, pro legatis pijs, factis pauperibus. ibid.

Epiſcopus tenetur patrem ſuum honorare; & illum ſibi proponere; idem in Papa. num. 70. ibid.

Epiſcopus, vel alius prælatus quattuor requiſita debet habere, ad hoc ut bene præſidere arbitrandus ſit. nume. 72. ibid.

Epiſco-

Epiſcopus debet omnes pœnas, in pios vſus conuertere. nu.74. ibid.
Epiſcopus non debet permittere dignitatem ſuam vileſſcere. num.75. ibid.
Epiſcopus an teneatur de imperitia, & delicto ſui Vicarij. num.76. ibid.
Epiſcopus, eſt ordinarius monachorum. nu.4. 169
Epiſcopus, omnium piorum locorum, ordinationem habet. nu.3. ibid.
Epiſcopus, eſt caput capituli, proprie. ibid.
Epiſcopus habet merum Imperium; & ei omnes obedire debent, & quæ ſint. 9. ibid.
Epiſcopus habetur loco filij. nu.11. ibid.
Epiſcopus non præſumitur facere, cum conſenſu capituli. fol. ibid.
Epiſcopus in ſpiritualibus, eſt maior Imperatore, cui is aſſurgit. ibid.
Epiſcopus, poteſt eſſe ſine Epiſcopatu. ibid.
Epiſcopus Doctor, vel nobilior, præcedit Epiſcopum, prius promotum; & liberatur a patria poteſtate, & dicitur eſſe in perfectiori ſtatu religioſi, in pfecto. ibi.
Epiſcopus, quomodo dicitũ eſſe pars Pontificis. n.2. 170
Epiſcopus habet iura Epiſcopalia; quæ quattuordecim enumerantur. num.5. ibid.
Epiſcopus promouens ſcienter excommunicatum, ad ſacros ordines, non dicitur cum eo diſpenſare. nu.7. ibid.
Epiſcopus poteſt reſtituere hæreditatem, exheredato filio, inſtituta eccleſia. nu.8. ibid.
Epiſcopus poteſt creare nouam dignitatem, in eccleſia; & an cum conſenſu capituli. num.9. 171
Epiſcopus in caſibus diſpenſare non poteſt, remiſſiue. nume.11. ibid.
Epiſcopus omnia poteſt, & diſpenſare, vbicũque non prohibetur. 12. ibid.
Epiſcopus, immo nec Papa, poteſt diſpenſare, ſecundum aliquos, in his, in quibus, eſt peccatum mortale, ſecundum legem diuinam, vt in furto, & rapina niſi peracta pœnitentia, num.13. ibid.
Epiſcopus poteſt facere conſtitutiones, in ſua diœceſi. nume. 14. ibid.
Epiſcopus poteſt excommunicare, ſcientes furtum: & nõ reuelantes & principem ſuæ diœceſis. numero 14. fol. ibid.
Epiſcopus poteſt eccleſias parochiales, facere conuentuales. 15. ibid.
Epiſcopus poteſt deponere Abbatem incautum, ſuperbũ, fornicatorem, &c. quo ad Abbatiam. num. 16. ibid.
Epiſcopus poteſt vnam eccleſiam, alteri ſubijcere, & vnire, & ordinare clericos. num. 17. ibid.
Epiſcopus poteſt concedere indulgentias, quo ad metam taxatam. nume.19. 172
Epiſcopus poteſt in eccleſia vacãte, cuius prouiſio ſpectat ad Papam, deputare adminiſtratorem; donec fuerit prouiſum. num.18. ibid.
Epiſcopus poteſt indicere ſynodum, in ſua diœceſi. ibid.
Epiſcopus poteſt conferre beneficium, filio ſuo, vel nepoti legitimo, alias digno. nu.18. ibid.
Epiſcopus poteſt concedere inferiori dignitati, iura pertinentia, ad dignitatem ſuam. ibid.
Epiſcopus poteſt concedere, vt cum altari viatico, liceat celebrare. ibid.
Epiſcopus poteſt indiſtincte abſoluere moniales. ibid.
Epiſcopus poteſt decernere aliquẽ ſanctum, in ſua diœceſi venerari; canonizatum tamen. nu.30. ibid.
Epiſcopus promotus ad Cardinalatum, poteſt interim, donec de mente præciſa appareat, exercere Epiſcopalia nu.21. ibid.
Epiſcopus tempore interdicti, poteſt coram ſe facere diuina celebrari; non tamen benedicere populo ſolenniter. ibid.
Epiſcopus poteſt ſupplere negligentiam inferiorum. ibid.
Epiſcopus vtitur pluribus remedijs cõtra ſtatuentes, contra libertatem eccleſiæ. ibid.
Epiſcopus poteſt, vel decet eum, conferre ordines, ſex temporibus anni deputatis. num.22. ibid.
Epiſcopus poteſt diſtruere ſtatum monaſterij monialium; & transferre Abbatiſſam, & moniales, ad aliud monaſterium. ibid.
Epiſcopus multa non poteſt; collecta a Bertachino: multa adduntur. 23. ibid.
Epiſcopus habet merum imperium. nu.1. ibid.
Epiſcopus poteſt clericum carcerare; & in eum manus inijcere. ibid.
Epiſcopus poteſt citare ſubditum ſuum, repertum in curia Papæ. ibid.
Epiſcopus poteſt ſine capitulo, clericos corrigere, & alienos. ibid.
Epiſcopus poteſt infamiam remittere; non tamen ad honores reſtituere. 2. ibid.
Epiſcopus poteſt clericum ſibi ſubditum, ab alio detentum, repetere. ibid.
Epiſcopus poteſt ordinare clericum ſuum, in curia Papæ. ibid.
Epiſcopus ſuccedit in gubernio ſcholarium, locum teſtamentarij gubernatoris. ibid.
Epiſcopus poteſt agere pro iniuria illata vicario ſuo, vel ſubdito: pro propria tamen non poteſt quemquam excommunicare. num.3. ibid.
Epiſcopus poteſt remittere iniuriam clerici, cum conſenſu capituli; vt & ſibi eo modo remittit. ibid.
Epiſcopus poteſt eſſe in conſilio Principis, etiam conſulendo de crimine, in genere. num.4. ibid.
Epiſcopus recipit iuramentum obedientiæ, & fidelitatis, a recipiente beneficium, ab eo. ibid.
Epiſcopus poteſt eſſe ſimul & comes. ibid.
Epiſcopus non poteſt de clerico, vel econuerſo, tranſigere, ſine decreto, nec obſidem dare; niſi cum auctoritate Papæ. num.5. 173
Epiſcopus non habet ius proprium legitimandi. n. 6. ibi.
Epiſcopus non poteſt procurari, ſi reconciliat eccleſiam pollutam. ibid.
Epiſcopus poteſt conſtituere pẽſionem moderatam, ſuper aliquo benificio, cũ iuſta cauſa: Papa ſine cauſa. n.3. fol. 173
Epiſcopus poteſt ordinare, pro bono pacis; vt alteri parti litiganti aliquid detur. nu. 3. ibid.
Epiſcopus poteſt ex cauſa collectam, & charitatiuum ſubſidium, imponere. nu.4. ibid.

Epiſco-

Epiſcopus quod habeat fiſcum.num.5. 173
Epiſcopus eſt fautor teſtamentorum; quę pertinent ad pias cauſas tantum.num.1. 174
Epiſcopus ſolus, diſpenſat in pœnis.num.3. ibid.
Epiſcopus quando poßit ſe intromittere, in vltim.voluntatibus.nu.1. ibid.
Epiſcopus legatum factum pauperibus, quomodo diſtribuat; & in executoribus cura teſtamentorũ.nu.2. ibi.
Epiſcopus poteſt inhibere iudici ſeculari, ſub pœna excommunicationis; ne teſtamenta vſuraria exequatur; vel etiam teſtamentum inceſtuoſi. ibid.
Epiſcopus omnia põt, niſi ea, quę de iure prohibetur.17. fol. 177
Epiſcopus plus habet in inſtitutione; quam patronus in præſentatione. ſub.num.2. 189
Aequalitas, & paritas in Duello ſeruanda eſt: niſi ſit modica, & non quo ad vires in principalibus.nu.1.3.6.fol.28.& num.2. 35
Equi electio conſluit in poteſtatem prouocati. nu.6. 47
Equi licet non Contineantur appellatione armorum, ſunt tamen ad vſum Belli: nu.7. ibid.
Aetas.25.annorum, legitima eſt ad pugnandum, nu.3. fol. 35
Exceptiones aliæ dilatoriæ, aliæ peremptoriæ, nu.2. 39
Exceptio, Tia nõ intereſt, repellit quem a Duello, n.2. ib.
Exceptiones competentes prouocato, uide inf. in dictione. Prouocatus.
Excedendus nõ eſt modus in tollenda iniuria, ne vindicta cenſeatur, nu.2. 55
Eucharistia, bona gratia interpretatur, quæ eſt diſtribuenda, per rectorẽ parochialem; & qualiter. nu.18. 191
Eucharistia ſemel in anno ſumẽda; niſi ex cauſa; & quando; & qua etate; et a quibus licet criminoſis.n.19. ib.
Excommunicatio maior, quæ anathema dicitur, repellit excommunicatum a Sacramentis, & ingreſſu eccleſiæ; & communione fidelium; a qua non abſoluent Sacerdotes.3. 17
Excommunicatio minor, priuat tantum ab ingreſſu eccleſię & communione Sacramentorum, non fidelium; & infligitur quo ad Deum, pro quolibet peccato mortali.nume.4. ibid.
Excommunicatio impedit promotionem, etiã ad ſecularem dignitatem.nu.6. 18
Excommunicatio, Interdicti promulgatio, purgationis indictio, Diſpenſatio, penitentia ſolennis impoſitio.nume.3. 169
Ecommunicatio non infertur, niſi pro graui crimine. nume.3. 83
Excommunicans alium iniuſte, dicitur ſe ipſum excommunicare.nu.73. 168
Excommunicatio epiſcopi, timenda eſt, licet iniuſta, eum declar.nu.6. 169
Excommunicatio afficit corpus, & animam. ibid.
Excommunicatio, eſt ſimilis infamiæ iuris.ſub.num.25. fol. 180
Exempla, & miracula, præſertim veteris teſtamenti, non ſunt trahenda in exemplũ noſtræ actionis.nu.6. 158
Exempti portio, an accreſcat non exemptis.nu.12. 72
Exitus Belli eſt inſpiciendus, num.2. 29

F

FActi iniuria difficilius tollitur, acrior enim eſt verbali, nume.1. 55
Facto quæ fiunt, quandoque ad cauſam iuris trahuntur, num.3. 27
Famam perdere grauius eſt, quam res, nu.12. 27
Fallax non dicitur, qui ad veritatem reuertitur, apud deum, num.4. 54
Falſa crimina ſciẽter intendens, calũniator dicitur, numero 11. 31
Fauori ſuo renuntiare quis poteſt in Duello, nu.2. 28
Falſum committit, qui prætendit dignitatem, quam non habet.nume.13. 134
Fama probantur antiqua dominia; & regna principum, numero 1. 94
Familiaris papæ, & Cardinalis; beneficij ſui, recipit fructus, licet abſens.num.23. 137
Fœmina, vbi non ſuccedit in regno; nec eius filius maſculus ſuccedit.nume.25. 100
Ferire licet reſumentem arma, & equum aduerſarij, nume.4. 48
Fœnerari eſt hominem occidere.num.1. 56
Fœnora, vel vſuræ, tanquam impia crimina, ſunt prohibenda.3. 61
Fendationi tenetur ſtare ſucceſſor, cum prædeceſſore ſuo. nume.9. 77
Feudorum conceſſiones, ſeu priuilegia, quando Imperator reuocare poßit. nu.1.& nu.3. 77
Feudorum conceßio, valida eſt; dum grauiter non lędat iura Dignitatis; diſtincte tamen ſolita infeudari conceduntur.nu.10.& .11. 95
Feudorũ libri, in duas, vel tres partes diſtincti, per Obertum de horto, a Feder.II.Imper.comprobati, pro legibus, nu.2. 106
Feudum, priuilegium, ſeu magis gratia; & beneficium dicitur.nu.2. 77
Feudum dicitur contractus innominatus; immo magis nominatus; continens beneficiũ.num.7.& .10. ibid.
Feudus ſine cauſa, non poteſt alicui auferri; nec perditur niſi in caſibus in iure expreſſis.nu.8. ibid.
Feudum regale, ſiue dignitatis, eſt tranſitorium, ad hæredes.num.16. 98
Fideiuſſio propter dilationem conceſſam, an præſtanda, ſi non petatur; remiſ.11. 87
Filippi, Caroli.V.Imp.filij, placidus congreſſus, & reſponſio benigna, facta auctori.nu.7. 58
Filij naturales, ſpurij, & ex damnato coitu poſſunt recuſari in Duello, num.10.lim.nu.13,14. & nu.12. quod non dicuntur de caſata patris, nec ex his nepotes, nec portant inſignia; an idem ſit in legitimatis, num.14. fol. 42.& .43.
Filiusfamilias non poteſt prohiberi prouocare a patre. nu.2. 34
Filiusf. poteſt in caſtrenſibus, vel quaſi, eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, nu.3. ibid.
Filiusf. ſuo nomine habet actionem iniuriarum.n.3. ibid.
Filiusf. in cauſa criminali ſine patre agit, nu.4. ibid.

Filius

Filius Dei, in ſacris literis, raro quis vocatur, nu.5. 53.
Finis belli eſt inſpiciendus, nu.2. 29
Finis belli eſt pax; Negotij otium, num. 1. 53
Finis cuiuſlibet prælij eſt mors, aut diſdicta, vel confeſſio contraria, vt armorum facta, num.5. 38
Facta auctori, num.7. 58
Filippi, Caroli. V. Imp. filij, virtutes. num. 8. *ibid.*
Filius ſequitur originem patris, & propriam, ſub. numero 19. 15
Fiſcus, nec burſa fiſcalis, propriè non dicitur, niſi principis; vel Rom. num.2. 109.
Fiſcus non eſt priuilegiatus, niſi in. l. expreſſum ſit. num. 18. 110
Floeus, quid ſit, in monacho. nu.3. 179
Formula indicendi bellum, ſecundum etiam Feneſtellã, & Liuium. num.12. 5
Formula eligendi Pontificem, deſcribitur. numero.8. fol. 116
Forum caſtris, Ocium militiæ, Stilus gladio, Vmbra ſoli, cedit. nu.9. 6
Forum territorij pœnitentialis, quis non ſortitur delinquens; licet ſecus ſit in foro contentioſo. nu.13. 188
Franconia Germaniæ regio. num.10. 15
Francorum nomen, tota Italia vagatum, nu.9. 15
Frater fratrem, aut ſororem, non accuſat de magno, & Capitali crimine, nu.4. 43
Fratres mendicantes, quomodo inter ſe præcedant, nu.4. fol. 186
Fratres prædicatores, Minores, Carmelitæ, & Heremitani, poſſunt libere audire confitentes, ex priuilegio. 14. fol. 190
Fuga habet vim facti, & iniuria, & diſdicta Cenſetur, & Compenſatur cum percuſſione, et vulnere, fortius eum iniuria verbali, nu.15. 31
Fuga, eſt maxima infamiæ labes apud militares viros; nume.17. *ibid.*
Fuga omnis eſt diſdicta. nu.5. 51
Fuga an faciat plenam probationem delicti. numero.7. fol. *ibid.*
Fugere à facie inimici, eſt maxima infamiæ labes nu.6. fol. 51
Fugiſſe non dicitur breui tempore reuerſus. nu.9. *ibid.*
Funerum impenſa exceſſiua, moderanda, ne egrediatur iuſtam rationem. nu.7. 61
Furioſi & ſimiles, ad ſacrum ordinem non promouentur num.6. 20

G

Gabbiatio prohibita eſt, num.30. 165
Generans, generatum præcedit. num.8. 5
Generalis miniſtri electio, ad quem pertineat, nu.10. 186
Gloria eſt premium ampliſſimum, inter omnia præmia virtutis. nu.2. 52
Germaniæ, & Galliæ, fines. nu.14. 15
Gratia gratis data, quid ſit. num.6. 159
Gratia gratis data, diuiditur in nouem. nu.7. *ibid.*
Guardiani, adaptantur dicta in prioribus; ita vt appellatione prælatorum veniant. nu.7. 186
Gubernatio populi, traditur illi, quem deus elegit. nume.5. 97

H

Habitum monachalem mutare non licet, quo ad ſubſtantialia.4. 179
Habitus clericalis, qui ſit. nu.24. 173
Habitus epiſcopi, etiam clericalis dicitur, ſicut in monacho.4. 175
Habitus diuerſi, diuerſorum religioſorum dicuntur. nume.1. 186
Hæreditatis diuiſio, æqua lance fit inter filios ab inteſtato.1. 86
Hæreſis crimen, cæteris deteſtabilius eſt; quod crimen læſæ maieſ. diuinæ dici poteſt; & eſt peccatum in ſpiritum ſanctum, vbi adſit pertinacia. nu.2. 18
Hæreticus dicitur, quis proprie. num.3. 18
Hæreticus non eſt, qui errorem ſuum reuocat; & in eo pertinax non eſt, num.7. *ibid.*
Hæreticus, fœmina, infans, furioſus, non poteſt ad Pontificatum promoueri. num.9. 120
Hyeronimus, quo tempore vixerit, & an fuerit Cardinalis. num.8. 142
Homines ratione, & intellectu vigentes, ſunt domini & rectores aliorum. nu.11. 5
Hominum triplex conditio, quia aliqui in dignitate, aliqui nobiles, aliqui ignobiles, & plebei. nu.14. 6
Homo eſt optimum animalium, lege fruens, peſſimum lege ſeparatus. num.10. 5
Honeſta quid ſit, ſupra in ver. Cucula.
Honor differt a dignitate; licet ſit ſignum virtutis. nume.16. 7
Honor magis, quam mors æſtimandus, & cuicunque vtilitati præferendus.4. 81
Honorem, ſeu famam, grauius eſt perdere, quam res. ibi.
Honore ſuo priuari quiſque grauiter fert: & perferre iniurias, & ſuos negligere ſeruile eſt. nu.7. 39
Honor aliter conſideratur in victore, cauſa dignitatis, aliter cauſa gloriæ. nu.5. 52
Honoris metus ſeu infamiæ maior eſt quàm mortis. nume.3. *ibid.*
Honorem ſuum qui negligit crudelis eſt, quem grauius eſt perdere, quam res. nu.12. 27
Honorem omnem excludit delictũ, & Reatus. nu.2. 29
Hoſtis in fide fallendus non eſt, niſi fidem frangat. nu.3. fol. 28
Honoris augumentum, non ambitione, ſed labore acquiritur.7. 6
Humilitas eſt clauis, qua aperit Regnum Cœlorum; & refert myſteria ſcripturarũ: & deũ placat. nu.2. 112
Humilitas nimia non eſt ſeruanda, ne regendi frangatur auctoritas. nu.6. *ibid.*
Humilitate nihil ſplendidius, fulget in epiſcopo.1. *ibid.*
Humilitate ira ſedatur. nu.8. *ibid.*
Humilitatis, ac patientiæ exempla vt haberemus, Chriſtus multa tulit. num.4. *ibid.*
Humilitatis tres gradus. nu.7. *ibid.*

Ignobilibus

I

IGnobilibus nulla adeſt infamia, vel verecundia. numero.3. 44
Ignominioſa perſonu non debet ſtare coram principe. ſub.num.6. 83
Ignorantia,& error in facto alieno non nocet.nu.6. 46
Illegitimitas,quæ quandam gignit irregularitatem, ordines repellit.1. 134
Illuſtres habent ordines.nu.9. 73
Illuſtres qui ſint,num.6. 44
Illuſtris,Illuſtrißimus dici poteſt,aliquando.nu.9. ibid.
Illuſtris dignitatis, effectus qui ſint:quorum aliqui explicantur.nu.7. 145
Imago,non eſt res ipſa,num.5. 89
Imparitas modica non curatur inter nobiles,nu.3. 46
Impedimentum valetudinis, tempeſtatis, &c.excuſant non venientem,niſi adſit culpa nu.1.2. 37
Impeditis iuſta cauſa reſtituitur dies Duelli in priſtinum,num.4. 37
Imperator,ad latus Papæ ſiniſtrum,collocatur.nu.3. 1
Imperator vnde dictus; & quis fuerit antiquitus; & quis hodie ſit,nu.4. 1
Imperator debet eſſe Chriſtianus,& Catholicus.nu.6. 1
Imperator tenetur iurare ſe defenſurum eccleſiam Ro. & fidem Catholicam.nu.7. 1
Imperator aduocatus, & defenſor eccleſię nuncupatur. nu.8. 1
Imperator primo Coronam Ferream, recipit Aquiſgrani: Secundo Argenteam, Modoetiæ: Tertio auream Romæ.num.9.&.10. 1
Imperator alijs regibus,& principibus,Potentia, & Iuſtitia excelſior eſſe debet.num.11. 1
Imperator coronatur a Deo ,per manus hominum. nume.13. 2
Imperator non dicitur,ante Coronationem , ſed Rex Romanorum. nu.1. 3
Imperator ante coronam, vtitur media Bulla; ſeu ſigillo; poſt,integra Bulla aurea.nu.12. 4
Imperator miniſter Dei eſt, gladium ab eo habens , in vindictam malefactorum;& laudem bonorum.n.1. 4
Imperator miles vocatur,qui milites ſuos, commilitones vocat.8. 6
Imperator mundi,& totius orbis, eſt vniuerſalis dominus: & rationaliter debet poſſidere vniuerſam terram,quæ aſcendentem videt , & occidentem ſolem. num.1.&.2.eſt cõmunis : & catholica .nu.9. de facto non habet locum,num.10.nec in ſpiritualibus.nu. 11.nec quo ad res ſingulariũ,ſed quo ad vniuerſalem iuriſdictionem.num.12.ſol.8. & ſeq.
Imperator dicitur ſummus ſuperior, & corporalis mundo deus qui in terris adoratur, lex animata. & legis, & communis omniũ pater:& pontifex max.nu.3. 8
Imperator,& Papa , ſunt ſupra omnes gradus, etiam ſupra illuſtrium.nu.4.&.5. 8
Imperator decoratur titulis pluſquam mortalibus. nume.6. 8
Imperator nullum ordinem habet. ibid.
Imperator non vocat aliquem dominum , nec Rex vxorem ſuam. ibid.8
Imperator ſolus princeps dicitur, & Rex Regum appellari poteſt.nu.7. 9
Imperator habet omnes Reges & principes,ſub ſe.n.8. 9
Imperator græcorum dictus, ſicut Rex Scacorum.n.11. ſol. 10
Imperator Conſtantinopolitanus,priuatus Imperio;propter denegatum auxilium eccleſiæ , & infidelitates. nu.13. ibid.
Imperator debet eſſe religioſiſſimus;& caſtitatis amator num.8. 12
Imperator non poteſt ſibi eligere ſucceſſorem. ſub. numero.3. ibid.
Imperator,aut Papa,non poteſt pecuniam erogare , pro Imperio conſequendo. ibid.
Imperator,ſiue Rex Rom. Germanus eligitur , quod habuit initium,a Carolo magno,cum inſignijs Imperatorijs.anno.801.non ab Ottone.primo.num.1. 12
Imperator terrenus,non debet habere poteſtatẽ,vbi principatus ſacerdotum , & Chriſtianæ religionis caput conſtitutum eſt a Deo.num.11. 13
Imperator alterius nationis, quam Germaniæ, eligi non poteſt.num.4.5.8.&.16.ſol.14 & ſeq.
Imperator Rex, et Imperator Romanus appellandus eſt. nu.21. 16
Imperator poteſt apponere remedia extrinſeca,ne populus catholicus ruat propter ſciſma.non intrinſeca,circa Papatum.num.3. 19
Imperator deponitur per Papam,ex cauſis grauiſſimis; quæ nulla poſſunt tergiuerſatione celari: cum exemplis.num.3. 20
Imperator non reddens ius , vel per ſe , vel per alium, priuatur regno.nu.11. 21
Imperator renunciat , & priuatur Imperio; in manibus Papæ,poſt confirmationem;in manibus electorũ ante confirmationem.12. ibid.
Imperator tenetur Rom.Eccleſiam,& fidem Catholicam defendere etiam ſub iuramento fidelitatis.nu.1. ibid.
Imperator iura Pontificis ; nec Pontifex , iura Imperatoris , vſurpare debet . nu.1. 22
Imperator,& Papa,non poteſt eſſe idem homo nu.3. ibi.
Imperator non poteſt conferre beneficia eccleſiaſticu. ibi.
Imperator poteſt habere prælatum ſuſpectum; & reprobare, & inſtitutum in regno, non admittere.nu.4. ibi.
Imperator terrenus , non debet habere locum ; vbi Cæleſtis conſtituit ſacerdotium. nu.1. ibid.
Imperator executiones ſuas debet ſubdere eccleſiaſticis præſulibus, vti filius; à quibus, & ſacerdote ſuo ligatur.nu.1. Iudicat tamen Papam in Hæreſi , Incorrigibilitate,& rebus inuſite occupatis.nu. 3. ibid.
Imperator in finẽ perfectum,omnia regulare debet; perfectamque virtutem moralem habere.nu.2. ibid.
Imperator potius debet habere rationem priuatorum, quam fiſci.nu.4. ibid.
Imperator,ſeu princeps,eſt imago diuinæ maieſtatis.nume.7. 23
Imperator debet reuocare alienata, in magnũ damnum Imperij. ibid.

Impe-

Imperator debet Iuſtitiam colere, omni ſtudio, vt credi ti ſibi ſubiecti, bene viuant; qui eſt ad laudẽ bonorum, ad vindictam malorum.1. ibid.

Imperator debet tueri miſerabiles; & tenetur ad dãnum iniuſte Bannits. ibid.

Imperator, & Rex, propter iniuſtitias, reprobatur, & deponitur.nu.3. ibid.

Imperator poteſt ciuitatem delinquentem deſtruere, & Epiſcopo priuare.nu.1. ibid.

Imperator de honeſtate, nõ præciſe, viuere debet legibus, licet ſolutus ſit, & in eo ſit pro ratione voluntas: nume.1. ibid.

Imperator tenetur ſequi factum præceſſoris ſui; & conſuetudines, ſuas, obſeruare. ibid. Limita.nu 3. 24

Imperator non præſumitur vti plenitudine poteſtatis; niſi exprimat vel ſi actus de poteſtate ordinaria, non poteſt ſuſtineri.num.2. ibid.

Imperator in contractibus, & conuentionibus; quæ ſunt de iure gentium, vtitur iure communi; & eis tenetur ſtare; niſi vbi adſit magnum damnum Imperij: Priuilegijs non tenetur ſtare.num.&.5. ibid.

Imperator ſeu princeps, nõ poteſt tollere, ea quę ſunt iuris gentium.num.4. ibid.

Imperator, ſeu princeps, plenitudine poteſtatis, non debet vti, niſi ex cauſa; in his quæ ſunt, de iure gentium; nec omne quod licet, debet facere.1. ibid.

Imperator, ſeu princeps, tollit ea, quæ ſunt iuris ciuilis, etiam ſine cauſa; cum clauſula; non obſtantibus.nume.2. ibid.

Imperator, & quilibet Rex, debet eſſe pacificus, & procurare, & ſeruare pacem: tanquam hæres Chriſti.nume.1. ibid.

Imperator, & Papa, quaſi prouocatus, & de neceſſitate mouere bella debet.nu.1. 25

Imperator præſumitur moueri, ex iuſta cauſa ſub nume.4. 25

Imperator, nec alius Dux exercitus debet perſonaliter pugnare.nu.1. ibi.

Imperator, Papa, & alius quilibet Princeps, debet prohibere Duellis permittentes pereant. nu.1.8.&.11. fol.15. & ſeq.

Imperator debet in fæneratoribus prohibere vſuras. nume.1. 56

Imperator debet prohibere etiam Iudæos fænerari; idem in alijs inferioribus, & iudicibus; alius incidunt in cenſuras eccleſiaſticas.nu.4. ibid.

Imperator, vel alius Princeps, non poteſt expellere iudæos, vel alios infideles; niſi ex iuſta cauſa nec forenſes.nu.13. 57

Imperator conſultatione vti debet. numero.1. & .13. fol.57. & ſeq.

Imperator ſeu princeps, quomodo dicatur habere iura, in ſcrinio pectoris.12. 57

Imperator debet eſſe facilis, in eius aditu: circa contemptum tamen maieſtatis.nu.1. 58

Imperator in familiaritatem ſibi adiũgit viros egregios; Plebem vero per fauorem, & gratiam, in obſequio, retinet, nu.5. ibid.

Imperator debet eſſe benignus, in reſponſionibus; & congreſſu ſuo.nu.6. ibid.

Imperator mãſuetudinem debet amplecti, qua Dei ſeruatur imitatio, & quæ eſt virtus.nu.1. 59

Imperator ab iracundia, omnino cauere debet.n.2. ibid.

Imperator a ſæuitia, & inhumanitate, abſtinere debet.nume.4. ibid.

Imperator auditis partibus accurate negocium, & veritatem, perquirere debet.nu.1.&.5. ibid.

Imperator pronunciare debet de controuerſia, de qua exacte cognouerit.nu.1. ibid.

Imperator citata parte, ſententiam profert; aliter nulla eſt: peremptoria tamen citatio, non eſt neceſſaria.nume.3. ibid.

Imperator non poteſt facere ſententiam diffinitiuam, inaudita parte.nu.5. ibid.

Imperator non tenetur ſeruare ordinem iudiciariũ. adeo vt nouas probationes recipiat, poſt concluſum in cauſa, & poſt ſententiam.nu.7.&.11.fol.59.&ſeq.

Imperator debet iudicare, vt deus, ſola veritate inſpecta nu.8. 60

Imperator de plenitudine poteſtatis diſpenſatiue, ſolennitates iuris poſitiui, omittit.nu.9. ibid.

Imperator in dubio, diſpẽſatione vti nõ præſumitur quo caſu acta, & ſententia inualida ſunt, non ſeruata iuris ſolennitate.num.10. ibid.

Imperator debet iudicare ſecundum conſcientiam, ita quilibet princeps, qui in territorio ſuo, eſt ſupra leges; aliter peccat.nu.11. ibid.

Imperator, & Papa, poteſt iudicare, vltra contenta in libello, & ſine ſcriptis, & impatiri officium ſuum, non petenti.nu.12. ibid.

Imperator in iudicijs, non debet eſſe acceptor perſonarũ; & ex mera iuſtitia; ſecus in his quæ fiunt, ex mera gratia; & in modo corrigendi; & ex qualitate perſonarum, & in teſtibus.num.1.2.&.3. ibid.

Imperator debet dirimere, & interpretari dubitationes, in iudicijs emergentes.nu.1.&.4. ibid.

Imperator interpretatur, equitatem non ſcriptam, vbi ſcriptus ſit rigor iuris.num.8. 61

Imperator interpretatur teſtantium voluntates. ibid.

Imperator mãdare debet leges editas, & interpretatas, ab omnibus equaliter obſeruandas.nu.1. ibid.

Imperator poteſt tranſgredi leges, propter atrocitatem delicti; & ratione ſcandali euitandi, licet diſcedere, a communibus regulis.nu.12. 62

Imperator debet eſſe liberalis, & non auarus.nu.1. ibid.

Imperator cauere debet, à Sortilegijs nu.1. ibid.

Imperator, & principes, & alij conſulentes Aſtrologos, & chiromanticos, an incidant, in crimen ſortilegij. nu.5. 63

Imperator, & quilibet princeps, tenetur: vbi officiales ab eis conſtituti iuſtitiam facere neglexerint.nu.1. ibi.

Imperator habet vniuerſale dominium, & ſupremam plenitudinem poteſtatis: in tẽporalibus; ſicut Papa, in ſpiritualibus.nu.1. 64

Imperator ex certa ſcientia, omnia poteſt, ſupra ius, contra ius, & extra ius.nu.2. ibid.

Imperator, ſeu princeps, eſt cauſa cauſarum.numero.5. ibidem.

Impera-

Imperator ſolus,poteſt condere legem generalem, & interpretari:non tamen poteſt condere,ex que mundus turbaretur,& ſtatus Imperij;cum declar.nu.1.4.& 6.ſol.64.& ſeq.

Imperator poteſt diſpenſare in his caſibus,in quibus poteſt condere legem.nu. 2. 64

Imperator non poteſt facere, quòd illud contineat lex, quod in verbis legis non continetur.nu.6. 65

Imperator poteſt tollere legẽ generalem,etiam per eum conditam,& ius ciuile & iura poſitiua; & ſtatuta, etiam iurata,cum limit.nu.1. ibid.

Imperator poteſt abrogare factum ſui prædeceſſoris; cuius lege non ligatur. ſub.num.7. ibid.

Imperator poteſt confirmare ſententiam nullam. n.41. ſol. 68

Imperator,& Papa,poteſt ex cauſa rationabili, & non aliter,ſtatuere contra ea, quæ ſunt, de iure naturali, vel gentium, interpretando;non in totum tollendo. nu.1. 69

Imperator & pontifex, poteſt ex cauſa limitare, & interpretari ius diuinum nu.1. limita.nu.4.5.&.6.ibi.

Imperator & Papa, poſſunt concedere reſcripta contra ius commune, interpretanda.nu.1. 70

Imperator,per quæ verba,tollit iuris obſeruantiam. nume.11. ibid.

Imperator,& Papa,concedere poſſunt priuilegia,ſeu beneficia;& ibi quis,& in quibus.nu.1. ibid.

Imperator poteſt alicui concedere,vt non recognoſcat ſuperiorem.4. 71

Imperator & Papa, confert gradus dignitatum. nu.1. ſol. 72

Imperator a Clariſſimis Salutatus, eis aſſurgit; immo non.nu.4. 75

Imperator reuocans ea,quæ tenetur obſeruare, fingitur circumuentus; & ſecunda conceſſio contraria primę, non tenet.nu.17. 77

Imperator,Papa,& non recognoſcens ſuperiorem, poſſunt in cauſa propria iudicare; remota etiam ſuſpitione:poſſunt tamen ſe ſubijcere inferiori. Limita quo ad non ſubiectos,& aliter,cũ ſublimit.nu.1.3.&.4. ſol. 78

Imperator, & Papa poteſt eſſe teſtis in cauſa propria. nume.6. ibid.

Imperator ſeu princeps cõſultius cauſam propriam delegat.nu.2. ibid.

Imperator,& quilibet alius princeps, non recognoſcens ſuperiorem, poteſt ſubditis imponere vectigalia, & gabellas: quando non alius;ſed cum cauſa.nu.1.3. &.7. ibid.

Imperator ſolus poteſt munera extraordinaria impoſita,facere ordinaria nu.4. ibid.

Imperator,vel Papa poteſt priuare reges,& Principes. ob intollerabiles oppoſitiones, & iniuſtitias.nu.15. ſol. 91

Imperator quod pręcipit,ferẽdum eſt;quod Imperat,tollerandum eſt.8. 79

Imperator,& princeps,poteſt Iudęos, Sarracenos, & alios infideles in auxilium inuocare, præſertim cum aliter ſe tueri non poteſt, & ex neceſſitate; & quæ requirantur.nu.1.2.&.5. ibid.

Imperator,Papa,vel alius princeps, poteſt alienare bona ſuæ dignitatis,in caſibus: remiſſiue.nu.1. 80

Imperator nõ poteſt,aut Papa,iuri naturali;& gentium derogare;etiã de plenitudine poteſtatis; niſi cum cauſa;quod procedit etiam in infidelibus; & non tantum in dominio directo, ſed vtili, & feudis. num.2.3.5. &.14. 92

Imperator non poteſt facere,vt dictum teſtis, qui non vidit, vel audiuit,probet. num.3. 92

Imperator diſtinguendo,& interpratãdo, nõ in totũ tollendo,ex cauſa rationabili,derogat iuri naturali, & gentium. nu.7. 93

Imperator ex cauſa, ſeruitutẽ inducit,citationem tollit; & obligat bona ciuium; & ſcripturam nõ authenticam, probabilem facit. Limita,& ſublimita.n.9. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 17.18. 19.21.22. &.23.ſol. 93.& ſeq.

Imperator legitimando,an tollat venienti ab inteſtato, ius adeundi,nu.19.20. 94

Imperator poteſt legitimare filios naturales: etiam ſtantibus legitimis, & naturalibus, ſecundum cõmunes. opin.nu.20. ibid.

Imperator & Papa, non poteſt in totum tollere ius diuinum.nu.1. ibid.

Imperator ex cauſa, poteſt limitare & interpretari ius diuinum,remiſ.nu.2. ibid.

Imperator,ſeu princeps,non poteſt alienare, ſed reuocare bona & iura dignitatis; nec regalia, aut ciuitates; nec caſtra,etiam cum iuramento, nec pignorare; nec teſtando diſponere,nec Regnum in dotem dare; nec filios diſtrahere;licet obſides dare poſſit,num.1.&.3. ſol.94.& ſeq.

Imperator, ſeu princeps, non poteſt ſubijcere Regnum ſeruituti,nu.2. 95

Imperator poteſt alienare, iura dignitatis, ciuitates, & regalia,quando non adeſt enormis læſio: cum conſenſu tamen ſubditorum,& clauſula, motus proprij. vel certæ ſcientie.nu.4.6.13.&.14. ibid.

Imperator poteſt alienare iura dignitatis,ſi fiat pro eius vtilitate.15. ibid.

Imperator ſi immoderate alienat,prohibita alienari, an præſcriptio currat.num.16. ibid.

Imperator,& alij principes ſeculares poſſunt in tribus caſibus intereſſe Concilio generali totius orbis; & in alijs, vt audiant,& conſulant,non vt iudicent. nu.1.3. 5.&.6. 80

Imperator debet interponere auctoritatem, in concilio generali,reſpectu cauſarum ſecularium.nu.3. ibid.

Imperator,& alij Principes,data negligentia, poſſunt iudicare Papam hæreticum.ibi. nu.7. ibid.

Imperator indirecte poteſt Compellere Cardinales ingredi conclaue,pro electione Papæ num.10. ibid.

Imperator poteſt intereſſe electioni epiſcoporum, vbi ſit diſcordia.ſub nu.6. 80

Imperator poteſt coronare omnes reges. nume.1.&.2. ſol. 80

Imperator poteſt conſtituere & diuidere regna & prouincias.3. ibid.

Imperator

Imperator ſupplet negligentiam regum, in adminiſtrãda iuſtitia.5. 81

Imperator poteſt cogere partes, ad concordiam, in cauſa ciuili, & criminali, cum limit.nu.1,2.&.3. ibid.

Imperator poteſt liberare damnatos, & eis plenam reſtitutionem concedere, ſicut bonorum confiſcationem ſacere.num. 1. ibid.

Imperator non poteſt petenti veniam parcere, & eum reſtituere; niſi pars aduerſa, ſuam iniuriam remiſerit. nume.4. 82

Imperator poteſt remittere pœnam, applicandam fiſco, non parti. ibid.

Imperator, vbi non liceat concedere gratiam, concedit ſaluum conductum.num.5. ibi.

Imperator promouendo ſcienter inhabilem, cenſetur cũ eo diſpenſare,num.6. ibid.

Imperator, non papa; poteſt ipſemet interficere delinquentes; & alteri mandare; cum exemplis. num.1.3. &.7. ibid.

Imperator poteſt mandare, vt nocẽs occidatur; & ei parcendum eſt. num.7. 83

Imperator eſt iudex competens omnium Regum, etiam non recognoſcentium ſuperiorem, in temporalibus. cũ limit.nu.1.5. &.6. 88

Imperator, vel papa, poteſt priuare Reges, vel Principes, ob intolerabiles oppreſſiones, & iniuſtitias. n.15. ſol. 91

Imperator poteſt legitimare quoſcunque liberos, etiam ex nephario, & damnato coitu natos, de plenitudine poteſtatis, etiam ſtantibus legitimis, & naturalibus; & etiam filios ſacerdotis.num.1.&. 6. 84

Imperator deducit, de non eſſe ad eſſe. ibi.

Imperator non poteſt legitimare filios naſcituros, non cõceptos; nec lege generali ſtatuere, quòd ſpurij ſuccedant.num. 7. 85

Imperator poteſt creare ciuem alicuius ciuitatis, qui nõ ſit. num.1. ibid.

Imperator poteſt ius primogenituræ inducere; tam in bonis alodialibus quam feudalibus.nu.4. &. 7. 86

Imperator concedit dilationes, & ſaluos conductus, ad ſoluendũ, debitori, infra certum tempus.num.1. 87

Imperator non poteſt facere, vt dictum teſtis falſum in vno, valeat in eo, vbi dixerit verum, ſub numero 5. ſol. ibid.

Imperator, & non recognoſcens ſuperiorem, poteſt committere cauſam ſummarie, &c.num. 3. 66

Imperator & papa, non alius inferior, poteſt mandare, quod cognoſcatur, de petitorio, ſimul cũ poſſeſſorio: & cõmittere cauſam; cũ clauſula, ſic facias. n.4. ibid.

Imperator poteſt cõmittere cauſam appellatione remota; non alius inferior.num. 5. ibid.

Imperator poteſt committere cauſam, remota ſuſpitione iudicis.num. 6. ibid.

Imperator poteſt delegare cauſas criminales. non alius inferior, regulariter.7. ibid.

Imperator poteſt admittere procuratorem; in cauſa criminali. ibid.

Imperator poteſt cauſam pendentem, in alio iudicio, ad ſe euocare. 8. ibid.

Imperator poteſt ſententiam diffinitiuam, alijs recitandã mandare. 9. ibid.

Imperator poteſt ſententiam diffinitiuam, reuocare. nume.10. ibid.

Imperator poteſt, ex certa ſententia, per priuilegiũ cõcedere tertiã appellationem.num. 11. ibid.

Imperator appellationem deſertam, poteſt inſtaurare, & ſententiam nullam confirmare. num.12. ibid.

Imperator poteſt ordinarie, quod exprimenda habeãtur per expreſſis.13. ibi.

Imperator poteſt, & videtur facere, ſupplicantem habilem, ad agendum, concedendo reſcriptum delegatorium.nume.14. ibid.

Imperator compaternitatem, per procuratorem contrahit; contra ius commune.num.15. ibid.

Imperator poteſt tollere actiones, & exceptiones; quia ſunt de iure ciuili. declara vt ibi pluribus modis. nume.16. ibid.

Imperator poteſt concedere minoribus adminiſtrationem bonorum ſuorum.num. 17. ibid.

Imperator, & eius præſentia, ſupplet defectum ſolemnitatum omiſſarum, iuris poſitiui; & omnem dolum excludit: etiam per verba generalia. 18. ibid.

Imperator poteſt inducere, vt probatio minus legitima, ſit valida.num.21. 67

Imperator poteſt concedere teſtandi facultatem, non habentibus.22. ibid.

Imperator poteſt tranſgredi.ll. propter atrocitatem delicti; & ratione ſcandali euitandi. ibi.

Imperator non poteſt euitare mortem. nu.1. 96

Imperatorem ſalutare, non omnibus datur. nu. 2. 58

Imperator, Papa, & quilibet alius princeps, debet prohibere Duellũ: permittentes peccant, nu.1.8. 11. 126

Imperator prouocatus an habeat exceptionem, nu.1.2. 3.limit.num.6. 45

Imperator, & Pontifex max. ſunt ſupra oẽs dignitatum gradus, licet ſuperilluſtres dici poſſint.num.3. 44

Imperatoris faſtigium, nullus æquare poteſt Rex; nec iugum, nec ſubiectionem euitat.num. 5. 45

Imperatorem non poſſunt prius adire ſubditi; quam ſi id impetrent a præſide.num. 1. ibid.

Imperatorem tenetur quilibet hoſpitio recipere, & eius milites; licet priuilegiatus.num.6. 71

Imperatores ſæpius ab exercitu, & militibus: & quandoq; à Senatu; ante Carolum Mag. electi. nume.14.

Imperatores coronantur a Papa, ſolũ poſt tranſlatum imperium, à Græcis, in Germanos.num. 17. 2

Imperatores plures antiquitus fuerunt; ſi reges Imperatores appellandi ſint.num, 1. 9

Imperatores duo, Conſortes eiuſdem Imperij; vt quandoque vnus Orienti; occidenti alter præeſſet: & quando Romæ, hoc cœptum.num.4. 10

Imperatores adorati ſunt, in purpura. numero 4. ſol. 1

Imperatores plures fuerunt, diuerſarum nationum. nume.2. 14

Imperatores Romani, Senatores, equiteſque Rom. in conſilium adhibebant.num.9. 58

Imperatori omnis poteſtas tradita, & Imperium ſuum

tranſlatum a populo,num.3. 9

Imperatori inſufficienti,poteſt dari coadiutor, vbi nõ privetur.nume.11. 21

Imperatori,Papæ,& Regiæ maieſ. ſolum flectuntur genua.3. 58

Imperatori,mandanti contraria iuri naturali,non eſt parendum. 6. 59

Imperatori ſtatuenti contra ius naturale, & gentium, ſine cauſa,non eſt obediendum.num.8. 93

Imperatori,ſeu principi occidenti noxium, debet conſtare delictum.num.6. 82

Imperatori eſt obediendam;& cuilibet alij, non recognoſcenti ſuperiorem: idem in lege;& Statuto; cũ limit. nu.1.5.15.17.vſque 22. 90.& ſeq.

Imperatori maledicens, quomodo puniatur. num.14. fol. 91

Imperatoris conſecratio, ſeu inunctio; & Regum, fit in Brachio;vel in armo.num.9. 3

Imperatoris electio, duo requirit,electionem ab electoribus; manus iniectionem, per Papam. numero.16. fol. 21

*Imperatoris * iugum non præſcribit, præſcribens Imperium,& reſeruata principi,communis eſt, & catholica.cum limit.nu.9.10.& ſeq.* 9

Imperatoris confirmatio inducitur per inunctionem, cõſecrationis,& coronationem,nu.7. 3

Imperatoris,& principis vita,& oratio, ſubditis exemplo eſt.5. 12

Imperatoris electio,quomodo antiquitus fieret;cũ vnus; & ab anno. 1002. fiat per ſolos Germanos. numero.1. ibid.

Imperatoris depoſitio,ſolum ſpectat,ad Papam; quæ laudabilius ſit, cum conſilio Cardinalium. numero 1. fol. 20

Imperatoris cura eſt inueſtigare ſubiectorum commoda;ita vt Imperij vtilitas, incorrupta perſiſtat: ſingulorum ſtatus ſeruetur illæſus. num.1. 22

Imperatoris ſuprema poteſtas, multis modis conſideratur, præſertim in ſibi reſeruatis; quorum multa enumerantur. nu.7. 64

Imperatoris auctoritas, & ſpecialis conceſſio, tantum operatur, quantum decretum inferioris. numero 19. fol. 67

Imperatoris impotentia; in multis breuiter, & remiſſiue repetita.num.1. 96

Imperatoris perſona,repreſentatur, in quolibet magiſtratu. 10. 91

Imperialia indumenta,conceſſa Papæ Silueſtro, & ſucceſſoribus, per Conſtantinum Imper. numero. 2. fol. 11

Imperij iuriſdictio & adminiſtratio eſt penes Papam; ſine quo eam vſurpans, prædo eſt. numero 8. fol. 3

Imperiũ in Germanos, fuit trãſlatum actiue,& paſſiue. nume. 4. 14

Imperij tranſlatio,in Germanos facta,ob indefenſam eccleſiam,& infidelitates Græcorum.num.2. 13

Imperij poteſtas,ante pontificatum Petri, non erat penes pontifices; ſed fuit data petro; tam de iure poſitiuo; quã diuino.nu.4.15.&.18. 13.& ſeq.

Imperij tranſlatio in Germanos paſſiua,fuit facta, anno ſalutis. 800. vel. 801. actiua. 1002. numero. 5. fol. 14

Imperij,& eccleſiæ Dei diligentiam, quomodo habebit; qui domui ſuæ præſſe neſcit.num.3. 20

Imperij maximi, eſt imponere Gabellas, ſeu collectas.nume.2. 78

Imperium voluit eſſe,in vno tantum.ſub.nu.9. 10

Imperium non eſt extra eccleſiam. num. 12. 10

Imperium dependet ab eccleſia.nume.7. 13

Imperium eſt à Deo,mediate, & ſubordinate. numero.9. ibid.

Imperium transfertur de gente,in gentem, propter iniuſtitias.nume.16. 14

Imperium fuit tranſlatum in Germanos,actiue, & paſſiue.num.4. 14

Imperium dependet ab eccleſia, extra quam, non poteſt eſſe.num.4. 19

Imperium fuit tranſlatum à Græcis in Germanos,ob indefenſam eccleſiam. num. 4. 21

Imperium continetur, appellatione Reipublicæ. numero.5. 23

Imperium in genere, ſeu Familia Auſtriæ,per multa tẽpora,& multos Imperatores, qui exprimuntur, adhuc durat.num.20. 103

Imperium merum habet, qui præeſt vniuerſitati; quæ facit prouinciam; non ſi faciat ciuitatem. ſub nu.14. fol. 108

Immunitas ſimpliciter conceſſa,non extenditur ad munera ordinaria; nec ad honores;nec collectas, impoſita neceſſitate belli;etiam in clericis.nu. 9. 72

Incautum,& inæquali pugna, non licet alium capere,nume.4. 47

Incorrigibilis quis,& quot modis dicitur.nu.9. 21

Incorrigibilitas in crimine, dicitur hæreſis. numero.7. ibidem.

Indicia ſunt in arbitrio iudicis,num. 4. 32

Iudicia,& diffamatio iniuriati debent probari, & præcedere pugnam,num. 2. ibid.

Indulgentia quid ſit.nume.34. 137

Indulgentię Iubilei, quoto quoque anno antiquitus, & hodie concedantur.35. ibid.

Indulgentia quos liberat notat. nu. 5. 158

Infamia ciuilis, repellit a dignitate; quicquid ſit in infamia canonica. nume.9. 17

Infamia canonica, contrahitur, pro quolibet peccato mortali; quæ aboletur pœnitentia. numero 7. fol. 19

Infamia infertur, ex omni crimine publico. numero 2. fol. 20

Infamis, & vilis, non poteſt vlterius infamari, num.6. fol. 42

Inferior non debet aſcendere in Duello in eundo, num.2. fol. 35

Inferior non debet violare iura ſuperioris. ſub. nume. 1. fol. 131

Inferior non iudicat ſuperiorem regulariter. nume. 30. fol. 155

Inferiora

Inferiora à ſuperioribus reguntur.num.7. 10
Infidelibus auxiliari licet, in bello iuſto: ſed non contrà Chriſtianos. 4. 79
Infidelibus bellum indicere, quando liceat Imperatori. nume.5. ibid.
Iniuriatus, & offenſus, non cogitur in foro pœnitentiali remittere actionem iniuriarum; & facere pacem, per inſtrumentum, vt offenſor poſſit implorare gratiam; a principe. num.7. 81
Iniuriatus, & offenſus, in foro pœnitentiali, cogitur parcere offenſori; quo ad odium particulare.nu.6. ibid.
Iniuria illata magiſtratui, Imperatori cenſetur illata. nume.11. 91
Iniuria non fit, non habentibus intellectum, fit tamen eorum coniunctis. nume. 5. 35
Iniuria fit verbis, aut factis, & quomodo fiat, nu.1.3.4.5.6.7.8.14.20. 29.& ſeq.
Iniuria facti eſt acrior, ideo difficilius tollitur: quæ ſint graues, grauiores, grauiſſima, licet ſint verbales, nume. 2.18.fol.29.& nume.1. 55
Iniuria large dicitur, quæ non meretur pœnam, & iuſte fit, num.10. 29
Iniuria verbalis fit etiam abſenti, nume. 16. ibid.
Iniuria facta incertæ perſonæ executionem non habet, num.17. ibid.
Iniuria non reuocatur ſola pœnitentia nec ſatisfit iniuriato.num. 1.3. 30
Iniuria iniuriam tollit vel verbalem, vel facti, quæ incontinenti eſt licita.num.1. ibid.
Iniuria iuſta, iniuria eſt, largo modo.num. 5. ibid.
Iniuria proditionis obiectæ, & vxoris adulteræ, an tollatur per verba, mentiris, vel requiratur factum. nume. 13. 31
Iniuria facti, Contrario facto æquipollenti tollitur. nume. 14. ibid.
Iniuria verbalis, an produeat actionem iniuriarum, vt prouocatio concedatur, num.1.3.5. 35
Iniuria vera illata, non eximit quem à iudicio,nu.7. 31
Iniuria illata, vbi ſit vera, quibus verbis ſatisfiat iniuriato in pace.nu.1. 54
Iniuria illata proditionis ſuperioris, adulterij vxoris, & mentitæ, quia grauis, an verbis dilui poſſit, ineundo pacem.num.1.2. 55
Iniuria quæ atrocior dicitur propter aliquam qualitatē, tollenda eſt cū ſatiſfactione, habita ratione illius qualitatis.num.1. ibid.
Iniuria non debet tolli, excedendo modum in ea tollenda. nume.2. ibid.
Iniuriæ non præſumuntur iocoſe dictæ; aut factæ, niſi probentur aliter quàm per confeſſionem partis, quando facti, & perſonarum qualitas aliter ſe habeat. nume. 12. 29
Iniuriæ proximi ne memineris, num.5. 54
Iniuriæ diſſimulatione tolluntur, veluti, bibendo, ludendo. & c.num. 1. ibid.
Iniuria verbali quomodo ſatisfiat in ineunda pace. nume.3. ibid.
Iniuriam patitur quis, non ſolum ex perſona ſua, ſed & ſuorum,num.19. 29
Iniuriandi animus interuenire debet, ex iocoſis. n. iniuria non naſcitur, num. 11. 29
Iniurians an debeat confiteri, quòd triſtamente (vt vulgo dicitur) iniuriā intulerit num. 1. vbi quomodo triſtamente dicatur illata iniuria. 54
Iniurians, negans iniuriam intuliſſe, quomodo ad pacem reducatur, nume.1. 55
Iniurioſum omne verbum præſumitur animo iniuriandi dictum, num.13. 29
Iniuriarum actio naſcitur, etiam ſi conuitium ſit verū, num.2.4. cum limit. 31
Iniurias proferre, & ſuos negligere ſeruile eſt, n.7. 39
Iniuriatus vera iniuria, quō excipiet, num.8. 31
Iniuriatus non poteſt cogi ad faciendā pacē, nu.4. 53
Inquiſitio non cadit in cauſis ciuilibus, ſub. nu.69. 168
Inquiſitores non ſe intromittunt, in non ſapientibus hæreſim manifeſtam. num.3. 62
Inſtantia Duelli eſt ſex menſium, num. 3. 32
Inſufficientia vnde oriatur, ibi.nu.20. 123
Intercedere poteſt eccleſia, pro degradato; ac pœna mortis afficiatur; & ſimiliter pro quocunque facinoroſo. num.3. 159
Interpratandi leges, forma quadruplex eſt.nu. 2. 60
Interpratatio priuilegij, ſtatuti, vel legis, neceſſaria, quæ tolli non poſſit. nume. 5. ibid.
Interpratatio in dubio, fit contra principem, ſeu fiſcum, nume.9. 78
Ioannes Bap. Specianus. Cap. Iuſtitiæ, occidit militem ſeditioſum, num.5. 82
Inueſtituræ tenor, potiuſquam natura Feudi attenditur. num.4. 71
Ira viri, iuſtitiam Dei non operatur. num.3. 59
Irregularitas, ex homicidio voluntario, eſt de iure diuino, ſecundum aliquos. num.9. 83
Irregularitas, quæ contrahitur ex actu in ſe licito, eſt de iure poſitiuo; & quando ſit de iure diuino; remiſ. ſub. num.2. 127
Irregularitas quando tollatur per ingreſſum monaſterij, remiſ.num.3. 134
Irregularitas quæ contrahitur, ex contractu in ſe licito, eſt de iure poſitiuo: & quando ſit de iure diuino. ſub. nume.28. 164
Irregularis fit, non habens ordinem, diuinum officium exercens; & habens ordinem, ſuperiorem exercens. nume.12. 134
Italiā prouinciarum domina, abſit, vt ſub tributo dicatur.num.2. 71
Iudei foris ſunt, & alio modo dānati. nume. 7. 57
Iulius Cæſar aſſumpſit Imperium; Imperatorque primo appellatus.nume.2. 9
Iudæi ſunt tolerandi, non exercentes vſuras.nu.12. 57
Iudæum eſſe, cadit in delictum. num.14. ibid.
Iudex bonus eſt quilibet, eorum quæ cognoſcit.nu.2. 59
Iudex in cauſa propria, & ſuorum, quando quis eſſe poſſit. remiſ.num.6. 78
Iudex ſecularis, quod non poſſit remittere iuramentū. num.4. 6
Iudex ſecularis, poteſt compellere maritum, ad dimittendas concubinas.ſub.num.13. 163

Iudex competens certaminis quis ſit.num. 1. 48

Iudex debet primo cum conſilio peritorum, perduelles, & eorum controuerſias audire, & videre proceſſum agitatum.num. 1. ibid.

Iudex debet partes ad concordiam hortari, num. 2. ibi.

Iudex debet cõſiderare apte qualitatem, honores, gradus, loca, tẽpora, & cauſas certaminis, nu. 1. ibid.

Iudex niſi ex maxima cauſa cõcedat duellũ, nu. 2. ibid.

Iudex in campo duelli ad erit cum conſiliarijs, vt videre, & audire poſſit pugnantes, & iudicare quis ſuccubuerit, num. 1. ibid.

*Iudex debet expectare finem Belli qui inſpiciendus eſt alijs * alias aditur, num. 1.* 49

Iudex non debet diuidere pugnam etiam ex clemẽtia, aliter iniuſte ſe habet.num. 2. limit.nu. 3. 49

Iudex parcens victo, tenetur victori ad expenſas, idem ſi diuidat Duellum nu. 4. 5. 49

Iudex diuidens pugnam, debet illam in priſtinum eadem die reducere, vt pugnam perficiant. numero 6. fol. ibid.

Iudex vbi diuiſit certamen quaſi mortui, & quaſi victi, an poſſit condemnare victum vſque ad illam horam. num 7. ibid.

Iudex debet condemnare, vel abſoluere partes in Duello.num. 1. ibid.

Iudex quando ſit pugna, vel quis eſt mortuus, aut Contumax, quomodo pronuntiare debeat alio comparente, num. 3. 5. ibid.

Iudex vbi adſit impedimentum ſtatuit aliam diem ad prælium, num 4. ibid.

Iudex debet condemnare victum in expenſis. nu. 9. 50

Iudex appellationis Duelli, ex quibus actis iudicet, & quos mores ſeruet.num. 10. 11. ibid.

Iudex an poſſit cogere partes ad concordiam, & pacem. num. 1. 2. 3. 53

Iudex poteſt prouidere, ne ſcandala eueniant, exempla. num. 5. ibid.

Iudicandi munus neceſſitatis eſſe videtur.nu. 2. 49

Iudices, qui poſſint concedere duella, qui ſint. nu. 2. 48

Iudicis partes neceſſariæ ſunt, in iudicio Duellari. nume. 1. ibid.

Iuranti ſe non habere indicia, & ſe iniuriatum, ſtatur ſecundum Alciat. ſed reprobatur.num. 5. 32

Iuramento victoris ſtandum eſt pro expenſis facti in Duello.num. 10. 50

Iudices, vel Præſides Iuſtiſſimi, publicis acclamationibus collaudandi: Iniuſti querelarum vocibus accuſandi.num. 19. 109

Iudiciorum ordo, in paradiſo, ortum habuiſſe videtur, nume. 6. 4

Iura loquentia in Imperatore, habent locum in Regibus, Principibus, Ducibus, & alijs. nu. 15. 105

Iuramentum eſt de iure naturali, & diuino; ideo præciſe ſeruandum. 1. 138

Iuramentum fidelitatis, præſtitum Philippo Regi Hiſp. per auctorem, nomine ciuitatis Laudæ.nu. 7. 98

Iuramenti abſolutio, alia habilitationẽ agendi indueit; alia plenaria eſt. ſub. num. 6. 138

Iurans temere, peccat mortaliter, & quando venialiter.nume. 8. 19

Iure naturali, & gentium, inducta; exemplis demonſtratur. 4. 69

Ius ciuile, & Longobardorum, vel Francorum, & Conſt. Federici ſeruatur in Duello, deficiente ſtylo, vel conſuetudine, num. 1. 29

Ius canonicum, ſupplet ius ciuile, & econuerſo.num. 14. fol. 14

Ius Canonicum eſt ſeruandum vbi de periculo animæ agitur.nume. 13. 27

Iuris poſitiui, quæ ſint, cum multis exemplis. nu. 2. 66

Iuris naturalis, & gentium, quæ eſſe dicantur; & quid de teſtamento. 4. 92

Iuriſdictio ordinaria, tribuit dignitatẽ.nu. 27. 7

Iuriſdictio omnis, eſt Imperatoris; quam tribuit magiſtratus creando.nu. 1. 72

Iuriſdictio quomodo concedatur ab Imperatore. numero. 2. & 5. ibid.

Iuriſdictione ſuper aliquo caſtro conceſſa, non venit Imperium; licet ſit dictum, concedo omnem iuriſdictionem.nume. 6. ibid.

Iuriſdictiones ſupremæ, ſunt ſacrum ſacrorum. nu. 5. 95

Iuriſdictionis ſupremæ Imperialis inſignum conſtituta, non transferuntur; ſic nec præſcribuntur, ſub num. 6. fol. 65

Ius incepit ex ruina Angelorum. num. 3. 4

Ius canonicum eſt ſeruandum, vbi de peccato animæ agitur.num. 13. 26

Ius diuinum, eſt immutabile, ſub.num. 1. 4

Ius Canonicum eſt ſeruandum, vbi de periculo animæ agitur.num. 13. 26

Ius omne diuinum dicitur naturale.nu. 4. 97

Ius Canonicum ſeruatur, vbi clarum eſt; quando quid obſcurum eſt iure ciuili. 13. 14

Iuſta cauſa, derogandi iuri naturali eſt, vt puta, fauor publicus, de qua conſtare debet, ſub.num. 7. 93

Iuſtinus, Iuſtiniani auinculus, electus fuit Imperator, emptis caute ſuffragijs num. 15. 2

Iuſtitia, omnium perfectiſſima virtus; nec lucifer, nec Heſperus ita admirabilis.num. 2. 23

Iuſtitia in ſe ſe, virtutes continet omnes. ibi.

L

LAici non poſſunt tractare, etiam ex commiſ. negoc. ecc. præſertim ſpiritualia. 37. 165

Laici non debent iudicare viros eccleſiaſticos. nume. 3. 175

Legatus Papæ, vbi eſt Papa; & Patriarchæ non poſſunt portare crucem ante ſe.nu. 3. 113

Legatus Papæ, alius eſſe poteſt, quã Cardinalis.n. 8. 146

Legatus Cæſaris, dicitur præſes prouinciæ. inf. in ver. præſes.

Legati de latere, ex vſu Rom. curiæ, ſoli Cardinales appellantur. 146

Legati de latere, Illuſtres ſunt, & appellatione principis & ſedis apoſtolicæ veniunt. ibid.

Legem generalem Pop. Romanus, nec Senatus, põt cõdere; niſi ex permiſſione principis.nu. 2. 64

Leges,

Leges, quàm Arma, magis neceſſaria. nume. 3. 4
Leges ſunt, vt humana cohercea tur audacia; & tuta innocentia. num. 9. 5
Leges regunt exercitium militare. nume. 3. 5
Leges iudicare non licet; ſed ſecundum eas iudicari debet. num. 3. 106
Legis generalis condendæ forma, de volunate nõ tamen de neceſſitate. nume. 5. 65
Legis condendæ in vniuerſo poteſtas, non põt per Imperatorem, in alium transferri, nec præſcribi. nu. 6. ibi.
Legis natura eſt, dare formã futuris, non præteritis negocijs, niſi de præteritis, & pendentibus, ſit facta mentio. nume. 7. 65
Legitima vbi in totum tolli non poſſit per ſtatuta; minui tamen poteſt, ſecundum communes. nu. 13. 87
Legitimati, debent reuerentiam legitimis; etiã vt non ſedeant ad vnam menſam. num. 10. 85
Legitimati an poſſint recuſari in Duello, vt infames, nume. 14. 43
Legitimati, an ſint de Stirpe, vel nobiles, an infames. nume. 11. ibid.
Legitimati, nihil a legitimis differunt: & per eos conſeruatur agnatio. ibi.
Legitimati, quomodo ſuccedant. num. 12. ibid.
Legitimati, plus non debent habere de bonis patris, quàm vnus de filijs legitimis, & naturalibus. numero 14. ibid.
Legitimatio vt plurimum fit, abſque citatione illorum, quorum intereſt; niſi adſint filij legitimi, & naturales; niſi fiat diſpenſatio. & niſi mortuo patre, petatur legitimatio, per filium naturalem. 2. 84
Legitimatio requirit cauſæ cognitionem, & cauſam rationabilem. num. 5. ibid.
Legitimatio, ſtantibus naturalibus & legitimatis, raro fit per Imper. ne dicatur vnum pecus. nu. 6. ibid.
Legitimatio perſonæ requiritur in quocunque iudicio, licet ſummario, num. 1. 39
Legitimatio ſolet concedi per principẽ, cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato. num. 7. 85
Legitimatio, eſt actus potentior adoptione. num. 15. ibid.
Legitimatio Imperatoris, habet locum, in terris imperij; & papæ in terris eccleſiæ, non alias, ſecũdum communes; excipiuntur duo caſus. 4. ibid.
Legitimationem poteſt princeps alicui committere; vt ſit Comiti Palatino, ſecundũ expreſſa in priuilegio. n. 3. 84
Legitimationes, priuilegia, & alia conceſſa, ante coronationem, an valeant. nume. 1. ibid.
Legitimationis effectus, qui ſint. nu. 8. & 12. 85
Legitimatis debetur legitima in bonis allodialibus, ſicut filijs vere legitimis, &c. ſub. num. 12. ibid.
Legitimatorũ ſucceſſio, quomodo diſponatur; ex Conſtit. Mediolani. num. 13. ibid.
Legitimatus per reſcriptum, an ſit vere, & proprie legitimus: videtur communis quòd non. nume. 9. ibid.
Leo Papa. X. primus creauit ordinem militum. S. Petri, & vt hi meri laici, poſſint habere penſionem ducatorum centum quinquaginta. nume. 11. 156
Lex licet pænalis extenditur, dum non ſit correctoria; item dum adſit fauor reip. vel animæ. numero 5. fol. 18
Lex Iulia ambitus, non habet locum in curia principis: & eſt inducta de iure poſitiuo. num. 26. 137
Liberalis quomodo ſe habeat: & quis ſit. num. 4. 5. 62
Liberalitas duplex. num. 3. ibid.
Liberalitas habet modum, in perſonis, & rebus; & extollitur fide, cauſa, loco, & tempore. nume. 2. ibid.
Librorum multorum copia eſt appetenda; ad ſapientiam comparandam. ſub. nume. 8. 101
Limita niſi ratione manifeſtæ iniuſtitiæ, & peccati ibi. Et quando ſententia eſt ſuper reſcripto. Et conſultatione Imp. num. 1. Et 8. 89
Libros quos debeant habere prædicatores. infra. ver. prædicatores.
Litteras ignorantes prohibentur ordinari. num. 2. 135
Litteras penitus ignorantes, priuantur beneficio. numero 3. ibid.
Literæ patẽtes, fiunt de victoria cõſecuta, nu. 15. 53
Literæ præſentatæ Iudici, quãdo dicãt, nu. 2. 33
Lis conteſtata quomodo in Duello dicatur, nu. 4. 32
Longobardum ius aſininum dicitur, carens ratione, & lege, ideo receſſit ab aula, num. 3. 41
Longobardorum leges pro argumẽtis proſunt, nume. 3. fol. 38
Ludi ex more ciuitatum impuniti, num. 9. 39
Ludouici Viſtarini pugna, victoris, cum clariß. Boſio Sfortia, & Sigiſmondo Malateſta, num. 4. 46
Ludouicus Imperator, iterum Romam, & alia donauit Papæ. num. 12. 13
Ludi receptator, in propria domo poteſt impune offendi. num. 24. 164
Ludus illicitus, epiſcopo, & clericis interdictus eſt; immo inſpectio. 23. ibid.
Ludus prohibitus, quis dicatur ſub, num. 23. ibid.
Luxurioſa res eſt, vinum, & contumelioſa ebrietas, ſub. nume. 22. ibid.

M

MAgiſter militum, Illuſtris eſt; quem Alciatus dicit vocari, Marreſchialum, apud Gallos. nume. 4. 75
Magiſter militum, & præfectus prætorio, differunt. nume. 5. ibid.
Magiſter officiorum, ſpectabilis eſt: immo etiam Illuſtris dictus. num. 1. ibid.
Magiſtratus vendere, & emere, improbatur, in principe, & priuato. num. 8. 61
Magiſtri, ſeu proximi ſacrorum ſcriniorum Imp. inter quos ſunt referendarij, & primicerius, hoc eſt protonotarius, ſpectabiles ſunt. numero. 2. fol. 75.
Magnanimitas circa honores verſatur, numero 2. fol. 54
Magnanimus, & fortis eſt, qui ferre iniuriam abſque ſtudio vindicta, poteſt, num. 3. 54
Maieſtas duplex, Diuina, & Humana; quæ triplex eſt, Imperatoria, Regia, & Pretoria. ſub. numero 6. fol. 8
Maieſtatem diuinam lædere, grauius eſt, quàm temporalem. num. 3. 19

Maieſtatis laſæ crimen proprie vel impropriè, quomodo committatur; & pœna quæ ſit. num. 6. 90
Maieſtatis leſæ crimen, non cadit niſi in ſubditum. numero 8. 91
Maior veſtrum, erit miniſter veſter. nume. 3. 112
Maior delinquens in loco minoris, poteſt ibi puniri; quando non præeſt illi. nume. 31.
Maior Domus, maxima eſt poteſtas apud Gallos; ſecũda fuit apud Rom. qui Præfectus prætorio, dictus: Qui in Francia, magnus Coneſtabilis dicitur. numero. 4. 72
Maior Domus, ſiue magiſter domus, primus officialis conſtituitur in curia. num. 3. ibid.
Maiores alij, alijs ſunt, ex diuitijs, nobilitate, ex potentia, & honore. num. 19. 103
Marchio, a Principe creatur; Capitaneus regni dicitur; & eo nomine appellatur: quia de marchia ſit inueſtitus. num. 1. 105
Marchio, an vnius ciuitatis, debeat eſſe dominus. numero. 4. 106
Marchio inter ſpectabiles, reponitur. num. 5. ibid.
Marchio maior eſt Comite; & qui marchio eſt, & comes, præfertur marchioni tantum. num. 5. ibid.
Marchionis interpretatio, ab eo nomine, quomodo fiat, ſecundum aliquos. num. 1. 105
Mare ſub territorio comprehenditur. ſub. num. 7. 118
Mariæ Henrici. VIII. filiæ, nuptæ Philippo, Car. V. Imp. filio, hodie dilatum regnum Angliæ. numero. 24. 100
Maritus accuſat vxorem de adulterio, non econuerſo, num. 3. 35
Maritus non cogit lugere vxorem, ſed vxor virum, nume. 4. ibid.
Matrimonij conſummatio, non eſt prohibita, tẽpore feriato; licet nuptiæ, & traductio prohibeantur. num. 31. fol. 131
Matrimonium inter alia ſacramenta, quæ ſeptem ſunt, magnum eſt; antiquius, dignius, & vtilius. numero. 2. 128
Matrimonium inter aſcendentes, & deſcendentes, prohibitum eſt, in infinitum. num. 4. ibid.
Matrimonium eſt prohibitum, inter tranſuerſales, vſque ad quartum gradum, incluſiue. num. 5. ibid.
Matrimonium eſt prohibitum inter affines, vſque ad primum genus; & in dicto genere, vſque ad quartũ gradum. num. 6. ibid.
Matrimonium eſt prohibitũ inter affines ſpirituales, inter perſonas, de quibus ibi, remiſſiue. num. 7. ibid.
Matrimonium eſt prohibitum, ratione ordinis, voti, & aliorum impedimentorum, vt in verſibus. numero. 8. 129
Matrimonium, quando diſſoluatur, remiſſiue. n. 25. 130
Matrimonium conſummatum, & non conſummatum, quid ſignificet, num. 28. 130
Matrimonium tria bona habet, prolem, fidem, & ſacramentum. num. 33. 131
Medici ſummi, principis, Archiatri dicti, ſpectabiles ſunt. nume. 4. 75
Mendacium dicens quandoq; punitur. num. 2. 55
Mentiri qui alium dixerit in obiecto crimine, non tenetur actione iniuriarum. num. 3 30
Mentiri, eſt verbum iniurioſum, licet addatur, ſaluo honore tuo, & licet aliquãdo ſit licitum, nu. 4. ibid.
Mentiri, eſt ſciẽter falſum dicere; idẽ importat ſi dicitur Non dicis verum: quòd reprobatur. nu. 9. ibid.
Mentiri ſi quis alium dicat, atrox eſt iniuria, quia calumniator redditur, qui falſa crimina ſcienter intendit. num. 11. 31
Mentientis, cui ſit obiecta macula; onus eſt ad arma prouocandi. nu. 10. 30
Mentiendi licentia, nõ eſt impunita relinquenda. numero. 12. 31
Mentita, qualiter reuocari poſſit; quando eſt ſuper re, quæ poteſt eſſe, & non eſſe vera, & quando ſuper obiecto crimine lata. num. 3. 55
Metalla omnia procedunt ex eodem fonte, ſcilicet ex ſulphure, & argento viuo. nume. 10. 63
Miles, per. x. vel. xv. annos, nobilitatẽ aequirit. n. 15. 7
Milites priuilegijs militaribus non gaudent, niſi matriculati; & niſi in armis actu verſentur; alias cenſentur, vt pagani; ſicut milites noſtri temporis, deaurati. nume. 7. 6
Militia quædam armata, quædam inermis: Armata quædam equeſtris, quædam pedeſtris, & inferior: Inermis quæ dicatur. num. 1. 5
Militia eſt honor, & nobilitas. num. 13. 6
Militia nõ eſt dignitas. nu. 8. 10. 20. & 29. fol. 5. & ſeq.
Militiæ, quæ dicantur non eſſe reſeruatæ principi. numero 7. 132
Miſericordia potior eſt omnibus ſacrificijs; non tamen, vt nutriendis vitijs, quis parcat; ne vt parcatur vni, in diſcrimen multorum. nu. 5. 59
Mitra quid ſit; & quid per eã ſignificetur. num. 7. 155
Mitra alba, linea, quid ſignificet; & quando ea vtatur epiſcopus. num. 8. ibid.
Mitra auriphrigiata, quando vtatur epiſcopus. numero. 9. ibid.
Modica diſparitas non curatur inter nobiles. nu. 3. 46
Modus in tollenda iniuria non eſt excedendus, ne vindicta videatur. nume. 2. 55
Monachi, archidiaconi, & presbyteri, poterant alias eligi in pontifices. nu. 5. 120
Monachi, & canonici regulares, ſub regula. S. Benedicti. vel S. Baſilij, vel. S. Auguſtini, militant. nu. 5. 179
Monachi, clerici hodie omnino ſunt; licet alias ſecus. ſub. nume. 12. ibid.
Monachi nihil proprium habent, ſine Abbatis licentia; nec Cellulas ſeparatas; nec votum faciunt; nec ad aliũ monaſterium tranſeunt; nec epiſcopatum recipiunt. nume. 27. 181
Monachi qualiter inter ſe præcedant: & præcedunt canonicos regulares; & fratres mendicantes. nu. 3. 186
Monachorum diuerſæ inſtitutiones; & Canonicorum regularium. num. 5. 179
Monachus qui efficitur, eo ipſo deſinit eſſe Rex, Papa, Imp. & Epiſcopus. 4. 100
Monachus ẽt ſine licentia Abbatis, cõſtituitur Vicarius epiſcopi; quia ſit & eius cubicularius. nu. 5. 176

Moneta cudenda eſt, ſpeciei proba; & debiti ponderis; cum declar. nu.4. 79
Monetam, licet bonam fabricantes, ſine poteſtate; & Imperialem falſam effundentes, igne comburuntur. nume.5. ibid.
Monetã tondens liquefaciens, & falſam expendens, quomodo puniatur. num.6. ibid.
Monetæ cudendæ facultas, ſoli Principi competit: quod eſt de regalibus: et quibus conceſſum eſt, etiam ex conſuetudine, num.1. & .3. ibid.
Mors rapit bonos & malos. nu. 2. 96
Mors euitari dicitur, ſi per virtutem, Fama extenditur. nu.4. ibid.
Mors priuſquam disdicta, maior eſt honor; & magis expetenda. nu.6. 38
Mors dicitur imminere, vbi eſt terror armorũ. nu.7. 49
Mortuis non Conuitiandum, non inſultandum victis. nu.8. 52
Mortuus vir per virtutem, cenſetur uiuere. nu.6. ibid.
Motor vnus, & primus, a quo Cælum, & tota natura dependet. nu.7. 10
Mulier, Ioannes nomine, Pontificatum adepta. num.10. fol. 120
Multa habent locum in prouocato, quæ in prouocante. nu.1. 46
Munera ordinaria, quilibet ſubire tenetur, & ad hoſpitem recipiẽdum; & qui benigne ſoluit, fidelis; econtra rebellis reputatur, æqualis enim debet eſſe conditio. nu. 1. & .4. 71
Munera extraordinaria, non ita paſſim quilibet debet ſubire. nu.5. ibid.
Munera ordinaria, & extraordinaria, quæ dicantur. num. 11. 71
Munera, ſeu onera, habent bona omnium tacite obligata fiſco: ita vt omnibus creditoribus præferatẽ. n.13. ib.
Mutatio actionis propoſitę non fit poſt litem cõteſtatam, nec emendatio. nu.3. 33
Mutatio nec diuiſio eſt licita in electione remediorum. nu.3. 40
Mutare querelam volens, debet ei renunciare fatendo ſe victum, vnde vts reprobatus habetur nu.6. 33

N

NAturales filii, ſpurij, & ex damnato Coitu nati poſſunt recuſari in Duello. nu.10. Limit. num. 13.14. fol.42. & ſeq. ibid. nu. 11. quod tales ſint infames infamia facti, & nu.12. quod non dicuntur de caſata patris, nec ex his nepotes. &c.
Negans, ſeu mendacium dicens, quandoque punitur. nume.2. 55
Negans quis regulariter non punitur, nu.3. ibid.
Nobilis prouocatus ab ignobili, plebeio, vel ruſtico, recuſat Duellum, nu.1.3.4. Limit. num.5.8. ſublimit. num.7. 44
Nobilis alium offendens, non debet excuſari a Duello, num.5.10. 44
Nobilis quis dicatur, & quomodo acquiratur nobilitas remiſſiue; num. 10. ibid.
Nobilis ex quatuor gradibus progenitorum, an poſſit recuſari a conſtituto in dignitate, vſque ad ducem. nume.1. 45
Nobilis regulariter non admittitur contra conſtitutum in dignitate, num.2. Limit. ibid.
Non coronabitur niſi qui legitime certauerit in agone, nu.3. 48
Non inſultandum victis, non conuitiandum mortuis, num.8. 52
Non refert quid ex æquipolentibus fiat, nu.11. 51
Noniter eſſet ſtatuendum ſuper electione armorum. nume.5. 47
Nobilitas, & dignitas, non ſunt idem. nu.18. 7
Nobilius eſt ſubiectum illud, a quo quid depẽdet; quam dependens. nu.5. fol. ...
Nominis mutatio, fit aſſumpto nomine maiorum, in Pontifice creato: qui in pede oſculatur. ſub. num.8. 116
Notarij Imperatoris, habent dignitatem, num.3. 75
Notorium quid ſit, quotuplex, & eius materia, remiſſiue.6. 19
Notorium factum, declarationem non requirit. n.7. ibi.
Nullitas ſententiæ, Vicarij epiſcopi, poteſt per epiſcopum cognoſci, ſub. nu.8. 177
Nullitas ſententiæ, poteſt cognoſci, per ordinarium, & ipſammet iudicẽ.9. ibid.
Nummi, ſiue aurei, habebant ſculptã imaginem Principis. num.2. 79
Nuptiæ implent terram, Virginitas Paradiſum. nu.18. fol. 129
Nuptiæ conſeruant genus humanum, ſub. nu.6. 84

O

OCcaſus Solis, & apparitio ſtellarum idem ſunt, nume.3. 37
Occidere licet in conflictu, & ardore belli non poſt. nume.12. 53
Oculus pro oculo, dens pro dente, anima pro anima reddenda, num.15. 31
Offenſus non poteſt cogi ad faciendam pacem, nu.4. 53
Officialis durante officio non trahitur ad iudicium, nume.4. 40
Occidere nocentes, non congruit perſonæ principis, quomodo procedat, nu.2. & .4. 82
Officia quomodo exhibenda Deo, diuis Patriæ, parentibus, &c. nu.23. 92
Officiales probata vita conſtituuntur, nõ ambitione. nume.2. 63
Officiales Ro. Pontificis, & ſedis Apoſt. multi ſunt; quorum aliqui enumerantur. nu.2. 126
Officialis conſtituens, tenetur pro facto officialium ſuorum; poteſt tamen eos exhibere. num.2. 63
Officium quantumcunque vile, collatum a Principe, nobile reputatur. nu.3. 74
Officium omittentis recitare, pœna. nu.21. 129
Oldradus Laud. Doctor ſuus, a Bar. appellatur, a Pau. Caſtr. Pater legum, & Doctor Illuſtris. nu.2. 3
Orator non ſemper perſuadebit.12. 8
Ordinatio prępoſtera, vbi facta ſit, quis diſpenſare poteſt, Epiſcopus;

Epiſcopus; vel Papa. numero.5. 133

Ordinatus a ſuperiore, præfertur; puta a Papa. infra in ver. pontifex poteſt conferre. ibid.

Ordinatus furtiue quis dicatur. nu. 8. ibid.

Ordinem præsbyteralem, confert epiſcopus; ſicut alios. nu. 2. 189

Ordines in eccleſia, nouem ſunt: inter quos Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, ſunt ſacri, ſicut ſunt nouem chori Angelorũ: & quid eis attribuitur. nu. 1. & 2. 133

Ordines eccleſiæ, gradatim ſunt conferẽdi; alias diſpenſatio requiritur. num. 4. ibid.

Ordinum incapacitas, & exceptio, fit aliquando ratione ætatis, aliquando ordinis non obſeruati; aliquando ratione Bigamiæ; aliquando ex illegitimitate; aliquando defectu litteraturæ, vnde diſpenſatio neceſſaria eſt. num. 1. 132

Ordo in facto obſeruatus, ſignificat ordinem intellectus. nu. 1. 133

Ordo eſt propria natura, rerum naturalium. nu. 2. ibid.

Ordo magnus differentiæ, ſeruat vniuerſitatem creaturarum, quæ non poterat alia ratione ſubſiſtere. nume. 4. ibid.

Ordo litteræ, quando attendatur. nu. 13. 5

Ordo ſacer eſt in præsbytero Diacono, ſubdiacono. & qui habet annexum votum caſtitatis. nu. 16. 129

Origo aui, vel vlterius, vltra paternam, non obſeruatur, aliter oporteret quærere agrum Damaſcenum, vbi Adam natus eſt: niſi in nepotibus natis, viuo auo, vel proauo, ſuperſtitibus, nu. 20. 16

Otto primus Germanorum Imperator, non recte dicitur. nu. 7. & 15. 15

P

PAcem primo frangens, repercuſſus, non poteſt prouocare ad Duellum, num. 5. 41

Pacta infirmans, vſum hominum penitus inter ſe euertit, nu. 2. 28

Pacta perduellium ſunt ſeruanda, ſicut in bello, nume. 1. ibid.

Pagani, & Iudæi, publicis officijs non præficiuntur. nume. 5. 19

Palatij Imperatoris prepoſiti, curam habentes, quo ad ornatum, Spectabiles ſunt. nu. 9. 75

Pallij tradendi forma; & quibus diebus eo vti liceat. num. 11. 150

Pallij auctoritas magna: ita vt multa, eo nõ impetrato, deſcripta, expediri non poſſint. nu. 13. 151

Pallium in ſummo pontifice, oſtendit plenitudinem, & ſupremam poteſtatem. nu. 1. 114

Pallium regulariter competit Archiepiſcopis, & ſuperioribus. nu. 5. 150

Pallium in pontifice max. ſignificat plenitudinem poteſtatis; quo ſemper vtitur tantum, nu. 6. ibid.

Pallium regulariter Pont. cõcedit, & tranſmittit: quod & quatuor Patriarchæ principales, concedit, & non niſi poſtulanti, & merito. num. 7. & 10. ibid.

Pallium archiepiſcopi, quattuor cruces habet; & de earum ſenſu, & colore. nu. 9. ibid.

Pallium in Patriarcha, & archiepiſcopo, deſignat ſpiritualem dignitatem, & alia. nu. 10. ibid.

Pallium eſt perſonale: ita vt in morte, alicui relinqui non poſſit: Item & locale. nu. 11. ibid.

Papa ponitur in dextera parte, vti dignior. nu. 2. 1

Papa poteſt coronationem Imperatoris ſpecialiter committere; nec proprijs manibus tenetur eã facere. numero. 1. 2

Papa, & ſedes apoſtolica, multa ſibi reſeruauit: & Specul. ponit. 89. caſus; in ſignum priuilegij, & vniuerſalis dominij. num. 2. 2

Papa ex cauſa, poteſt transferre ſedem apoſtolicam, & curiam, de loco ad locum. nu. 4. 2

Papa vbi eſt, ibi Roma eſt. nu. 5. ibid.

Papa aliquid agente, præſumitur iuſta cauſa. n. 7. 3

Papa eſt Vicarius Chriſti, vicem Dei veri gerens in terris; qui poteſt omnia, ſupra, extra, & cõtra ius: & contra deus poteſt, claue non errante: & factum a Papa, cenſetur factum a Deo. nu. 8. 3

Papa, & ſacerdos, habet claues, ad excluſionem excommunicandorum; & reconciliationem pœnitentium. nume. 2. 4

Papa viuente, vel prelato, tractatus de alio eligendo, diffinitorius prohibetur, Conſultorius permittitur. num. 3. 11

Papa an poſſit concedere auctoritatẽ Imperatori, ſibi eligendi ſucceſſorem. nu. 4. ibid.

Papa non poteſt ſupprimere poteſtatẽ electionariorum Imperatoris, ſub, nu. 3. 12

Papa, & iudex eccleſiaſticus, de ſpectantibus ad ius temporale, non debet ſe intromittere. nu. 3. 13

Papa transfert imperium, de gente in gente; approbat, reprobat confirmat, & deponit. nu. 8. ibid.

Papa perquirit perſonam electi Regis Rom. & eum approbet, vel improbet. nu. 1. 17

Papa explicare ſolet ardua, cum conſilio Cardinalium. nu. 2. 20

Papa licet de hæreſi tantum accuſetur; tamen in notorio crimine, unde ſcandalizatur eccleſia; & ſit incorrigibilis, accuſari poterit. nu. 8. 21

Papa tenetur adiuuare Imperatorem; & punire eius rebelles. 5. 21

Papa cum Cardinalibus, libera debet habere conſilia; abſque metu poteſtatis ſecularis. nu. 2. 22

Papa nouiter creatus, reuocat omnes gratias factas, per prædeceſſores ſuos. ſub nu. 1. 23

Papa debet, & alius princeps, prohibere Duellum. nu. 1. 25

Papa poteſt diſpenſare, iudæos vſuras exercere poſſe; ne domini, quibus ſunt ſubditi, incidant in vſuras. nu. 5. & 11. 57

Papa ex cauſa, poteſt limitare legem Dei: licet non poſſit contra ea diſpenſare. nu. 6. ibid.

Papa poteſt ſtatuere, augendo, vel diminuendo verbum euangelicæ legis. nu. 8. ibid.

Papa, licet non poſſit tollere ius diuinum in toto: non per hoc prohibetur tollere in parte: nu. 9. ibid.

Papa in genere, non poteſt permittere vſuras; ex cauſa tamen permittit. nu. 10. ibid.

Papa, vanā interpretationem Iudaorum, improbat;legem tamē Moyſis laudat, & veneratur, ſub, n.12.ib;
Papa ſolet ardua explicare cum conſilio,in Concilio Cardinalium; valent tamen aliter geſta. nu.8, ibid.
Papa oſculatur in pede. nu.4. 58
Papa poteſt diſpēſare in omnibus, præterquam in articulis fidei. nu.2. 69
Papa non poteſt renocare dignitatem, niſi ex cauſa. nume.10. 77
Papa ſolo uerbo degradat, reſtituit, & ſolo verbo abſoluit: Abſolutio in. 5. caſibus ipſi tantum competit. num.1. 81
Papa requiritur, & ad eū ſemper recurritur, vbi ſubſit neceſſitas, aut facti, num.4. 89
Papa eſt iudex competens, omnium Regum, & Principum, ubi agitur de peccato; Immo & Imperatoris, & eius ſubditorum; & ſi eſt criminoſus; nec vt ſuſpectus recuſatur. nu.7. ibid.
Papa poteſt peccare, ſicut alius. nu.5. 84
Papa, a Pape, admirabilis dicitur. nu.2. 111
Papa, nec Deus, nec homo eſt, inter vtrunque: Et illi mentiens; ſacrilegus habetur. num. 2. ibid.
Papa etiam inſcribitur, per illa verba, Diuina prouidentia, Papa. IIII. nu.5. 112
Papa electus, confirmatione non eget. nu.3. 113
Papa omnia poteſt, claue non errante. nu.4. 114
Papa, vacante Imperio, in eo ſuccedit, non populus Rom, nu.4. 115
Papa non dicitur per metum electus. nu. 8. 122
Papa hæretico, licet ſubditis ab eo recedere; nulla facta; etiam declaratione, non tamen licet illum eijcere. nume.6. 123
Papa coniungatus; in notorio crimine, quo ſcandelizatur eccleſia, & qui eſt incorrigibilis; & facit. contra vniuerſalem ſtatum eccleſie; accuſari, & deponi poteſt; & quomodo turbetur eccleſia. num.7. ibid.
Papa iudicari poteſt a concilio, quando ſponte huic ſe ſubijcit. nu.9. ibid.
Papa iudicari poteſt a concilio, quādo inter duos eſt ſciſma. nu. 10. ibid.
Papa ſubijcitur ſuo confeſſori, confitendo peccata ſua. nu. 11. ibid.
Papa cum homo ſit, peccare poteſt, licet præſumatur, ſemper bonus. 16. ibid.
Papa denunciatione euangelica, corripi poteſt. n.17. ibi.
Papa ſcribens Abbatiſſæ, vel Regi, addit filios, vel filio in Chriſto; non alijs. nu.6. 125
Papa non debet exigere fidelitatem, nec obedientiam, a Cardinalibus, niſi ſint epiſcopi. nu.8. ibid.
Papa tenetur ſubuenire Cardinali indigenti, ſecundum eius qualitatem. nu.8. ibid.
Papa ſcribendo, debet præponere nomen ſuum, aliter reſcriptum eſt nullum. nu.9. ibid.
Papa quandoque ſubeſt Imperatori. nu. 11. ibid.
Papa, iudeum, vel infidelem, filium non appellat. n.4. ib.
Papa nedum circa terreſtria, & infernalia, & cœleſtia: gerit Vicariatum Chriſti: ſed etiam ſuper Angelos, bonos, & malos. nu.1. 128
Papa non diſpenſat, inter aſcendentes & deſcendentes, vt contrahant matrimonium; & in prohibitis, iure diuino. nu.9. & .11. 129
Papa poteſt diſpenſare inter collaterales in ſecundo gradu, in Linea æquali; Immo etiam in inæquali, ex cauſa magna, inter patruum, & neptem, licet iure diuino, ſit prohibitum. nu.10. & ſeq. ibid.
Papa ſolus diſpenſat, in caſibus, humana lege prohibitis. nume.11. ibid.
Papa poteſt diſpēſare in omnibus caſibus, in quibus prohibitum non reperitur. num.13. ibid.
Papa poteſt diſpenſare in affinitate carnali; eo modo, quo inter collaterales. num. 14. ibid.
Papa poteſt diſpenſare inter fratres ſpirituales, non inter compatrem, & commatrem; & leuatum, & leuātem nu.15. ibid.
Papa poteſt diſpenſare in prohibitis iure poſitiuo. ſub. nu.15. ibid.
Papa poteſt diſpenſare, ut clerici in ſacris conſtituti, ſicut græci, poſſint ducere vxorem. nu.16. ibid.
Papa poteſt diſpenſare, in voto continentiæ; & ſolenni, & ſic vt monachus contrahat matrimonium: & habeat proprium; ex magna cauſa; ita quod deſinat eſſe monachus. num.17. ibid.
Papa non poteſt diſpenſare, vt monachus matrimonium contrahat vſque ad tempus, & uſque quo filium ſuſcipiat; aliter diſpenſatio vitiatur. nu.19. 130
Papa poteſt diſpenſare in ſimplici uoto caſtitatis, vel continentiæ. nu.20. ibid.
Papa an poſſit diſpenſare, vt quis habeat plures vxores; vt antiquis Patriarchis conceſſum fuit; & obſeruant infideles. nu.22. ibid.
Papa non poteſt diſpenſare, vt Rex habens vxorem ſterilem aliam ducat, vel concubinam, ad procreandam ſobolem. nu.21. ibid.
Papa non diſpenſare poteſt, in matrimonio carnali copula conſumato; niſi in caſibus. nu 24. ibid.
Papa poteſt prohibere aliquas perſonas, ne contrahant matrimonium; non omnes. & an impedire matrimonium poſſit. nu.26. ibid.
Papa poteſt diſpenſare in matrimonio, per verba de præſenti; non conſumato copula, cum cauſa iuſta, & nota. nu.27. & .29. ibid.
Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio, inter Chriſtianum & iudæum; & econuerſo. nu.29. 131
Papa poteſt diſpenſare vt nuptiæ celebrentur; traductio vxoris fiat, & conſumatio matrimonij, tempore feriato. nu.30. ibid.
Papa diſpenſare poteſt circa ætatem; veluti in epiſcopo, & an epiſcopus poſſit diſpenſare, ad inferiores dignitates in defectu ætatis. nu.4. 132
Papa an peccet, diſpenſando ſine cauſa. nu.6. 133
Papa ſolus diſpenſat cum epiſcopo, in ſacris non conſtituto; & in epiſcopalibus. nu.6. ibid.
Papa ſolus diſpenſat, vt ordines ſacri aſſumantur ſine interuallo.7. ibid.
Papa ſolus diſpenſat, & ordinat, extra ſtatuta tempora. nu.9. ibid.
Papa ſolus, poteſt quolibet tempore ordines conferre. nu.10. ibid.

Papa ſolus diſpenſat, cum non ordinato, miniſtrante; vt
ad ſuperiorem ordinem aſcendat. num. 11. ibid.
Papa ſolus diſpenſat cum eo, qui Irregularis ſit; non ha-
bens ordinem, diuinum officium exercens; & habens
ordinem, ſuperiorem exercens. nu. 11. 134
Papa ſolus diſpenſat cum clerico ſcienter excommuni-
cato, recipiente ordinem. nu. 14. ibid.
Papa ſolus diſpenſat, cum Irregularibus. nu. 15. ibid.
Papa ſolus diſpenſat, cum ordinato ſcienter ab excom-
municato; & a ſciſmatico; & cum excommunicato,
maiori excommunicatione, vel interdicto, vel ſuſpen-
ſo, ſcienter miniſtrante; & cum concubinario notorio,
officia exercēte; & cum ordinato ab hæretico; & ab
eo, qui epiſcopatui renunciauit; vel ab alieno epiſco-
po; & alijs. nu. 16. & 17. ibid.
Papa ſolus diſpenſat, vt filij presbyterorum, ad ſacros or
dines in eccleijs, etiam paternis, & parochialibus di-
gnitatibus; et ad epiſcopalem dignitatem promouean
tur. num. 17. ibid.
Papa diſpenſat cum illegitimis; ita vt cenſeatur diſpenſa
re, cum ſpurio, ad epiſcopatum promoto, ſcienter. nu-
me. 2. ibid.
Papa diſpenſare poteſt cum Bigamis, ſecundum commu-
nem opinionem: non epiſcopus, etiam quo ad minores
ordines. nu. 3. 134
Papa diſpenſat cum penitus illiteratis; & quando epiſco
pus. nu. 4. 6. 135
Papa diſpenſat cum corpore vitiatis, illegitimis, & pœni
tentibus. 5. ibid.
Papa in beneficialibus habet plenam, & liberam pote-
ſtatem. num. 1. ibid.
Papa apponens manum in beneficialibus, inficit omnia
in contrarium facta. nu. 3. ibid.
Papa ſolus reſeruat ſibi mentaliter beneficia, & an ſine
cauſa priuet eis. nu. 5. 136
Papa poteſt vnire duos epiſcopatus, in vnum; & vnū in
duos diuidere; & eximere, & transferre; & diſpone
re, vt duo epiſcopi ſint in eodem epiſcopatu pares;
& vnus ſub alio: & alius alium creet. nu. 6. ibid.
Papa ſolus confert, & dat ius ad beneficia vacatura;
Immo etiam poteſt committere laico, vt ea conferat,
& alia ſpiritualia, et negocia eccleſiaſtica; & cauſam
criminalem, cōtra clericū; & iudicandi munus, etiam
fœminę demandare, & ſe ſubijcere iudici laico. nu-
mero. 7. ibid.
Papa poteſt committere, non epiſcopo, vt conferat Chri-
ſma; & Sacerdoti, vt non indutus, ſacris veſtibus, con
ſecret corpus Chriſti. nu. 8. ibid.
Papa non poteſt concedere, non Sacerdoti, ut conficiat
corpus Chriſti. 9. ibid.
Papa ex priuilegio, poteſt concedere laico beneficia, &
penſiones. nu. 10. ibid.
Papa Leo. X. primus creauit ordinem militum. S. Petri,
&c. vt ſupra. in ver. Leo. nu. 11. ibid.
Papa poteſt conferre beneficia, et prælaturas, ad nutum,
ad certum tempus; & ſub conditione. nu. 12. ibid.
Papa imponit penſionem beneficio, abſque cauſę expreſ-
ſione. nu. 11. ibid.
Papa ſcienter concedens beneficium inhabili, cenſetur
cum eo diſpenſare. ſub. nu. 13. ibid.
Papa ſcribens pro indigno, præſumitur circūuentus. ibi.
Papa diſpēſat, ut quis habeat plura beneficia; etiā cū cu
ra; cum cauſa; vt ratione publicæ vtilitatis, in viris
Litteratis. 14. ibid.
Papa poteſt alijs conferre beneficium patronatum. nu-
me. 15. ibid.
Papa poteſt reuocare omnes gratias, & expectatiuas,
prædeceſſoris ſui. nu. 17. ibid.
Papa poteſt concedere clerico, licentiam libere teſtandi
de fructibus, & bonis acquiſitis, intuitu eccleſiæ. nu-
me. 18. ibid.
Papa poteſt concedere monacho profeſſo, facultatem te-
ſtandi. nu. 19. 137
Papa poteſt cōcedere prelato, vt ſibi eligat ſucceſſorē. ib.
Papa cum ratione, vel cauſa, poteſt diſpenſare, ne quis te
neatur dicere officium. nu. 22. ibid.
Papa ſolus indulget, ut clericus non reſideat in eccleſia.
nu. 23. ibid.
Papa poteſt concedere, ne clericus cogatur, incedere in
habitu, & tonſura clericali. nu. 24. ibid.
Papa poteſt vendere beneficium, & titulum beneficij.
nu. 25. ibid.
Papa nō poteſt vendere adminiſtrationem ordinum; nec
executionem, quia ſunt de iure diuino. nu. 27. ibid.
Papa concedit indulgentias, euntibus contra Turcas.
nu. 33. ibid.
Papa indulgentias concedit, etiam generales; & plena-
rias, vt omnis pœna remittatur. nu. 30. & 32. ibid.
Papa poteſt concedere celebrationem diuinorum officio-
rum, in eccleſia interdicta. nu. 36. 138
Papa tollerat aliquos, in ritibus eorum: & quando tole-
rantia diſpenſationem inducit. nu. 37. ibid.
Papa religioſis ſtrictiorem regulam indicit. ibid.
Papa poteſt diſpenſare contra votum continentiæ, obe-
dientiæ, & paupertatis, vltramarinum, & terræ San
ctæ. num. 1. 138
Papa non poteſt diſpenſare, vt non interueniat iuramen
tum in teſto. 2. ibid.
Papa poteſt diſpenſare ſolus circa iuramētum, in arduis
negocijs, in magnis perſonis in licito, vel dubio iura-
mento, ex cauſa tamen. 3. 5. ibid.
Papa poteſt diſpenſare cum periuro, vt etiam teſtis eſſe
poſſit. 7. ibid.
Papa poteſt tollere ſtatuta iurata, tamen in dubio non
tollit, cum clauſula non obſtante. &c. nu. 8. ibid.
Papa ſolus poteſt conuocare concilium generale: cū de-
clarationibus. nu. 1. & 4. 139
Papa eſt maior concilio. nu. 2. ibid.
Papa poteſt diſſoluere concilium generale, cum declara
tione. nu. 5. ibid.
Papa non cogit, reuelare confeſſionem. ſub. nu. 17. 191
Papa poteſt tollere, limitare, & interpretari ſtatuta con-
cilij. num. 6. 139
Papa quomodo inſcribatur. nu. 14. 142
Papa poteſt diſpenſare, vt clericus in pœnis ſanguinis,
iuſtitiam, abſque pœna irregularitatis. nu. 28. 165
Papa poteſt dare licentiam clerico, pugnandi perſonali
ter, in bello iuſto. 31. ibid.

Papa poteſt diſpenſare,non alius,vt prohibiti,poſſunt audire leges,& phyſicam;& quando epiſcopus poſſit. nu.45.&.56.fol.166.& ſeq.

Papa ſolus, cum ſolemniter degradato diſpenſat; cum depoſito epiſcopus.8. 159

Papa dictio,ſupplet̃ j.in ver. Pontiſ.& ver.Princeps.

Papa factum, cenſetur factum Dei.nu.8. 3

Papæ iudicium,non licet iudicare,cui non eſt, qui dicat, cur ita facis:& de eius potentia,dubitare,vel diſputare,inſtar ſacrilegij eſt.nu.9. 3

Papæ reſeruata, non poſſunt ſubdelegari. inſ. in ver. reſeruata.

Papæ conuenit,ſupplere negligentiam prælatorum ſuorum.nu.10. 90

Papæ iudicium requirendum,quãdocunque oriatur difficultas in vtroque foro.ſub.nu.8. 89

Papæ poteſtas in matrimonio carnali prohibito, vel in prohibito diſſolui,nu.3. 128

Papæ reſeruatio,prohibet diſpoſitionem cuiuſlibet inferioris.nu.4. 136

Papæ præſentia,in concilio generali, non eſt neceſſaria; cuius mandato poteſt illi praeeſſe legatus.nu.3. 139

Papæ auctoritas,in omnibus concilijs,intelligitur excepta; cum declaratione.ſub.nu.6. ibid.

Papæ dictio,ſuppletur infra,in ver.pontificis,& alijs.

Parochia dicitur,quaſi partitio curæ:vel parochia quaſi vicinia.nu.5. 189

Parochia decem hominibus conficitur. ibid.

Parochia epiſcopi dicitur tota diœceſis. ibid.

Parochialis eccleſia, tantum confertur, ſcientia,moribus,& optate idoneo, & qui acquiſieret Sacerdotiũ, intra annũ:& excluditur laicus; & fœmina.n.3.ibi.

Parochiani poſſunt præſcribere, præſentationem ſui rectoris.ſub.nu.2. ibid.

Parochiani,ad quid teneantur.nu.7.&.8. 199

Parochiarum diuiſio,ſit accedente conſenſu epiſcopi; & quando inuenta.4. 189

Paſtor negligẽs cogitur renunciare ep̃atui.nu.56. 167

Paſtor tantum vnus eſt,qui alijs praeeſt.nu.2. 114

Paſtorali curuato,non vtitur põtifex; ſed baculo recto; cum ratione.nu.1. 113

Paria delicta, mutua cõpenſatione tolluntur,nu.27. 30

Paritas,& æqualitas ſeruanda eſt perſonarum.n.2. 44

Particularia infinita ſunt & non ſtabilia,nu.1. 52

Patentes literæ fiunt,de victoria confecuta.nu.15. 53

Patrini qo ſe habeãt in inſtructione perduelliũ, nu.5. 37

Patrini, & Magiſtri licite recuſant Duellum.nu.1. 42

Patris perſona,& patroni debet filijs,& libertis ſancta videri.nu.5. 43

Pater non poteſt fraudare filios,in legitima,niſi ex cauſa.nu.2. 86

Patria poteſtas,ad omnes Chriſtianos,pertinet. num.8. fol.9.& nu.7. 102

Patriarcha ſummus, vel princeps patrũ, græca linguã dicitur.nu.1. 148

Patriarcha,& Archiepiſcopus, vtuntur mitra epiſcopali:& eadem forma conſecrantur: & per traditionem Pallij tantum, nomen aſſumunt.num.6. ibid.

Patriarcha confirmat archiepiſcopum; Archiepiſcopus epiſcopum: ſi immediate nõ ſubſint papæ.nu.11. 149

Patriarcha Conſtantinopolitanus, non conuocat conciliũ prouinciale,iniuſſu pontificis.nu.14. ibid.

Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Alexandrinus, poſſunt deponere epiſcopos ſuos. n.19. ibid.

Patriarcha non poteſt in ſubditos Archiepiſcoporum,ſicut non poteſt Archiepiſcopus, in ſubditos ſuffrganeorum.ſub.num.23. 152

Patriarchales ſedes,quę principaliores ſint, & quæ habere priuilegia Papæ dicantur; & quæ Patriarchales proprie; Primates aliæ appellentur: licet idem ſint in effectu: quarum aliquę enumerantur.n.4. 148

Patriarchales eccleſiæ quattuor ſunt,in vrbe;ſicut in orbe ſedes.nu.5. ibid.

Patriarcharum, vel Archiepiſcoporum electioni, ſe non inſerunt Principes layci.ſub.nu.15. 149

Patriarchatus ius, etiam acquiritur, ex conſuetudine, per Archiep̃m, & prouincia alterius, ſub nu.4. 148

Patriarchæ,non poſſunt portare Crucem,ante ſe: vbi eſt Papa, & Legatus Papæ, vtens inſignijs Apoſtolicæ dignitatis.num.3. 113

Patriarchę ſecundum aliquos,primum poſt Pontificem, locum obtinent.nu.2. 145

Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, vno nomine, nuncupantur Epiſcopi.nu.2. 148

Patriarchæ appellatione Archiepiſcopi continentur. ib.

Patriarchæ Protoflaminum, Archiepiſcopi Archiflaminum,Epiſcopi Flaminum loco conſtituti ſunt: & à quo ibi.nu.3. ibid.

Patriarchæ vtuntur pallio,& Cruce. num.7.&.9.fol. 148.& ſeq.

Patriarchæ ſunt ordinarij Archiepiſcoporum;ſicut Epiſcoporum Archiepiſcopi. cũ declarat.n.8.&.9. 149

Patriarchæ non habent priuilegium præ alijs;niſi quantum canone,& conſuetudine conceditur.nu.10. ibid.

Patriarchæ Principales,qñ poſſint diſpẽſare. n.13. ibi.

Patriarchæ ponuntur in capitibus prouinciarum, Archiepiſcopi in ſingulis prouincijs; Epiſcopi in ciuitatibus.nu.16. ibid.

Patriarchæ,vel Archiepiſcopi,non ordinant epiſcopos, antequam ipſi pallium accipiãt: quod infra tres menſes,debent petere: ibi qualiter tranſmittitur.n.17. ib.

Patriarchæ,& Archiep̃i, qñ deponantur. nu.18. ibid.

Patriarchæ,poſſunt iure ordinario,interdicere,& clericos delinquentes beneficijs priuare,& eos cogere, vt doceant de inſtitutione canonica. nu.20. ibid.

Patriarchæ inſtar Regum ſunt, & Illuſtres; & habent Senatoriam.& patritiam dignitatem.nu.21. ibid.

Patriarchis deuoluuntur appellationes interpoſitæ, ab Archiepiſcopis ſibi ſubiectis.num.9. ibid.

Patriarchis an appellationes deuoluantur, omiſſo medio. ibid.

Patriarchis, Archiepiſcopi referunt omnia negocia difficilia,prouinciæ;non tantum futuram conſecrationem ſuffraganei.nu.12. ibid.

Patriarchis, vel Archiepiſcopis, queſtiones ortę, inter epiſcopos, referuntur.num.15. ibid.

Patriæ origo, non conſeruatur in deſcendentibus natis, ex nupta in alia prouincia.nu.19. 16

Patri-

Patritij, excelſi dicti ſunt, ſub. num. 8. 73
Pax pro temporali mortalium ſalute dulcis eſt. nu. 2. 53
Pax multa bona inducit, vt ibi per exempla. nu. 4. ibid.
Peccata nocentum expedit nota fieri, quomodo intelligatur. nu. 6. 31
Pecuniæ fiſcales, publicæ, patrimoniales, imperiales, an ad idem tendant. nu. 2. 74
Philippi, Caroli, V. Imp. Filij, placidus congreſſus, & reſponſio benigna facta auctori. nu. 7. 58
Philippi Caroli. V. Imper. Filij, virtutes. nu. 8. ibid.
Philippus Caroli. V. Imper. Filius, conſtitutus nuperrime Rex Angliæ, Citerioris Siciliæ, & Hiberniæ, & Dux Mediolani. nu. 6. 98
Pœna capitalis, infertur iniurianti ſacerdotem; & eximenti aliquem an eccleſia. num. 4. 17
Pœna, quæ venit imponenda ipſo iure, vel facto, intelligitur ſecuta ſententia declaratoria. nu. 5. 19
Pœnæ arbitrariæ ſpeciales, quibus clerici, vel etiam epiſcopi afficiantur, aliæ in quibus pœnitentia iniuncta eſt; aliæ excõmunicatio: aliæ amiſſio priuilegij clericalis; aliæ vt interdicatur ſubuentio eccleſiæ: aliæ, vt hæreditatis aditio, applicanda eccleſiæ: aliæ priuatio fructuus annalis. nu. 19. 161
Pœnitere ſemper licet, & abſtinere a Duello; in caſu ibi ſine abolitione. nu. 5. 33
Pellis pro pelle, aĩa pro aĩa ponitur in Duello. nu. 2. 27
Perſona approbata nõ põt reprobari. n. 2. limit. n. 11. 46
Perfectio triplex, in contractu venditionis; ibi Coronatio dat poſtremam perfectionem. nu. 15. 4
Perfectũ vbi eſt, nihil eſt extra ſumere. nu. 11. 4
Perfectum dicitur aliquod, quo ad quid quo ad quid imperfectum. 13. 4
Perfectum aliquando, amplius, & perfectius, perficitur & confirmat. 14. 4
Periuri ad honores non promouentur; Immo promoti repelluntur: quia infames. nu. 2. 19
Periurium in principe, grauiſſimum; quia verbũ illorum, ſine iuramento, debet eſſe firmiſſimum. num. 3. ibid.
Petro, terreni & cœleſtis Imperij, iura commiſſa, ſub. num. 9. 10
Petrus elegit Clementem in Pontificem, cum poteſtate a Chriſto ſibi tradita. num. 2. & 3. 116
Petrus Apoſtolus, habebat vxorem. ſub. nu. 1. 120
Petrus primus pontifex, duos epiſcopos, Linum, & Cletum, creauit. 5. 141
Pincerna maximus Imperatoris, in iure, quis fuerit, non conſtat. nu. 1. 74
Pincerna maximus ſi non inter Ill. inter Spectabiles, enumerandus. nu. 2. ibid.
Pipinus Rex Franciæ creat. 757. anno Salutis. n. 12. 15
Plenitudo poteſtatis, quæ dicatur. ſub. nu. 5. 11
Plenitudo poteſtatis, ſignificatur per pallium, in Pontifice. ibid.
Plurali elocutione, nunq̃ vtitur Papa, ſi vni tm̃ ſcribit. & niſi in ſe ipſo: qđ aliqñ Imperator facit. n. 3. 125
Pluralitas principantium, non eſt bona. nu. 19. 14
Pluris quod eſt, vtique, tanti eſt. nu. 4. 44
Pontifex non debet ſe intromittere, de ſubditis Imperij; nec infringere factũ Imperatoris, niſi in caſib. n. 5. 22
Pontifex in ſpiritualibus, Imperator dici põt. nu. 6. 112
Pontifex, Chiſtianæ religionis, obſeruantiſſimus eſſe debet: & in cultu dei, maiorem Zelum habere; quam alij Chriſtiani. nu. 1. 112
Pontifex a fide deuius, mortuus dicitur. nu. 2. ibid.
Pontifex poſt Chriſtum, eſt caput eccleſiæ, propter hæreſim tamen, deſinit eſſe. nu. 3. ibid.
Pontifex, & Imperator ſupra omnes dignitatum gradus, licet ſuperilluſtres dici poſſint. nu. 3. 44
Pontifex prolabens in hæreſim, iam damnatam, ſcienter & voluntarie, priuatur ipſo iure. nu. 4. ibid.
Pontifex tantum ad altare B. Petri, inungitur, & ordinatur. 3. 112
Pontifex electus, an dicatur Pontifex ante coronationem; qui tantum media bulla vtitur. nu. 2. 113
Pontifex electus, confirmatione non eget. nu. 3. ibid.
Pontifex a Deo ſolo, poteſtatem recipit: alij ab homine. 2. ibid.
Pontifex, multis epithetis, & nominibus, præſtantiam ſuam ſignificantib. decoratur: multa enumerãtur: & quod maior eſt angelis. nu. 2. 4. & 8. fol. 114. & ſeq.
Pontifex poteſt adequare quadrata rotundis: & facere, de nihilo aliquid; & de aliquo nihil; & factum pro non facto. nu. 3. 114
Pontifex eſt Dominus dominantium, & totius orbis, quo ad adminiſtrationẽ: & ordinarius omnium. nu. 6. 115
Pontifex dicitur maior Paulo; & cæteris Apoſtolis; præterquam Petro; cui par eſt, in adminiſtratione; & auctoritate maior Sanctorum. 7. ibid.
Pontifex eſt ſupra omnes dignitatum gradus, etiam ſuperilluſtrium. 11. ibid.
Pontifex oſculatur in pede. ibid.
Pontifex an habeat plenitudinem poteſtatis, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus. num. 1. & 3. ibid.
Pontifex primum fuit electus Petrus, poſt Chriſti aduentum. nu. 1. 115
Pontifex per teſtamentum (cum teſtari poſſit) vel aliter, non poteſt ſibi eligere ſucceſſorem. nu. 3. 119
Pontifex poteſt dare licentiam, ut quis ſibi eligat ſucceſſorem. nu. 5. ibid.
Põtifex poteſt ſtatuere ſuper forma, & electione ſui ſucceſſoris. nu. 6. ibid.
Pontifex an poſſit concedere alijs, quam Cardinalibus, poteſtatem eligendi Pontificem, præſertim de eorum conſenſu. nu. 7. ibid.
Pontifex vnus tantum eſſe poteſt, non plures. n. 10. 120
Pontifex eligendus eſt, e numero Cardinaliũ; ex conſt. & conſuetudine; & potius epiſcopus, quam presbyter; & presbyter, quam diaconus. nu. 1. 2. & 3. ibid.
Pontifex qualis eligendus, vel moribus, vel ætate, vel ſcientia, &c. nu. 11. 121
Põtifex maiori ſcientia, præditus eſſe debet, cunctis alijs nu. 12. ibid.
Pontifex pro crimine hæreſis, accuſari, iudicari, & deponi poteſt, cum declarat: idem in Papa mortuo. n. 1. 2. 3. & 4. 122
Pontifex vacante Imperio, in eo ſuccedit: non Populus Romanus nu. 4. 115
Pontifex hæreticus, qualiter puniatur. nume. 5. 122

Pon-

Pontifex, de iure diuino & naturali, incapax, quandocunque reijcitur. nume.12. 123
Pontifex iure ciuili, & diuino inhabilis, deponi poteſt: vt ſi non erat Cardinalis, & à Cardinalibus electus. nume.13. ibid.
Pontifex nulliter electus, propter metum, ſemper deponi poteſt. nume.14. ibid.
Pontifex renunciare poteſt pontificatui; & ſic ſe ipſum, deponere, num.15. ibid.
Pontifex non poteſt accuſari, iudicari, aut deponi pro aliquo crimine, etiam notorio, & ſcandaloſo eccleſiæ, nec pro vitio corporis. num.18. ibid.
Pontifex de ſimonia, accuſari, nec deponi poterat; hodie ſecus videtur. num.19. ibid.
Pontifex inſufficiens, ad regimen pontificatus deponi non poteſt. 20. ibid.
Pontifex in cultu dei, maiorem zelum debet habere alijs Chriſtianis. num.1. 124
Pontifex debet legem diuinam omni conatu defendere. ſub. num.3. ibid.
Pontifex conatur, vniuerſalis eccleſiæ ſtatum ſaluum facere. num. 4. ibid.
Pontifex exaltationem fidei; & ne in ea ſcandalum eueniat, debet procurare; & primum facere, deinde docere, exemplo Chriſti. nume.5. ibid.
Pontifex poteſtatē peccandi, non habet. num.6. ibid.
Pontifex cōmunem vtilitatem, non propriā, reſpicere debet; & oīa in perfectum finē, regulare. nu.1. ibid.
Pontifex errātes, in viā veritatis, inducere dēt. n.2. ibi.
Pontifex vult eccleſiam abundare viris, linguarum notitiā habentibus; quibus præcipue vtuntur infideles; ſcilicet Hebraicis, Arabicis, & Chaldęis. nume.3. ibid.
Pontifex de qualibet mundi parte, pro auxilio adeundus eſt. num.4. ibid.
Pontifex de oībus iudicat, à nemine iudicatur. nu.5. ibi.
Pontifex Imperatorem adiuuare debet: & magis de ſtatu Regis Franciæ, quàm aliorum Regum. ibi.
Pontifex debet iuſtitiam colere. nume.1. ibid.
Pontifex tenetur reſpondere conſultationi, & iuſtitiā, non denegare; aliter peccat. num. 2. ibid.
Pontifex debet prouidere, ne quis lucretur, ex iniqua ſententia, nume. 3. ibid.
Pontifex debet cauere, ne ſine cauſa, aliquid contra ius diuinum permittat. num.4. ibid.
Pōtifex peccat, ſine cauſa, priuās aliquē beneficio. n 5. ib.
Pontifex, ſine cauſa, priuans aliquē beneficio, tenetur ei prouidere, de æque bono. num.6. ibid.
Pontifex poteſt diſpenſare, vt in pluribus, in exceptionibus contra epiſcopū militantibus. nume. 6. 157
Pontifex non pōt cogi, renunciare pōtificatui: & promiſſio ante facta, & iuramento nō valet. nume. 7. 124
Pontifex dēt in genere, vocare Cardinales, & epiſcopos fratres ſuos: Idē in patriarchis, & archiepiſcopis, alios filios. nume. 2. 125
Pontifex tenetur, oīa in concilio geſta, inſinuare clero; & populo manifeſtare; ſicut epiſcopi tenentur. nu.10. ibi.
Pontifex poteſt conferre dignitates, & ordines aliquos quos epiſcopi, & alij inferiores, conferre poſſunt. præfertur tamē ordinatus a ſuperiore. nume. 1. 131
Pontifex creare Cardinales, ſolus poteſt; habiles tamē communiter; & deponere, & excommunicare; quorum ſolus eſt iudex. num. 2. ibid.
Pontifex poteſt reſeruare ſibi electionem, de epiſcopo; vt quotidie reſeruat, etiam de Archiepiſcopis, & patriarchis & dignitatibus maioribus. num. 7. 132
Pontifex pōt reſeruare ius patronatus, & Regū. n.11. ib.
Pontifex non poteſt tollere ius diuinum, conſtitutione, vel reſcripto. nume.1. 139
Pontifex contra euangeliū; & prohibita nouo, & veteri teſtamēto, non pōt diſpenſare; nec contra articulos fidei; nec decē præcepta; nec contra apoſtolum, in pertinentibus ad eos. num. 2. ibid.
Pontifex poteſt condere leges, contra ſtatuta ſanctorum patrum. 3. ibid.
Pontifex non pōt diſpenſare cōtra quatuor cōcilia principalia, tollenda; & quæ ſint illa, cū declar. nu. 4. ibid.
Pontifex non pōt diſpenſare, in his; quæ natura ſui, ſunt mala; vt ſubijciuntur exempla. num.5. ibid.
Pontifex non pōt diſpenſare, ubi ſtatus eccleſiæ, decoloratur; & contra vniuerſalem ſtatum eccleſiæ, cum exemplis, & declar. num.6. ibid.
Pontifex, & Imperator, non pōt condere legē; ex qua turbaretur mundus, & ſtatus imperij. nume. 7. 140
Pontifex non pōt facere, ꝙ alia eccleſia eſſet maior Romana, vel vt ſit alteri acceſſoria, & vnita. num. 8. ibid.
Pontifex nō pōt prohibere, quin Baptizatus, cū forma, habeat characterem, & gratiam. num. 9. ibid.
Pontifex non pōt aliquē eximere ab eccleſia Rom. nec priuilegiare, ne ad eā veniat. num.10. ibid.
Pontifex non poteſt diſpenſare, in aliquibus caſibus, remiſ. nume.11. ibid.
Pontifex diſpenſans ſine cauſa, contra ius diuinum, peccat: ita vt quanto magis præeſt, tanto durius iudicandus ſit. num.12. ibid.
Pontifex cōnumerat ſe inter Cardinales, ſub. nu.4. 145
Pontifex reprobatur, qui plures Cardinales ex ſua familia. eligit. nume.46. 166
Pontificatus, officiū, & Beneficiū, appellatur. nu.7. 112
Pontifices antiquitus, qui fuerint: vnde dicti; & hodie qui ſint. num.1.3. 111
Pontifices aliquando idem fuere, qui Imperatores, & Reges. num. 4. ibid.
Pontifices, poſt Petrum, ex ſacris ordinibus, de more in vrbe habitis: epiſcopos, presbyteros, & diaconos, menſe decēbri, creare ſoliti, vſq; ad Leonem. IIII. n.6. 142
Pontifici eligendo, obſtant exceptiones, de iure naturali, & diuino: ibi quæ ſint: Item aliquæ, quæ ſunt, de iure ciuili: & criminoſa. 1. 121
Pontifici electo, nulla exceptio obijci poteſt, regulariter; cum lim. nu.3.4.5. 122
Pontifici electo, hæreſis exceptio, opponi non poteſt: ſed accuſatio. 6. ibid.
Pontifici electo, electionis, nulla obijci poteſt exceptio; veluti metus, & impreſſionis, num.7. ibid.
Pontificibus obſequi debeat principes Chriſtiani, infra in ver. principes.
Pontificibus duobus electis, a duabus partibus; an valida ſit electio, & qs eorū erit pōtifex. n.1.4. & .9. 119
Pontificibus duobus, à duabus partibus electis, valent geſta vtriuſque. 2. ibid.

Pontificibus duobus, contendentibus de papatu; oritur ſciſma quoddam; declaratur tamen. nu. 6. ibid.
Pontificibus duobus, contendentibus de papatu; valida exiſtente electione, ille remanebit, quem concilium approbauerit. num. 5. ibi.
Pontificis caput, chriſmate conſecratur; Brachium Imper. oleo delinitur. 2. 110
Pontificis munus, ab Imperatore diſtinguitur, hodie. nume. 7. 112
Pontificis inunctio, & conſecratio, fit ex chriſmate, in capite, cum ratione. nume. 4. 113
Pontificis factum, Dei factum cenſetur; & omnia poteſt, ſupra ius, contra ius, & extra ius; & cui non pōt dici, cur ita facis; claue non errante. nume. 5. 114
Pontificis electio, ſecundum ius, & antiquam conſuetudinem, cleri eſt, non Cæſaris; licet aliquando in Imperatores tranſlata: & non transferri. nume. 4. 116
Pontificis, & epiſcopi tantum, ornamenta. quæ ſint. ſupra in ver. Caligæ.
Pontificis multæ obligationes, quæ militant in Imperatore, repetuntur. 1. 125
Pontificis electi conſenſus debet interuenire, & qualiter, ante vel poſt electionem. num. 13. 121
Pontificis poteſtas à Deo eſt. nume. 10. 115
Pontificis poteſtas, non pōt preſcribi. num. 9. ibid.
Pontificis electio hodie, ſolis Cardinalibus competit. cum declar. num. 5. & 7. 116
Pontificis electio, ad quos ſpectet, deficientibus Cardinalibus. 6. ibid.
Pontificis electio, ratione loci; q̃uo fiat; & ita, ut Cardinales, in conclaui, claudantur: & an ex cauſa alibi, quàm in vrbe fieri poſſit. nume. 9. & 12. 117
Pontificis bonitas, ea debet eſſe; in qua ſit ſalus omnium. num. 1. 124
Pontificis præſtantiam, & potentiam, denotantia, repetuntur; iam per plura dicta in Imperatore; & in ipſo pontifice. nume. 1. 125
Pontificis dictio, ſuppletur, ſupra in ver. papa, & papæ. & Imperator. &c.
Populus Ro. in Senatū reip. curam deduxit. nume. 1. 13
Poſſeſſionem non acquirit, qui ita vanis eſt, vt eam retinere non poſſit. nume. 3. 51
Poſtulatio quæ dicatur, ſub nume. 2. 156
Poteſtas omnis Imperij, trāſlata eſt, in principem. n. 3. 64
Poteſtate ſeculari deficiente, recurritur ad eccleſiaſticā; & econtra. num. 5.
Præcedentia, ſapit quoddam priuilegium. ſub. nu. 4. 186
Præcedendi ordinem turbanti, poteſt reſiſti, etiam armis. nume. 4. 186
Prædicamenta demonſtrant, qualia ſint ſubiecta. n. 9. 97
Prædicandi munus, ſpectat ad ſacerdotem parochialem; ſicut ad prælatum: ille ſpecialem; hic generalem concedit. num. 22. 192
Prædicatores quales debeant eſſe; & quales libros habere, ſub nume. 22. ibid.
Præfecti prætorio poteſtas, num. 4. & 6. 72
Præfectus prætorio, idem qui tribunus clerum, alias Magiſter equitum. 5. 72
Præfectus prætorio, Illuſtris eſt: qui cum excellentia, excellentiſſimus, Illuſtriſſimus, Glorioſiſſimus, cum celſitudine, & ſublimitate, & maxima poteſtate, & magnitudine, & magnificentia appellatur. nu. 7. 73
Prælati ſcribentes ſubditis ſuis, debent appellare eos fratres, vel ſocios. nume. 5. 125
Prælati negligentia, eſt peccatum mortale, ſub. n. 10. 103
Prælati nomine, comprehenditur omnis adminiſtrator, habens perpetuum officium: vt cuſtos, vel Miniſter fratrū minorum, nume. 10. 187
Prælati vltra papam, poſſunt concedere indulgentias, certo modo. nume. 31. 136
Prælati inferiores, ſeculares, quam iuriſdictionem habēt in eos eligentes; & an excōmunicatione; inſtituere, vel deſtituere, & tribunal habere. nume. 14. 188
Prælatus non debet, perſonaliter pugnare, etiam pro vtilitate eccleſiæ; ſed pōt alios hortari. nume. 3. 25
Prælatus proprie appellatur, qui habet iuriſdictionem ordinariam; late qui habet preeminētiam, ſine iuriſdictione; latiſſime qui curam animarum. 9.
Præpoſitus idem dicitur, quod princeps, num. 2. 75
Præpoſitus ea ętate, moribus, & prudentia, eligitur; qua Archidiaconus vel archipresbyter; & ad ſacerdotium debet promoueri infra annum, monitus. num. 1. 187
Præpoſitus de iure, minor eſt archidiacono, ſed præcedit decanum. 3. ibid.
Præpoſitus habet iuriſdictionem ordinariam, in canonicos; & clericos ſuæ eccleſiæ; & poteſtatem eos excommunicandi: quando epiſcopus. 5. ibid.
Præpoſitus capituli, poteſt interponere auctoritatem; non tamen alienare nume. 6. ibid.
Præpoſitus dicitur habere dignitatē. nume. 7. ibid.
Præpoſitus, poteſt prælatus appellari. nume. 8. ibid.
Præpoſitus tenetur ad refectionem, & ampliationē eccleſiæ ſuæ; detractis oneribus, & alimentis. num. 11. ibid.
Præpoſiti electio, à quibus fiat. num. 2. ibid.
Presbyter, & Sacerdos, idem ſunt. num. 1. ibid.
Præsbyter Græce, Latine Senior interpretatur; ex ſapientia, non ætate. ſub. num. 1. 189
Presbyter curatus, per patronū, epiſcopo præſentatur, ſub nume. 2. ibid.
Presbyter parochialis, dicitur iudex ordinarius, animarum, parochianorum, ſub. nume. 6. 190
Presbyter parochialis, à quibus recipere, non debet oblationes. nume. 8. ibid.
Presbyter parochialis poteſt audire confitentes; & abſoluere, & excommunicare: exceptis prohibitis: cui eſt confitendum; niſi in caſibus. nume. 13. ibid.
Presbyter proprius, quis dicatur. num. 15. 191
Presbyter nullo modo prodat confitentem; alias punitur. nume. 17. ibid.
Præsbyteri, & epiſcopi, apud veteres, idem fuerunt. ſub. nume. 1. 189
Præsbyteri audientis confitentes officium, & contra non confitentes. nume. 16. 191
Presbyteri parochialis officium, in ſacramento matrimonij: vel in proponendis edictis, vel in benedictione. nume. 21. ibid.
Præſentare ſe nemo poteſt, licet idoneum, ad aliquem eccleſiæ perſonatum. 11. 179
Præſes prouinciæ dicitur ordinarius. ſub. numero 2. fol. 107

Præſes

Præſes prouinciæ, in omnibus negocijs prouincialibus, cognoſcit. nume. 1. ibid.

Præſes prouinciæ, dicitur legatus Cæſaris, corrector, & Rector prouinciæ, ſub num. 2. ibid.

Præſes prouinciæ dicitur, qui illi præeſt. ibi.

Præſes morabatur in ciuitate metropolitana, & quãdo alibi. ſub. num. 8. ibid.

Præſes, & Senatores, in prouincijs, hodie clariſſimi ſunt: quomodocunque antiquitus, vel ſuperilluſtres, vel Ill. vel Spectabiles habiti ſint. nume. 9. 108

Præſes in prouincia, merum Imperium habet. cum exemplis. num. 14. & . 16. ibid.

Præſes cum Senatu, an debeat iudicare ſecundum acta, vel veritatem. 18. 109

Præſidentium integritas, ſubditorum eſt ſalus. nu. 3. 124

Præſides qui ſint, ſecundum Budæum. nu. 3. 107

Præſidis nomen generale eſt. num. 2. ibid.

Præſidis prouinciæ poteſtas, ſecundũ ius cõmune. n. 12. 108

Præſidis cum ſenatoribus cura, quæ debet eſſe: ſecũdum ius commune, cum exemplis. num. 17. ibid.

Primicerium protectorũ, & domeſticorũ, ſubſequentes, vſq; ad numerum. x. clariſſimi ſunt. num. 1. 75

Primogenita fœmina, deficientibus maſculis, an ſuccedat in Regno, vel Feudo. nume. 23. 100

Primogeniti regum, apud aliquos, appellantur Principes. num. 5. 98

Primogeniti regum Gallorum, appellantur Delphini. nu. 8. fol. 99

Primogenitura ideo inducta, ne diuiſione principatus, & matrimonia, deſtruantur; ſed vnione conſeruentur. nume. 9. 86

Primogenitura an recte inducta, ex ſententia B. Bernardi. nume. 11. ibid.

Primogenitura an poſſit per principem tolli, ſine cauſa. nume. 14. ibid.

Primogenituræ ius, iure diuino, & canonico, eſt inductum; & conſuetudinario. nume. 4. ibid.

Primogenituræ ius, etiam iure hæreditario defertur; quod ex prouidentia ſuperioris delatum ſit. num. 6. ibid.

Primogenituræ ius, eſt dignitas. num. 8. ibid.

Primogenitus tenetur aſſignare alijs fratribus, aliqua bona ad honeſtam vitam ducendam inſpectu qualitate perſonarum; & quantitate bonorum; niſi fratres habeãt aliunde, vnde ſe alant. num. 10. 12. ibid.

Primogenitus quare alijs præfertur; & an iure ſanguinis; vel hæreditario ſuccedat, remiſſiue. num. 3. 98

Primogenitus filius, viuente patre, recte Rex appellatur: & quis ſit effectus. num. 4. ibid.

Primogenitus, in gemino partu, quis cenſendus ſit: & quomodo ſuccedatur. nume. 12. 99

Primogenitus, licet infans, pupillus, vel impubes, ſuccedit in Regno, cui datur tutor; aut curator; ſicut datur maiori, in caſibus. 13. ibid.

Primogenitus perpetuo inhabilis, vt demens, & mutus natus, excluditur, admiſſo ſecundogenito: idẽ in inhabili, propter delictum. 15. ibid.

Primogenitus legitimatus, an ſuccedat in regno. 16. ibid.

Primogenitus, nec alij deſcendentes a linea paterna, priuari poſſunt regno ſucceſſione deferendo. num. 17. ibid.

Primogenitus filius, excludit patruum, ſecondo genitũ, cum diſtinctione, ſecundũ magis communem: quod ampliatur, etiam in poſthumo. num. 20. 21. ibid.

Primogenitus clericus, an ſuccedat in regno. nu. 21. 100

Primogenitus ſuccedit in regno, ſi eſt maſculus; non fœmina. 22. ibid.

Primogenitus non ſuccedit in regno: qui conſenſit ſecundogenitum inueſtiri, num. 26. ibid.

Principantium pluralitas, non bona. nu. 8. 10

Princeps eſt in ſede libertatis. nume. 7. 11

Princeps, vbi ſint plures, æque idonei, poteſt gratificari cui vult; citra iniuriam aliorum. num. 7. 63

Princeps præſumitur ſcire, qđ ſciunt, ſui officiales. nume. 5. fol. ibid.

Princeps bene præſumit, de ſuis officialibus; niſi aliud appareãt: ab officio tamen repellit eum, qui ſemel deliquit, in officio. nume. 6. ibid.

Princeps condendo ius nouum, lege generali, derogando priuilegiis, quando videatur ea tollere. nume. 42. 68

Princeps in difficilioribus, ſe difficiliorem reddit. ſub. numero 5. 71

Princeps inſtitutus, ab habente litem, non poteſt eſſe hæres. ſub nume. 9. 78

Princeps facilius remittit ius fiſci, quã priuatorum. ibi.

Princeps habens ſupræmam poteſtatem, poteſt concedere, vt credatur vni tantum. num. 2. 77

Princeps habens poteſtatem legis condendæ, & non recognoſcens ſuperiorem, habet priuilegia eadem, quæ & Imperator. nume. 6. ibid.

Princeps, qui eſt diues, & potens, non præſumitur de alieno velle ſibi iniuſte quærere, & aliter iudicare, quam Deus. nume. 5. 78

Princeps vt adminiſtrator cenſetur. num. 1. 94

Princeps poteſt prouidere pluribus modis, ne ſcandala eueniant inter partes. nume. 5. 81

Princeps vtitur iure communi, ſicut Deus, & eccleſia. nume. 4. 24

Princeps poteſt recuperare ſuam terram, à qua expulſus eſt. nume. 3. 25

Princeps, vel Rex confœderatus, permittens defendere; non tenetur in bello iniuſto. ibi.

Princeps iudices ſibi ſimiles eligere ſolet. ſub num. 8. ibid.

Princeps permittens defendere, tenetur armata manu defendere; ſecus ſi priuatus. ibi.

Princeps nõ præſumitur velle diſpẽſare, & promouere odioſos, & multipliciter criminoſos. ſub num. 6. 82

Princeps habet omnia iura in ſcrinio pectoris, quomodo dicatur. num. 13. 58

Princeps poteſt de innocentia damnati cognoſcere, ſine appellatione. num. 5. 82

Princeps, propter multitudinẽ delinquentium, facilius indulget. nume. 6. ibid.

Princeps vel Dominus certi loci, non poteſt ſtatuendo, vel iudicando, vlciſci offenſas factas ſuis ſubditis, extra territorium, licet offendens habeat ibi bona; Repreſaliæ tamen indicuntur, niſi dominus negligens habeat ſuperiorem. nume. 8. 89

Princeps poteſt corrigere ſententiam ſuam. nume. 18. 90

Princeps eſt nomen ordinis, & dignitatis. ſub nume. 1. fol. 104

Princeps ſumitur generaliter, pro quolibet principe,

citra regem & comprehendit omnes prælatos eccleſiæ, nume.3. ibid.
Princeps maior eſt honore, Duce, Marchione, & Comite; potentia tamen à Duce non differt; & ſubalternus dicitur.nume. 4. ibid.
Princeps ſubalternus, ſpectabilium locum occupat. numero 5. ibid.
[P]rincipales ex perſona ſua pugnare debent.nume.3. 39
Principales, vel domini non retinendi in carceribus, donec pugnatur per campiones num. 5. 35
Principes ſubalterni, poſſunt prouocari a ducibus, licet illi videantur aliqualiter digniores.num. 5. 45
Principe inſtituto, in ſecundo teſtamento, non tollitur primū teſtamentum. num. 9. 78
Principes Chriſtiani, pontificibus obſequi debent.nume. 2. ſol. 22
Principes lege fiſcali, ſoluti ſunt.ſub.num.2. 66
Principes ſumunt priuilegium militum teſtando. ibi.
Principes ſeculares, quando habeant poteſtatem in perſonas eccleſiaſticas, remiſſiue.num. 11. 80
Principes ſequuntur Reges.num.1. 104
Principi datum ius, vt quicquid conſtituiſſet, ratum eſſet. nume.2. 13
Principi non pōt dici, cur ita facis.nu. 39. 68
Principi reſcribenti, contra ius; & aliquem puniendum vltra modū; quomodo ſit obediendum. num. 16. 91
Principi, quam patri, an magis obediendū.num.23. 92
Principis boni eſt, eccleſias contritas inſtaurare, nouas ædificare, Dei ſacerdotes honorare, & epiſcopo aſſurgere. nume. 3. 21
Principis intentio, talis præſumitur, qualis eſt legis ſcriptæ, & naturalis rationis. num. 3. 24
Principis voluntas debet eſſe conſtans; vt dicatur; quod ſcripſi, ſcripſi. &c. ſub. nūm. 2. 24
Principis voluntate dependens, reputatur impoſſibile, ſub. nume. 8. 61
Principis præſentia, & latus, extollit actum. num. 7. 73
Principis perſonæ non congruit, occidere nocentes: quomodo procedat. num. 2. & 4. 82
Principis latus, excuſat aliquem à muneribus, & honorandum præbet. nume.8. ibid.
Principis morte, vel læſione, totus patriæ ſtatus concutitur. nume. 3. 96
Principis appellatio, pluribus modis, ſumitur.num. 2. 104
Principis dictionem, ſupple in ver. Imperator; Papa; pontifex, Rex, & alijs ſimilibus.
Principium in rixa, vel offenſa attenditur.num. 1. 29
Prior qualis, quantus ſit, qui dignitatem habere dicitur; niſi ſit clauſtralis.num. 11. 187
Prior clariſſimus cenſeri poteſt; & quomodo in his præfatio conſideretur.num. 12. ibid.
Prior non eſt maior Archidiacono. nume. 14. ibid.
Prior habet liberam adminiſtrationem; & quid poſſit. nume. 15. ibid.
Priores licet ſint in multiplici differentia, tamen conuentualis, de quo tractatur, a capitulo eligitur, etiam generali; & qualis.num. 5. 10. 186
Prioris conuentualis imago depingitur.num. 1. ibid.
Priuationis pœna, non habet locum, niſi expreſſe, à lege caueatur. 4. 18
Priuilegia, ſiue in ſignum priuilegij reſeruata principi, quæ ſunt, remiſſiue. ſub. nume. 10. 64
Priuilegia immunitatum, non ſunt ſeruanda. cum declar. num. 6. 7. 7
Priuilegia reuocare poteſt Imperator, etiam ſine cauſa: Reg. eſt, cum tribus ſal. nume. 1. 2. 3. 5. & 6. 76
Priuilegia, non ſubdito conceſſa, reuocare non poteſt Imperator; ponitur reg. cum. 9 limit. nume. 7. 8. 9. vſque ad. num. 16. ibid.
Priuilegia licet poſſit reuocare Imperator; decet tamen eū in conceſſis perſiſtere, ſicut polus in cœlo. ſub. nume. 1. ſol. ibid.
Priuilegia fiſci, multa ſunt: remiſſiue. nu. 17. 110
Priuilegiorum materiam, remiſſiue vide. num. 2. 70
Priuilegiorum forma eſt ſeruanda; & in finibus ſuis tenenda. num. 3. 71
Priuilegium quomodo interpretandum. num. 3. 60
Priuilegium clauſum in corpore iuris, ſpecialiter eſt tollendum. nume. 43. 68
Priuilegium principis, in dubio intelligitur conceſſum, ſine præiudicio tertij. num. 3. 70
Priuilegium principis, contra principem, latiſſime interpretatur, contra tertium ſtricte, & cōtra ius commune: & tunc proprie beneficium dicitur. 4. ibid.
Priuilegium, beneficium, reſcriptum, mandatum, & diſpenſatio, quomodo differant. nume. 5. 71
Priuilegium, vel ſtatutum, quando dicatur tranſire in contractum num. 4. 76
Probationes, ſunt de iure diuino. ſub. nume. 4. 59
Proceres qui dicantur. num. 12. 73
Proconſul in prouincia, pleniſſimam iuriſdictionem habet. nume. 13. 108
Procurator Cæſaris, inter clariſſimos collocatur, nu. 7. 109
Procurator Cæſaris, an cenſeatur habere liberam adminiſtrationem; communis quod non. num. 8. ibid.
Procurator cum libera, poteſt omnia, quæ dominus: ſed non donare. nume. 8. ibid.
Procurator cum libera, nemo niſi ſpecialiter conſtituitur. nume. 9. ibid.
Procurator cum illis verbis, in mandato; vt poſſit facere omnia, quæ dominus; dicitur conſtitutus cum libera, eſt communis. num. 11. 110
Procurator Cæſaris, quando poſſit tranſigere, & præiudicare domino. 10. 109
Procurator Cæſaris, poteſt adire hæreditatem Cæſ. delatā; quæ ſi non ſit ſoluendo, habetur pro non adita: ita & repudiare. num. 12. 110
Procurator Cæſ. vendens, nō poteſt habere fidem, de precio; poteſt tamen confiteri ſe precium recepiſſe, & confeſſio probat etiam contra fiſcum. 13. ibid.
Procurator Cæſ. poteſt conſtituere procuratorem, ad vendendum rem obligatam fiſco, & ſubhaſtandum. nume. 14. ibid.
Procurator Cæſ. non habet ius deportandi, vel Bannendi. nume. 15. ibid.
Procurator Cæſ. poteſt prohibere rixoſum, ne accedat ad alienum fundum, ſub. nume. 15. ibid.
Procurator Cæſ. quando vices Præſidis agit. nu. 16. ibid.
Procurator Cæſ. debet tractare cauſas fiſcales, ſecundum ordinem iuris. 19. ibid.

Procu-

Procurator fiſci, canet a protectione ſuorum debitorum contra priuatos. ibi.
Procurator fiſci generalis, conuenitur per negligentia, procuratoris ſpecialis; non exigentis debitores fiſcales, nume.21. ibid.
Procurator fiſci, an poſſit iurare, in litem. ibi.
Procuratores Cæſ.conſtituuntur, a principe.nu.1. 109
Procuratores Cæſ.à Couſtit. Mediolani, Quæſtores dicuntur; vulgari ſermone, magiſtri iutratarum: idem etiā collectores papæ.num.3.&.5. ibid.
Procuratores Cæſ.& procuratores fiſci, idem ſunt; rationales, & procuratores patrimonij, etiam dicti.nu.4. ibid.
Procuratores Cęſ.ſunt iudices, inter fiſcum, & priuatum; non inter priuatos tantum. nume.6. ibid.
Procuratores fiſci, quando debitorem debitoris, ſoluere cogant.20. 110
Procuratoris Cæſ. officium, eſt in negocijs maximis. numero 14. 110
Prodigus quis ſit; & qui eſt melior auaro.ſub.nu.4. 62
Proditor Dei dicitur, proditor principis.nume.7. 90
Proditor quis dicatur, nu.13.&.6.&.7.fol.90. & ſeq.
Proditorie agit, qui alium inſultat ſine monitione, vel prouocatione, nume.1. 32
Profeſſio qualibet ſuo ſenſu, & ſuo ſtylo nititur, nu.2. 29
Promiſſio intelligitur rebus ſic ſtantibus, & noua cauſa nō ſuperueniente.num.4. 46
Proprie quid dici poteſt, vno reſpectu; licet abſolute, ſit improprie tale.num.24. 17
Prorogare Iuriſdictiones alterius, poteſt etiam maior; non ſolum æqualis; ſic Rex Papa. numero 2. 89
Protectorum primicerij, ſunt ſpectabiles. ſub nu. 6. 75
Prouincia ſecundum ius Canonicum, quomodo accipiatur. num.1. 107
Prouincia continet decem ciuitates, ſub num.17. 90
Prouincialis Miniſtri electio, quomodo fiat; & confirmatio; atque pertineat, ad miniſtrum generalem. nu.9. 186
Prouinciarum apud Romanos, aliæ conſulares aliæ prætoriæ, aliæ præſidales: quæ exprimuntur, remiſſiue. nume.4. 107
Prouinciarum aliæ continentes, aliæ tranſmarinæ, cum exemplis, nume.5. ibid.
Prouinciæ appellatione, ſecundum ius Canonicū, accipitur diœceſis, quæ.x.vel.xi. vrbes continet. ſub. numero.16. 149
Prouocare, & defendere licet pro iniuria ſuorum, pro amico, & ſocio, num.1.2.intellige vt, num.6.7. 34
Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis. num. 2. 41
Prouocandus agit contra prouocaturum furentem, vt aut Duello experiatur, vel vt ſibi concedatur familia gladiatoria expenſis illius.nume.1. 46
Prouocare, & defendere licet, pro defenſione iuſtitiæ, & patria. nume. 3. 34
Prouocare, & pugnare pro extraneis non licet.nu.5. ibid.
Prouocare, & duellare non poſſunt hi quorum non intereſt. nume. 8. ibid.
Prouocari ad iniuriam quomodo quis dicatur. num.2. 38
Prouocari querelam non aſſumit vbi ille ſit habilis, licet eſſet conſanguineus &c.nume.3. ibid.
Prouocari perſonam, potiusquam prouocantis quiſque agere debeat. nume. 1. 39
Prouocatio quādoque fit per ſigna, vel ari per anulum, chirothecam, & ſimilia, nume.2. 32
Prouocatione ad miſſa, vterque per duellum pugnæ eſt obnoxius. nume.1. ibid.
Prouocato propitius eſt Deus. nume. 5. 28
Prouocato recuſante Duellum, quō contra eum procedatur, & quid ſi latitauerit. nu.1.3.4.& non reſponderit.nu.6. 32
Prouocans ſecundum qualitatem & conditionem prouocati, pugnare debet, num.7. 28
Prouocans pugna oblata poteſt deſiſtere, prouocato recuſante litem conteſtatam, num.1.2. 33
Prouocans volens mutare quærelam, non auditur. nu.1.2. ibid.
Prouocans non pōt cumulare querelā, nu.1.2.3. 34
Prouocans, præſentat proceſſū, & literas, vndecūq; collectas Iudici electo, & inſtat ad cōceſſionē campi, n.1. 36
Drouocans ſummo mane ingredit̄ campū, expectans prouocatum, vſque ad ſolis occaſum, num. 1. 37
Prouocans poteſt quærere alium campum, ſi iudex primum reuocet ex cauſa, nume.5. 37
Prouocans die ſtatuta non probans, vlterius non auditur, nume. 1. nume. 2. 37
Prouocans tenetur primo percutere, vel eſt locus præuentioni, nume.1.2. ibid.
Prouocans in dubio dicitur ſuccumbere, nume.8. 38
Prouocans ſuccumbens, an poſſit de eodem crimine accuſare in iudicio, nume.4. 40
Prouocans non poteſt iam per ſe prouocatum recuſare, nume.1.lim. num.3.5.10. 46
Prouocans quomodo & quando pronuntietur victor, nu.2. 8.10. 13. 51
Prouocans ſuccumbens an accuſet prouocatum in iudicio, de eodem crimine, nume.3. 52
Prouocatum non licet, quòd non licet prouocato, nume. 2. fol. 28.&, nume.1. 33
Prouocantis conditio in quibuſdam deterior, nu.2. 39
Prouocare nō pōt miles, vel ſtipēdiarus, vel pugnare iniuſſu ducis exercitus aut principis ſui, nume. 1. 34
Prouocator hodie eligit locum, & Iudicē, ibi ratio, n.1. 36
Prouocator iurat de calumnia, ibi, qualiter ſit iurandum, nume.4. 37
Prouocator debet cōgere prouocatum ad confitendū obiecta, vel eum occidere, alioquin nō dicitur victor, nec probaſſe, vnde fiet captiuus prouocati per ſententiam a Iudice ferendam, num.1.2.3.4.9. 38
Prouocator vbi plures concurrunt, admittitur per principem eligendus, nume.4. 34
Prouocatus non poteſt quis fieri ex prouocāte, num. 5. 32
Prouocatus ſtatuta die, ſine cauſa, ad campum non accedēs, pro confeſſo, & conuicto habetur, & depingitur, idem in prouocante, nume.5. 33
Prouocatus non poteſt mutare querelam, ſicut nec prouocans, nume. 7. 34
Prouocatus iuramentū calumniæ ſubit.num.5.6. 37
Prouocatus quis dicatur, nume.1. 38
Prouocatus non poteſt dicere prouocanti probes per teſtes, abſque infamia, num. 4. fol. 38.&, nume.3. 40
Prouocatus diebus feſtis recte recuſat Duellum, nu.1. 39
Prouocatus excipit contra locū nō tutū, & ſacrū, & cōtra

Iudicē ſuſpectum, & nolentē iudicare, num. 1. ibid.
Prouocatus poteſt recuſare prouocationē illegitimam, ſiue Iudice, ſine teſtibus, in oculto loco, ideſt alla machia, & intempeſtiuam, nume. 2. ibid.
Prouocatus prohibitus à ſuperiore ne reſpondeat prouocanti, excuſat, niſi prohibitio ſit procurata, nu. 1.2.3. 40
Prouocatus pluribus modis perēptorie excipit, nu. 1. 40
Prouocatus rectè excipit, vbi querela vere probari poteſt nume. 2. ibid.
Prouocatus excipit, vt in re certa, & clara non pugnet, nume. 1. ibid.
Prouocatus excipit cōtra actorē nō habentē indicia, n. 1. ib.
Prouocatus excipit contra prouocantem; qui prius elegit viam Iudicij, nume. 1. ibid.
Prouocatus non tenet pugnare in cauſa non graui. nu. 1. 41
Prouocatus vltra diē ſtatutā, non tenet pugnare, nu. 1. ibi.
Prouocatus vbi ſit controuerſia bonorum, & caſus non ſit perſonalis, repellit Duellū, Fallit in contentione regni ad euitanda maiora mala, & in Duello Iuſtitiæ, nu. 4. ibid.
Prouocatus excipit propter pacem; præſertim iuramento firmatam, niſi orta noua diſcordia, nume. 1. ibid.
Prouocatus ex pacto obligatus non adimplens prouocanti, qui ex pacto ſibi prouidit, non prouocatur, nu. 1. ibi.
Prouocatus excipit contra prouocantem, mutantem querelam, & econuerſo, nume. 1.2.3. ibid.
Prouocatus minor. 14. annis, doctor, & ſimiles, a Duello liberantur, nume. 1. ibid.
Prouocatus excuſat pp prouocātē criminoſum, vel infamē iure, vel facto, nume. 1.3.4.7. ubi lim. in crimine læſæ maieſt. &c. 42
Prouocatus, qui eodē crimine laborat non excipit, n. 7. ibi.
Prouocatus impeditus per iudicem diuidentem Duellum, alibi non tenetur pugnare, nume. 1. lim. nume. 2. 43
Prouocatus excipit propter reuerentiam, honorem, & ſubiectionem, vt per exempla, nume. 3. ibid.
Prouocato plures quandoq; competūt exceptiones. n. 2. 39
Prouocator ne quis ſit, curandū, & cauendum eſt. n. 6. 28
Prouocator alius eſt iniuriæ, alius certaminis, & quando dicantur. nume. 1.2.3.6. 31
Prouocator quilibet admittitur, qui nō prohibetur. n. 7. 32
Prouocator in re dubia eligit probationem per pugnam, exiſtentibus præſumptionibus, & vbi non ſubeſt alia probatio. nume. 1. ibid.
Prouocator trāſmittit literas, ſiue Cartellos, prouocato, tribus teſtibus ſubſcripto, p praecones, vel ſimiles, n. 1. ibid.
Prouocator exiſtens extra locum originis, vel domicilij, non poteſt prohiberi per iudicem, ſeu ſuperiorem eorum locorum, quin prouocet alium exiſtentem in alio loco, idē videtur ſi ſit in loco originis vel domicilij. nume. 1.2. 34
Prouocatus dominus, excipit contra vaſallum, num. 7. 43
Prouocatus dominus, excipit contra ſubditum ſuum, limit. dupliciter. nume. 6. ibid.
Prouocatus poteſt deludere prouocantem ſubterfugiendo. &c. nume. 2. 48
Prouocatus dicitur victor, qui ſe tantum ſubterfugiendo tuetur. nume. 9. 51
Prudētia, ppria virtus principis, cū qua ſimul inſunt virtutes oēs; & ſine ea, homo non proprie, bonus eſt. nu. 6. 12
Prudentia circa humana verſatur; in quibus habet conſultatio locum. nume. 4. 57
Purpura prius Conſules veſtiebantur, nunc Imperator. nume. 1. 11
Purpurea veſte, exterius ſemper; Candida interius, induitur Pont. Max. cum ratione. ſub. nu. 1. 114
Prudentis maxime opus, bene conſulere. nume. 5. ibid.
Puer in cunis, poteſt eſſe Sacerdos, & Epiſcopus; & omnes ordines recipere. nume. 3. 132
Pugnantes alter alterum præuenire poteſt in percuſſionibus. nume. 1. 48

Q

Quadraginta dies per prouocantem ſtatuuntur pugnæ, admiſſo campo per prouocatum nu. 2. 36
Quaſi contrahitur in delictis. nu. 8. 44
Querele primæ, ſunt primæ decidendæ, adeo excipitur contra ſecundo prouocantem aliam, eadem exceptio militat contra prouocatum, prouocantem tertium, & prouocato, vbi extrinſecus prouocaretur. num. 1.2. 39
Quæſtor, qui & Candidatus Principis erat, magnus Cancellarius cenſetur. nume. 5. 73
Quæſtor is etiam eſt; qui hodie Theſaurarius appellatur qui rem pecuniariam adminiſtrat. nume. 1. ibid.
Quæſtor, ſeu Theſaurarius Principis; Comes rerum priuatarum, & ærarij dicitur. nume. 5. 74
Quæſtores vrbani; & Quæſtores ærarij, idem dicti; & an conueniant cum procuratoribus Caſ. nu. 5. 109
Queſtori, cum Imperatore ſuo, antiquitus erat magna neceſſitudo. 4. 74
Quos deus coniunxit; homo non ſeparet. nu. 23. 130

R

Rebellis proprie, & improprie, quis dicatur. n. 12. 91
Regalia ſpecialiter tantū, alienari cōceduntur. n. 9. 95
Rege iuſto regi, melius eſt, quā iuſta lege. ſub. n. 10. 10
Rege ſene, quam puero regi, magis expedit Regno. ſub. numero. 13. 99
Regem ſe aſſerens, qui non ſit; læſæ maies. reus eſt. n. 18. 98
Regem eligunt Magnates regni; ubi non ſit capax, qui ſuccedat; & confirmabit Imper. vel Papa, ſub. n. 2. 100
Regem, & Regnum Franciæ, Pontifex proſequitur fauore. ſub. nu. 13. 103
Regens eſt nobilius recto, nu. 4. fol. 5. & nu. 8. 105
Regere eſt quid diuinum. nu. 8. 97
Reges Franciæ, quod non poſſint eligi in Imperatores. nu. 8. 16.17. 15
Reges omnes, qui vnguntur ab eccleſia, dicuntur quaſi vaſalli eccleſiæ, ſub. nu. 2. 89
Reges quatuor vnguntur, a Pont. Max. ibid.
Reges non debent eſſe acephali; ideſt ſine capite, ſeu ſuperiore. 3. ibid.
Reges Hiſpaniæ, habent ius patronatus in eccleſiis ſuæ iuriſdictionis, iure communi. num. 9. 132
Reges Franciæ, habent ius patronatus, præſentandi epiſcopos pontifici, ex ſua pragmatica. nu. 10. ibid.
Reges duo Romanorum, an poſſint ſe inuicem prouocare nu. 2. 45
Reges a Regibus licet, non coronatis, prouocati admittere debent pugnam. nu. 1. limit. nu. 2. ibid.
Reges prouocati à principibus, ducibus, &c. excipiunt. nec pugnant. nu. 3. lim. nu. 6. ibid.
Reges a Deo miſſi, ad Laudem bonorum, ad vindictā malefactorum, Miniſtri Dei cenſentur. nu. 6. 97

Reges Franciæ, vnguntur oleo, cœlitus demiſſo; Ideo Dei gratia, Reges inſcribuntur. nu. 7. ibid.
Reges Sacri, & Sancti dicuntur, num. 10. ibid.
Reges quatenus iure ciuili recepti, vario modo creati; habitique; vel electione, nel ſucceſſione. nu. 11. ibid.
Reges iure communi habent intentionem fundatam, ſuper Dominio, & rebus regni. ſub. nu. 2. ibid.
Reges ſcientia, & ſapientia, pollere debent, & eam appetere nu. 7. 101
Reges transmittunt Regnum ſuum ad hæredes, in Imperio ſecus eſt. nu. 2. 102
Reges habent Remp. Rom. in Regnis; ſicut Imperator in Imperio. nu. 3. ibid.
Reges non recognoſcentes ſuperiorem, poſſunt exercere reſeruata Imperatori, in ſignũ ſpecialis priuilegij. nu. 4. ibi.
Reges non recognoſcentes ſuperiorem, qui ſint, ſub. n. 6. ibid.
Reges extra regnum, poſſent creare milites, & dignitates conferre. 8. ibid.
Reges quandoque in rebus, & perſonis eccleſiaſticis, poteſtatem habent. nu. 9. ibid.
Reges quando poſſint mittere epiſcopos, & Abbates, ad exercitum. nu. 9. ibid.
Reges Sacerdotibus ſuperiores fuere, in veteri teſtamento. nu. 9. ibid.
Reges, & Duces, ſunt patroni, in epiſcopatibus exiſtentibus, in regno ſuo. ibid.
Reges aliqui, & principes, poſſunt aliquando conferre beneficia ſui regni. nu. 10. 103
Reges, & Principes, quandoque iudicare poſſunt, inter clericos. num. 11. ibid.
Reges Hiſpanos, eccleſia Ro. proſequitur fauore. nu. 15. ibi.
Regi potius, quam Archiepiſcopo, quando obediendum, per epiſcopum: quid abſolute; quando magis Regi, quã prelato; & an magis Regi, quam eius Baroni. 9. 103
Regia poteſtas apud nos conſtituitur, per Papam, uel potius Imp. 14. 98
Regibus honores, Tirnanis pecuniæ plus ſunt. num. 6. 78
Regibus obtemperare, generale eſt pactum ſocietatis humanæ; Sed magis Chriſto. nu. 9. fol. 79. & num. 3. 90
Regibus conueniunt leges, & iura loquentia in Imperatore; cum. 9. declarationibus: quod Illuſtres, & Illuſtriſſimi ſint. num. 5. 102
Regibus an conueniant Epitheta, attributa Imperatori. numero. 6. 102
Regibus epiſcopi, ſubeſſe dicuntur. ſub, nu. 9. ibid.
Regiæ poteſtatis, quinque ſpecies, ſecundum Philoſophum. nu. 13. 97
Regiæ poteſtatis, vel Tirannicæ, illam ſimulantis, conſeruatio, & effectum. remiſ. nu. 3. 101
Regimen regis, neceſſarium eſt; ad regendum gentem ſuam. num. 1. 101
Regimen ſeu gubernatio, ad ſapientiores pertinet. n. 5. ibid.
Regimine ſublato, recta officiorum ſingulorum non geritur adminiſtratio; neque aliter vniuerſitas creaturarum poteſt conſiſtere. nu. 2. ibid.
Regis obiectum eſt, quod honeſtum ſit; Tiranni eſt quod placeat. num. 2. 18
Regis amicitia, ad eos qui reguntur, in excellentia beneficiorum conſiſtit. 3. 22
Regis filius, an quis dicatur, natus, antequam pater eſſet Rex, communis opi. quod non. nu. 10. 99
Regis ſumma ſapientia eſt, ſe ipſum regere. num. 5. 101
Regium nomen, apud Romanos, inuiſum fuit. nu. 5. 1
Regna condita eſſe, & diſcretas gentes iure gentium, quomodo procedat. num. 4. 81
Regna ſucceſſione frequentius ex conſuetudine deferuntur, non electione. nu. 15. 98
Regni ſucceſſio, ad primogenitũ; ordine primogenituræ pertinet. 2. ibid.
Regni ſucceſſio defertur ad proximiores, de ſanguine regio, decedente aliquo ſine filiis; licet milleſimo gradu diſtarent; & licet quis læſæ maieſtatis crimine dãnatus eſſet. nu. 1. 100
Regnorum ſucceſſio dupliciter conſideranda; vel quod recognoſcatur; vel non ſuperiore, nu. 1. 98
Regnorum ſucceſſiones, excludunt fiſcum. nu. 2. 100
Regnum, aut alia dignitas, diuidi non poteſt; limitatur ex priuilegio, vel conſuetudine. nu. 18. & 19. 99
Regnum vnum, vni filio, aliud alteri, viuente patre, aſſignari poteſt. nu. 19. ibid.
Regnum non tranſit ad monaſterium, vel monachum, licet primogenitum, vel ad canonicum regularem; minus ad fratrẽ minorem nu. 3. 100
Regnum defertur ſucceſſoribus ſanguinis. num. 5. ibid.
Regnũ Franciæ, legibus Imperialibus nõ aſtringit. n. 7. 102
Regula quod ſemel placuit, & c. quando non habeat locum. nu. 7. 8. 9. 12. 46
Regula Cancellariæ, quomodo diſpenſent, in minori ætate, quo ad canonicas præbendas, nu. 6. 133
Regnum Angliæ, delatũ Mariæ, Henrici. VIII. filiæ, nuptæ Philippo, Caroli V. Imp. Filio. nu. 24. 100
Regum origo, & regna condita, ſunt de iure gentium; quod idem eſt, quod ius naturale; & ſic diuinum. nu. 1. & 3. 97
Regum magnitudo, non longe ab Imperatoria diſtat; vbi reges non recognoſcant ſuperiorem, nume. 1. 102
Regum potentia, ſecundum Ariſtot. qualis eſſe debet, ſub nume. 3. ibid.
Rei appellatio, eſt generalis; vt ſub ſe cõtineat omnem ſpeciem. num. 8. 95
Reipublicæ tres ſpecies; videlicet regnum; Optimorum poteſtas; & Cenſu poteſtas: Harum pariter tres tranſgreſſiones. num. 3. 18
Reipublicæ appellatione, Imperium continetur. nu. 5. 23
Relatio, & recurſus, fit ad principem, in ambiguitate iuris. nume. 6. 60
Relatio ad principem, aliquando eſt neceſſaria; aliquando temeraria; aliquãdo vitioſa; aliquando probabilis. n. 7. ibi.
Relicta pro diſtributione, intelliguntur pro anima teſtatoris, ad pias cauſas, num. 2. 174
Religioſus mendicantium, non poteſt conſtitui vicarius epiſcopi. 5. 176
Repetuntur multa exempla impotentiæ, in Pontifice, iam dicta in Imperatore; & de pontifice tantum. nu. 1. 140
Repreſſaliæ alias prohibitæ, quando concedantur. nu. 3. 63
Republica optime vtentes, oratione, priuſquam rebus, conueniunt. nume. 3. 57
Reſcripta qualiter inſcriptione purpurea, & ſubſcriptione imperiali formantur. & quid hodie etiam ſeruetur, apud Papam. 2. 70
Reſcripta habent vim legis, inter quos cõceduntur. n. 5. ibi.

Reſcripto vbi ſit data forma, alicui negocio; ſi aliud ſimile emergat: poteſt eadem forma, diſſiniri. num. 6. 70
Reſcriptum geminatum, habet vim clauſulæ, ex certa ſcientia. 36. 68
Reſcriptum Imperatoris, aut Papæ, non valet ſine Bulla. nume. 3. 70
Reſcriptum quibus modis, impugnetur: & de materia, remiſſiue, num. 4. ibid.
Reſcriptum præſentatum in iudicio, fit commune, vtrique parti: ſed quod illi poſſit renunciari, eſt communis opi. cũ limit. num. 7. ibid.
Reſcriptum habet vim libelli, in cauſis ſummarijs; non in ordinarijs. nume. 8. ibid.
Reſcriptum refertur ad ſupplicationem; & ad ea, quæ proponuntur, adaptatur. num. 9. ibid.
Reſcriptum, intelligitur in dubio conceſſum, ſine præiudicio, & ſaluo iure tertij; & ſecundum Iuſtitiam, & iuris obſeruantiam. 10. ibid.
Reſeruata Papæ, & Imperatori, quæ ſint: quæ cognoſcuntur, quia inferiores, ſuper eis non ſtatuunt. ſub. nume. 7. & 8. 64
Reſeruata principi, aliqua ſunt, in ſignum ſupremæ poteſtatis; aliqua in ſignum priuilegij ſingularis, ſuperioritate excepta. num. 9. ibid.
Reſeruata principi, in ſignum ſupremæ poteſtatis, nõ præſcribuntur; ſed reſeruata in ſignum priuilegij, præſcriptionẽ immemoriali. num. 10. ibid.
Reſeruata principi, quomodo transferantur, & concedantur. ibi.
Reſeruata papæ, non poſſunt, ſubdelegari. ſub. nu. 6. 2
Reſeruata pontifici, in ſignum ſupremæ poteſtatis; a Speculo iam in 89. caſibus annotata, breuiter enumerantur. nume. 1. 127
Reſeruationes generales Papæ, non extenduntur ad reges, Duces, Marchiones; & alios principes habentes, ius patronatus. nume. 8. 132
Reſtitutionem in integrum, concedit epiſcopus, & vicarius, contra ſententias ſuas. num. 10. 177
Reſtitutus ita habendus, perinde ac ſi delictum, non commiſiſſet. num. 2. & 4. 82
Reuocatio, quæ militat in priuilegio, procedit in ſtatuto. ſub. nume. 6. 76
Reuocare male dicta, & facta ſapientis eſt. nume. 4. 54
Rex Francorum non æquat faſtigium Imperatis, neç Pontificis. nume. 5. 44
Rex erit Vnus, Omnibus Imperans, nu. 9. 10
Rex Romanorum, an poßit eligi, viuente Imperatore; quòd ſic; per exempla. nu. 1. & 5. 10. & ſeq.
Rex non eſt, niſi ſit ex ſe ſe ſufficiens; & bonis omnibus, antecellat. 9. 12
Rex erit vnus, omnibus imperans; & dicitur, Faciam eos, gentem vnam nume. 16. 14
Rex Rom. electus, propter Sacrilegij delictum, reprobatur; quod publicum eſt. nume. 2. & 8. 17
Rex Rom. electus, propter excommunicationem, reprobatur. num. 1. 3. & 5. ibid.
Rex non eſt, niſi ſit, ex ſe ſe ſufficiens; & bonis omnibus, antecellat, vt electio diuina cenſenda ſit. nu. 4. 18
Rex Rom. electus; propter hæreſim reprobatur: & etiam Imperator approbatus; & quilibet alius, num. 1. ibid.
Rex Rom. ad Imperium promouendus, Chriſtianus debet eſſe; Paganus enim reprobatur. num. 1. 19
Rex Rom. ad Imperium promouendus; iurat ſe Rom. eccleſiam; & fidem Catholicam, defenſurum. nu. 2. ibid.
Rex Rom electus, ob periurium reprobatur. n. 1. 4. 6. 9. ibi.
Rex Rom. electus, reprobatur; ſi perſecutus fuerit, Apoſtolicam ſedem; & alias eccleſias; & perſonas eccleſiaſticas. num. 1. ibid.
Rex Rom. electus, aggrauatur; ne promoueatur, ex delicto progenitorum. num. 2. ibid.
Rex Rom. electus, reprobatur, propter ambitionis vitium; cum publicum ſit. nu. 1. 20
Rex Rom. electus, ob quæcunque delicta publica, vel contra alijs infamiam irrogant ciuilem, non canonicam tantum, reprobatur. nu. 1. ibid.
Rex Rom Fatuus, Mentecaptus, Furioſus; vel aliter Inhabilis, reprobandus eſt. nu. 2. ibid.
Rex, & inutilis Imperator, videtur poſſe deponi. nu. 5. ibid.
Rex terminus eſt, qui Iuriſdictionem importat. nu. 2. 97
Rex, & Regnum non cenſetur; niſi imperet, decem ciuitatibus tribus ducibus. nu. 17. 98
Rex non poteſt conſtituere, filium ſuum regem; quo ad adminiſtrationem: ſed quo ad nomen tantum. nu. 9. 99
Rex poteſt donare filijs, & Vxori Reginæ; cum diſtinctione. num. 19. ibid.
Rex Angliæ, in Regno Francorum, nullum ius habet; cum ratione. num. 25. 100
Rex ante omnia, iuſta præcipere, & illicita prohibere debet. num. 3. 101
Rex aliter ſeruit, vt homo; aliter vt Rex. ibid.
Rex dicitur, quaſi ſe, & alios, virtutibus regens, vel quia recte regat. num. 4. ibid.
Rex ſine ſapientia, dicitur Denarius areus, &c. nu. 5. ibid.
Rex, dicitur Imperator, & Monacha, in regno ſuo. n. 2. 102
Rex, dicitur lex animata, qui plus poteſt, quam lex, vel conſuetudo: quod idem eſt in ciuitate, non recognoſcente ſuperiorem. ibid.
Rex Franciæ, quam poteſtatẽ habet, in beneficijs, ſui regni. num. 10. 103
Rex Franciæ, inter Reges, primum locum vendicat; vt in pluribus demonſtratur. nu. 12. ibid.
Rex Franciæ. 18. Archiepiſcopatus. & 114. epiſcopatus habet, in regno ſuo. nu. 13. ibid.
Rex Franciæ, curat quoſdam morbos; quos ſcroſulas appellant. ibid.
Rex Philippus, Catholicus; Caroli. V. Imp. filius, inter Reges, Maximus Rex. num. 14. 15. 17. & 19. ibid.
Rex Philippus, quot Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, ſub ſe habeat, in Hiſpania, in Anglia, in Hibernia, In Sardinia, In Siciliia, in Calabria, In Apulia, & Ducatu Mediolani. 16. ibid.
Rex Philippus, Dominus eſt. 277. vrbium; etiam non computatis, quæ Flandriæ ſunt: & aliarum prouinciarum: & Inſulatum. nu. 13. ibid.
Rex dictio, & aliæ ab eo dependentes, ſupple. in ver. Imperator; Papa; Princeps, & ſimilibus.
Rochetto quomodo vtatur, epiſcopus Secularis, cum eo, non vtat epiſcopus Religioſus. n. 14. & 16. & quis. 52. 154
Rogatio Principis, mandatum eſt; & an inducat metum. 5. 90

Roma, communis eſt Patria; & vbicunque eſt Papa, vel Imperator. numero. 6. 3

S

SAcerdos, de altari viuere debet; non luxuriari.n. 22 fol. 192
Sacerdos hæreticus, excommunicatus, & depoſitus an iterum corpus Chriſti conficiat; & ſacramenta conferat. ſub. num. 18. 191
Sacerdos Parochialis, an nõ inter Clariſſimos, ſed infimos reponatur, vt perſona egregia dicatur; & publica; quæ poteſt alteri ſtipulari nu. 24. 192
Sacerdos, dictio, ſuppletur. ſupra in ver. presbyter. 189
Sacerdotalia veſtimenta, repreſentant bonam iuſtitiam; & bona opera, num. 1. 189
Sacerdotes Dij, & Reges, & Angeli, & Sal terræ, & mũdi lumen, &c. dicti. nu. 3. 110
Sacerdotes præferendi ſunt militibus & iureconſultis. 4. & 6. 1[illegible]
Sacerdotes alij maiores, alij minores; & quorum loco ſint ſub. num. 1: 189
Sacerdotes quales eſſe debent. nu. 23. 192
Sacerdoti cuilibet conceſſa eſt facultas abſoluendi peccatorem, ab omnibus, etiam magnis criminibus caſus excipiuntur. nu. 3. 170
Sacerdotibus data eſt ſoluendi & ligandi poteſtas, cum declar. 12. 190
Sacerdotis ordo, primus eſt in eccleſia. ſub. num. 1. 189
Sacerdotis ignorantia, quomodo, puniatur. nu. 22. 192
Sacerdotium, quemlibet ordinem eccleſiaſticum complectitur. num. 2. 110
Sacramenta ſeptem deſcribuntur. ſub, num. 8. 190
Sacrilegij ſpecies quot ſint, & quattuor modis committitur. 5. 6. 17
Sacrilegij crimen committitur, diſputare de potentia Principis: ſed conceditur tamen, de ſententia, & uoluntate; quia errare poteſt & quando poteſtas: eſt limitata. nume. 4. 64
Sacrilegium, magnum crimen eſt; grauius adulterio, & crimine læſæ maieſtatis. num. 3. 17
Sacrilegium eſt Sacræ rei violatio: quaſi Sacri lediũ. 7. ib.
Sancti Benedicti regula, in plures familias crexit, in quibus Bernardus claruit. nu. 6. 179
Sapiens dominabitur aſtris. ſub. nu. 9. 63
Sapientis eſt reuocare male dicta, & facta, num. 4. 54
Sapientia omnis a Deo eſt; quæ cum illo fuit, ante æuum. num. 2. 4
Scandali euitandi rationes, licet diſcedere, a communibus regulis. 12. [illegible]
Scapulare quid ſit, ſupra in uer. Cucula.
Sceptrum, ſignum eſt Iuriſdictionis, & Iuſtitia. nu. 4. 3
Scientia principis, an poſſit probari per teſtes, & quando præſumatur. 31. 67
Scientia Alex. Magni; & C. Iulij Cæſ. & Caroli. V. Regis Francorum, comendatur. nu. 6. 101
Scire, & debere ſcire, æquiparantur, nu. 4. 47
Sciſma, aliquando inducit hæreſim. nu. 7. 120
Scriniarij, poſt proximum ſacrorum ſcriniorum, ſunt clariſſimi. nu. 2. 75
Scutifer magnus, qui & protoſpatarius appellatur, quod officium ſuſcipit. nu. 1. 75
Scutifer magnus, inter tribunos Scholarium, videtur poſſet reponi. nu. 2. ibid.
Scutifer magnus; ſpectabilis exiſtimandus eſt: quando illuſtris. nu. 3. 75
Sedes Apoſtolica, ab Antiochena ciuitate, Romã tranſlata. nu. 2. 2
Senatores clariſſimi ſunt; quandoque illuſtres; & ſpectabiles dicti. nu. 22. 7
Senatores, ſunt pars corporis. nu. 14. 58
Senatores conſtituuntur, per Principes, habentes iura Imperij, vel non recognoſcentes ſuperiorem. nu. 1. 107
Senatores qui fuerint antiquitus. nu. 6. ibid.
Senatores, quotuplicis ordinis fuerint; & qui honorarij dicti. num. 7. ibid.
Senatores, an dicantur Decuriones: & Conſiliarij Principis. ibid.
Senatores cum Præſide Mediolani ſpectabiles dicti à Principe. num. 10. 108
Senatoria dignitas, Virtutis eſt præmium. num. 7. 109
Senatoris filius accipitur, etiam natus ante ſenatoriam dignitatem; idem in filio Decurionis; & presbyteri. num. 11. 99
Senatorius filius, inferiori in adoptionẽ datus, ſenatoriam dignitatem non amittit. nu. 9. 146
Senatorius ordo; & quæſtorius concedendus cuilibet ciuitati Dominij Mediolani, ita vt aliquis Senator habeat adminiſtrationem ſedendo; aliquis honorarius, cũ præturæ deſignatione; nu. 10. 62
Senatus Mediolani, rem tranſactam in iudicatum non ſolet retractare. nu. 20. 94
Senatus in templis, habebatur. & non ante exort, ũ nec occaſum ſolis. nu. 8. 107
Senatus repræſentat Principem; & illi æquiparantur. ib.
Senatus, & præſidis Midiolani cura, & poteſtas. nu. 11. fol. 108
Senatuſconſulta eſſent pro exemplis colligenda, & edenda, vt in Rota. nu. 11. 62
Seneſcalchus, qui Architriclinus latine dicitur, quis ſit apud legum latorem. num. 1. 74
Seneſcalchus Imperatoris ſpectabilis dicitur, nu. 3. 75
Sententia lata per Principem, ex nimia breuitate temporis, reſcinditur. nu. 4. 59
Sententia eſt nulla, quæ manifeſtum iuris errorẽ continet nu. 9. 49
Seruum Seruorum Dei, ſe appellare conſueuit Pontifex:
Seruum tantum, Imperator. nu. 5. 112
Sexcentæ cauſæ ſunt, quibus quis excuſatur, ne iudicio ſiſtat. nu. 3. 37
Silentiarij, & eorum Decuriones, ſpectabiles ſunt. & qui ſint tales. nu. 5. 75
Simonia non habet locum, in curia Romana. numero. 26. fol. 137
Simonia contracta per partes, in prohibitis a conſtitutionibus, licita redditur: auctoritate Papæ. nu. 29. ibid.
Simonia quando committatur. nu. 2. 156
Simoniaci, & mediatoris etiam pœna, ſub. numero. 28. fol. 137
Simoniam, & Ambitum, euitare omnes debent. ibid.

Societas indicat qualitatem vitæ: ita vt torturam ſuadeat.6. 163
Sortilegia alia Diuinatiua, alia Amatoria, alia Veneficà.1. 62
Sortilegij pœna, quæ ſit.nu.2.& .4. ibid.
Spectabilia, tractabilibus potiora ſunt.nu.2. 12
Spectacula cruenta reprobata ſunt, nu.3. 26
Spectabilis ſpectabili reuerentiam debet aliquando. numero.10. 73
Spectacula cuncta, reprobata ſunt.nu.3, 25
Spectabiles qui ſint.nu.7. 44
Spiritualia temporalibus ſunt digniora; quæ differunt vt Sol,& Luna.nu.1. 110
Spoliatio victi eſt probibita,nu.7. 52
Statutum, vel priuilegium, quando dicatur tranſire in contractum.4. 76
Stylus Rom. Curiæ, in magnis dubijs, ſeruandus eſt.nu.6. fol. 113
Subditi tenentur iurare obedientiam principi ſuo, nu.4. fol. 90
Subditus ſcribens prælato, debet eum appellare patrem. num.5. 125
Subiecti eſtote omni creaturæ, propter Deum, ſiue Regi, &c.nu.2. 290
Succeſſorem non poſſe ſibi eligere epiſcopum, ſeu Pontificem ſtatutum eſt.num.3. 116
Supplicatio quando admittatur, probibita appellatione. nu. 8. 50
Superilluſtres qui ſint.num.6. 44
Supplicare permiſſum eſt, vbi probibetur appellatio, propter excellentiam iudicis; niſi iure communi ſit probibita.num.9. 90
Suſpenſio declarata per iudicē, obſeruãda eſt.nu.16. 160
Suſpenſio diuerſimode contingit. ibid.
Suſpēſio in ſpecie, in quibus caſibus fiat, exprimitur, etiam in epiſcopo. nu.7. ibid.
Suſpenſio quid ſit,nu.14. ibid.
Suſpenſione digna ſunt omnia crimina, quibus quis de facto infamatur; & ita quod populus ex eis ſcandalizetur; & non ſint leuia. nu.15. ibid.
Suſpenſus ab officio, dicitur ſuſpenſus a beneficio. nu.14. fol. 160

T

Tabelliones, vel notarij, creantur auctoritate Imp. vel Papæ.nu.3. 76
Taciturnitas in prædicatore peccatum eſt mortale. num.22, 192
Templarij milites, qui appellentur.nu.13. 187
Temporalis poteſtas, ſpirituali ſubijcitur.nu.5. 13
Tempus inſtantiæ Duelli, eſt ſex menſium.nu.3. 33
Tempus pugnæ eſt vnius diei,nu.3. 48
Tyrannis quid ſit,& ad quid tēdat, ob quam reprobatur electus Rex Romanorum.nu,1.& .5. 18
Theſaurarius Imperatoris, probatur Illuſtris.num.3. 74
Titi Imperatoris virtutes.nu 9. 58
Tituli Cardinalium, qui, & quot ſint.nu.14. 142
Titulorum dignitatis, indignis aſcriptio, damnanda, repellatur.9. 61
Titulos presbyterorũ, primus Euariſtus Pontif. diſtribuit. nu.13. 142
Tractatus diffinitorius, in electione Pōtificis probibetur: conſultorius conceditur.nu.2. 119
Trãſmutatio vnius ſpeciei in aliam, probibita eſt; quæ tantum Deo conuenit.nu.10.& .16. 63
Tribunal attribuitur ordinario.nu.2. 112
Tributaria fiunt prædita, per Statuta; vt Laude.nu.3. 71
Tributum dabunt omnes, etiam Reges Imperatori; niſi probent ſe exemptos.nu.9. 79
Triplex Campus, an inueniendus, an vnus ſufficiat. nu.3. fol. 36
Triſtamente (vt vulgo dicitur) illata iniuria, quomodo dicatur.nu.2, 54
Teſtamenti veteris exempla ſunt admiranda, non trabenda in exemplum.nu.8. 83

V

Vaſa Eccleſiæ, ex auro, vel argento, facienda; niſi adſit paupertas.nu.20. 164
Vaſallus, & dominus debet ſibi mutuam, & æqualem affectionem, & fidem nu.5. 77
Vaſallus poteſt renunciare Feudo; etiam inuito domino, limita.6.modis.nu.4. 77
Vectigal, & gabella, & collecta, eſt eiuſdē generis.n.5. 78
Vel, dictio, alternat inter diuerſa in ſubſtantia; & ſimilia in qualitate.nu.7. 105
Veneti, & alij liberi, ſi ſunt rebelles Imperio, priuantur libertate.nu.9. 91
Verba prouocatoris, & prouocati, Caute ſunt attendenda nu.1. 28
Verba compenſatoria iniuriæ, quæ ſint, nume.6.8. ſecundum milites. 30
Verba dubia duellantium interpretantur contra proferentem, immo pro eo.nu.1.2. 28
Verba verbis, facta factis ſatisfaciunt.nu.2. 54
Verbali iniuriæ, quomodo, & per quæ verba ſatisfiat ab iniuriante.nu.3.4. ibid.
Veritas conuitij non eximit quem a iudicio.nu.7. 31
Veritas immutari non poteſt, neque errore, neque mendacio, neque proteſtatione.nu.3. 54
Veritas ne relinquatur, ſcandalum potius naſci permittitur.nu.6. 59
Veritatem honorare, ſanctum eſt, duobus amicis exiſtentibus: quæ præfertur honori.nu.2. 59
Veritatem qui ſpernit, Deum ſpernit.nu.2. ibid.
Veritatis impedimenta, ſunt Amor, Timor, & Auaritia.nu.4, ibid.
Veſtes auratæ, & ſericæ intextæ auro; & tinctæ conchilijs, vel murice, ſoli Principi conueniunt.nu.3. 11
Veſtium ornatus, ſuperfluus, coercendus; etiam quo ad clericos; & quo ad iudæos, diſtinguendus.nu.6. 61
Via, quam quis elegerit ſibi pateat.nu.2. 40
Vicarij officium ceſſat, mortuo, vel excommunicato epiſcopo; vel capto ab infidelibus, ſub.n.7. 176
Vicarij epiſcopi conſtitutio, quomodo dignoſcitur, a delegato.nu.11. ibid.
Vicarij, & Epiſcopi auditorium, idem eſt: quod ſecus eſt in delegato.nu.11.& .15. ibid.

Vicarij,

Vicarij, vel vicegerentes, ſunt in multiplici differentia. num. 12. ibid.
Vicarij, quando a Præſidibus, uel iudicibus, conſtitui poſſint. nu. 13. ibid.
Vicarij, multiplici nomine, appellantur. nu. 14. ibid.
Vicarij geſta, dicuntur geſta epiſcopi; & de epiſcopo, iura loquentia verificatur in Vicario; quãdo cadunt in mandato. num. 15. ibid.
Vicarij epiſcopi geſta, non valent: ſi de eius mandato, non conſtat: idem in delegato; niſi de delegatione conſtet numе. 2. 177
Vicarij partes ſunt, interponere decreta voluntaria, & contentioſa; & regulariter epiſcopus, uel ipſe adeundus eſt. nu. 3. ibid.
Vicarij maior eſt iuriſdictio; quam delegati. num. 6. ibid.
Vicarium remouere, ad libitum, poteſt epiſcopus. ſub. n. 7. fol. 176
Vicarius epiſcopi tonſura, & ſacerdotali habitu, induitur. num. 1. 175
Vicarius epiſcopi, laicus eſſe non poteſt; licet ſit clericus coniugatus; non bigamus, num. 2. ibid.
Vicarius epiſcopi, non poteſt eſſe, qui eſt excommunicatus; nec Bigamus; ibi remiſſiue, quid de canonico regulari. num. 6. 176
Vicarius ab epiſcopo nominatur, & conſtituitur, eius poteſtas, a iure recipitur; etiam ſine conſenſu capituli; vbi equitas ſubeſt. 7. ibid.
Vicarius non poteſt perficere caſus inchoatus; viuente epiſcopo: idem eſt in delegato. ibid.
Vicarius epiſcopi, temporalis, non perpetuus dicitur. ibid.
Vicarius proprie dicitur, qui perpetuus eſt: ſuperioris auctoritate conſtitutus. ibi. & nu. 13.
Vicarius perpetuus, poteſt conſtitui, ab epiſcopo, in eccleſia ſua, prælatus inferior, recipiens etiam nomine dignitatis ſuæ, iura epiſcopalia, præter tria. nu. 8. ibid.
Vicarius a Vicario, regulariter non conſtituitur; & quando. num. 9. ibid.
Vicarius ſecundus, ſi conſtituatur; cenſetur reuocatus primus. nu. 10. ibid.
Vicarius epiſcopi dicitur ordinarius. nu. 12. ibid.
Vicarius, vel vicegerens, quòd non ſit tantum honorandus, tantum Principalis; ſed tãquam repreſentans principalem. num. 14. ibid.
Vicarius epiſcopi, cenſetur habere generale mandatum, ad omnia; quæ alias ſibi conceſſurus fuiſſet. ſub. numero. 15. ibid.
Vicarius epiſcopi, de omnibus cognoſcit, de quibus epiſcopus; niſi in caſibus, a iure expreſſis. ibid.
Vicarius differe ab epiſcopo, in. 28. caſibus. enumeratis. num. 16. ibid.
Vicarius poteſt abſoluere criminoſos. ibid.
Vicarius aſtringitur, ad officium eccleſiæ; ita vt nunquam eam deſerere debeat. nu. 1. 177
Vicarius epiſcopi, poteſt ſuſpectus recuſari. nu. 4. ibid.
Vicarius Archiepiſcopi, habet iuriſdictionem in ſuffraganeos, eo abſente. nu. 5. ibid.
Vicarius Archiepiſcopi, cognoſcit de appellationibus, ad Archiepiſcopum interpoſitis. nu. 7. ibid.
Vicarius epiſcopi, poteſt ſentẽtiam ſuam, executioni mandare. num. 12. ibid.
Vicarius epiſcopi, poteſt ſibi eligere tribunal, in eccleſia ſtante conſuetudine. nu. 11. ibid.
Vicarius epiſcopi, non cognoſcit de cauſa, commiſſa expreſſori ſuo. nu. 13. 178
Vicarius epiſcopi; præcedit Archidiaconum, & omnem dignitatem; poſt epiſcopum, in eccleſia. num. 14. ibid.
Vicarius non poteſt eſſe iudex, in cauſa ſui epiſcopi, ſi recuſetur. num. 13. ibid.
Vicarius corruſcat & radijs epiſcopi. num. 15. ibid.
Vicarius epiſcopi, clariſſimus tantum cenſetur; & prælatus appellari poteſt. nu. 16. ibid.
Vicecancellarius Papæ, oſtenditur. num. 5. 73
Victor quis dicatur, nu. 1. 51
Victores extollendi, qui victos etiam abſque expenſis conſecutis liberaliter dimittunt, num. 11. 50
Victoria acquiritur in Duello, ſi quis extra ſigna certaminis eiectus ſit, vel aufugerit, numero. 1. 4. limit. 2. 8. fol. 51
Victoria effectus multiplex eſt, & circa Iuſtitiam, & honorem, num. 1. 52
Victoris deductio ſit cum omni gaudij genere, nu. 4. ibid.
Victoriæ effectus verſatur etiam circa damna, & expenſas, & vt victus vlterius non audiatur, nu. 1. 2. & ſit captiuus, num. 4. dictus præſonero della fede. ibid.
Victor a victo conſuetum obſequium conſequitur, non tamen vt lædatur eius æſtimatio, num. 9. ibid.
Victus ſemel in Duello vti infamis, & periurus, & calumniator repellitur, niſi Duellum fiat cauſa gloriæ, nume. 8. 9. 42
Victus donatus Indici, an poſſit cogi ad ſe redimendum, num. 12. 56
Victus ſub priuato carcere non retinetur, num. 10. 52
Vindicta reprobatur. num. 2. 55
Vindicta vbi permiſſa eſt, non poteſt tamen alteri demandari, cui a lege non permittatur, nu. 3. fol. 27
Vindictæ honeſtum, & magnum genus eſt, ignoſcere, numero. 4. 54
Videtur tamen tolli pari, vel maiori percuſſione. nu. 1. 55
Vigleuenum ciuitatis honore donatum, vbi primus epiſcopus, Galeaz. Petra, nunc Mauritius, Comes, eiuſdem gentis. num. 10. 105
Vinum luxurioſa res eſt, & contumelioſa ebrietas. ſupra in ver. luxurioſa. nu. 22. 164
Vnctio extrema, quid ſit; & quomodo ſe habeat Sacerdos in ea. nu. 20. 191
Virtus non eſt nobilitas, nec dignitas. num. 16. 12
Virtutes quæ dicantur. num. 3. 12
Viſitatio prouinciæ, quomodo fiat, per Archiepiſcopum. num. 22. 152
Viſus maxime ſenſus eſt. num. 1. 12
Viuens de altari. nu. 20. 137
Viuere per gloriam dicuntur, in acie pro rep. occiſi. nu. 5. fol. 96
Viuere dicuntur, qui filios reliquerunt. nu. 7. 96
Vniuerſale cognoſcens, cognoſcit particulare, non econuerſo, num. 3. 52
Vniuerſalis demonſtratio eſt præſtabilior particulari, numero. 2. ibid.
Vniuerſalium eſt ſcientia, ſingularium vero ſenſus. nu. 4. fol. ibid.

Vnum regere, eſt optimus regendi modus.num.10. 10
Volantas in principe, eſt iuſta cauſa.nu.3. 59
Votum eſt de iure diuino, ideo praeciſe obligat. numero.3. fol. 138
Vouens ſimpliciter caſtitatem, poteſt contrahere matrimonium; licet peccet.nu.20. 130
Vſura eſt crimen quoddam; licet criminaliter, non puniendum; quod infamat.num.3. 56
Vſuræ ſecundum magis communes opiniones, prohibitæ ſunt hodie, omni iure, etiam ciuili.nu.2. ibid.

F I N I S.

LIBRI PRIMI
CAPVT PRIMVM,
DE IMPERATORE

Scilicet,
De eius,

ORNATV CORPORIS.	§. I.
ORNATV ANIMI.	§. II.
OBLIGATIONIBVS.	§. III.
PRAESTANTIA, ET POTENTIA.	§. IIII.

Quæ omnia luculentiſsimè, miroque ordine hic explicata inuenientur. ita ut nil, quod ad eiuſmodi munus referatur ab ullo deſiderari inſuper debeat.

§. I. SEDEBAT ANTE ALIOS, IN LEVA PARTE TEMPLI, IMPERATORIVM SIMVLACHRVM: PRÆ SE FERENS GRAVE SVPERCILIVM, VENERABVNDE INSPECTANS IN DEO PATRE, FILIO, & SPIRITV SANCTO, PERFECTAM, DEPICTAM TRINITATEM, IN EIVS TEMPLI FASTIGIO: CORONAM IN CAPITE GESTANS, TRIPLICI METALLO, VARIIS LAPILLIS, PRECIOSE CONFECTAM; FERRO, ARGENTO, & AVRO: DEXTRA MANV STRICTVM, & ERECTVM ENSEM; SINISTRA VERO, FIGVRAM VNIVERSI ORBIS SVSTINENS: CORPVS AVTEM OMNE, TEGEBAT ARMIS SPLENDIDISSIMIS; PALLIO PVRPVREO, AVRO INTEXTO, SVPER ILLIS, LONGE LATEQVE DIFFVSO.

SVMMARIVM.

1 Dextera pars dignior habetur.
2 Papa ponitur in dextera parte, vti dignior.
3 Imperator, ad latus Papæ ſiniſtrum collocatur.
4 Imperator vnde dictus; & quis fuerit antiquitus: & quis hodie ſit.
5 Regium nomen, apud Romanos, inuiſum fuit.
6 Imperator debet eſſe Chriſtianus, & Catholicus.
7 Imperator tenetur iurare, ſe defenſurum Eccleſiam Romanam, & fidem catholicam.
8 Imperator aduocatus, & defenſor eccleſiæ nuncupatur.
9 Imperator primo Coronam ferreã, Aquiſgrani: Secundo Argenteam Modoetiæ, vel Mediolani: Tertie, auream Romæ recipit. nu. 10.
11 Imperator alijs regibus, & Principibus, potentia, & Iuſtitia, excelſior eſſe debet.
12 Corona quæ ſuſcipitur Romæ, dat poſtremam perfectionem, & eſt culmen omnium coronarum, quæ ſub cælo ſunt.
Corona cum lapillis, oſtentat virtutes: ibi.
13 Imperator Coronatur, à Deo, per manus hominum.
14 Imperatores ſæpius ab exercitu & militibus: & quando à ſenatu, ante Carolum Magnum, electi.
15 Iuſtinus, Iuſtiniani auunculus, electus fuit Imperator emptis cautè ſuffragijs.
16 Corona laurea, inde Aurea, coronabantur Triumphantes: ibi coronarum plures ſpecies.
17 Imperatores coronantur à Papa, ſolum poſt tranſlatum Imperium à Græcis in Germanos.
18 Carolus Magnus, Diademate fuit donatus à Leone Pontifice III. Pontificalis liber eſt autenticus: ib.
19 Carolus. V. Imperator, primam Coronam recepit Aquiſgrani: antequam Romæ ſiue Bononiæ, à Clemente. VII. Pontifice, ſecundam, & tertiam ſuſciperet: anno ſalutis. 1530.

ORDO SEDENDI PER PONT. Cum Imp.

SEquendo ordinem præmiſſorum uerborum, ideo ſedere in parte ſiniſtra Templi dicitur Im-
1 perator. † quia dextra pars dignior habetur. c.
2 ſolitæ. ubi no. Ab. de maior. & obed. † in qua uti digniori, ponitur Pontifex Max. & præcedit, ut in eo. tex. & c. illud. & c. duo ſunt. 96. diſt. & per Bal. in. l. decernimus. in 2. not. C. de ſac. eccl. & Felin. in rub. de maior. & obed. num. 7. & Socin. conſ. 99.
3 num. 18. no. 3. † & propterea Imperator, colloca-

tur ad latus Papæ ſiniſtrum, in Conſiſtorio, & Ca-
pella, ut teſtatur Franc. Pauinus in tract. de offic. &
potes. cap. ſed. uac. præludio Sexto §. tertia ſedes, &
his aſſentiũt Doct. in d. c. ſolitę, quos ſequitur Nic.
Boer. in tract. de ord. grad. uer. ſor. in §. igit. in ſ.
parte, hanc ueram eſſe opinioni. affirmans: de
qua ſuperioritate, latius dicam. inf. in. §. 2. q. 2.

IMPERATORES QVI FVERINT. qui ſint.

IMPERATORIVM ſimulachrum. Hoc in loco,
qui Imperatores antiquitus, mox qui fuerint,
unde dicti ſint, ſatis conſtat apud latinos aucto-
4 res, † nam Imperator ab Imperãdo, & regendo di-
ctus, ut gramatici uolunt; olim belli indicendi ge-
rendique, aut fœderis feriendi gratia deligebatur:
reque bene geſta, & aliquot militibus externorum
hoſtium proſtratis, conſequebatur; ut primum a
Senatu, deinde ab exercitu, honoris cauſa, Impera-
tor diceretur: Cuique Triumphandi ius non conce-
debatur, niſi quinque millia hoſtium, una acie oc-
cidiſſet: nam non numero, ſed gloria Triumpho-
rum, excelſius urbis Ro. futurum decus exiſtima-
bant Romani, ut docet Valer. Max. de iure triun-
phandi. c. 297. Verum M. Ant. Sab. ennead. 6. lib. 7.
de more, eum Imperatorem appellatum dicit, cu-
ius ductu decem millia hoſtium cæſa eſſent. Nunc
ſummi Principis Romani Imperij nomen ſolum
eſt Sacroſanctum, nec impune uiolabili maieſtati
munitum, ut tradit Alexander ab Alex. lib. 6. c. 22.
Atque inquit Aymarus Rinallius, hiſtoriarum iuris
ciuilis. lib. 4. pagina prima, in hęc uerba: Fuit ergo
iterum apud Ro. prima Reip. ſpecies; & qui ei præ-
fuit Imperator, uel Sanctiori nomine Auguſtus, in
5 hanc uſque ætatem dictus eſt † propterea quod Re
gium nomen apud Quirites, a Tarquinio exacto,
odioſum remanſit: Qua de re. C. Iul. Cæſ. uerſutè
(ut opinari licet) Plebi Regem ſe ſalutãti, Cæſarem
ſe, non regem eſſe reſpondit: & Lupercalibus pro
roſtris a Coſ. Antonio, admotum capiti ſuo Dia-
dema repulit: atque in Capitolium Ioui opt. Max.
miſit: ut Suetonio placet, in uita. C. Iul. Cæſaris, c.
79. & Plutar. in uita eiuſdem: Sane de eius nomi-
num ratione, ex Dione, & Tacito lib. 3. eadem fere
colligit Alci. in tract. de magiſtratibus, ciuilibuſq;
& milit. offic. pag. 1. col. 2.

RELIGIONIS OBSERVANTIA in Imp.

INSPICERE Diuinam Trinitatem, ideo poni-
6 tur, † quia Imperator debet eſſe Chriſtianus, &
Catholicus, nõ Paganus, aut Infidelis. c. uenera
bilem. de electiõn. l. 1. & epiſtola. inter claraſ. &
apetius in epiſtola, Nos reddẽtes. C. de ſum. trin. &
fid. cat. In nomine enim Domini Ieſu Chriſti, ad
omnia conſilia, omneſque actus ſemper progredi-
7 tur. l. 2. C. de offic. præf. præt. af. † uſque adeo ut
iurare teneatur, ſe eccleſiam Ro. & fidem Catholi-
8 cam defenſurum. cle. 1. de iuretur. † Aduocatus
enim & defenſor eccleſiæ nuncupatur. d. c. uenera-
bilem: aliter namque non poſſet eſſe Imperator,
nec habere merum imperium, nec temporalem Iu
riſdictionem, ut per Bar. Bal. & Iaſ. in rub. ff. de Iu-
ſti. & iu. de quibus uidebimus d. §. 2. q. 2. &. q. 5.
uerſ. Pagani. & in hoc §. 1. uerſ. orbem. q. 1. aliqua
his conuenientia.

CORONATIO IMPERATORIS.

COronam, ſeu magis proprie, Diadema, ſe-
cundum glo. in d. cle. 1. in uer. diadema. de
iureiur. ubi Ioan. de Imo. & Paul. de Leaz. &
9 facit. c. conſtantinus. diſt. 96. † ideo ferreum primo
recipit, ab Archiepõ Colonienſi, Aquiſgrani, eiuſ-
dẽ diœceſis, ut fortitudinẽ deſignet: qua uincere
10 debet rebelles, & infideles cõculcare. † Secũdo Ita
liam ingreſſus, ab Archiepiſcopo Mediolanenſi, in
uilla Modoetienſi, in eadem ditione (quandoque
tñ recipit Mediolani, in Aede S. Ambroſij: licet
tempeſtate noſtra, Carolus. V. receperit Bononiæ,
XXII. Februarij, anno ſalutis. M. D. XXX. ante-
quam aureum) ideo inquam Argenteum ſuſcipit:
ut ex huius metalli claritate, & mundicia, pariter
ipſe Imperator, clarus & mundus, omnibus appa-
reat, & exiſtat. Tertio coronatur Diademate Ro-
mę per Pont. Max. in Eccleſia S. Petri ad altare S.
Mauritij, ex puro auro: quod omnibus metallis, eſt
11 excellentius: ex quo arguimus † ipſum Imperato-
rem, alijs Regibus & Principibus, in potentia &
juſtitia, excellentiorem eſſe debere, ut tradit glo. in
d. cle. 1. §. porro. in uer. ueſtigijs. de qua meminit
Ab. in d. c. uenerabilem. col. 2. & Io. Vgo. in tract.
de offic. quat. præl. in. 4. parte. §. conſiſtit. & Mar-
tin. noſter Laud. in tract. de Princip. q. 152. quæ
comprobantur per dominum meum Catellianum
Cottam, in memoralibus ſuis, in dictione, Impera-
tor debet, idcirco, ut inquit, Bal. recte in d. c. uenera
12 bilem. col. 4. † Vltima corona, quæ Romę ſuſcipi-
tur, ex auro, dat poſtremam perfectionem: & eſt
culmen omnium coronarum, quæ ſub cęlo ſunt:
Talis quoque corona uarijs lapillis, & precioſis re
ferta, illuceſcit ad oſtentationẽ uirtutum, quę Pon-
tificem, & Imperatorem decent, cum ſcriptum ſit;
poſuiſti in capite eius coronam de lapide precio-
ſo: & tradit Paris Puteus, in tract. de duello. lib. 7. §.
1. num. 18. de quibus dicet inf. §. ſecundo. in prin.
At coronam Regis auream, primum inuentam, in
ueteri teſtamẽto, cum lapidibus precioſis, quę deſi-
gnet plenitudinẽ poteſtatis, & inſignia honoris, tra
dit etiam Paris eo. tract. & lib. §. quoniam. per alle-
gata per eum. Verum de tali formula coronationis,
non uidentur explicate loqui aliquæ leges, licet in
c. conſtantinus. 96. diſt. idem Imperator, implicite
tamen, mentionem fecerit de corona ſua: & poſt
eum Iuſtinianus. in. l. bene a Zenone. in fi. C. de
quad. pręſc. uideatur arguere coronationem ſuam,
ibi: quo num Diuino, Imperiales, ſuſcepimus inſu-
las: & comprobatur ex glo. fi. & dictis Bal. ibidem

in. 2. lect. ad. fi. dum ex illis uerbis, nutu diuino, col-
23 ligit Imperatorem † coronari a Deo, per manus
hominum; quibus conueniunt dicta glo. in. l. om-
nes. in uer. ortus. C. de ferijs. Felin. in. c. eam te. col.
2. de reſcrip. uerum eſt tex. ibi. tamen non loqui de
coronatione per Papam facienda. ut ſcribit Corn.
conſ. 177. col. pen. uol. 2. qui dicit forſan illam co-
ronam, ad ſui beneplacitum aſſumptam, referens
Cy. & Iac. de Ar. tenentes: ut ubi non ponantur in-
ſulæ, pro coronatione: quod tamen diuinare eſt, ut
clarius oſtendit in conſ. 1. uo. 3. Non tamen pro ue
ro affirmare poſſumus, Imperatorem a ſe ipſo aſ-
ſumere coronam, quandoquidem atteſtetur Bar.
in. l. 1. in prin. ff. ſi quis teſt. lib. es. ius fue. quem ſe-
quitur Martin. Laud. in tract. de principibus. q. 539.
Præfectum urbis Romæ coronare Imperatorem.
ſed tamen id dicta Bar. aliquo iure non probatur:
Quapropter cum iura & doct. quid certi non affe-
rant, de coronatione ante Imperium aſſumptum,
per Carolum Magnum, aſcendendo uſque ad tem-
pora. C. Iulij Cæſaris, mirandum non eſt: cum nec
hiſtoricos de coronis Imperatorijs, ante tempora
Caroli Magni, quicquam locutos, meminerim me
24 legiſſe † quamuis Imperatores ſæpius ab exercitu,
& militibus electos fuiſſe, atteſtentur Suetonius,
Platina, M. Ant. Sabellicus, Bap. Egnatius, & Ay-
marus Rinal. in hiſtoria Iuris ciuilis: & ſecundum
iſtum in uita Martiani, & Leonis, quãdoque a Pop.
Ro. & Senatu eligebantur: nam & in uita Iuſtini, Iu-
25 ſtiniani Auunculi, hæc ſcribit † Iuſtinus: mortuo
Anaſtaſio, emptis caute ſuffragijs, Imperator ele-
ctus eſt: in eo tamen Pontificali habetur, etiam ex
opinione Eutropij: nulla corona, niſi laurea, aut
ex alia aliqua fœlici arbore Imperatores uſos fuiſ-
26 ſe, ante Aurelianum. † Illud conſtat tamen, Triun-
phantes, Laurea corona, coronari ſolitos antiqui-
tus; Mittebanturque huiuſcemodi coronę Impera-
toribus, ob honorem Triũphi: quę poſtea ex auro
fieri cœptæ ſunt, teſte A. Gellio lib. 5. c. 6. ubi has
Triumphales, alias Obſidionales, Ciuicas, Murales,
Caſtrenſes, Nauales, Ouales, & Oleaginas coronas
deſcribit: Clarius tamen hodie de ea coronatione
Imperiali per Pontificem facienda, licet non expli-
cite, uidet loqui tex. in d. c. uenerabilem. & d. clc.
1. quę iura ſunt ſatis recentiora, quam ſit d. l. bene a
Zone, cuius cõditor Iuſtinianus prçceſsit per mul-
ta tempora, Carolum Mag. & Imperatores, de qui-
bus in d. c. fit mentio: Vnde teſtatiſsimum uidetur
27 † ſolum poſt tranſlatum Imperium a Grçcis in
Germanos, in perſonam Caroli Magni, receptum
eſſe, coronari Imperatores, a Pontifice max. qui
prius ſint examinati idonei, inuncti; & conſecrati,
iurantes defenſionem Eccleſiæ, & fidei catholicæ
ut ſupra, & habetur in d. c. uenerabilem. ubi Ab.
28 † Ac de ipſo Carolo Magno, Diademate donato
a Leone. III. Pontifice, auctores Platina, in illius
pontificis uita: & apertius exprimitur in Pontifica-
li, in tit. de triplici corona, Vbi aliud minus creden-
dum ſcribitur, ſcilicet, fabuloſa eſſe quę de tribus
coronis dicuntur: quodque Cæſar nullã omnino
coronam accipit, niſi auream: alias quidem coro-
nas pro uarijs regnis: Romæ uero, & a Ro. Pontifi-
ce, imperij Ro. coronam ſuſcipit: ut Federicus ſu-
ſcepiſſe dicitur; primam de Regno Francorum,
apud Aquas grani, ſecundam Ratisbonæ, de Re-
gno Germaniæ: Tertiam Papię, de regno Longo-
bardico; Quartam Romæ, ut ſupra: Quintam Mo-
doetiæ pro regno Italico: quæ ideo dicitur ferrea:
quia laminam quandam habeat ferream in ſumi-
tate, alioquin aurea, & prçcioſiſsima ſit, Hæc ta-
men cum ſint contraria glo. in d. uer. ueſtigijs, &
Ab. ubi ſupra, & Innoc. in d. c. uenerabilem: ubi lo-
quitur de corona recepta Aquiſgrani, ab Archiepõ
Colonenſi, pp quã dicitur Rex: & Hoſt. de pœn. &
remis. §. cui confitendũ, uerſ. cui Imperator. licet li-
ber pontificalis ſit authenticus, ſecundum tex. &
glo. in d. clc. 1. §. nos eodem. in uer. pontificali: ta-
men cum dicta uerba, non ſint ex tex. pontificalis,
ſed alterius auctoris, nigrum per rubrum declaran-
tis, exiſtimo probabiliter dici poſſe, prorſus reij-
cienda; & tanto magis, quia de facto etiam obſer-
uatum eſt contrarium tempeſtate noſtra, in Caro-
29 lo. V. Impera. noſtro, † qui antequam coronas re-
ciperet Bononiæ, a Clemente. VII. Pontif. max. an-
no. M. D. XXX. die. XXII. & ut ſupra, XXIIII. Fe-
bruarij: qua celebratur. S. Mathiæ Feſtum, & eiuſ-
dem Caroli dies natalitius: Primã ſuſcepit Aquiſ-
grani, per manus Marini Caraccioli, Protono, qui
poſtea ad culmen Cardinalium euectus eſt, ut legi-
tur in eius epitaphio & ſepulchro, poſito in templo
Maximo Mediolani: in hæc uerba: Marino Carac-
ciolo Neapolitano, Illuſtri genere orto, qui pluri-
mis, pro Põtiff. Cæſ. functus eſt legationibus, Pri-
mã Carolo. V. Imp. ad Aquas grani, Coronã impo
ſuit: Anglos ei coniunxit, & Venetos: ac demum
a Paulo. III. Ponti. Max. in Cardinalium cooptatus
ordinem, dum Prouinciam Mediolani, ab eodem
Carolo ſibi creditam regeret, importuna morte,
maxima cum reip. Chriſti. iactura, ſublatus eſt. V.
Cal. Feb. M. D. XXXIII. annos natus. LXIX. Io. Ba-
ptiſta, fratri optimo. Coronam a Põtifice, quo ritu
qua ſolennitate, & obſeruantia, Imperator reci-
piat, traditur in eo Pontificali. car. 53. Verum quia
in hac coronatione, de aliquibus dubitare con-
tingit, ideo infraſcriptas quęſtiones, diſcutiamus.

SVMMARIVM.

1 *Papa poteſt coronationem Imperatoris, ſpecialiter committere; nec proprijs manibus tenetur eam facere.*

2 *Papa, & ſedes Apoſtolica, multa ſibi reſeruauit, vt Spec. ponit. 89. caſus, in ſignum priuilegij, & vniuerſalis dominij.*

3 *Delegatione generali Papæ, non veniunt niſi illa tantum, quæ conſueuerunt ſæpe committi.*

4 *Coronatio Imperatoris, in abſentia Pontificis, committitur Epiſcopo Cardinali, vel legato, qui ſit Epiſcopus Cardinalis.*

5 *Cauſa meri, & mixti Imperij: iure ca. poſſunt delegari, ſecundum, commune m.*
6 *Reſeruata Papæ, non poſſunt ſubdelegari.*

QVAESTIO PRIMA.
An coronatio poſſit delegari.

DIſtinguendum eſt; Nam aut quęritur, an Pontifex poſsit coronationem ſpecialiter committere:
1 † idque affirmandum uidetur, per text. in cap. quod tranſlationem. de offi. leg. iuncta gl. in uer.
reſeruata, ibi iſta omnia: nam licet multa ſibi ſedes apoſtolica reſeruauerit, in ſignum priuilegij,
2 & uniuerſalis dñij, † de quibus ibi hẽtur per glo. & plenius per Spec. ponentẽ. 89. caſus in tit. de legato. §. nũc oñdendum; inter q̃ connumerat̃, uerſ. 39. Cõfirmatio, uel infirmatio electionis Imperatoris, & Gratificatio cui uult, ſi ſint plures in diſcordia electi, & cõſecratio, Inunctio, & coronatio ipſius; nihilominus talia reſeruata poteſt Pontifex ſpecialiter committere, licèt generali demandatione non ueniant, niſi illa tantum, quæ conſueuerunt
3 ſæpe committi: † ut ibi etiam dicunt Ab. But. & Spec. d. §. nunc oſtendendum. colu. pen. uerſic. præmiſſa omnia, per tex. iunctis gloſ. in c. huic ſoli. 17. diſt. & c. ſeruatis. 25. q. 2. & Butrium in c. quod ſedem. col. 2. de offi. ordi. & facit id quod in practica ſcribitur in pontificali, in tit. de coronatione Impe-
4 ratoris, abſente Papa; † ubi in abſentia Pontificis coronatio committitur Epiſcopo Cardinali, de conſuetudine; uel legato, qui ſit epiſcopus Cardinalis, & uidet̃ tex. clarus in cle. 1. de iureiur. ibi, poſtquam idem. & licet Iaſ. in l. ſi is qui pro empto re. num. 375. de uſuc. intelligat, ut ſi Papa ſit præſens, debeat ſuis manibus coronare Imperatorem; tamen dici poteſt ſi facit per alium, per ſeipſum facere uideatur. l. j. §. deieciſſe. ff. de ui & ui ar. cum ſim. Aut quæritur, an aliter, quam per ipſum Pontificem, coronatio committi & delegari poſsit: In quo concludendum eſt, licet regulariter de iure canonico cauſæ etiam, meri, & mixti Imperij, poſ-
5 ſint delegari † c. illud. 23. q. 4. & per gl. Ab. Butriũ, & Docto. in d. c. quòd ſedem, ubi Felin. atteſtatur
* communem opi. cum multis per eum relatis, & Iaſ. in l. j. col. 7. nu. 28. ff. de offi. eius, & per Corneum Peruſinum, conſi. 34. nu. 22. uol. 1. quia ſecundum ius canonicum, quicquid eſt cognoſcibile, eſt de-
6 legabile: † Nihilominus in reſeruatis Papę, hoc non habere locum; quia licet Papa delegauerit, non tamen poſſunt aliàs delegari, ſeu ſubdelegari, ut per Docto. ubi ſupra, max. Alex. & Iaſ. in d. l. j. ea ratione, quia propter grauitatem negotij, uidetur electa induſtria perſonæ.

SVMMARIVM.

1 *Coronatio facienda Romæ in Eccl. S. Petri, ad altare. S. Mauritij. 3.*
2 *Sedes Apoſtolica, ab Antiochena Ciuit. Romam tranſlata.*
4 *Papa ex cauſa, poteſt transferre ſedem apoſtolicam, de loco ad locum.*
5 *Papa vbi eſt, ibi Roma eſt.*
6 *Roma communis eſt patria, & vbicunque eſt Papa, vel Imperator.*
7 *Papa aliquid agente, præſumitur iuſta cauſa.*
8 *Papa eſt vicarius* CHRISTI, *vicem Dei veri gerens in terris, qui poteſt omnia ſupra, extra, contra ius, & quæ Deus poteſt, claue non errante.*
Papæ factum, cenſetur factum Dei, ibi.
9 *Papæ Iudicium non licet iudicare; cui non eſt quòd dicat, cur ita facis. Et de eius potentia dubitare, vel diſputare, inſtar ſacrilegij eſt.*
Imperatoris conſecratio, ſeu inunctio; & Regum, ſit in brachio, vel in armo.

QVAESTIO. II.
An Coronatio poſſit fieri extra vrbem Romæ.

IN hac. q. dubium exoritur, quia glo. in d. cle. 1. de iureiur. in uer. ueſtigijs, ſimul cum alijs auctoritatibus ſupradictis, præciſe ponit, coronationem faciendam Romę in Ecc. S. Petri ad altare. S.
1 Mauritij † in qua, ſedes jam diu, ab Antiochena di
2 uinitus tranſlata, collocata eſt; ut † habetur in c. per uenerabilem, ubi no. Ab. col. 4. qui filij ſint legit. & 24. q. 1. c. rogamus. & c. beati. 2. q. 7. ex quo infert Ab. ibidem, Papam non poſſe inde transferre ſedẽ apoſtolicam, qui idem tenet in c. ego enim, quem ibi ſequitur Feli. de iureiur. cum relatis; & Marti. Laud. in trac. de Principibus. q. 89. & ut inquit Bal. in tit. de allodijs c. 1. in princ. colu. 5. per tex. ibi: & Iaſ. in l. ſi is qui pro empt. ff. de uſucap. nu. 376. Imperator Alemanus, debet ire Romam,
3 ad ſuſcipiendam coronam, † quæ nec poſſet ei mitti alio in Alemaniam, per Papam; & hoc debet fieri in ueteri Roma, non Conſtantinopoli. quapropter talem coronationem omnino ibi faciendam eſſe, dicendum uidebatur. Nihilominus contrarium cenſeo uerum; nam ſecundum præfatos, doct. licèt Pontifici ex cauſa transferre ſedem Apo-
4 ſtolicam, & curiam, de loco ad locum † & probatur indiſtinctè in c. præſenti, de perbendis, & digni. libr. 6. nec ab his diſſentit Oldrad. conſil. 85. licèt ibi deprecetur Pontificem abſentem, ut quanto citius redeat Romam, & ideo rectè uidet̃ concludere, ſecundum Aug. de Ancho. Cardi. Alex. in c. nolite. 11. diſt. de neceſsitate Papàm non teneri habere ſedem Romæ. Sed congruentius eſt, ut ibi màgis, quam alibi ſedem habeat: ſicque Philip. Franchus in c. fundamenta. in princ. de elect. in 6. & de reg. iur. in 6. in fi. tradit, ꝙ ex iuſta cauſa, Papa poteſt mutare ſedem Romanam. in uer. data, in pri. & hoc fortius dici uidet̃, quia ubi Papa, eſt ibi Ro-
5 ma eſt † ut no. Ab. & Feli. in d. c. ego enim. & ideo Bald. teſte in l. conſenſiſſe. §. legatis. ff. de iudicijs,

quem

quem ſequitur Decius, in c. meminimus, col. 1. de
6 appellatio. poſt Philip. Peruſi. ibi, † Roma eſt com munis Patria, & ubicunque eſt Papa, uel Imperator, & ſic curia ſua; in qua poteſt quilibet conueniri ſecundum glo. & Doct. in c. fin. de fo. compet.
7 † unde cum in Papa aliquid agente, præſumatur iuſta cauſa, ut not. Cy. in l. reſcripta. C. de præcibus imp. of. refert, & ſequitur Alex. cum multis relatis per eum, max. Ab. in c. cum olim, de re iudi, conſil. 101. col. 2. uol. 7. & Corn. conſi. 60. circ. finem uol.
* 2. ubi tradit cum Cy. hoc teneri communiter doct. legiſtas: ergo talis coronatio ubique locorum recte fiet: quibus annuit Cattel. Cotta in Memorabilibus ſuis, in dictione, Imperator debet. Confirmatur hoc ex ualido fundaměto, qđ ex ſuprema poteſtate Papæ reſultat, nam is eſt Vicarius Chri-
8 ſti, uicem Dei ueri gerens in terris † c. 1. uerſi. Porro, Vt Eccl. benef. & c. 2. & 3. de tranſ. epiſ. qui poteſt omnia ſupra, extra, & contra ius: & quæ Deus poteſt, claue non errante, c. propoſuit. de conceſ. preb. ubi Ab. & per Iaſ. in l. 3. in princ. ff. de conſt. prin. & ſecundum notata in c. quæ in Eccleſiarum, per Ab. & per Decium per plura, col. 5. de conſtitutio. Papa ex cauſa, poteſt ius diuinum limitare, &
* contra illud diſpenſare, & uidet cómunis. opi. ut ibi: & etiam dř ꝙ factū a Papa, cẽſetur factum a Deo, in c. 1. in 3. not. de conſtitutio. & conſi. 341. col. 4. uol. 3. & fas de omnibus habet Papa iudicandi, neque cuique de eius Iudicio, iudicare licet
9 † c. cuncta per mundum. 9. q. 3. habens penes ſe cœleſte arbitrium c. 1. de ſum. tri. cui non eſt qui dicat, cur ita facis. & de cuius potentia, dubitare, uel diſputare, inſtar ſacrilegij obtinet, ut habetur in l. 2. C. de crimi. ſacril. & de quibus habetur late per Soci. conſ. 13. col. 6. & 8. uol. 1. & per Iaſ. conſi. 95. col. 10. uol. 4. ergo &c. Proinde ualidè facta fuit coronatio tẽpeſtate noſtra Bononiæ per Clementem Pontificem. VII. in Carolum. V. Imperatorem Nec repugnat dictum. Bal. in d. c. 1. quia non probatur in eo tex. alibi quam Romæ, non poſſe fieri coronationem: præterea ubi probaretur, militant ſupra adducta: Hic autem recte commemorare poſſumus, inunctionem, & conſecrationem Imperatoris, & Regum, quæ tempore coronationis fit, fieri in brachio, ſiue humero, uel in armo Imperatoris, delitione olei: at Pontifex Chriſmate, in capite conſecratur. c. 1. §. unde de ſac. unct.

SVMMARIVM.

1 *Imperator non dicitur ante coronationem, ſed Rex Romanorum.*

QVAESTIO. III.

An ante coronationem, dicatur Imperator.

ISta queſtio paucis abſoluitur: Nam clarum uidetur, ꝙ Imperator, ante coronationem, appellandus nõ eſt † tex.
1 eſt in d. c. uenerabilem, ubi Ab. col. 2. de elect. & clarior in clem. Romani. de iureiuran. ubi Card. Alex. col. 5. & in c. in nomine domini. 23. diſt. ſed dicitur Rex Romanorum, dictis iuribus & tradit Bart. in. 1. conſti. ff. col. fin. in fi. Salic. in l. bene a Zenone. col. 2. C. de quad. præſcript. Feli. in c. eam te, col. 1. de reſcrip. Mart. Laud. in trac. de princip. q. 39. Oldrad. conſi. 180. col. 2. Corn. conſil. 1. col. 1. uol. 3. Card. Alex. in cap. per uenerabilem. §. quod autem. col. 87. in 4. q. princ. qui filij ſint legitimi. Dec. conſi. 194. uol. 1. in prin. & per Platinam in uita Gregorij. V. Pontificis: qui auctor, eſt, ut Cæſar & Rex, ante coronationem, poſt Imperator, & Auguſtus dicatur; ſed largo modo dicitur Imperator ante coronationem, ſecundum Ruin. conſ. 161. nu. 17. & nu. 36. uol. 2.

SVMAMRIVM.

1 *Priuilegia, legitimationes, & alia conceſſa ante coronationem non valent, ſecundum aliquos; contra tenent multi, atteſtantes communem, nu. 3. concordant vt priuilegia valeant ante coronationem, ſubſequuta tamen confirmatione, electi Regis, per Papam, etiam aliter quam per coronationem. 6. 9.*
2 *Oldradus a Bart. doctor ſuus appellatur, a Pau. de Caſt. & Soc. pater legum, & Doctor Illuſtriſs.*
4 *Doctori atteſtanti communem opi. eſt credendum.*
5 *Doctores maioris auctoritatis, magis ſequendi ſunt.*
7 *Imperatoris confirmatio inducitur per inunctionem, conſecra. & coronationem.*
8 *Imperij iuriſdictio, & adminiſtratio, eſt penes Papam; ſine quo eam vſurpans prædo eſt.*
10 *Confirmans licet non det, imperfectum tamen perficit; quod proprie confirmare eſt.*
11 *Perfectum vbi quid eſt, nihil eſt extra ſumere.*
12 *Imperator ante coronationem vtitur ſigillo, vel media bulla: poſt, integra bulla aurea.*
13 *Perfectum dicitur aliquid, quo ad quid, quo ad quid Imperfectum.*
14 *Perfectum aliquando amplius, & perfectius perficitur, & confirmatur.*
15 *Perfectio triplex in contractu venditionis. ibi coronatio dat poſtremam perfectionem.*

QVAESTIO. IIII.

An priuilegia, & Conceſſiones, ante Coronationẽ valeãt.

MAior inſurgit dubitatio, ex hoc quarto quæſito, apud antiquiores maximè uentilato: in quo ſcribentes diuerſa, & contraria adducentes, & legendo. & conſulendo acriter dimicarunt: Alij enim ſenſerunt, non ualere legitimationes, & alia
1 præuilegia, ante coronationem conceſſa † ut loquitur glo. fi. in. l. bene à Zenone. C. de quad. præſcrip. & ita abſolute conſuluit Oldrad. meus ſubtiliter, & eleganter d. conſi. 180. & 191. quem Bart. in auth.
2 hoc locum. C. ſi ſecun. nupſe. mul. col. 3. † appellat doctorem ſuum, & Pau. de Caſ. in. l. is qui putat. in fi. ff. de acq. hære. inquit, appellatum patrẽ. II. quem refert, & ſequitur Soci. conſi. 129. col. 1. uol. 1. ad-

Atque Oldradum, eſſe Illuſtrem doctorē: & idem
quod d.gl. fin. & Oldra.uideť tenere Salice.in d.l.
bene à Zen.per plura ad partes,hanc.q.decidendo,
ubi concludere uidetur, quòd confirmatus, ante
coronationem non conſequitur Iuriſdictionem
Imperialem, ſed regalem: quia Imperator non eſt.
At ſi pertinatius quis aliter ſentiat, infer tipſe,exer
citium Imperialis non habere, ſed regalis, priuſquã coronam Imperij recipiat; & propterea arguit, ut in territorio regni ſui, ubi ſit taliter confirmatus, ualeant ea, quæ exercebit ratione iuriſdictionis: ſed non tamen illa, quæ reſeruata ſunt dignitati Imperiali, ut eſt reſtitutio natalium,& conceſsio iurium ingenuorum, & diſpeuſatio ſpuriorum: idem etiam cum d.glo.fi.tenet Bar.in l.ex eo. ff.de mili.teſta.& Fel.in c.eam te.col.fi.de reſcrip. & Iaſ.in l.quamuis.C.de inoffic.teſtam.allegando Bar.& Ang.idem tenere in d.l.bene à Zen.& Bald. in prohem. Decretalium,& in l.publius.in princ.ff. de condi.& demon.ubi quòd non ualeant conceſſa ante coronationem: atque in effectu,ille ſit Rex Ro. & Imperator, quem Papa confirmat, ut per glo.etiam & Archid.in c.legimus.93.diſt.& ita refert tenere.Hoſtien.ut etiam tenet Innocen.in d.c. uenerabilem.de electio. licèt addat,niſi in loco de
3 bito coronam recipere non poſſet. † contrariam uero opi.quod immo ante coronationem ualeant priuilegia,& alia conceſſa, affirmant relati per Salic.ibi in l.bene à Zen.uide[illegible] Iac.de Are.Cyn.Io. And. & Gloſſatores an[illegible]ricon. in gloſſ.in uer.reges.ele.j.de iureiur.[illegible] tit.de pace cõſt.§. hoc quod nos. Areti.in rub.inſtit.colu.5.ubi dicit
* communem * opi. Cardi. Alex.in c. per uenerabilem.§. quòd autem. colu.83. qui fil.ſint legit.4.q. princ.ubi reaſſumit argumenta fere omnium doct. præſertim Oldradi, & diſputat ad partes: reſidere tamen uidetur cum iſta opi. quam inquit amplecti legiſtas,communiterque ita receptam tradit Marti.Laud.in trac.de principibus.q.25. & Rayn.relatus per Bar.in l.ſed & reprobari.ff.de excuſ.tuto. licet Bart.ibi hoc non firmet: firmat tamen in extrauag. ad reprimen. in uer.reges.53. ulterius recentiores,in hoc idem conueniunt cum relatis, uidelicet Corn. conſi.1.uol.3.& conſ.177.col.pen. eo.uol.Socyn.uero conſi.63.uol.3. dicit hanc pariter communem cum Decio,conſi.194.uol.1.& conſi.588.uol.3.& Catel. Cotta in Memorabilibus ſuis.in dictione,Imperator.Quo fit, ut in conflictu tot Illuſtr.auctorum,quibus partibus adhærendum ſit, non ſatis exploratum habeam; nam ſi cõnferantur hinc inde, profecto tenentes partem negatiuam; non uidentur minores numero, quam tenentes affirmatiuam, ſi aũt ſit habenda ratio auctoritatis, quis cenſendus erit maioris æſtimationis Innocentio, Specu.Oldrado, Bart.Bald.Hoſti. Archi.& Gloſſ.utriuſque iuris? Iccirco licet con-
* traria opi.*dicatur communis, & Doctoribus atte
4 ſtantibus communem opin.ſit credendum † ut per Iaſ. in l.1.§. ſublata. col.3.ff.ad Trebelli. quem ſequitur Io.Neuizanus, in ſua ſylua Nuptiali, libr.5. num.2.nihilominus & numerus,& fortius auctoritas præmiſſorum doctorum, qui uidentur facere
* aliam, & forſan, magis * cõem opi. maxime repugnare uidentur, cũ doctores maioris auctoritatis,
5 magis ſequendi ſint, † ut per Ange.quem ſequitur Alex.conſ.77.uol.2.Et propterea perpenſis accurate dictis omnium Doct. hinc inde altercãtium, eos ad concordiam, ſatis probabiliter adduci poſſe cogitaui: Nam qui atteſtantur communem, allegant quam plures Doct. quòd ſi diligenter inſpiciantur, ponunt conceſsiones ante coronationem ualere, dummodo confirmatio, uel approba-
6 tio electi,ſubſecuta ſit † inter quos primus ſeſe offert Bar.in d.uer.reges.in fi. cuius uerba formalia ſunt hæc; & prædicta uera, poſtquam perſona eſt electa in Romanorum Regem, & per ſedem apoſtolicam, fuerit approbata, & idem expreſſe dicit Pau.de Caſt.in allegato conſil.107.colu.1.incip. Donatio, & ita ibi tradit loquutos Cy.Iac.de Are. Io. And.& Bar.& alios in d.l.bene à Zen. & in eandem op.deſcẽdit Bal.in d.prohemio Decretalium & Hoſt.ubi ſupra. nec ab hac opi.uidetur diſſentire Salic.in d.l.bene à Zen.col.3.ibi,& mihi approbet; Immo etiam Oldrad.d.conſi.180.uidetur firmaſſe conſilium ſuum in effectu, in confirmatione non facta: quia licet commemoret, quòd Imperator debet cõfirmari per actus approbationis, inunctionis, conſecrationis, & coronationis, per quos confirmatio inducitur, per tex.in d.c.uenerabilem
7 de electio.† (licet aliqui iure hoc: & falſo, non probari dicant: quia nihil aliud ſit approbare, inungere,& conſecrare, niſi confirmare, iuribus per eũ allegatis in l.ſi accepta.ff.de iure fiſci, cum ſim. & eſt text. clarus in c. in iſtis.4. diſtin.) tamen per hoc non infert, quin confirmatio non poſsit fieri, etiam ſine coronatione, & alijs per eum enumeratis, ut clariſsime legitur in d. cle.1. de iureiur. & quin ea facta etiam ante coronationem, Imperator, ſiue Rex electus, non poſsit adminiſtrare, & priuilegia concedere; & ideo hoc declarauit in d.conſ. 191.dum inquit, conſtare iuriſditionem eſſe penes Papam, & ſimiliter adminiſtrationem Imperij, & quicunque eam ſine ſuperioris auctoritate uſur-
8 pat, prædo ſit † l.dotis.ff. ſolu. matri. & non poſſe introduci conſuetudine, ut quis ſine confirmatione, uel ſuperioris auctoritate, adminiſtret; quia eſſet contra bonos mores, ſi excõmunicatus, hæreticus, & aliàs prauus, incapax adminiſtrationis adminiſtrare poſſet, per tex.in.c.fi.de conſtitutio.& in auth. ut nulli iud. circa. prin. Sicque Oldrad.& illi,uel maior pars illorum, qui abſolute loquentes, dicũt coronationē interuenire debere, uidentur illam requirere, ad finem: ut per eã inducatur confirmatio, ſeu approbatio electi; quod idem eſſe puto; quę approbatio ſi aliter interuenerit; non uidentur firmare, quin conceſsiones ualeant? Vnde cum in tali confirmatione, etiam quo ad ualiditatem conceſſorum, conuenire uideantur, fere omnes ſcribentes ut ſ.illi apugna reuocati, icto in-
* ter eos iuſto fœdere, ipſam communem * opi.infirmare

mare non ſunt cenſendi: ſcilicet quod reſcripta, &
priuilegia,& alia omnia,ad Imperatorem pertinen
tia,conceſſa poſt electionem , etiam ante corona-
tionẽ,dum tamen ſit approbata electio, & perſona
electa,per auctoritatem ſummi Põtificis, ualeãt,&
9 teneant. † Quæ ego unico fundamẽto corroboro,
ex doctri. Bart. cum quo transeunt ſcrib. in. l. more.
ff. de iuriſd. om. iud. ubi tractatur, an ille qui con-
firmat, det; ex quibus ad propoſitum noſtrum, aſ-
ſumptum fieri poteſt: quod cum cõfirmatio, & ap-
probatio Papæ, in contractu noſtro, tendat ad con
ualidandum actum imperfectum electionis : ut in
ea exemplum ponit Bar. ibi col. 2. & tunc licet ſu-
perior, qui confirmat, nõ det: nihilominus uidetur
imperfectum perficere : quod eſt ſecundum Bal.
10 ibi, proprie confirmare † per tex. in. §. interim. in
auth. de def. ciuit. quare, ſi in caſu noſtro per con-
firmationem, inducitur perfectio electionis, &
imperfecti: concludendum eſt, quod electus, con-
firmatus, etiam ante Coronationem, recte conce-
dat, & adminiſtret: quia cum quid eſt perfectum,
11 nihil extra eſt ſumere † Philoſoph. 5. metaphiſ. c.
15. Bal. in. l. nihil. C. de uindic. liber. Soci. in. l. poſ-
ſideri. §. ex pluribus. ff. de acq. poſ. & Bal. in trac.
Sciſma. col. fi. Nec obſtat ſi quis dixerit, immo ſi
aliquid deſit, uidetur inunctio, conſecratio, & coro-
natio, de quibus in d. c. uenerabilem, & cle. 1. de iu-
reiur. per confirmationem ſolam, non dicitur in-
ducta perfectio: nam reſpon. licet uerum ſit, quod
per dictos actus, inducatur confirmatio, & appro-
batio electi, & electionis, ut in d. c. uenerabilem, &
d. cle. 1. tamen alio etiam modo, approbatio electi
fieri poſſe uidetur: quia merita electorum , poſſunt
per Papam dijudicari, & perpendi : & inde electi
poſſunt denunciari digni, & idonei: uel indigni, &
incapaces, ut in d. c. uenerabilem. & cle. 1. fuit ob-
ſeruatum, ut clariſsime ibi dephenditur. & ideo fa-
cta tali approbatione, & confirmatione, actus de-
bet dici perfectus , cui nihil deſit. & ſi dicatur ergo
inunctio, conſecratio, & coronatio, ſunt ſuperflua
in electo , quod non uidetur dicendum : Reſpon.
quia quo ad conceſsiones, & priuilegia ſupra reci-
tata, hæc non uidentur neceſſaria propter effectum
approbationis expreſſę; quo uero ad alia , ut puta
ad nomen Imperatoris aſſequendum, ut ſupra q. 3.
dictum eſt; & ad hoc ut poſsit integra, non autem
media bulla uti: (quia tantum utitur ante corona
12 tionem † ut habetur per Specu. de reſcr. præſen-
tã. §. fin. uerſ. Item quod obtentum, in uer. dona-
tio , & ibi Bal. in additio. & Bertach. in tract. de
epiſco. in. 4. parte. 2. principalis, num. 5. licet ſecun
dum tex. in d. cle. 1. circa fi. cum glo. ante corona-
tionẽ electus utatur ſigillo, poſt, bulla aurea, ut etiã
tenet Corn. d. conſ. 177. col. 2. uol. 1. & Philip. Fran
chus , in fine ſexti , in uer. data) & inſuper quo ad
alia , ad Imperiale culmen ſpectantia , & dignita-
tem quam expectat a Papa, ut per Cardi. in d. c. per
uenerabilem. §. quod autẽ. col. 89. qui filij ſint legi.
hæc uidentur neceſſaria: Nec inconueniens eſt, ſi
perfectum aliquod dicatur quo ad quid, & quo ad
13 quid imperfectum † l. non uidetur, cum glo. ff. de
dona. ca. mor. & ſic quo ad conceſsiones, electio. &
approbatio, erit actus perfectus: quo ad alia, dicet
imperfectus : Rñ. & alio modo , quia perfectum,
aliquando amplius, & perfectius perficitur, & con-
14 firmatur † ut eſt tex. c. quod prædeceſſor. 1 1. quæ-
ſtione. 3 . ubi hoc colligit, glo. exempla ponendo:
quia licet matrimonium dicatur perfici per carnis
copulam , non ideo prius fuit imperfectum . unde
etiam arguit , ut excommunicatus poſsit amplius
15 excommunicari, † & faciunt no. per Bal. in trac. de
iure protomiſcos, §. his ſic præmiſsis. col. pen. a quo
triplex perfectio contractus uenditionis, ponitur:
prima quando contractus a partibus abſoluitur: ſe-
cunda quo ad actionem , & obligationem ; tertia
quo ad executionem, per rei traditionem, & pretij
numerationem : quæ quid perfectius eſt , quia ex
omnibus partibus ſuis cõſtat. allegat. l. 1. ff. de orig.
iur. & l. ab emptione. ff. de pac. & l. 1. & 2. quando
licet ab empt. diſcede. & teſte philoſoph. 1. de Cœ
lo, & mundo, perfectius eſt, cui nihil deeſt; iccirco
auctore Bal. in d. c. uenerabilem. col. 4. Coronatio
dat poſtremam perfectionem . & eſt culmen oĩum
coronarum : ſicque in propoſito caſu, electus, ap-
probatus & confirmatus, uidetur amplius poſſe
approbari, & confirmari , etiam per inunctionem,
conſecrationem, & coronationem .

SVMMARIVM.

1 *Imperator miniſter Dei eſt, gladium ab eo habens, in vindictam malefactorum , & laudem bonorum.*
2 *Papa, ſeu ſacerdos, habet claues, ad excluſionem excommunicandorum, & reconciliationem pœnitentium.*
3 *Deus deorum, per correctionem prauorum, placandus eſt, ne flagella immittat in populum .*
4 *Sceptrum ſignum eſt iuriſdictionis, & Iuſtitia.*

ENSEM, ET ARMA CVR Gerat Imp.

GLadium, ſeu erectum enſem, dextera manu,
1 perſtringit Imperator, † quia illum a Deo
habet; Miniſter enim Dei eſt, uindex in
iram, ei qui malum agit, teſtante Pau. ad Roma. c.
13. & c. nos ſi. §. ſed notandum. 2. q. 7. & l. Impe-
rium. ff. de iuriſd. om. iud. & l. cum iur. c. de adulte.
& c. ſunt quædam. 23. q. 5. & per Mart. Laud. in
tractat. de principib. q. 99. ubi habetur, quod gla-
dium portat, & exercet, & a Deo miſſus eſt, ad uin
dictam malefactorum, ad laudem uero bonorum
2 † ſicut Sacerdos, ſeu Papa, habet claues ad excluſio-
nem excommunicandorum , & reconciliationem
penitentium: illius enim eſt corporalem irrogare
pœnam , huius autem ſpiritualem inferre uindi-
3 ctam: ut & † per correctionem prauorum, Deum
Deorum placare feſtinandum eſt, ne flagella in po
pulum immittat, ob negligẽtiam paſtoris, c. ſi quos
4 igitur. 23. q. 4. † ſic quoque ſceptrum in Impera-
tore

tore, uel Rege, deſignat iuriſdictionem tempora-
lem, ut habetur in multis locis, in teſtamento uete-
ri, de quibus habetur in tract. de poteſ. Eccl. capit.
100. & per Hugo. in tract. de off. quat. prelat. in
rub. de mun. excuſat num. 17. ac inquit Budæus, in
annotatio. ad pandectas. pag. 29. ſceptrum Regi-
bus, eſſe notam Iuſtitiæ.

SVMMARIVM

1 *Arma, ultra leges neceſſaria, pro gubernatione reip. uniuerſalis.*
2 *Aduocati magis neceſſarij, pro ſalute reip. quam milites.*
3 *Leges, magis quam arma, neceſſaria.*

ARmis proinde Imperator decoratus etiã de-
monſtratur, quia omni tẽpore & belli, & pa
cis, pro tuitione, auctione & gubernatione
1 reip. uniuerſalis, † & arma, ultra leges, quibus arma
tus dr̃, ſunt neceſſaria: tam cõtra hoſtes, quam con
tra facinoroſos, & calũniantes, iuxta tex. in prohę
mio inſtit. ubi no. Ang. & docto. & C. de inſti. co-
dice confir. in prin. & l. qui reſtituere. ff. de rei uen
di. namque armorum uſus, atque legum, alter alte-
rius auxilio ſemp indiget; ut ibi in tex. & gl. & hæc
adeo coniunguntur, ut fraternizare dicantur. l. ad-
uocati. C. de aduoca. diu. iudiciorum: & ideo au-
ctore ibi Bart. Bald. & Salice. æque, ac magis ſunt
neceſſarij aduocati, pro ſalute reip. quam milites
2 † & ut inquit Aretin. in princ. principij d. prohõm.
3 inſti. leges ſunt magis neceſſariæ, quam arma † ut
probari dicitur c. 1. eccleſiaſt. ſecundum Ioan. Fab.
& Ioan. Plate. ibi. Verum, quia iuxta præmiſſa de
aliquibus quærere, haud eſt inutile: ideo ſequen-
tes ſubijcio quæſtiones.

SVMMARIVM

1 *Arma, an prius fuerint quam leges, & iura; cum ſequen.*
2 *Sapientia omnis à Deo eſt; quæ cum illo fuit, ante æuum.*
3 *Ius incepit ex ruina angelorum.*
4 *Adam pro peccato, de paradiſo eiectus.*
5 *Citatio eſt de iure Diuino, & naturali. & nu. 7.*
6 *Iudiciorum ordo in paradiſo videtur ortum habuiſſe.*
8 *Cauſa præcedit cauſatum.*
Generans generatum præcedit. ibi.
9 *Leges ſunt, ut humana coerceatur audacia; tuta innocentia.*
10 *Homo optimum animalium, lege fruens; piſſimum ſine lege.*
11 *Homines ratione vigentes, ſunt domini, & Rectores aliorum.*
12 *Formula indicendi bellum, ſecundum etiam Feneſtellam, & Liuium.*
13 *Ordo literæ, quando attendatur.*

QVAESTIO. I.

An arma, & Bella; præceſſerint leges.

QVod arma præceſſerint leges, uſq;
adeo, ut illa cenſeantur his anti-
1 quiora † uidetur text. in l. poſtli-
minium. §. filius. ff. de capti. &
poſtlim. reuer. & in l. 2. in prin. ff.
de orig. iu. & tradit gloſſ. in d. §.
filius. per Romanos prius datam fuiſſe operam bel
lo, poſtea iuri: per tex. in prohæmio inſti. in prin.
& hanc concl. per prædicta ponit Paris Puteus, in
tractat. de re milit. ſeu de Duello lib. 1. §. an duella,
num. 10. & libr. 7. §. duo reges: inquit, enim prius
fuerunt arma, & bella, ad dominandum, quam le-
ges; Sed in hoc articulo, aliter ſentiendum puto,
ſiue uoluerimus conſiderare ius Diuinum, ſiue ius
Naturale, ſiue ius gentium, ſiue ius Romanorum,
uel ciuile, ſiue ius Canonicum: Nam ut clarum ui-
detur, Diuinæ leges habuerunt ortum, priuſquam
2 arma, & bella † quia habetur in c. 1. eccleſiaſtici,
quòd omnis ſapientia a domino Deo eſt, & cum il-
3 lo fuit ſemper, & eſt ante æuum. Atque etiam † ex
ruina angelorum, ius incœpit: bonum enim, &
æquum fuit, ut propter ſuperbiam, lucifer punire-
tur, ſecundum glo. quę hoc ibi elicit ex text. in c.
principium. §. noueni. de peniten. diſtin. 2. Item &
poſt creationem Adæ. eidem pœnaliter præcepit
Dominus Deus, dicens; Ex omni ligno paradiſi
comede; de ligno autem ſcientiæ boni, & mali, ne
comedas: in quacunque enim die comederis ex
eo morte morieris; cui legi, & præcepto, cum ille
non obtẽperauiſſet, ipſum uocando, dixit: Adam
ubi es: & inde is obiurgatus, & accuſatus, ob trãſ-
greſsionem legis latæ condemnatus eſt, per illa uer
ba: Maledicta terra in opere tuo, &c. In ſudore
uultus tui ueſceris pane tuo; donec reuertaris in ter
ram, de qua ſumptus es: quia puluis es, & in pul-
uerem reuerteris, ut habetur Geneſis. 2. & 3. cap. &
propterea ipſe primus homo, de paradiſo, pro pec
4 cato eiectus eſt † quia enim Dei nobilitatem à ſe
deiecit, nobilitate loci priuatus eſt, cap. adam. diſt.
40. prius tamen uocatus, citatus, & ex propria con
feſsione, condemnatus: quæ omnia, ordinem iu-
diciarium, non autem Bellicoſum, aut armigerum
arguunt, & maximè, citatio per illa uerba, Adam
ubi es, quæ dicitur eſſe de iure diuino, & naturali,
5 † ut inquit Bar. in extrauag. ad repri. in uer. ſine fi-
gura, p cle. ſępe. de uer. ſig. & Cle. paſtoralis, de re
iu. per Iaſ. in l. certũ eſt. C. uñ legi. col. pe. Old. con
ſil. 43. Soc. conſ. 12. uol. 1. Hier. Gig. in trac. de pen
ſionibus. §. trigeſimoſeptimo, & ideo, ut teſtatur
6 Specu. in prohęmio ſui operis. §. ſane, col. 6. † or-
do iudiciorum, in paradiſo uidetur ortum habuiſſe
per dicta ſupra de primo Parente collapſo; quem
ordinem in lege ueteri, etiam comprobari dicit;
quia ex ſententia Moyſe, in ore duorum, uel trium
teſtium, ſtat omne uerbum. c. 17. Deuterono. & c.
in nomine domini. de teſtibus. Si autem cõſidere-
mus ius naturale, idem dicendum eſt per prædicta,
præſertim

pręſertim, quia citatio, dicitur etiam eſſe de iure na
7 turali, † nec enim iſto iure naturali, erant cognita
bella, aut arma. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. c. ius
gentium. diſt. 1. Conſiderando ius gentium, clarum
eſt, ex hoc iure introducta eſſe bella, & diſtincta do
minia, dictis iuribus. unde iſtud ius, dicendum erit
antiquius, quam bellum, & arma: tanquam gene-
rans, præcedens ſuum generatum, & cauſa ſuum
8 cauſatum, † ut per Bal. in trac. de pac. col. 7. num.
24. Soci. conſ. 24. num. 11. uol. 1. per. l. quamuis. ff.
de iure patro. Philoſop. lib. 2. Poſteriorum, & idem
de motu cordis. Si conſiderabimus ius ciuile, & Ca
nonicum, de quo habetur in. l. ius ciuile. ff. de iuſti.
& iu. & inſti. de iure natu. gen. & ciui. §. ius autem ci
uile. & in. c. ius ciuile. 1. diſt. (ut puto) in hoc non re-
perietur aliqua lex ciuilis, quæ dicat, quod prius
fuerit data opera bello, & armis; quam iuri, & legi-
9 bus: immo ut dicitur † factę ſunt leges, ut earum
metu, humana coerceatur audacia, tutaq; ſit inter
improbos innocentia. c. factę ſunt. diſt. 4. & habe-
tur in. l. ęquiſsimum. in princ. ff. de uſufruc, cur ad
arma, & rixam procedere patiatur prætor, quos po
teſt ſua iuriſditione compeſcere. Nec obſtat d. l. 2.
in prin. de orig. iur. nam licet ut ibi dr̃ in initio ciui
tatis, Rom. populus ſine certa lege agere inſtitue-
rit, & omnia manu a regibus gurbernabantur; non
propterea excluditur quin aliquod ius, licet incer-
tum, quod eſſet in arbitrio regis, in ea ciuitate exer-
ceretur, ut uoluit intelligere glo. ibi, in uer. manus.
exponendo, id eſt, arbitrio, & hoc uidetur ad diffe-
rentiam legis nondum latę, dictum: cum ante il-
lam, tali incerto iure, & conſuetudine uterentur, ut
in ea. l. §. exactis; Nec præſumendum eſt, quod
Rex arbitrium ſuum exercere uellet primo armis,
antequam ratione, & lege uteretur, per prædicta iu-
ra; cum etiam ſecundum Philoſop. lib. 1. politico.
10 † optimum animalium ſit homo, lege fruens; ſicut
peſsimum omnium a. l. ſeparatus. Quod ultimum
non uidetur præſumendum, pręſertim in principe,
ſecundum eundem ibidem. qui (ut commemorat)
11 † omnes ratione & intellectu uigentes, naturaliter
domini ſunt, & rectores aliorum; immo principi,
princeps eſt lex, & Imperatrix: non extrinſeca, ſed
animata intus in ipſo ratio, ut dicemus hæc, & alia
plura. infra. §. 3. uerſ. ſeptimo dicitur. Non obſtat
ẽt, quia dicitur in d. §. filius, quod diſciplina caſtro-
rum antiquior fuerit parentibus Romanis: quam
charitas liberorum: nam non ſequitur, dicere, Ro-
mani magis antiquiorem, & chariorem habuerunt
diſciplinam caſtrorum, quam dilectionem filio-
rum, ergo prius fuerunt arma & bella, quam le-
ges: fieret enim illatio ex diuerſis, & ſeparatis, ad
diuerſa contra. l. Pap. exuli. ff. de mino. immo uide-
tur expreſſe determinatum: quod ex aliquo iure
proprio Romanorum, æmulantium ius gentium:
quod militare appellatũ eſt: Belli inferendi ſolẽni-
tas, ſigno dato, egreſsio in hoſtem, uel pugnę com-
miſsio, & ſimilia, pcedant: de quib. pulchre ſcribitur
in. c. ius militare, diſt. 1. de qua ſolẽnitate inferen-
di belli, meminit. Luc. Feneſtella. c. 9. & 10. de Sa-
12 cerdotijs Rom. ſecutus Liuium † ubi ponit formu-
lam antiquiſsimam, repetẽdi res, non iniuſte, neque
impie, Sacerdoti Faciali, aut Patri patrato, & Po.
Ro. dandas, termino trium, & triginta dierum: quæ
ſi non reddantur, conſulitur Romæ, de bello indi-
cendo: unde primus rogatus ſententiam, inquit: Pu
ro, pioque duello, quærendas res cenſeo: ſicque
cum iure agendum ſtatutum fuerit repetendas eſſe
res, priuſquam bellum indiceretur, ut & in legibus,
a Romulo latis deprehenditur, teſte M. Tullio lib.
1. officiorum, & Dioniſio Halicar. lib. 2. concluden
dum eſt, iura, & leges, priuſquam arma, in origine
fuiſſe: tanquam etiam ordinans ſuo ſubordinato,
& tanquam cauſa, ſuo cauſato; ut ſupra. Non ob-
ſtat etiam tex. in prohæm. inſti. in prin. quia non
probatur ibi, quod Roma. priùs dederint operam
bello, quam iuri: licet exprimatur, leges, & arma ad
dominandum eſſe neceſſaria: & alterum, alterius
auxilio indigere. Nec obſtat ſi ex dicto prohæmio
arguere uelit aliquis, ab ordine legiſlatoris, qui ibi
poſui arma, ante leges: quiquè ordo ſit attenden-
dus, ut per docto. max. Iaſ. in l. ſi ſeruus plurium, ff.
13 de leg. 1. † ita ut dignior cenſeatur, qui primo no-
minatur. ut late per Feli. in. c. cum dilecta. col. 4. de
reſcrip. & Decium, conſ. 609. uo. 4. nam ordo lite-
re, & nominationis, non uidetur attendendus in ca
ſu tali, cum & alias in ſimili non attendatur, per Im
peratorem. in. l. neminem. ubi no. Lucas de Penna.
C. de decurio. lib. 10. cum comites ſacrarum largi-
tionum, rerum priuatarum, & domeſticarum, in or
dine literæ, ibi præponantur quæſtoribus, & magi-
ſtris officiorum: cum tamen quæſtor, deinde magi-
ſter, ſit maior, ut ibi per eum: ulterius non attendi-
tur, quando mens diſponentis eſt certa: uel quan-
do ſumus certi, quia diſpoſitio non dat ordinẽ, ſe-
cundum Feli. in d. c. cum dilecta, col. 5. & 6. ſed in
caſu noſtro, certa eſt mens Imperatoris, qui non
dat ordinem; quia illa duo, arma, & leges æquipa-
rat, quo ad gubernationem reip. ut ibi, & in l. aduo
cati. C. de aduocatis diuerſorum iudiciorum:
ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Militia quædam armata, quædam inermis; Armata quædam equeſtris, quædam pedeſtris, & inferior; inermis dicitur in doctore legum; in clerico & milite deaurato, noſtri temporis.*
2 *Antiquiora dicuntur digniora.*
3 *Leges regunt exercitum militare.*
4 *Regens eſt nobilius recto.*
5 *Nobilius ſubiectum eſt illud, à quo quid pẽdet, quam dependens.*
6 *Militia non eſt dignitas. 8. 10.*
7 *Milites priuilegijs militaribus non gaudent; niſi matriculati; & niſi actu in armis verſentur.*
Honoris augmentum: non ambitione, ſed labore acquiritur. ibi.
8 *Imperator miles vocatur, qui milites ſuos commilitones vocat.*

9 *Vorum caſtris, ocium militiæ, ſtylus gladio, vmbra ſoli cedit.*
21 *Dignitas eſt honor, alicui propter merita, ſpecialiter principis vel legis beneficio, impenſus.*
21 *Dignitatem habet annexam officium, quod exercetur, ex collationem principis. 25.*
22 *Orator non ſemper perſuadebit.*
Cedant arma Togæ, concedat Laurea linguæ, ibid.
Doctores, aduocati, & Iudices recti, meliorem vitam agunt; quàm religioſi, eod.
13 *Militia eſt honor, & nobilitas.*
14 *Hominum triplex conditio, quia aliqui in dignitate, aliqui Nobiles, aliqui ignobiles, & plebei.*
15 *Miles per. 10. vel. 15. annos, nobilitatem acquirit.*
16 *Honor differt a dignitate, licet ſit ſignũ uirtutis, virtus non eſt nobilitas, aut dignitas.*
17 *Dignitas præcedens, facit quem honorari.*
18 *Nobilitas, & dignitas non ſunt idem.*
19 *Dignitas facit differre a plebeis, & militia.*
21 *Dignitatum quatuor ordines.*
22 *Decuriones habent dignitatem.*
Senatores clariſſimi ſunt, quandoque Illuſtres, & ſpectabiles dicti, ibi.
23 *Doctoratus eſt dignitas, etiam in doctore artium, & medicina: qua præſtabilior eſt ciuilis facultas.*
24 *Proprie quod dici poteſt vno reſpectu, licèt abſolute ſit improprie tale.*
25 *Doctoratus, & aduocatio, eſt officium collatum à principe.*
26 *Doctoratus confert dignitatis adminiſtrationem.*
27 *Iuriſdictio ordinaria tribuit dignitatem.*
Clariſſimi poſſunt appellari, omnes Iudices. ibi. & Doctores.
28 *Doctor militi præferendus, licet ſit Doctorellus, nume. 29. etiam in omni actu militari. num. 35.*
30 *Dignitas confertur etiam vitioſo.*
Dignitas non mutatur, propter qualitatem perſona. ibi.
31 *Doctores decorantur, pluribus epithetis, & præclaris titulis.*

QVAESTIO. II.

An Doctor ſit militi, vel potius equiti, præferendus.

1 OPortune hic cadere uidetur quæſtio iſta quę inter Doctores, & milites, iurgia ſæpius parit: & de qua frequenter locuti ſunt ſcribentes: pro cuius enucleatione, diſtinguendum eſt in primis, quòd quædam eſt militia armata l. j. C. de iuris & fac. igno. Quędam eſt inermis, ſecundum gloſſ. in l. diuus. ff. de ferijs, & l. his. C. qui mili. non poſſ. lib. 12. Armata aũt militia eſt duplex, quædã eſt equeſtris, ut eſt glo. in l. pen. ff. de teſta. mili. quædam uero eſt pedeſtris, & inferior † ſm gl. ubi Bal. in l. 2 cal ligato. C. de nuptijs. per tex. in. §. quiſquis. in auth. quibus. mo. natu. effi. legi. facit tex. in l. non omnis. §. qui in pace. ff. de re milita. ſequitur Paris put. in trac. de duello. §. miles ſeu ar. lib. 7. At militia inermis eſt, ut ſcientia legalis, ſecundum glo. in d. l. diuus, per. l. aduocati. C. de aduo. diue. iudiciorum: item ut ſcientia Cæleſtis clericorum, glo. in d. l. pen. ff. de teſta. mil. & per Salice. & Iaſ. in. l. 1. C. de iur. & fac. igno. Sed etiã milites inermis militiæ uocari milites noſtri temporis, calcaribus deauratis utentes, non militantes, & quorum militia maxime fulget in ſeſsionibus: & in libẽdo, teſtatur Io. Bap. caccialup. in trac. de debito. fugi. 5. quæſtio. princip. col. 3. Sicque & alias, militiæ nomine, late uſus eſt Iuſtinianus, ut eam etiam uocet ſcriniorum, & ſcholaſticam, & diuerſimode in. l. in ſacris. in fi. C. de proxi. ſac. ſcrini. & in. l. hac lege. C. de priuileg. ſcho. lib. 12. habeturque ſæpe de his, dicto lib. 12. Ad propoſitum igitur noſtrum, conſiderando Militiam armatam, etiam equeſtrem, & non ocioſam: Primo tamen, quod præferendi ſint Doctores equitibus, ſiue Militibus, uidetur maximè conuenire fundamentum ſupra proxima. q. iactum; quia
2 ut clara uidetur eſſe iuris propoſitio, † Antiquiora digniora dicuntur, & magis ueneranda, l. ſemper in prin. ff. de iure immu. c. quanto. de traſlat. epiſc. ubi glo. & ideo etiam in conſequendis honoribus, præferenda l. fin. C. de primice. & l. pen. C. de conſulibus. lib. 12. quæ late proſequitur Bart. Capola, in tract. de Imperato. diligen. in prin. ubi ponit. 50. præuilegia antiquitatis, & Iaſ. conſ. 192. colu. 1. & per totum, uol. 2. Secundo probatur, quia leges re-
3 gunt miniſterium, & exercitium militare † l. leges C. de ll. tradit Martinus. Laud. in tract. de dignitati.
4 17. q. & actũ eſt ſupra q. proxima † ſed regens naturaliter, nobilius eſt recto, ſecundum Philoſop. 1. politico. c. 3. & l. iubemus in fin. C. de epiſcop. & cleri. & Martini. Laud. in Tracta. de dignitat. q. 17. ergo: ſicque poteſt inferri, cum a iure & ll. depen-
5 deant arma, & bella: † quòd nobilius ſubiectum eſt illud à quo quid dependet, quam ipſum dependens. l. digna uox. ubi no. Salice. C. de legibus. nam Imperator ibi profitetur, ab authoritate iuris pendere authoritatem ſuam. Tertio probatur, quia mi
6 lita non eſt dignitas: † Doctoratus autem eſt dignitas, ut inf. dicemus, & propterea milites etiã equeſtres, non dicuntur hebere dignitatem, niſi ſint equites Romani, cum hæc ponantur tanquam diuerſa, in rub. & in l. his. & l. fin. in prin. C. qui mili. poſſ. & l. j. cum glo. C. de equeſ. dig. & l. ſi quis per publicum. C. de curſu pub. & l. pen. & fin. C. de cohorta. & l. 3. C. de digni. lib. 12. & in auth. ut liceat matri, & auiæ. §. quia uero legem, & l. fin. C. de paga. Bart. in l. ex eo. ff. de teſtam. milit. & in l. j. C. de dign. lib. 12. Abb. in c. quanto de magis, Alex. in l. Centurio. ff. de uulg. & pupil. ubi Franci. Ripa. num. 15. dicit, quòd immo nec eſt nobilitas Iaſ. in l. pen. C. de pac. col. 1. motus per alternatiuam, quæ cadit inter diuerſa, idem ipſe tenet in l. fina. C. de teſta. mili. Feli. in c. clerici, de Iudicijs, & in d. cap. quanto. & Salice. in d. l. fina. C. de paga. per illum tex. & ſic inquit Marti. Laud. q. 15. in tract. de milite. quòd Militia non eſt dignitas, niſi iungatur dignitati; & Paris puteus. in trac. de Duello, commemora-

motat lib.7.§.an uiri humiles, quòd de iure Ro.ſim
plex militia non eſt dignitas, & plus dicit Paul.de
Caſtr.conſil.230. colum.3. milites iure communi
non ſunt nobiles, niſi equites Romani, per d.l.j.
C.de eques. dig.de quibus loquitur Gul.Bud.in an
not.ad l.ultimam.ff.de Senato.car.201. cum affir-
met dignitatem equeſtrem, quæ hodie à Regibus,
& regum legatis, aut exercituum præfectis dona-
tur, decus eſſe militæ, licèt in togatos etiam conſe-
ratur: Inſtarque uideri eſſe antiqui moris; quòd
quèius annulorum aureorum donare, apud anti-
quos erat idem ferme quòd equitem facere dici-
mus, ſed utcunque illi equites Romani ut d.l.j. poſt
clariſsimatus dignitatē, ſecundum gradum obtine-
rent non propterea conſtat, uel probatur à Bu-
dęo, equites noſtri temporis, in locum eorum ſuf-
fectos: Amadeus autem de Caſtello in trac.de ſin-
dica.§.Magnificum.uerſi.An autem militia, ſentit
militiam non eſſe dignitatem, ſed non poſſe negari,
quin ſit honori cum ergo militia etiam equeſtris,
armata, & non ocioſa, non ſit dignitas, ut ſu-
pra: multominus erit pedeſtris, q̃ eſt inferior, ut ſu-
pra. uel illa militia militum, qui a prinicipibus crea
ti, equites auratis calcaribus, nuncupantur: cum
etiam his non poſsint conuenire priuilegia milita-
ria & inſignia, quæ hodie & alias dabantur militi-
bus tantum matriculatis, & uacantibus effectuali-
7 ter armis, & ea in actu exercentibus † de quibus in
l.pen.ff.ex quibus cau.maio. ubi Bal.& Marti.Lau.
in trac.de milit.q.5. nam à caſtris remiſsi, poſt an-
num, non habent priuilegia armatæ militiæ. l. ſed
& milites, cum.2.ſeq.ff.de excuſatio.tuto.& l. fin.
C. de teſti.mil.& per Paridem in tract.Duelli.§.no
bilis à pro. lib.7.per doctri. Bal.in l.fin. C.qui bo.
ced.poſ.& inde, ut inquit Alex.in d.l.Centurio.mi
les non matriculatus, cenſetur ut priuatus, & pa
ganus: idem tenet Petrus Antibolus in trac.de mu
neribus.§.de militibus, dicens, tales milites noſtri
temporis, in omnibus eſſe paganos, & priuatæ con
ditionis, per l.ij. C.ubi de ratio.ag.hoſq; tanquam
ſine dignitate poſſe eſſe procuratores, atteſtatur
Ange.de Gambelli, in tract.de teſta.in §.miles. ad-
do recte conuenire text.l. per Illyricum. C.de co-
horta.lib.12.ibi, nec ad militiam, ullus aſpiret, uel
conuenientia iudicum perſeueret; adhibendi au-
tem ſunt, non illi, qui uano militiæ nomine, inania
lucra ſectantur; ſed qui neceſsitatem officij, ſo-
licitudinibus debitis exequantur; ſicque pulchre
habetur in l.contra.C.de re milita.libr.12.Hono-
ris augumentum, non ambitione, ſed labore ad
unumquemque conuenit deuenire, ſequitur gloſſ.
pen.in fin.in c.officij tui.de electio. Non conſen-
tio tamen Bald.in d.l.penult.dicenti militiam ue-
re militantium, hodie non eſſe priuilegiatam:
ſed quod milites utuntur iure communi, in eorum
actibus, cum communis* opin. ſit in contrarium,
teſte Soci. conſ.33.col.1.uo.3. & Feli.in c.quan-
to.de magis.& Franc.Rip.in.l.centurio.num.9.de
uulg.& Io.Olded.in trac. de iure ſingulari, in rub.
de priui.mili.i.Contraria tamen prędictis, ut Mili-
8 tia cenſeatur dignitas † plura uidentur adduci poſ-
ſe.tex.in.l.2.ibi, delictum augetur, ut in cęteris de-
lictis dignitate, gradu, ſpecieque militiæ, & in.l.3.§.
1.ibi militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominio-
ſa miſsio; & in.l.4.§. ad tempus.ibi, & in ordinem
redire poteſt, & honorem petere militię, &.l.non
omnes.in prin.& l.omne, ibi, dignitate prępoſiti.ff.
de re mili. & facit tex.in l. per id tempus. C.de cu-
rio.& ſtatio.lib.12.& in.l.3.C.de re milit.& in.l.2.
C. de uetera. ibi protectoria dignitate cumulati; &
in.c.ius militare.1.diſt.ibi, dignitatum gradus, & ut
inquit Bal.in l.1.in fi.princi.ff.de teſta. mili.eſt di-
gnitas, quæ debet ineſſe, tam Regibus, quam Prin-
cipibus, per illum tex. ubi Imperator uocari poteſt
miles, qui uocat milites, commilitones; Faciunt
ſcripta per Car.Alex.in c.per uenerabilem.§.quod
autē.q.4. princ.qui fil.ſint leg.per Paridem dicto
trac.de duello.§.nobilis, lib.7.quia ſecūdum eum,
militia ſicut ſcientia nobilitat, per d.§.ad tempus.
& C.de procurato.l. qui ſtipendia. & c. militare.
23.q.1.& l.1. C.de condi. in pub.hor. & ita com-
* muniter teneri tradit: licet Bar.aliter ſenſerit in l.j.
C.de dignit.lib.12.& teſte Alciato in.l.pen.col.1.
C.de pac.militia largo modo, dignitas exiſtimabi-
tur: ut ante eum dixit Io. plat.in l.1.C.de equeſt.
dig. libr.12.& ad propoſitum noſtrorum uehe-
mentius diſſeruit M. Tullius, in oratione habita
pro.L.Murena, exclamando, quod plus afferat di-
gnitatis, res militaris, quā iuris ciuilis gloria, atque
9 rei militaris uirtus præſtet cæteris omnibus; † Fo-
rumque cędat caſtris, ocium militiæ, ſtylus gladio,
umbra ſoli; unde ut habetur in.l.aduocati.C.de ad-
uoca. diuer. iudiciorum, armis, & bello, & militi-
bus, Imperium, patria, & parentes, defenduntur.
Hæc licet non mediocriter urgere uideantur; ni-
hilominus haud difficulter diſolui poſſe exiſtimo;
Nam dico, licet iura, & ſupra adducta, uideantur in
militia conſiderare, quādoque honorem, gradum,
& dignitatem: talis conſideratio, nō uſquequaque;
& abſolute procedit, Quia in caſu noſtro, non eſt
conſideranda militia aſſociata, & cui præſit aliquis
officialis: qui ideo ſit in dignitate conſtitutus: ſed
eſt conſiderāda ſimplex militia, nō ocioſa, ſicque
ſimplex Iureconſultus, uel ſimplex miles: quo caſu
affirmo, quod in ſimplici Militia, & milite, non eſt
10 dare dignitatem, † & ita loquuntur iura, & aucto-
ritates primo ſupra adductę: In milite autem, qui
aliqua dignitate decoratus ſit, uel ratione alicuius
officij militaris, uel alio modo, & ſiue ſub cingulo,
uel citra cingulum, prout arguit tex.in.l.omnes.C.
de meta.& epidemeti. tunc procedere poſſunt con
traria proxime dicta: & hæc conſideratio, & diſtin-
ctio ualide probatur: in d.l. his.& l.fin. cum alijs
ſupra.C.qui mili. poſ.lib.12. ubi etiam ſecundum
Bar. ibi, Miles poteſt habere militiam, & dignita-
tem, ſi ad idem tendant: & uidetur optime facere
tex.in.c.qui contra, ibi dignitatem, aut cingulum.
24.q.1.& clarius dixit Io.plate in.l.1.C.de equeſt.
dig.lib.12. ſicque tanquam diuerſa, militia, & di-
gnitas poſita ſunt: Nam clarum eſt in militia, offi-
ciales

ciales militares, multoa eſſe, ut. C. de fil. offi. mili.
libr. 12. alij enim Comites militares: Tribuni alij,
cõſtituuntur: ut in rub. C. de comi. rei mili. & l. 1.
C. de ſalga. hoſpit. non præben. lib. 12. alij prote-
ctores. l. 1. C. de domeſti. & protecto. eo. lib. & d. l.
a calligato. C. de nuptijs: Alij primipliarij, qui non
ſolum aquilæ. 10 legionis præerant, ſed etiam quat
tuor centurias, hoc eſt, 400. milites gubernabant,
ut refert Alciatus. C. de præmipil. lib. 12. in anno-
tatio. alij Conſules, & Magiſtri militum, & præfe-
cti, ut in auth. & C. de Conſulibus: alij Procuunſu-
les, alij legati, ut. ff. & C. de offi. proconſu. & lega.
de quibus fit mentio apud L. Feneſtellum, & Pom-
ponium lætum, in libellis de magiſtratibus Ro. ſunt
itidem in Militia multi ordines, & gradus, d. l. his.
& C. de tyroni. & l. 1. C. de agentibus in rebus. &
l. 1. C. de deca. lib. 12. & ſecundum Ayma. lib. 2.
Hiſto. iuris ciuilis, in l. ſuntoque ædiles; fere omnes
recitati officiales, habere dignitatem dicuntur, ut
in dictis iuribus. quare omnium illorum, in pęnis,
erat habenda ratio: inſpecta dignitate, gradu, uel
ordine militię, ut loquuntur iura communia. ff. de
re milit. tex. auth. C. tantum loquuntur, non de di-
gnitate aliqua, ſed de honore Militię: & ut clarum
eſt, dignitas & honor (ut inf. dicam) non ſunt pro-
priæ idem: & ubi in d. l. 1. fit mentio dignitatis in
protectore, illud pariter eſt officium, & dignitas,
quæ aliunde cõfertur: ut d. l. 1. C. de domeſti. & pro
tecto. & ſimiliter intelligenda ſunt iura in d. etius
r militare, & . c. militare, ſcilicet dum fit uerbum ibi
de dignitatibus, ut intelligatur de dignitatibus col-
11 latis militibus a ſuperiore: † Dignitas enim eſt
honor, alicui propter merita, Principis ſpecialiter,
uel legis beneficio impenſus, ſecundum Bar. in l.
1. C. de dignit. col. 7. ſequitur Alciat in l. pen. C. de
pac. col. 4. & generaliter illud officium habet di-
gnitatem annexam, quod exercetur ex collatione
Principis, ut per Paridem in trac. De Duello. §. 1.
lib. 7. per tit. C. de decurio, & de dignit. lib. 12. cum
ſequẽ. tit. & inquit Io. plat. lib. 12. in l. 2. C. de pręę-
poſi. ſacri. officium omne, quantumcunque uile,
nobile cęſendum, ſi conferatur à Principe, per d. l.
nemo in fi. de dign. unde non ſequitur hoc, ut ſim-
plices milites, eo ipſo, quod militant, habeant &
ipſi dignitatem, hoc enim nulla. l. probatur, nam
ubi iura loquantur de dignitate aliqua in milite, uel
militia, debent intelligi, de militia, uel milite, cui ſit
adiuncta dignitas, ut uidetur etiam intellexiſſe Mar
ti. Laud. in d. 15. q. in trac. de milite: & Alciatus ex-
plicat in l. pen. C. de pac. col. 4. ubi cum de militari
dignitate loquimur, non de omnibus militibus, ſed
de his qui ſpecialiter honorem conſecuti ſunt, in-
telligimus. Pariter non obſtat dictum Bal. in d. l. 1.
in fi. prin. quia ex eo quod Imperator, appellat mi-
lites, commilitones ſuos, non uidetur inducere di-
gnitatem in eis, cum inter milites, longa ſit differen
tia, quo ad ordines, quo ad gradus, quo ad hono-
res, & dignitates, ut ſupra demonſtratum eſt: aliter
enim intelligendo omnia iura ſupra, pro, & contra
adducta, tumultuarent: & confuſa redderentur:
cum tamen leges, legibus debeant concordare l. 1.
C. de inoffi. doti. c. cum expediat, de electio. in 6. &
refellſitur etiam dicta per Tullium pro L. Murena,
quia in hærendo prædictis, poſſumus dicere, eum
loqui de dignitate, uel militia alicui aſſignata, in
maxima dignitate etiam conſtituto, ut de conſule
renunciando, ibi agebatur. Præterea quicquid dixe
rit ibi Tullius more oratoris, ſuadentis quãdoq;
non uera, ſed ueriſimilia, non probatur iure; unde
12 dicamus ſecundum Philoſoph. † lib. 1. Topico.
Non ſemper perſuadebit orator: Non ſemper ſa-
nat Medicus: Vel dicamus eum ſapientius, & re-
ctius locutum lib. 1. officiorum, in diſputatione,
qua res urbanas maiores bellicis docet: inquiẽs,
parui ſunt foris arma, niſi ſit conſilium domi.
& illud proponit: Cædant arma togæ, conce-
dat Laurea linguę. Togati enim dicuntur docto
res, & aduocati. l. Sancimus: C. de aduoca. di-
uer. iudicio. & alibi pro Aulo Cecina, poſt multa
tradit: nihil eſſe in ciuitate, tam diligenter, quam
ius ciuile retinendum: etenim hoc ſublato, nihil
eſt, qua re exploratũ cuique poſſit eſſe quid ſuum
aut quod alienum ſit: nihil eſt quod æquabile in-
ter omnes, atque unum eſſe poſſit: & ideo cum his
conuenire uidetur, ut ius ciuile, ut ſupra dixi, ſit di
gnius recto, & ſic armis, & militia. Immo Docto-
res, Aduocati, & Iudices recti, utentes legibus,
prout debẽt; meliorem uitam agere dicũtur, quam
Fratres prędicatores, & alij religioſi, ut poſt Ho-
ſtien. & Alber. tenet Iaſ. in l. ſ. nu. 8. ff. de iuſt. & iu-
re. ex quibus, & alijs præmiſſis, omnis obiectio
interempta uidetur.

Non ibo tamen inficias, quin militia ſit honor,
13 † & quin in ea ſint gradus, & ordines, ut in dictis
iuribus. ff. de re milita. & in d. l. per id tempus, &
alijs. & poſſumus etiam fateri, quod Militia non ſo
lum ſit honor, ſed & nobilitas quædam: ut per Al-
ci. in trac. de ſing. certa. c. 30. qui hoc affirmat in
quocunque gregario milite, & pedite. & per Pari-
dem. in d. §. nobilis. & . §. ſeq. lib. 7. per tex. inter alia
in. c. cum eſſent, de Simonia, allegatum per Lucam
de pœnna, in. l. 1. C. de condi. in pub. hor. lib. 10.
quæ nobilitas, eſt infinita, quæ etiam dicitur inno-
minata, ut per Pari. eo. trac. §. 1. lib. 7. col. 3. & 7.
num. 28. Nam ſecundum eum ibi, poteſt eſſe ali-
qua nobilitas ſine dignitate, cum dicat, ex dignita-
te aliquem Nobilitatem conſequi, per l. 1. C. de di-
14 gnit. lib. 12. & commemorat quod † triplex eſt ho-
minum ſtatus; uidelicet Maiorum, qui habent di-
gnitatem, Mediocrium, qui ſunt nobiles, ſine di-
gnitate; Minorum, qui ſunt ignobiles, & plebei: al-
legat text. in. §. legitimi. in auth. qui. mo. nat. effi-
ciu. ſui & . §. quiſquis, in auth. quibus modis. natu. ef-
fi. legi. ubi iunctis maxime. §§. præcedentibus di-
cti §. quiſquis, hęc ualide probantur; & ſequitur
glo. ibi. in uer. illuſtres; dum primo fit mentio de
omnibus dignitatibus, quæ uſque ad Imperatorem
aſcendunt: ſecundo de militijs honeſtioribus, & ne-
gotijs, & omnino profeſſionibus dignioribus: Ter-
tio de abiectis, & de militibus uilioribus & obſcu-
rioribus:

15 rioribus;quos caligatos lex appellat,† unde Paris,
dictis.§§.ſcribit,quòd miles in caſtris uerſatus per.
10. vel.15. annos, nobilitatem acquirit. Nec re-
pugnat ſi dicatur; ſi militia habet honorem, &
nobilitatem, ergo & dignitatē; nam reſpon.quod
26 honor eſt quid diuerſum à dignitate, † quia ho-
nor eſt dictio,& uox lata, & eſt principium & ſi-
gnum uirtutis, ſecundum philoſop.primo ethico,
& primo Rethoricorum,eſt beneficiiue operatio-
nis ſignum, unde non eſt dignitas ipſa, ut de ſe pa
tet; nec uirtus eſt nobilitas, aut dignitas ſecun-
dum Bar. in d.l.j. num.74. C. de dignit. ſequitur
Alciat.in reg.1.in tractat.præſumption. præſump.
48. & honorem eſſe quid diuerſum à dignitate, di-
xit Io.Platea,in l.j, C. de equeſt.dign.lib.12. facit
quia maritus & uxor, non ſunt affines, ſed prin-
cipium affinitatis, ut in vulgaribus iuribus legi-
tur: Faciunt & tradita per Iaſ.in l. ſi ita ſtipulatus,
17 §. Griſogonus.col. 8.ff. de uer.oblig.ſequitur† Ca
tel.Cotta in ſuis Memoralibus in dictione, Digni-
tas: ſcilicet, quòd quis honoratur in memoriam
præcedentis dignitatis, l. fi.ff. de decurio, ſicque
28 ponit hæc tanquam diuerſa: Similiter † reſpondē
quòd nobilitas, & dignitas, diuerſa ſunt, recte lo-
quendo; licet quandoque hæc tanquam eadem,
ponant ſcriben. ut tactum eſt ſupra, & innuit Al-
ciatus.c.34.de ſing.cert.& probat glo. in c. conſti
tutis. 2.in uer.impotentiam, de appellatio, & text.
in d. cap.qui contra,24.q.1. vbi extra dignitoſos,
ponuntur nobiles,inter priuatos leuius puniendos,
ignobilibus: Verum quia Bart. in d.l.j.colu.3. de
dignit. uidetur tenere, quòd nobilitas idem ſit
quod dignitas; quando nobilitas proprie accipi-
tur, prout facit quem differre à plebeis, ſeparata
ab officio & adminiſtratione, quia ſola dignitas
eſt,quæ facit quem differre à plebeis in l.j. in fi. &
l.3.ff.de ſuſpec.tuto: poſſumus reſpondere,aſſum
ptum hoc Bart.& illud ex mente Iaco. de arena,
per l. ne quis. C.ut nemo priu. ut omnis qui ca-
reat dignitate, ſit plebeius; & qui ſit in dignitate
deſinat eſſe plebeius: non probari per altera iura,
quia in d. ſin.l.j. & §.tutores, dicatur: plebei pu-
niantur, ſi tutores deliquerint, humiliores tamen;
non autem, qui in aliqua dignitate ſunt poſiti:
nam ex hoc, ibi non infertur,quòd ſola dignitas
29 faciat quem differre à plebeis, † quia fieri poteſt,
ut dignitas faciat differre quem à plebeis, ſed hoc
etiā poteſt contingere, ex alia cauſa; ut puta, ex
nobilitate, & militia, per ſupradicta, vt adduco
optime probantem text.in l.3. C. de commerci.&
merca, dum ibi prohibet nobiliores natalibus, &
honorum luce conſpicuos, & patrimonio Ditio-
res,mercimonium exercere,ut inter plebeios,& ne
gotiatores, facilius ſit uendendi, emendique com
mertium:ſimiliter,ut dixi militia facit quem differ
re à plebeis, licèt non ſit dignitas.d.l.fi.C.de paga
nis.& per Bar.d.l.j. C.de dign.nu.44. & nu.83. &
in d.l.ex eo.ff.de teſt.mili.Nec in d.l.ne quis,pro-
batur,quòd omnis carens dignitate, plebeius ſit;
licet concedatur, cū qui exiſtat in dignitate, deſi-
nere eſſe plebeium: immo ille tex. videtur poſſe re-
iaculari contra Iac.de Are. & Bart.in maiori, ſeu
prima cōclusione præmiſſa: quia ibi dicitur ſi quis
plebeius eſt, ultimo ſupplicio ſubditur: ſi clariſſi-
mus, uel curialis, vel miles, uel clericus, depor-
tandus eſt; ſicque ponit differentiam inter ple-
beios, & clariſſimos, quos dubium non eſt ha-
bere dignitatem nominatam: & curiales, qui di-
cuntur habere dignitatem innominatam, ſecun-
dum eundem Bar.d.nu.44.& ponit ēt differētiam
inter milites, quos affirmat non habere dignita-
30 tē, uel nominatā, uel innominatā, † ex mente eiuſ-
dē: immo ex tex.d.l. ne quis, uidetur corroborari
ſupra d.opi. quòd triplex ſit ſtatus hominum: licèt
Alciatus in d.l.pen.C.de pac.col.4.& in l.ſpecio-
ſas.ff.de uer.ſig.contra opi.recentiorum, ſecutus
(ut opinor) Gul.Bude.in l.fi.ff.de ſenato,fo.197.
qui Romæ eos tres ordines tantum ponit, conſi-
derauerit generaliter in iure, tres eſſe hominum
conditiones, videlicet ſenatorum, equitum, & ple
beiorū: quæ, ſi recentiora non priſca tempora
inſpiciantur & alia etiā loca, q̄ Roma, non placet:
nam præterquam quòd defectiua ſit, lege non
31 probatur; † ſunt enim quattuor ordines dignita-
tum nominati & diſtincti, ut in auth. de appella-
tio.& intra quæ temp.§.1.2.3. & 4. & in auth. ut
ab illuſt.& refert glo. in prohemi.inſti.§. cumque
hoc.in ver.illuſtribus; à quibus non recedit idem
Alcia.in trac. de ſing.cert. c.32. ultra quos quat-
tuor, dantur & aliæ dignitates infimæ, vt defen-
ſores ciuitarum, & magiſtratus municipiales, ut in
d.gl.& Areti.ibidem, & permulta Iaſ.in l.j.col.1.
32. in prin.ff.de off.eius. † qui ægregij dici poſſunt
ſecundum Mat. Gribaldum Mop. in tract. de
ordi.ſtud.libro.3. circa.fi & ita apud nos appel-
lari uidentur; ſed & curiales, ſeu decuriones di-
cuntur habere dignitatem, vt per Bar. in d.l. j. C.
de dignita. quorum omnium, ultra ſenatores &
poſt eos, ſtatus omittititur ab Alciato: poſt equi-
tes enim innuit omnes eſſe plebeios: & à ſenato-
ribus ſupra, non aſsignat uel comprehendit vllum
ordinem. quod non poteſt procedere, per ſupra-
dicta: cum vltra ſenatores, qui ſunt clariſsimi:
quandoque dicti ſecundum eum ſpectabiles, & il-
luſtres: ſuperilluſtres dentur. Videtur tamen Iaſ.
in l.j.ff. de off.eius. n.5. poſuiſſe ſenatores ſu-
perilluſtres; per l. fin. ff. de ſenato. quæ lex
an hoc probet, alibi dicetur, & in qua dignitate
ſint, ſecundum recentiora tempora: cum dicatur
Cardinales, loco eorū ſucceſsiſſe, vel alias dic, q̄
Senator vrbis Romæ vnus tantum habeatur, loco
eorum omnium, vt per Io.Montaignem in trac.
de parlamētis, in 2.parte, verſi, adde quòd quam-
uis videntur tamen hi Cardinales, & Senator, Illu
ſtres, vt per Iaſ.in d.l.1. Quarto loco, econtra-
33 cio arguitur, † quòd doctoratus eſt dignitas: alle
gatur tex.in.c.quanto. de magis. per Bar.in.§.1.
col.3.C.de no.Cod.faci.l.fin.C.de iudæis, & in l.
omnes.C.de decurio.lib.10.ſequitur Abbas in d.
c.quanto.& in.c. propoſuiſti.col.fi.de probatio.

& alibi,& ibi Declus in fi.& Feli. in d.c. quanto,
& Io de anna.ibidem dixit hanc eſſe comunem
* * opi. ut etiam eum refert Feli.ibi; quia tanquam
magiſtri, dignitatem conſequantur; Alex.in d.l.
centurio.col.3.ff.de uulga. & pupil.ubi Ripa.nu.
15. Iaſ.in d.l.pe.C.de pac.col.j.Areti.in prohœ-
mio inſti.in prin.col.2.Hyppo.de Marſi.in.l.edi-
ctum col.1,ff.de queſtio.& in.§. expedita. col.6.
in practi.crimi.ubi not. multa adducit; & idem
tenet Martinus meus Laud.in trac.de digni.23.q.
& Petrus Lenan.de doctoribus.q.6.3. partis; &
cõſuluit Alex.conſ.16.&.18.&.94.uol.1.etiam in
doctore artiũ, & medicinę, ſequendo Bar.in d.l.
oẽs,(qua tamen medicina, præſtabilior dicitur
Ciuilis facultas, ut docet Ariſt. Ethic.lib.2.c.13.
de qua re, & qui præferantur, Doctores legum,
uel Medicine, abunde loquitur, Io. Neuizanus,
in Silua Nuptiali. lib.5.num.74.uſque ad nu.88)
* & hanc eſſe communem * opni. pariter aſſerit
Decius,conſ.161.colu.2.uolu.1.quicquid dixe-
rũ Bal.in.§.ideoque.C.de no.co.facien.& Alcia.
d.col.4.quod doctoratus non ſit proprie digni-
tas; ſed largo modo.ſicut militia, & ſacerdotium,
quod non uidetur,quia licet non ſit dignitas pro-
pria, illorum quattuor graduum ſupſcriptorum,
uidelicet ſuperilluſtrium, Illuſtrium, Spectabi-
lium,& Clariſsimorum;erit tamen infimorum ut
ſupra, & ſic innominatorum, ex mente Bar.in d.
l.1.C.de dignit. uel reſpõde,ubi doctoratus non
eſſet proprie dignitas, & ſic nominata, ut ſupra,
non referre; cum illam habeat,quæ facit eum dif-
ferre a plebeio;& pagano; & anteferendam mili-
tiæ;ſicque etiam propria appellari poterit;licet &
24 impropria ut ſupra;† quia proprie aliquid poteſt
dici uno reſpectu, licet abſolute ſit improprie ta-
le.l.3.ff.de bono.poſ.&.l.proprie.ff.de uer.ſig: &
ſecundum Bar. in.l. ſi maritus.1.§. legis.ff. ad.l.
Iul.de adulte.in his quæ ſunt iuris, non facti, eſt
idem eſſe tale, uel haberi pro tali, prout in caſu
noſtro, ſcilicet,ut Doctor dicat habere dignita-
tem. Et quod Doctoratus ſit dignitas, iam clare
uidetur expreſſum per Theodoſium. II. Imp.in
Conſt.ſeu priuilegio Bononienſi.in uer. ad magi-
ſtratus. ubi Lud. Bolog.col.2. Immo & Domi-
nium dicitur, ut ibi, in uer.ab ipſa dignitate, ubi
idem Lud. colu. 1. Quam quidem communem
* opi. *unico fundamẽto cõfirmo:ex eo quia Ad-
25 uocatio † dicitur officium, per quod uita,& pa-
trimonium hominum defenduntur ut in.l.aduo-
cati.&.l. ſancimus.C.de aduoca.diu.iudiciorum,
hocque fortius, & pinguius in doctoratu colla-
tum cenſeri debet, quandoquidem id fiat ex au-
ctoritate, & collatione Principis, uel ſuperioris,
per Inſignia doctoratus,uidelicet per cathedram,
Biretum,Librum,Annulum,& Oſculum,cum de-
claratione, & auctoritate, Docendi, Diſputandi,
terminandi, Interpretandi, Gloſſandi, & cathe-
dram magiſtralem aſcendendi:illamque regendi,
in ſcientijs acquiſitis,ut habetur in cle.2.cum glo.
ubi Cardi.de magis.& per Alex.conſ.110.col.2.
uol.6.& abundantius hęc declarat Petrus Lenan-
der in tract.de Doctoribus.in. 1. part.q. 3.& Al-
ciat. Parerg.iuris, libr.8.c.10. & conſtat ex ſerie
priuilegiorum, quę quotidie in tali formula, Do
ctoratis concedunt. quo caſu ſuccedit abſoluta
concluſio: ut illud officium habere dignitatem
annexam dicatur, quod exercetur ex collatione
Principis, uel ſuperioris, ut ſupra dictum eſt per
Paridem in d.§.1.lib.7.de duello. & uidetur eſſe
de mẽte Bar.in.d.l.1.C.de dignita.lib.12.& pro-
pterea bene conuenire uidetur doctri. Bal. in.l.
qui indignum.ff.de Senato. quam ſequitur De-
29 cius in.c.clerici.de iudici.col.3. inquiens † quòd
per doctoratum confertur dignitatis adminiſtra-
tio, unde concludendum omnino eſt,doctoratui
ineſſe dignitatẽ. In quo minus ẽſt dubitandum,
quãdo doctor habet iuriſdictionem ordinariam,
ut ſentit Abb.in d.c.propoſuiſti.in fi.de probatio
& d.c. quanto, de magis.quem Feli. ſequitur per
aut. habita.C. ne fili.pro patre. illaque eſt ratio
27 † quia iuriſdictio tribuit dignitatem,ut ibi, & per
Archidiaco.in.c.1.de conſuetu.lib.6.refert,& ſe-
quitur Barba.in trac.de præſtan. Cardinalium.q.
1.§.nec obſtant:& item quando doctor eſt iudex,
quia iudices dicuntur habere dignitatem. ut per
Bar.in l.Iudices.C.de dignit.lib.12. ſequitur Mar
ti. Laud.in trac. de digni.q.31.immo inquit Spe-
cu.in tit.de iuriſd.om.iud.in uer.minimi,qđ om-
nes iudices clariſsimi poſſunt appellari, prout in
hac Laudẽſi ciuitate, doctores appellantur: Qui-
nimo etiam poſt depoſitum aduocationis offi-
cium,aduocatus dicitur clariſsimus, Bar.in.l. 1.
C.de aduoc. diuerſ. iudicum. ſequitur Petr. in d.
tract.de doctorib.in.2.parte.§.ſeptimo.ideo dici-
tur etiam habere dignitatem, qui præeſt cogni-
tioni alicuius caſtri, uel uillæ: Iaſ. in trac.de Feu-
dis,nu.75.Soci.conſ.67.uol.1.Attẽtis igitur præ-
miſsis, pręſertim quia Militia non ſit dignitas,do-
ctoratus uero ſit dignitas, etiã ſecũdum commu-
* nes * opi,firma ſtabit concluſio: ut doctor ſit mi-
28 liti † præferendus, ſimpliciter loquendo; quæ
probãtur, ẽt ex auctoritate gl.in.l.Quod conſtitu
tũ. ſecundũ Bal.ibi.ff.de teſta.mili.& in prohœ-
mio.ff.in fi.prin.Areti.in prohæmio inſti.in prin.
col.2.& in.§.fi.inſti.de teſta.mili, Abbas,& Io.de
Ana.in d.c.quãto.de magis.Feli. in rub.de maio.
& obedien.col.2.Alex.in.l.cẽturio. col.2.nu.10.
ff. de vulga.Iaſ.in d.l.pen. col.1.C.de pac. Nico.
Boerius in trac. de ordi. gradu. utriuſque fori, in
prima parte col.pe.& Petrus Lenan.in trac.de do
ctoribus in.3. parte,q.6.Hanc tamẽ cõcluſionem
declarant aliqui,procedere in doctoribus ſcientia
29 prædotatis,& egregijs,† non autẽ in doctorellis:
qui parũ meruerunt, & paucas leges cognoſcunt,
ſecũdũ uerba formalia Bal.in d.prohęm.ff.ſequi-
tur Paris in trac.de duello.lib.7.§.1.n.31.cũ quo
ſimpliciter trãſit Alex.d.n.10.& Io.de Ana.& Fe-
lin.d.c.quanto, & Marti.Laud.co.trac.de dignit.
q.17. & Areti.in d.prohęm. inſt.ſed alijs In locis
ſupra adductis, docto.loquuntur generaliter, &
indiſtin-

indiſtincte: prædicta tamen opi. videtur reprobata per Areti. in. c. clerici. col. 2. de Iudici. vt eum refert, & ſequitur Feli. ſibi contrarius in ea rub. de maio. & obedie. hos pariter refert, & ſequitur Boerius ubi ſupra, quæ quidem opi. mihi videtur uerior; illo argumento inter alia; quia ex quo Docto
50 ratus præſupponitur dignitas † & dignitas confertur etiam indigno, & quandoq; propter vitia, vitioſo; ut per Bar. & Io. de plate. in d. l. 1. C. de dignit. col. 8. & tamen indiſtincte dignitatem habentes, ſunt honorandi, & præferendi. ut etiam ſupradixi: Dignitatis enim nō perſonæ, videtur habenda ratio; nam non mutatur dignitas, propter qualitatem perſonæ. ut in ſimili dicit Bar. in. l. qui iure re. ff. de ſta. homi. quòd furor ſuperueniens, non mutat dignitatem; a fortiori tales Doctorelli, & ipſi erunt militibus præferendi. Alio etiam modo aliqui declarant; ut ſcilicet in actibus doctoreis, & in differentibus, ſeu promiſcuis, docto. Præferantur militibus: in militaribus vero præferantur milites, hæcque declaratio uidetur habere multos conſocios, videlicet Alex. in d. l. cēturio col. 3. Fel. in d. rub. de maio. & obed. col. 2. & in d. c. quanto circa fi. poſt Bart. diſtinguentē vt ſupra, & Aret. in d. §. fi. & Marti. Laud. d. q. 17. referens Signo. hom. in ſimili. q. diſputata per eū, qui Signor. plura argumēta, conſi. 23. facit remotis, & nihil determinat. idem tenet Bart. uero, in tract. de Imp. mil. deligen. col. pen. Idem Boeriu. d. col. pe. mouentur autem prędicti Docto. per tex. in. l. 1. C. de offi. vica. Sed hæc declaratio non placet, licet hactenus, non uiderim ab aliquo impugnatā, & ſentio cum
31 his qui indiſtincte affirmant † vt ſimplex Doctor, ſit ſimplici militi præferendus: & moueor, ultra illud dictum, a milite abeſſe dignitatē, Doctori autem adeſſe: quæ maxime urgent, ex fundamentis ſupra recitatis: uidelicet quia leges, & iura, armis, & bello ſint antiquiora, & digniora, atque regens nobilius eſt recto, & alijs. Nec videtur obſtare tex. allegatus in d. l. 1. C. de offic. uic. quia ille tex. loquitur in uicarijs, & comitibus militum: qui cum duce in dignitatibus æquiparantur, ut habetur in gloſſ. dict. l. 1. C. de profeſſ. qui in urb. conſtan. per. l. 1. C. de Comit. & archi. lib. 12. cum gloſſ. & uidentur eſſe Illuſtres, uel potius ſpectabiles: At in caſu noſtro, differunt in multis Doctores, & Milites inter ſe, præſertim cum non ſint pares in dignitate ut ſupra: & ideo non uidetur officere argumentum dict. l. 1. C. de offi. uic. Nec aliquo modo obſtat dict. l. 1. C. de aſſeſſo. iuncta l. 1. C. de præfec. ſac. cubic. quæ per Veronen. dicitur facere; quia nihil penitus probat. Sed quod plus eſt, ſi fingamus a Doctoribus abeſſe dignitatem, prout dicitur abeſſe a Militibus: uel ſi fingamus omnibus ineſſe dignitatem: nihilominus per alia prædicta, uidentur omnino Doctores præſtantiores eſſe. Nobiliſsimi enim etiam ab Imperatore appellantur in. l. prouidendum. C. de poſtul. & per Paridem Puteum in. §. quia ſæpe. nume. 27. in tract. de duello. & Alexan. conſil. 213. nume. 11. uol. 6. prout etiam ipſe Imperator nobiliſsimus dicitur in. l. quæris. ff. de nat. reſti. & merito etiam Sacerdotes uocantur: quia ius eſt ars boni, & æqui. l. 1. in prin. ff. de iuſt. & iur. & Sacerdotalis dignitas, præualet poteſtati temporali: ſicut Sol Lunæ. c. duo ſunt. iuncta glo. fi. 96. diſt. & per Abb. in. c. nouit. de iudic. ſequitē Bertachi. in tract.
32 de Gabellis in. 2. parte. q. 14. † Sicque & alijs decorantur epithetis, & præclaris titulis; de quibus per Io. anna. in d. rub. & in. c. quia. col. fin. de magis. Nam Doctor uocitatur Anteceſſor, Magiſter, Profeſſor, Iureconſultus, Dominus, Præceptor, Sacerdos, Iuriſperitus, Pater, Vir Celſior, vt etiam oſtendit Felin. in d. rub. de maio. & obed. & per Marſil. in d. l. edictum. & d. §. expedita; ubi inter alia, ab eo doctores etiam appellantur, quaſi Radij ſolis, & uelut ſplendor firmamenti, & Luminaria; per quos uniuerſum corpus orbis, errorum tenebris profugatis, veluti Sidus matutinum, irradiat Papa: de quibus per Petr. Lenau. in dict. tract. de doctoribus. in. 2. parte. §. uigeſimo. & adde ut clariſsimi cenſeri poſsint, ut ſupra, nu. 27. At milites tantummodo nobiles appellari repeřiuntur. d. c. cum eſſent. de Simonia; Et ideo pręferendi erunt Doctores omni caſu; nam licet eſſent in eadem dignitate conſtituti Doctores & Milites, poſſet tamen dari prælatio; quæ datur quandoque inter exiſtentes in eodem gradu; uerbi gratia Illuſtrium, ut uidetur tex. in l. 2. C. ut dig. ord. ſer. & arguit Alciatus. cap. 33. de ſing. certa.

SVMMARIVM.

1 *Imperator mundi & totius orbis eſt Dominus vniuerſalis; & debet poſſidere rationabiliter vniuerſam terram, qua aſcendentem videt, & deſcendentem ſolem. nume. 2. eſt communis opin. & tanquam Catholica recipienda. nume. 9. De facto non habet locum. nume. 10. nec in ſpiritualibus. nume. 11. nec quo ad res ſingularium, ſed quo ad vniuerſalem iuriſdictionem. nume. 12.*

3 *Imperator dicitur ſummus ſuperior, & corporalis mundo deus; qui in terris adoratur, lex animata; & legis, & communis omnium pater, & Pontifex Max.*

4 *Imperator, & Papa ſunt ſupra omnes gradus, etiā ſuperilluſtrium. 5.*

6 *Imperator decoratur titulis pluſquam mortalibus.*

Imperator nullam ordinem habet. ibi.

Maieſtas duplex eſt, Diuina, & Humana; qua triplex eſt, Imperatoria.

Regia, Pretoria: ibi.

Imperator non vocat aliquem Dominum: nec etiam Rex vxorem ſuam.

7 *Imperator ſolus Princeps dicitur: & Rex Regum appellari poteſt.*

8 *Imperator habet omnes Reges, & Principes*

ſub ſe. Patris poteſtas ad omnes Chriſtianos pertinet.

9 *Imperatoris preminentiam, ſubiectionem, & iugũ, non præſcribit, præſcribẽs reſeruata Principi.*

IMPERATOR EST
Dominus Mundi.

ORbem uniuerſum comprehen-
dere ſiniſtra manu, ideo depi-
1 ctus eſt Imperator † quia Mun-
di, & totius orbis eſt dominus
vniuerſalis l. deprecatio. vbi Bal.
ff. ad. l. Rhod. de Iac. l. bene a Ze
none. in fi. C. de quad. præſc. &. C. de Iuſtin. Cod.
confir. in prin. c. in apibus. 7. q. 1. & in extrauag.
ad reprim. in prin. ubi Bar. in uer. totius orbis. &
Catel. Cotta in memorabilibus, in dictione, Impe
rator orbis. & Bar. in. l. 1. §. per hãc. ff. de rei uend.
& in. l. hoſtes. col. 2. ff. de capt. & poſtl. reuer. ubi
tradit hæreticum eſſe, aliter ſentire: & eſt tex. in. l.
1. ibi, noſtri orbis, ubi not. Hippol. Marſil. nu. 96.
C. de rap. uirg. & Abb. cõſ. 51. uo. 2. & Corn. conſ.
200. uol. 1. Socin. conſ. 275. uol. 2. Decius conſ.
307. uo. 2. Alex. conſ. 76. uo. 2. & ideo ſecundum
2 Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. col. 3. † ratio
naliter debet poſsidere uniuerſam terram: quæ
uidet aſcendentem, & occidentem ſolem. & quæ
ex utroque latere eſt, per tex. in auth. ut omn.
obed. iud. §. 1. & in auth. de inſtrum. caut. & fi. §.
1. unde Abb. d. conſ. 51. totum orbem eſſe unum
Territorium Imperatori commemorat: & ſecun-
dum eundem Bal. de pace conſt. in prin. dicitur
legatus, & Proconſul Dei, & omnium ordinarius,
& idem dicit in l. 1. C. de iure aur. annul. quem ſe-
quitur Hip. Marſ. in. l. 1. nu. 98. C. de rap. uirgin.
dictum eſſe uicarium Dei in temporalibus: & cor-
poralem mundo Deum, ut per eundem Bal. in. §.
ſi. de prohib. feud. alien. per Feder. Nam ut Deus,
eſt Princeps in Cœlis, ſic Imperatorem Vicarium
ſuum conſtituit in terris, & dominatorem in fide,
ac ueritate, & iuſtitia, ut per eundem Bal. de pace
3 conſt. in uer. diſpenſationem nu. 5. † Hinc iure
merito, in terris adoratur, quo ad omnem reue-
rentiam exhibendam, ut legitur in. l. reſtituendæ.
C. de aduoc. diuer. Iud. & in. l. fi. C. qui nil. non
poſ. lib. 12. & per Martin. Laud. in tract. de Prin-
cip. q. 173. & habetur in. l. 2. ubi. Ioan. plat. C. de
fabricens. lib. 11. Diciturque etiam lex animata in
terris, ut in aut. de conſul. & per Martin. d. tract.
q. 21. Item dicitur pater legis, ut in glo. cum tex.
in aut. de inceſ. nup. §. dubitatum. atque commu-
nis omnium pater, ſecundum glo. cũ tex. in auth.
neque uir quod ex do. in. §. fi. & per Parid. Put. in.
§. duo reges uu. 10. lib. 7. in tract. de duello. & Lau
rent. Calcaneum conſ. 2. col. 17. Vnde infert eum
committere contra legem naturalem, qui contra
Imperatorem, uel Papam, & Principem facit, ut &
per Martin. Laud. in tract. de crim. læſ. maieſ. q.
20. Dictus quoque fuit Pontifex. max. c. de capi-
tulis. 10. diſt. c. cleros. 21. diſt. glo. in. c. 2. de ma-
ior. & obed. Ita econuerſo, Papa dicitur Impera-
tor, & Princeps, ut in. d. glo. & per Cardin. Alex.
in. c. per uenerabilem. col. 132. qui fil. ſint leg: Et
dicitur ſummus ſuperior. l. pen. ubi Bal. C. de bo-
nis quæ lib. ibi; Imperialis enim fortuna omnes
alias ſupereminet: ſequitur Decius d. conſ. 307.
4 Quo fit ut recte † Imperator & Papa, cenſeantur
ſupra omnes gradus, etiam ſuper Illuſtrium: quia
omnes dignitates ab ipſis profluunt, tanquam a
fonte, ſecundum Bal. in. c. 1. in prin. in. 1. not.
quis dic. dux. & Ioan. Plat. in. l. 1. C. de ſilent. lib.
12. ſequitur Iaſ. in l. 1. nume. 4. de offic. eius. affir
5 matque contra relatos per eum † eos non eſſe
in numero ſuperilluſtrium: ut ante eum tenuit
Ang. & Alex. ibi, & Martin. Laud. in tract. de prin
cipibus. q. 167. & Socin. in. d. l. 1. qui inquit ita te-
* nere communiter modernos: & hãc * opinionem
affirmat neriorẽ Corſetus in tract. de poteſ. re-
gia, in. 3. parte. q. 21. licet conſentiat, ut Papa, &
Imperator poſsint dici ſuperilluſtres, quia ſunt
ſupra illos, ut dixit etiam Alex. d. l. 1 facit quia
quòd pluris eſt, utique tanti eſt, ſecundum Bal. ut
ſupra: ſicque poteſt ſaluari opinio Alciat. c. 32.
de ſing. cert. cum alijs, qui aliter ſentiunt. Quam
quidem opinionem, uti ueriorem omnino ample-
ctendam opinor per tex. fere in terminis, in. c. mi-
ramur. uerſ. quod ſi. 61. diſt. & illo etiam argu-
6 mento. † quia Imperator decoratur titulis pluſ-
quam mortalibus: cum non ſolum Sereniſsimus,
& Inclytus, ſed Diuinus, & Sacratiſsimus appella-
tur, ut in prin. ff. &. C. ubi ex opinione Bal. ibi, Au
guſtus, Fœlix, Pius, cum ſua maieſtate inſcribitur,
ut in d. l. bene a Zenone. in fi. & in l. Imperialis. §.
præſenti. C. de nuptijs. & l. fi. C. de donat. inter
uir. & ux. adoratur enim ut dictum eſt, atque nu-
men in ſe eſſe oſtendit in. l. 2. C. ut dign. ord. ſer-
ue. Maieſtas autem cum duplex ſit: Diuina, &
Humana, ut in. l. gazaros. C. de hæreticis. & ma-
nich. Humana inde triplex deſcribitur: Impera-
toria, Regia, & Prætoria, ut diſſeruit Socin. conſ.
22. nume. 4. uol. 1. Imperatoria equidem ſuprema
eſt, per iura per eum allegata: & propterea recte
Bal. ait in. l. ſecundum. C. de con. & comit. ſtip.
Imperatorem non uocare aliquem dominum.
Imo nec uxorem ſuam, aliquis Rex dominam
uocare tenetur, ut colligit Ant. Corſ. in tract. de
poteſt. reg. in. 3. parte. queſt. 30. Item Impera-
tor conſecratur, licet impropriè. c. uenerabilem.
de election. ubi doct. nullum enim ordinem ha-
bet, ut in glo. fi. c. Valentinianus. 63. diſt. dicunt
tamen quidam, habere ſubdiaconalem: quod
uerum non eſt: Gerit tamen officium ſubdia-
coni, cum adminiſtrat Epiſcopo, ut ibi, & per
doct. præſertim Abb. in. d. c. uenerabilem. num.
* 6. de elect. qui inquit ita ibi cõmuniter * tene-
ri: idem tenet Martin. Laud. in tract. de prin-
cipib. q. 83. Dixit tamen Ant. Corſetus d. tract.
de poteſ. regia. q. vltima, quod Reges omnes
dicuntur clerici: quia ſe, & alios, regere de-
bent.

7 bent.per.c.duo ſunt genera.12. q. 1.† Quibus fit
vt Princeps ipſe ſolus dicatur, quando iſta di-
ctio ſimpliciter ponitur, vt per Aretin. in pro-
hœm.inſtit.in prin.col.1. & per Petrum Antibo-
lum in tract. de muneribus.§. amodo. verſi.tene-
tur, per. §. Sed quod principi.inſtit.de iure nat.
facit tit.ff.& C.de conſt.princip.Bart.in.1.conſt.
ff.in fin.prin. Recteque appellari poſsit Rex Re-
gum, & Dominus dominantium, ut de Rege Na-
buchadonoſor habetur, in Daniele.c.2. & per
8 Bar.in d.uerſ.totus orbis † omnes ubique Reges,
etiam Franciæ, & Hiſpaniarum, & Britanniæ, &
oẽs principes ſun: ſub Imperatore, ſecundũ Mar-
tin.Laud.in tract.de princip.q.17.& 60. qui tra-
dit eos tamen non peccare, non præſtando ſu-
biectionem, poſtquã Imperator eam non pe-
tijt. quòdque in Francia contrarium obſeruat
conſuetudo, quia ſoli papæ ſubduntur. Verum
Alciat.in l. poteſtatis. ff.de uerb.ſign. inquit, li-
cèt Franci Imperatori non ſubdantur, tamen ſunt
pars Imperij Rom. propterea ad omnes Chri-
ſtianos patriam poteſtatem pertinere præmittit,
arg.l.in vrbe.ff.de ſtat.hom.ſed melius videtur ſa
cere l.Roma.ff.ad municip.gloſſ.tamen inſti de
patri.potes. in ver.Romanorum, aliter ſentit. ſed
vide ibi Aretin.& Ab.& Cardin.Alex. de pręmiſ-
ſis tractant in c.per uenerabilem. in glo.in uer.re-
cognoſcat.qui fil.ſint.legit.& Ioan.Bertachin. in
tract.de epiſcop. in.2. parte. §. nec obliuiſcaris.
lib.4. per text.in d.c.in apibus. & l.2. C.de offic.
præfec.præt. & inquit Bal.in l.j.ff.de offic.præ-
fec.præt. quòd truffa eſt aliter ſentire. & Corn.
conſi.199.nu.5.uol.2.& Iaſ.in l.j. colum.2.C.de
ſum.trin.per plura, vbi affirmat iſtam opi. com-
* muniter* teneri: licèt Io.Fab.Rapha.Fulg.& non-
nulli moderni, tenuerint contrarium per l. mer-
catores.C.de comer.& merc.cum ſim: & pro, &
contra, etiam tenent copioſe adducti per Felin.
in c.cum non liceat, nu. 10.per 7. col.de præſcri-
ption.nihil ipſe determinans: & addo etiam con-
trarium tenuiſſe Oldrad. conſil.69. per plura:
quod terribile dicit Feli. ibi.ad quæ reſpõdet ipſe
Iaſ.contraria de facto procedere, vt ſenſit etiam
Philip.Franc. in rub.de appellat.colu.4. in Rege
Francorum, & Hiſpaniarum: & vbi ſupra Iaſ.
etiam ſoluit obiectum per not.per Bar.in d.l.j.§.
per hanc.& alia cõcordantia: quòd ex quo mun-
dus eſt quid vniuerſale, non repugnat quin Im-
perator dicatur vniuerſalis Dominus; licet in
particulari, aliqua ad alios ſpectent: idem vi-
detur ſenſiſſe Felin.ubi ſupra, colum.pen.verſic.
* Nono.Iaſ.tamẽ in d.l.j.nu.10.communem.*opi.
tradit, ut Rex Franciæ non ſubſit ipſe Imperio.Po-
teſt omni caſu, alia ſolutio militare, quã elicio ex
verbis Ang.in l. hæc autem.in fin.ff.de ſeru.vrb.
præd. quem ſequitur Decius d. conſil.307.col.3.
vt ſi etiam præſcribantur merum imperium, &
reſeruata principi, quæ per præſcriptionem im-
memorialem acquiruntur, ſecundum Dec.con-
ſil.271.num.15.& Balbum in tract.de præſcrip.

in 2.parte, quintæ principal.verſi.quarta quæſtio.
9 † non tamen eximitur a iugo & ſubiectione Im-
peratoris talis præſcribens, vt videtur text.vbi
Salic.in l. competit.C.de præſcrip.30.vel.40.an-
no. quia ea quæ competunt principi in ſignum
ſuperioritatis, ſiue vniuerſalis recognitionis, ut
præſtatio cenſus, vel tributi, nunquam poſſunt
præſcribi, vt per Martin.Laud. in tract.de prin-
cip. q.391. niſi immunitas præſtationis cenſus,
eſſet conceſſa à principe, & inuiolata permanſe-
rit per 40. annos, ut comprobat idem Franc.
Balb.in d.2.parte, verſi.prima quæſtio, per eam.l.
cõperit.& doctrin.Bald.in l. ſicut.colu. fin.C.eo.
tit. Balbus tamen ibidem uerſic.ſeq.poſt multa,
* refert magis communem*opi. eſſe, principem ali-
quem vel populum, poſſe præſcribere plenam li-
bertatem, ita quòd in nullo ſubſit Romano Im-
perio: nec Imperatorem in aliquo recognoſcat;
licet ſecus ſit in Papa: ſed credo non bene dicere,
nec doct. quos allegat hoc affirmant: præſertim
Felin.qui ut dixi in d.c.cum non liceat, proteſta-
tur ſe nolle decidere ſuper hac.q. quia tamẽ apud
aliquos iſta.q.redditur dubia, ex præmiſsis, exiſti-
marem claram eſſe eo in caſu, quo unus tantum
Imperator vniuerſalis dominus cenſendus ſit: &
nullus illi poſsit eſſe ſuperior, aut æqualis, ſed ſu-
biectus unde talis ſuperioritas erit im præſcriptibi-
lis, & inuiolabilis, licèt alia reſeruata præſcriptibi
lia dicantur: aliter ſequeretur (quod hæreticum
eſſet dicere) ut Imperium quod immediate à Deo
eſt, ut inf.§.2.q.2.nu.9.& quod in vno tantũ de-
bet eſſe, ut inf.q.ſeq. apud multos eſſet, alio modo
quã ordinatũ ſit: pręterea ſi vti dicit Balbus, non
poſſunt præſcribi ea quæ ſunt reſeruata in ſignum
ſuperioritatis, multo minus ipſa ſuperioritas; &
hæc etiã tenet Card.Alex.in c.per uenerabilem.in
gl.in uer.recognoſcat, qui fil.ſint legit.& hãc opi.
* eſſe cõem * atteſtatur Soc.d.cõſ.275.nu.5.& opti
me cõueniunt dicta per Michaelẽ Vulcur.in trac.
de regim.mundi.in 2. parte.3.q. prin.uerſ.ad ſe-
ptimum, & uerſ.præterea cũ.2. uerſ.ſeq.qui per.
30.col.diſſerit, nullum humanũ, in tẽporalibus,
poſſe acquirere poſſeſsionem, vel quaſi, aut præ-
ſcriptionẽ, contra præminentiã Imperatoriæ po-
teſtatis, ſicut nec contra Papam: & reſpondet ad
multa obiecta, & præcipue Oldradi Laud.d.conſ.
69.& firmat hanc opi.tanquã catholicã: vltra quod
eſt magis cõis vt ſupra dictũ eſt, licet ipſe nõ dicat:
10 unde quid ulterius erit dubitandũ: † Iſta opin.ta-
mẽ & concl.patiẽ uim de facto, ſicut ſuũ ſubie-
ctũ, ſicq; primo declarat, ut de iure procedat, non
aũt ſemper de facto, ſecundũ oẽs fere ſupra reci-
tatos doct.& ſecundum glo.in c.ſuper ſpecula, de
priuileg.& ideo glo.in c. Adrianus .diſt.63.dicit:
niſi Reges, & Principes omnes probent ſe exem-
ptos, dabunt adhuc tributum Imperatori per l. fi.
ff.de cenſibus; vnde dabitur Imperatori actio, &
rei vendi actio, ſecundu prędicta, quicunq; ſint Re-
ges, li. et infideles, quibus ſeruanda ſint iura natu-
11 ræ, ut inf.a.§.4.uerſic.28.nu.5.† Secundo decla-

 ratur,

ratur, ut procedat in temporalibus, non autem in
ſpiritualibus.c.ſolitę.de maior.& obed.& p Corn.
d.conſ.199.& innuit Abb.d.conſi. 5 t. & expreſſe
firmat Bertach. in tract.de Gabel. in. 1. parte in
prin. col. 2.ubi hoc ampliat etiã quo ad tẽporalia
Papæ, & perſonarũ eccleſiaſticarum, dũmodo nõ
ſint donata Eccleſię Romanæ:conueniunt ad hæc,
quę ſcribuntur in.c.cum ad uerũ.96.diſt.commen
data per Ant. de Roſel. in tract. de poteſ. imp. ac
pa.§. Hanc etiã, car.6.ut nec Imperator iura pon
tificis,nec pontifex iura Imperatoris uſurpare de-
beat. unde Alex.conſi.8.nu.4.uol.1.per d.c.cum
ad uerum, inquit,omnem iuriſdictionem,in tem-
poralibus aſsignatam Imperatori, in ſpirituali-
12 bus Pontifici. † Tertio declaratur, ut procedat
quo ad protectionem, & uniuerſalem iuriſdictio-
nem, non autem quo ad res ſingulares: quia cum
alij dñi ſint ſingulariter,non poſſunt eſſe plures do
mini inſolidum, ut per doct.ubi ſupra, & maxime
Bart. in d. §. per hanc. & in prohœm. ff. col. 2.&
Abb.in d.c.uenerabilem.& Alex.d.conſi.76.& So
cin.cõſ.181.col.3.uol.2.& Decium d.conſ. 307.
& per Card.in cle.1.de ſum.trin.qui idem ponit in
Papa. Sicq́ue non poteſt Imperator res ſingulares
aliorum, alijs dare, de quo per Bar.d.col.2.& ali
bi dicemus. Et ſtante ſupradicta cõcluſione quòd
etiam Reges Galliæ, & Hiſpaniarum, & Britan-
niæ, & aliarum nationũ,etiã infidelium Principes
ſubſint Imperatori. Hic non omitto quod exem-
pti a legibus Romanis,ut etiam ſunt Veneti,tamen
ſunt de populo Romano, vt meminit per plura Ca
tel.Cotta in memo. in uer. Dignitas:Quibus addò
& illud memorabile de quo ſcribit Marti. Laud.
in tract.de crim.leſæ Maieſtatis. q.51. ut ſi qui li-
beri Remp. adminiſtrant, ſint rebelles Imperio,
poſsint priuari libertate ſua; cum eam habeant,
uel ex priuilegijs Imperatoris,uel per patiẽtiã eius.
Ex præmiſsis, quæſtionem, quæ hic multum con
ſecutiue cadit, ſubijciamus; an unus tantum Impe
rator ponẽdus ſit, ex quo totius orbis dicitur dñs,

SVMMARIVM.

1 *Imperatores plures antiquitus fuerunt, ſi Reges Imperatores appellandi ſint.*
Imperator, quilibet rex in ſuo regno dicitur. ibi.
2 *Iulius Cæſar aſſumpſit Imperium; Imperatorq́ue primo appellatus.*
3 *Imperatori omnis poteſtas tradita, & Imperium translatum a populo.*
4 *Imperatores duo, conſortes eiuſdem Imperij: vt quandoque vnus orienti, occidenti alter praeſſet. ibi, quando Romæ hoc cœptum.*
5 *Conſtantinopoli per plura tempora, Imperij orientis tantum, nomen retentum; Italia per trecentos annos, à multis lacerata.*
Aquila Romana aliquando biceps eſt facta.
6 *Imperator vnus tantum eſſe debet, nõ duo: etiam ex permiſſione Papæ. nume. 10.*
7 *Motor vnus & primus, à quo cœlum, & tota natura dependet.*
Inferiora a ſuperioribus reguntur. ibi.
8 *Principantium pluralitas non bona;*
9 *Rex erit vnus, omnibus Imperans:*
Chriſtus fuit Imperator, & ſacerdos. ibi.
Petro terreni, & cœleſtis Imperij iura commiſſa. ibi.
Imperium in vno tantum eſſe ſtatutum: ibi.
10 *Vnum regere, eſt optimus modus regendi.*
Rege iuſto regi, melius eſt, quàm iuſta lege.
11 *Imperator Græcorum dicitur, ſicut Rex ſcacorum.*
12 *Imperium non eſt extra eccleſiam.*
13 *Imperator Conſtantinopolitanus, priuatus Imperio, propter infidelitatem, & denegatum auxilium eccleſiæ:*

QVAESTIO I.

An vnus tantum ſit, eſſeve debeat Imperator.

1 PLVRES Antiquitus fuiſſe Impera-
tores, eodem etiam tempore Im
perantes, in diuerſis in eiſdemq́;
regionibus, affirmant multi au-
ctores, ſi Reges Imperatores ap-
pellare liceat, vt uidetur quan-
doqne obſeruatum, ut in.c.duo ſunt.96.diſtin. c.
Solitæ.de maio.& obedie.ſicq́ue ut inquit Bal. in.
l.exẽplo.C.de probatio.quilibet Rex in ſuo regno
appellatur Imperator;Nam in qualibet mũdi pla-
ga,ſiue ad ortum in Aſsia; ſiue in Africa, ad meri-
diem; ſiue in Europa ad occaſum, uel ſeptentrio
nem conuertamur; & ante & poſt conditam Ro
mam, Scythæ, Indi, Aſsyrij,Perſæ, Arabes, Arme-
nij,Iudæi, Aegyptij, Aethiopes, Carthaginienſes,
Numidæ, Libici, Mauri, Britanni, Hiſpani, Galli,
Heluetij, Germani, Panonij, Sarmates, Gethæ,
Vandali, Thraces, Macedones, Græci, & Itali,&
ſimiles aliæ nationes, proprios habuere Reges, ut
teſtantur & Bibliaci libri,& Liuius,& Herodotus,
M.Antonius Sabellicus, & alij ſcriptores: & pro-
pterea ex iure gentium, hoc pacto condita regna,
& Dominia diſtincta, ponit Iurec.in.l.ex hoc iu-
re.ff.de iuſti.& iu.Verum apud Romanos,exactis
regibus, Conſules conſtituti ſunt, & quandoq́ue
Dictatores, penes quos ſumma rerum,& reip.eſ-
ſet,ut in.L.Feneſtella,& in recitatis auctoribus le-
2 gitur,& in ſerie.l.2.ff.de orig. iur.† Poſt hos au-
tem.C.Iulius Cæſar aſſumpſit totius reip. admini-
ſtrationem,& Imperium, ut in d.l.2.innuitur;Im-
peratorq́ue primo appellatus eſt; cum regium no
men à Tarquinio exacto odioſum remanſiſſet, ut
in Suetonio habetur,in vita eius, & per Aymarum
Ryuallium in hiſtoria iuris ciuilis lib.4.circa prin.
& ſupra, hoc, §. in uerſicu. Imperatorium: cuius
quidem plurimi fuere ſucceſſores per tempora;
primo Auguſtus, Deinde Tyberius,& alij, vt pro-
batur & in auth. ut præpo. nom. Imperator. §. 1.
& per Corneum d.conſi.1.uol.3.col.4; & per præ
3 dictos auctores;†In Imperatorẽ autem lege Regia
pop.Ro.omne ſuum Imperium trãſtulit, & pote-
ſtatem,

ſtatem, ut teſtis eſt Vlpi. in l. 1. ff. de conſti. prin.
ſequitur Cornens,& Aymarus,ubi ſupra:Inter has
ſuecesſiones Imperatorias, perſæpe obſeruatum
4 eſt, † ut eiuſdem Imperij Romani,duo eſſent con
ſortes, ut legitur in.c.nunc autem.21.diſt. ubi ex
permiſsione Papæ hoc hodie quoque cõcedi poſ-
ſe tradit Card. Alex, col. 2. & in. C.Iuſtiniani, in
multis locis,& in Aymano dicto li.4.in uita M.An
tonij Philoſophi, ubi inquit, a M.Antonio,L.Ve-
rus Comodus, conſors Imperij factus eſt; atque
tunc primum Ro. Imperium, duos cæpit habere
Auguſtos,ut Capitolino placet,& uidetur probari
per.ll.ff.ut in.l.filiusfa.§.diui.1.&.2.de leg.1.&.in
l.Imperatores.ff.de tranſactio. immo etiam quan
doque tres eiuſdem Imperij conſortes nidentur,
fuiſſe, vt habetur in. l, ſi docueris. C. ad. l.corn.
de falſis.& apud Ayma.d.lib. 4.in uita Cari, qui
Carinum,& Numerianum. filios Cæſares fecit &
idem dicitur in uita Theodoſij, qui cum Gratia-
no, & Valentiniano.14.annis Imperauit; & de Va
len. Theodo. & Archad. habetur in. l. unuſquiſ-
que. C.ad.l.Iul. repet. &.l. pen.& fi. C. fini. reg.
Horum Imperatorum autem tale quandoque fuit
conſortium,ut Occidentis unus, alter uero Orien
tis, præeſſet Imperio;cum Archadius Conſtãtino-
poli;Honorius Romæ imperauerit,auctore Ayma
ro eo.lib.4.in ui a Archadij;ſicque & de alijs ſcri
5 bit. † Sed & Conſtantinopoli tantum, per plura
tempora, Imperij Orientis nomen retentum eſt,
cum per annos.330.Italia, & Imperium occiden-
tis a multis laceratũ tradatur, teſte Aymaro dicto
lib.4. in uita Leonis: & M. Anton.Sabellico in 8.
Ennead. lib.9.ubi etiam illud commemorat:inter
Carolum Magnum Imperatorem Occidentis: &
Nicephorum Imperatorẽ Orientis, fœdus initum
eſſe: ut Orientalium rerum unus curam haberet,
Occidentalium alter.Sed Plati. & Egnatius,cũ Ire
ne Conſtantini matre, partitum Imperium dicũt:
Sicque Aquila Romana aliquando biceps eſt fa-
cta;manente uno capite in eccleſia occidentali, &
altero in eccleſia Oriẽtali,ut meminit Sebaſt.Mun
ſterus in Coſmograph. uniuerſ.lib.3.de Germani
in rub. quando, & quomodo Imperium fuer. ad
German. tranſlatum. Hæc equidem non paruam
uidentur facere difficultatem in hoc & præmiſſo
articulo, an Imperator ſit Dominus totius Mũdi,
6 & unus tantum: † Verum quod unus tantum Im-
perator debeat eſſe,& Dominus: ultra ea quæ di-
* cta ſunt in præcedenti uerſ. ſecundum communẽ,
opi.quæ per quandam fere neceſſariam cõſequen
tiam influunt in hanc.q.uidetur poſſe probari, ta
li argumentatione. Primo aſſumptis illis quæ di-
uine ponit Philoſop.1.metaphy.c.2.in hęc uerba:
Deus cauſa omnibus eſſe uidetur, & principium
7 quoddam, & lib.12.c.7.quicque unus † & primus
ſit motor, a quo uti à primo principio, dependet
cælum, & tota Natura:iuxta quæ ibi explicat com
mentator:atque Natura non agat, niſi rememora
ta à cauſis ſuperioribus, quæ ſunt Deus, & intel-
ligentiæ: & cum, ut dicitur de regimi. Principum,
per eundem.& lib. 1.c.2.Meteoron, inferiora à
ſuperioribus regantur:& lib. de Mundo: quod à
Deo uno uniuerſa regantur, ut habetur clare per
Bonifacium in extrauag.de maio.& obed.c.1.in-
ferendum uidetur pariter, ut ſit unus Rector in
humanis, & in his inferioribus, qui ea regat, &
moueat, uti qui rememoretur in cauſis ſuis ſupe-
rioribus, hoc eſt a deo: ad quem, tanquã ad bo-
num uniuerſi in eo conſiſtens, omnia ordinãtur:
ut eo lib. metaphis.ſcribitur.c.x,& d.c.1.quapro-
pter recte ad propoſitum noſtrum, ſecundum uer
ba eiuſdem ſapientis eo.c.x.& Homeri primo Il-
8 liad.fiet concluſio: † quòd bonum non eſt plura-
litas principantium.Sit ergo unus Princeps.Secun
do & diuinius ſecundum piorum Dogmata, pro-
bari uidetur ex ſacris libris Bibliæ d.c.2.Danielis,
ubi Nabuchodonoſor,Rex Regum appellatus eſt.
& Saulem primũ regẽ inunxit per manum Samue
lis, Dominus in Principem, ſuper hæreditatem
ſuam, ut habetur Regum lib.1.c.x.& per Ioan. le
Cirier,in trac.de primoge.q.12.num.8.& clarius
9 exprimitur in Ezechiele.c.37.per illa uerba.† Fa-
ciam eos gentem unam,& erit unus Rex,omnibus
imperans,& non erunt ultra duæ gentes:nec diui-
dentur amplius in duo Regna: Vnde ut impleren
tur ſcripturæ, data eſt Chriſto omnis poteſtas in
cœlo,& in terra. ut in Mattheo.c.ultimo: & ideo
ipſe Figuratus: qui fuit Imperator, & ſacerdos,
utriuſque poteſtatis, diſtinguens officia, ut in c.
quoniam, cum glo. diſt. x. & d.c.cum ad uerum.
96.diſtin.Petro terreni ſimul, & cœleſtis Impe-
rij, iura commiſit. c. 2. 22. diſt. quod Imperium
Terrenum, ſicut & cœleſte, ab eo perditum, ut in
prin.quomodo opor. epiſ.&.§.quia igitur, in au-
ten.de fide inſtru. per manus ſucceſſorum Petri,
& Pontificum,uoluit eſſe in uno tantum, ut habe
tur clare in d.c.in apibus.7.2. 1.iuncto.c. uenera-
bilem,de electio:adeo etiam,ut eſſet æternum, ut
habetur in.l.2.ubi Io. de plate.C.de Fabricen.lib.
11.& ibi per Bar. hæcque comprobantur per illa
uerba Lucę.c.2.Exiuit edictũ a. C.Auguſto,ut de-
ſcriberetur uniuerſus orbis: & per illa Mathei c.
22.Reddite, quæ ſunt Cæſaris,Cęſari,& quæ ſunt
Dei, Deo: cum unus Deus,& unus Princeps, per
Chriſtum pronuncietur, & euangelizetur: quod
etiam ſequitur glo.in c.Adrianus.63.diſtin. & ha
betur in d.c.duo ſunt.diſt.96.&.c.ſoli: ę,de maio.
& obedien.duo eſſe Luminaria, Maius & Minus:
atque principaliter, hic mundus his duobus regi-
tur, uidelicet auctoritate ſacra Pontificum, & Re-
gali, ſiue Imperiali poteſtate: a Pontificali tamen
deſcendẽte, vt in.§.2.q.2.& alibi etiam latius dice
mus:ex quibus concluſio noſtra, abſque dubio fir
manda eſt: & tanquã catholica recipienda:quam
etiã tenet Iaſ. in. l. licet Imperator,col.1. de le. 1.
ultra Imo. per eũ allegatũ.Et Mart.Laud.in trac.
de princip.q.68.affirmat hunc eſſe articulũ fidei:
10 & proinde ut dixit Bar. de reg.ciuit. col. 1. † re-
gẽdi modus per unum,de quo in.l.2.§.nouiſsime.
ff.de orig.iur.qui in uniuerſali Domino, appella-
tur

tur Imperium, eſt optimus:& inquit Marti. Laud.
de principi.q.132, Melius eſt remp. regi per unum
principem, quàm per plures; ſicut unus eſt Deus,
& unum eſt caput, inter cętera membra:& quia ho
mines ſunt faciles ad diſſentiendum, per doctri.
Alber.in.1.conſt.ff.ueter. & propterea recte dici-
tur, etiam ſecundum Theologos, melius eſſe regi
iuſto Rege, q in ſingulis cauſis ius dicat ſecũdum
ęquitatem, quæ ſibi uidebitur, quam iuſta lege. ut
no. Bar. in. l. præſenti.C.de his qui ad ec.confug.
& per Bald.in l.ex hoc iure, nume.1.ff. de iuſti. &
iu.ſequuntur Ant.Corſet.in trac. de poteſ.reg.in.4.
parte.nu.30. Nec repugnãt multa in contrarium
adducta per Oldrad dicto conſ.69. quia in conſi.
180.col.pen.aliter loquitur, per dict.c. in apibus:
quicquid ſenſerit ibi ex acumine ingenij diſputa-
tiue, potiusquam ex veritate;& vltra ſolutiones fa-
ctas per Micha.uulcur. dicto trac.de regimine mũ
di, illa ſolutio mea, quia iſta opinio* ſit communis,
& pia, ſufficere uidetur. Sed ulterius dicam, for-
ſan poterit excuſari Oldradus, quia in effectu ui
detur loqui, magis de dominio particulari alicu-
ius Regis, quod non tollit dignitatem Imperato
riam, ut ſupra, præſertim per Soci.d.cõſ.275.quã
uniuerſali: in quo quęſtio noſtra uerſatur. Conue-
niunt enim hęc, ut ſint aliqui Reges, qui habeant
in Regno ſuo, merum, & mixtum Imperium, &
etiam reſeruata principi, aliquo quoque iure: ſed
non ſequitur, nec Oldrad.dicit, quod quo ad iu-
gum, & uniuerſalem ſubiectionem Imperatoris,
ſit dare alium ęqualem, aut ſuperiorem, cum talis
præeminentia ab aliquo nõ poſsit uſurpari, ſitque
illius pręcipua, ut ſupra in pręced. q. dictum eſt: &
ad propoſitum inquit Bal. in.d.§.fi. col. fi.de pro
hib.feud.alien.per Fed. vnum eſſe Imperium, & ſi
Deus unum Angelũ eximeret a ſua poteſtate, da-
toq; hoc poſſet; non tñ ille Angelus eſſet Deus.
Non obſtat quia plures Reges fuerint, etiã eodem
tempore, qui etiam apud diuerſas nationes, imperi
tarint: nam reſpondere poſſumus: ſi illi ſe habe-
bant ut Reges, res uideatur clara, quia conceditur,
multos potuiſſe eſſe Reges, ſed tamen ſub vniuer-
ſali Præeminentia Imperatoris, quandoque Babi-
lonię, uel Perſarum, uel Gręcorum, uel Romano-
rum, ut per Bar.in d.verſi. totius. ad reprimen: &
Oldra.conſi.69.col.1.& habetur Daniel.c.2.ſi ve
ro ſe habebant, ut Imperatores, reſponde, hoc de
facto potuiſſe contingere, non autem de iure, vt
ſupra prox. Verſi.nec illa ſuprema præeminẽtia,
ullo pacto potuit lædi: vt ſupra. Quinimmo etiam
ad eam uendicandam, & conſeruandam compe-
tijſſet, & competeret ius, & actio; quod maxime
poſt aduentum Chriſti in Ro. Imperatoribus iux-
ta diſpoſitionem.d.c. venerabilem. videtur indu-
bium: Non refragantur etiam, ea quæ magis vrge
re uidentur, quia quandoque Duo & tres Impe-
ratores fuerint; nam reſponde, ubi in hoc cõuenie
bant ſponte, videtur dici poſſe, licet duæ, vel
tres perſonæ forent, ut tñ pro una reputarentur ſe
cundũ ſolutionem glo.in.c.nunc autẽ.diſt.21.uel
poteſt dici vt ſupra, id non iure, ſed de facto factũ,
ut tetigit etiam Iaſ.in d.l.licet, ideo frequentius, &
fere ſemper, aliter obſeruatum ſit, præſertim poſt
diſpoſitionem d.c.uenerabilem, & d. c. in apibus.
Nec opi.Cardi.Alex.quod ex permiſsione papę, id
cõcedendum ſit, uera eſt, per prędicta; & ideo illã
recte improbat Io.de Cirier, in tract. de primo ge
nitura lib.1.q.7.nume.20.per plura. Et propterea
concludendum eſt, quod nec Conſtantinopoli,
nec alibi, poteſt uel Turcarum Rex, vel alius Impe
11 tor eſſe, vel appellari, licet largo nomine † Impe-
rator Græcorũ, Imperator dictus fuerit: ſicut Rex
ſcacorum, Rex dicitur: vt per glo.in d.c. venerabi
lem, & in.c.ſi Imperator.96.diſt. Alia ratione ta-
men Imperator non poterit dici ibidem, nec de iu
re exiſtere Rex Turcarum, uel alius infidelis: quia
oportet Imperatorem eſſe Chriſtianum, & Ca-
12 tholicum, ut dictum eſt ſupra, in verſi. inſpiceret.
& extra eccleſiam non eſt Imperium, ſecundum
glo.in d.c.venerabilem, in verſi. tranſtuli: nam ab
ea emanat, & dependet: de quo etiã infra dicemus
13 in.§.ſecundo.q.2. † Immo propter denegatũ au-
xiliũ eccleſiæ, & propter infidelitates, Imperator
Conſtantinopolitanus, iam fuit priuatus Imperio,
tranſlato a Græcis, in Germanos, d. c. venerabi-
lem, & per Oldrad. d. conſ. 180. col. fi. & Io. de
plate.in l.1.C. de priuileg. ur. Conſtan. lib. 11.&
Corneum conſi.312.num.7.uol.1.& Marti.laud.
in trac.de princip.q.24.

S V M M A R I V M.

1 *Rex Romanorum, an poſſit eligi, viuente Imperato-
re. & num.5. quod ſic, etiam per exempla.*

2 *Conuentio de ſucceſſione viuentis non valet, etiam
cum iuramento. 6.*

3 *Papa viuente, vel aliquo Prælato, tractatus de alio
eligendo diffinitorius prohibitus; conſultorius per-
mittitur. num.6.*

4 *Papa, an poſſit concedere auctoritatem Imperatori,
ſibi eligendi ſucceſſores.*

Q V AE S T I O II.

*An viuente Imperatore, poſſit eligi Rex
Romanorum.*

EX præcedenti quæſtione, hæc
alia ſuboriri videtur, an conceſ
ſo, quod vnus tantum debeat eſ
1 ſe Imperator † num eodem vi-
uente, Rex Ro. apte ab Electo-
ribus eligatur, confirmandus à
Pontifice:& inde in Imperatorem promouẽdus,
poſt viuentis mortem. Dubitatio enim oriebatur
ex pręcedenti concluſione: quia vnus tantum Im
perator debeat eſſe. Item & illud videbatur obſta-
re, ſi quidem per talem electionem, uideretur in-
duci votum captandæ mortis, & fieri conuentio,
2 de ſucceſsione viuentis † quæ odioſa eſſet, & ple-

na triſtiſsimi, & periculoſiſsimi euentus: ac tan-
quàm contra bonos mores prohibita, vt in l.fi. C.
de pac. vbi doct. etiã iuramẽto interpoſito, illam
non ualidante. c. non eſt obligatorium. de reg. iuc.
in 6. & per doct. ibi, ubi ceſerunt, non ualere con
ceſsionem præbendæ non vacantis, per tex. inter
alia in c. 2. de conceſ. præben. in. 6. & quę tradunt
doct. in c. accedẽs, extra. de conceſ. pręben. pręſer
timque præbendæ uacaturæ, hominis certi, ut per
Salice. & Iaſ. in d. l. fi. prout uidetur poſſe argui ad
caſum noſtrum: Et fortius uidetur urgere tex. in
c. ſi quis Papa &. c. nullus. 2. 79. diſt. & c. bonæ. 2.
3 & ibi per Abba. de electio. † ubi habetur, quòd tra
ctatus deliberatorius, ſeu diffinitorius eſt omni-
no illicitus, ante mortem Papæ uel Prælati, de al-
tero eligendo: uel ſi ſit aliter ambitioſus: conuen
tionalis: conditionalis: uel alio modo inhone-
ſtus. Sed tamen præmiſsis non obſtantibus, in
hac. q. (licet alias ſcriptum uideatur in. c. in ſyno
4 do. 63. diſt. † quòd ſolus Papa poteſt dare Impe-
ratori poteſtatem eligendi ſibi ſucceſſorem, ut te-
net Cardi. Alex. ibi, etiam ſi præiudicet electori-
bus: quia ex plenitudine poteſtatis hoc poſsit fa-
cere, & ex magna cauſa, de quo alibi dicendum
erit: dicam tantum aduertendum quòd omiſſa
plenitudine poteſtatis, non uidetur poſſe fieri fun
damentum in d. c. in ſynodo. prout facit ibi Car-
di. circa talem conceſsionem faciendam per Pon
tificem Imperatori, ita quòd poſsit ſibi eligere
ſucceſſorẽ: tanquã hoc conceſſum ſit Ottoni, pri-
mo regi Theutonicorum: nam cum poſtea ſit di-
ſpoſitum, de electoribus, per Gregorium Quin-
tum in Germanos ſub Ottone tertio, ut infra di-
cetur, in §. ſeq. uerſ. Electio Regis Ro. ideo diſpo.
d. c. in Synodo. non uidetur militare, quæ uidetur
ſublata per poſteriorem ſubſequentem) exiſti-
5 mo inquam probabiliter dici poſſe † quòd ele-
ctio Regis Ro. poteſt fieri ab electoribus, & con-
firmari: abſque corona tamen à Pontifice, uiuen
te ẽt Imperatore, in hoc tamen conſentiente:
quæ electio, tantum habebit effectum poſt mor-
tem Imperatoris iam conſtituti: Et primo mo-
ueor, quia omnia permiſſa ſunt, quæ expreſſe non
prohibentur, l. nec non. §. quod eius inquit, ff. ex
qui. ca. maio. l. j. §. 1. ff. de teſta. ſed non uidetur
aliquo iure prohiberi talis electio, quia licet duo
eſſe prohibeantur Imperatores, ut ſupra: nihilo-
minus non prohibetur, quin uiuo Imperatore,
poſsit aliquis in Regem Roma. eligi, cum is tunc
abſolute non poſsit cenſeri ut Imperator, ut alias
dictũ eſt: ergo ceſſant obiecta in pcedenti. q. cum
non idẽ ſint Imperator, & Rex Ro. Secundo mo-
ueor ex tex. d. c. uenerabilem, de electio. ubi vr̃ di-
ſpoſitũ, quòd poſsit fieri electio pluriũ, uel ſaltim
duorum in Reges, uiuente ipſo Imperatore, ut in
eo. tex. innuitur facta, iuncta glo. & ſecundum ca-
ſus poſitionẽ, in perſona Federici, electi Regis Ro.
filij Henrici Imperatoris, qui uti pater uiuens hoc
procurauerat: & alias ſimilis oſtenditur electio Pi-
pini Caroli Magni filij: & declaratio per Pontifi-
cem, in Regem Italiæ, & una facta eius inunctio
cum patre: & inde prædefuncto Pipino, idem Ca-
rolus Ludouicum unicum uirilis ſtirpis filium,
conſortẽ Imperij dixit, ſecundũ Plati. in uita Leo
nis. III. Pontificis: & refert M. Antonius Sabel-
licus in. 8. Enneade lib. 8. & a talibus exemplis au-
tenticis uidetur argui poſſe concludenter, ut no. in
d. c. uenerabilẽ. Ant. Bur. col. 3. & 4. & ita uerum,
& obſeruari dicit Bald. de Vbal. de pace conſt.
§. diuina. prout recentioribus temporibus obſer-
uatum eſt in Maximiliano Imperatore: quem pa-
ter Fridericus, Tertius Imperator, octauo ante-
quam moreretur anno, Cæſarem deſignandum,
curauerat, ut tradit Baptiſta Egnatius lib. 3. Rom.
Principum, in uita utriuſque eorum: hoc idem te-
ſtante Sabellico Enneade. 10. lib. 8. annò Salutis.
1484. Tertio moueor, quia licet prohibita ſit pa-
6 ctio de ſucceſsione uiuentis ut ſupra † nihilomi-
nus hoc non prohibetur, conſentiẽte eo, de cuius
ſucceſsione tractatur, & perdurante in eo conſen-
ſu, uſque ad mortem; ut eſt tex. in d. l. fi. ubi tran-
ſeunt communiter ſcribentes. C. de pac. & Imo. &
Abb. in d. c. uenerabilem. colu. fin. ſic in ſimili ui-
detur dicendum, nã conſentiente Imperatore ta-
li electioni, illa recte fiet. Dici etiam poſſet, ut ui-
detur ſentire Innocen. in d. c. uenerabilem, quòd
non uidetur militare diſpoſitio d. l. fin. ad caſum
noſtrum, oppoſitiue: quia nullus eſt hæres, qui pa-
ciſcatur ſuper ſucceſsione Imperatoris, ſed electo
res ipſi, & Pontifex Max. uidentur hoc modo, con
ſentiente eo, uelle prouidere: Nec his etiam ob-
ſtabunt dicta in d. c. bonæ. cum alijs iuribus,
ſupra adductis; quia reſpon. licet tractatus dif-
finitorius ſit omnino illicitus, nihilominus hoc
non procedit in hoc caſu, quia conſultorius
uidetur, ſecundum tex. in. c. ſi tranſitus. ubi Ar-
chid. cum glo. 1. 79. diſt. ſi ipſe Papa ſentiret
& deliberaret de ſucceſſore ſuo, ſimul cum Car-
dinalibus fratribus ſuis, ut ſupra: & dicemus inf.
lib. 2. c. 1. §. 2. q. 2. quæ aſtipulari uidentur ca-
ſui noſtro, nec in eo uidetur uerſari aliqua con-
ditio, uel ambitio: cum talis electio ſimpliciter
fiat. Poteſt etiam alia ſolutio fieri ad. d. c. bonæ.
cum, alijs iuribus, ut non obſtet argumentum ex
eo, quia caſus electionis Pontificis eſt ualde di-
uerſus a noſtro, & ſic ab electione Regis Roma.
& inde in Imperatorem promouendi, cum in Pon
tifice unica tantum electio fiat, & immediata: at
in caſu noſtro, primo is eligitur, qui per electio-
nem mediatam in regem, poſtea approbatur, in
Imperatoremque coronatur, unde cum hæc ſint
diuerſa, a diuerſis non arguitur nec fit illatio, iu-
ribus uulgatis.

SVMMARIVM.

1 *Purpura prius conſules veſtiebantur, nunc Imperator.*
2 *Imperialia indumenta conceſſa Syluestro Papæ, & ſucceſſoribus per Conſtantinum.*

3 *Veſtes*

3 *Veſtes auratæ, & ſericæ, auro intextæ, & tinctæ conchilijs, vel murice, ſoli Principi conueniunt.*
4 *Imperatores adorati ſunt in purpura.*
5 *Plenitudo poteſtatis, ſignificatur pro pallium, in pontifice.*
Plenitudo poteſtatis, quæ dicatur ibi.
6 *Liberum dicitur quid, tribus modis.*
7 *Princeps eſt in ſede libertatis.*

VESTIVM IMP. MYSTERIVM.

Purpureo pallio, ſeu trabea, auro
intexta, amictus erat Impera-
1 tor. Purpura † enim prius con
ſules ueſtiebantur, nunc uero
Imperator, ſecundum glo. in l.
1. C. publi. lęti. uel conſu. nun-
cia. lib. 12. uel etiam Reges, ut per glo. in. l. 1. C.
nulli lice. in frę. lib. 11. Mart. Laud. in trac. de prin
2 cipibus. q. 37. † Indumenta tamen Imperialia,
uidentur conceſſa Siluestro Pontifici, & ſucceſſo-
3 ribus, p Conſtantinū, c. Cōſtantinus 96. diſt. † & di
cemus inf. §. 2. q. 2. ueſtes quoq; auratas, & ſericas,
intextas auro, uel tinctas muricis, uel cōchilij co-
lore (qui ſoli principi cōuenit) nemini licet habe-
re, ſub pęna capitali, & cōfiſcationis bonorū, ut
habetur in tit. C. de ueſtibus oloberis, præſertim
in. l. 1. & l. temperenr. ubi Bar. & Io. de plate.
lib. 11. & in. l. j. C. quæ res uen. non poſ. & per
Franc. Luc. in tract. de priuileg. fiſ. in priui. 138. &
eo in honore, fuiſſe Purpuram apud Imperatores
4 legiſ, † ut in illa adoratos ſe ſępius oſtendant. l. re
ſtituendæ. C. de aduoca. diuer. iudicum. & in. l. fi.
C. qui mili. non poſ. lib. 12. unde inquit Marti.
meus Laudenſis, in trac. de principibus. q. 173.
Princeps adoratur, ſalutantur alij: & propterea
nullus debet genua flectere coram aliquo, quam
Principe, & Maieſtate regia. ut inf. §. 3. uerſ. ſexto-
decimo, & ad prædicta Bal. in rub. illa. C. quę res
uēdi nō poſ. tradit, nō decere aliū, tali panno pur
puræ eſſe indutum, niſi Principem ſedentem in
Maieſtate Imperiali, per d. l. 1. C. eo tit. & per Sa
lice. ibi. Sic ueſtium decore & magnificiētia, pręſ-
taſſe Alex. Mag. ſ. refert Ariſt. in Epiſtola ad ip-
ſum ſcripta, ante Rhetoricam a cęteris homini-
bus. q̄ licet nō obſeruentur de conſuetudine ſe-
cundum Bar. in d. l. 1. de ueſti. olobe. fiunt tamen
quandoque edicta prohibitoria ſimiliū ueſtium:
ut prudenter in hoc Dominio Mediolani, hac
tempeſtate ſancitum eſt: & apud quaſdam alias
nationes Italiæ obſeruatur: facit, quia priuati non
debent habere ſimilem ſellam, uel frænum, ſellæ,
uel fræno equi Principis, ſecundum. l. 1. C. nulli.
lice. in frę. & per Martin. Laud. in trac. de Princip.
q. 336. Ad propoſitum tamen noſtrum aduerten
dum eſt: nos non loqui, de eo Pallio quo utatur
5 Imperator, † quia per illud in eo ſignificetur, &
demonſtretur plenitudo poteſtatis, in quam aſ-
ſumptus ſit tēporaliter, ſicut Pontifex Maximus
Spiritualiter: & in plenitudinem Eccleſiaſticę po-
teſtatis. c. niſi, & c. ad honorē, ubi Abbas de aucto.
& uſu Pallij. Nā alij uocati ſunt in partē ſolicitudi
nis tantum; ut ibi. Sed loquimur de eo, quo utitur
etiam Laicus, cauſa honeſtatis, ut loquitur Abb.
in rub. de auct. & uſu pal. per. c. ſuſcepimus, de ho
micid. & adde. c. pen. de uita & honeſ. cl. de quo
primo dicemus inf. lib. 2. c. 1. §. 1. uerſ. pallium. &
c. 5. de Archiepiſcopis, nu. 5. & ſeq. Plenitudo au-
tem poteſtatis (ut hic dicere poſſumus) eſt arbi-
trij plenitudo, nulli neceſſitati ſubiecta, nulliſque
publici iuris regulis limitata. ut docet Bal. in. l. 2.
col. 7. uerſ. eſt aūt plenitudo. C. de ſeru. & de aqua.
6 qui ad hoc propoſitum ponit † aliquid dici libe-
rum tribus modis: primo quod non cogitur. l. 3.
§. 1. ff. de arbit. ſecundo quod non corrigitur, l. fi-
deicommiſſ. §. quanquam. de leg. 3. Tertio quod
æqua lege libertatis feratur. l. item ſi unus. §.
ſi in duos, & §. principaliter. de arbi. & l. pen. ff.
7 manda. † unde in principe commemorat, eſſe ſe-
dem libertatis: qui poſsit præferre magis æquo,
minus æquum: & magis bono, minus bonum; pul-
chre allegando ad hæc Theologos differentes,
quando hoc procedat,

SVMMARIVM.

1 *Viſus, maxime ſenſus eſt.*
2 *Spectabilia, tractabilibus potiora ſunt.*
3 *Animę tres partes, Prudentia; Fortitudo; Temperantia; communeſque harum omnium, Iuſtitia.*
4 *Virtutes quæ dicantur.*
5 *Imperatoris & Principis vita, & oratio, ſubditis exemplo eſt.*
6 *Prudentia, propria virtus eſt Principis, cum qua ſimul inſunt omnes virtutes, & ſine ea homo non proprie bonus eſt.*
7 *Clementia, & manſuetudo, commendatur; maxime in Principe.*
8 *Imperator debet eſſe Religioſiſſimus; & caſtitatis amator.*
9 *Rex non eſt, niſi ſit ex ſeſe ſufficiens, & bonis omnibus antecellat; vt electio diuina cenſenda ſit.*

§. II. DE ORNATV ANIMI IMP. ELECTIONE.

VIRTVTES DECENTES IMP.

§. II. Non ignorabam, ubi eſſet habenda ratio eius ordinis, quo gradatim, res quę libet recipit ueram intelligentiam, & modum: Prius de ornatu animi Imperatoris, differēdum fuiſſe: qui bonis moribus, & præclaris uirtutibus, emicare, & adeo excellere debetat in eius Maieſtatis culmen, iure merito euocatus primo, & electus: inde confirmatus, & coronatur, cēſeri poſsit: condigna enim Electio, uti principium inſtitutæ rei.

præ[illegible]

præmittenda erat, antequam Coronatio, & alia
ſupra enarrata, tanquam media, & finis quidam,
perquirerentur. Verum cum Phantaſtici templi,
1 ut iam dictum eſt, occurreret imago.† Viſus qui
maxime ſenſus eſt, teſte Philoſoph. lib. 3. c. 3. de
2 anima, eo uſq; raptus eſt,† quia ſpectabilia tracta-
bilibus potiora ſunt, ut ſcribit, idem Philoſoph.
lib. 2. c. 2. de generatione, & interitu: quòd ab eo
perculſus, præpoſterũ ordinem, reſpiciens inter
alia Imperatorium ſimulachrum, hac in re pro-
ſecutus ſum: modica tamen (ut opinor) cum iactu-
ra. Nam ſi electi regis qualitas, & mores exarandi
erant, priuſquam vndequaque abſolutus Princeps,
per Coronationẽ, & alio modo, conſtitutus oſten-
deretur: hæc tamen etiam taliter ſe contingere ui-
debantur, ut quòd prius poſteriuſue poſitum eſſet
parui referre, cẽſeri poſſet: præterquam quòd exi-
ſtimabam, quemcunque huiuſce templi omnium
Principum, Rectorum, & Iudicum, comprehen-
ſas formas quandoque inuiſentẽ, aſpicientemque:
eodem ſenſu uiſus allectum, captumque: ſcire, in-
telligereue, prius peroptaſſe, quæ unaquæque ex-
trinſecus, in ornatu ſuo, præ ſe ferret ſpecies:
quam, quæ intus recondita cenſeri poſſunt, inue-
ſtigare. Sed ad rem accedamus: ornatumque ani-
mi Imperantis, quem in uirtutibus conſiſtere,
haud dubium eſt, diſcutiamus: Tres enim ſunt, ut
opinatur Plato, teſte Ariſt. in libello de uirtutibus,
3 partes animæ,† Prudentia. Fortitudo, ac manſue-
tudo. Temperantia, & cõtinentia: communeſque
partium omnium harum, Iuſtitia, liberalitas, ac
Magnanimitas. Cæterosque huiuſmodi habitus
4 † animi, Virtutes appellat idem Philoſop. lib. pri-
mo Retho. c. 2. Virtutem autem, optimum habi-
tum eſſe infert: a quo operatio perfecta, præſtan-
tiſsimum bonum ſit, lib. 2. Ethicorum. propterea
cum omnes homines, tũ maxime Principem hæc
5 deceant, † Cuius uita, & oratio, ſubditis exemplo
ſit, ut Alex. Magno, ſcripſit Idẽ Ariſto. in Epiſtola,
ante Retho. ad eundem tranſmiſſam: & habetur
6 in. c. magnæ, de uoto, &. c. p̃cipue. 11. q. 3. † Pru-
dentia tamen, propria uirtus eſt Preſidentis, &
Principis, ſecundum Philoſop. lib. 3. politico. c. 3.
& facit. c. 1. 36. diſt. & l. unum ex fam. §. fi. ff. de
leg. 2. nec mirum: quia cum prudẽtia ſimul inſunt
omnes uirtutes, & ſine ea homo non proprie bo-
7 nus eſt: ut habetur Ethico. lib. 6. c. ultimo. † Com-
mendatur tamen maxime Manſuetudo & Cle-
mentia, in Principe: cum per humanitatem ſolam,
Dei ſeruetur imitatio, ut. l. fi. C. de donatio. inter
uir. & uxo. & per Bal. de ubal. de pace conſtan. in
princ. & Oldrad. conſ. 47. Vnde in marmoreis in-
ſcriptionibus, Romæ quandoque repertis. ut re-
fert Bartholomæus Marlianus, lib. 3. de antiquita-
tibus urbis Romę. Potentiſsima dos in Principe,
8 eſt liberalitas, & Clemẽtia. † Religioſiſsimus etiam
debet eſſe Imperator, ut dictum eſt ſupra in. §. 1.
uerſ. Inſpicere, & habetur in d. §. fi. & Caſtitatis
amator, ut in auth. de leno. ſed cum uirtutes om-
nes quę decent & uirum, & Principem rectum, in
præmiſsis comprehendatur: quorum multas emu-
nerat Corſetus, in tracta. de poteſ. regia. in. 3. par-
te nu. 7. cum ſeq: in his quæ particularia ſunt, in
præſentiarum liceat quieſcere: alibi etenim diſcu-
tiemus particulatim, quæ a Principe obſeruanda,
riteque ſint adimplenda. His poſitis, repelluntur
profecto in Principe, uitia contraria: uidelicet
Imprudentia, ſeu ſtultitia: Iracundia, ac timiditas:
Intemperantia, ac incontinentia: Iniuſtitia, ac
auaritia, & puſillanimitas: & ſi quæ ſunt ſimi-
lia, de quibus habetur dicto libello de uirtuti-
bus: unde recte inquit idem Philoſoph. lib. 10.
9 Ethico. c. 10. † quòd Rex non eſt, niſi ſit ex ſe
ſe ſufficiens: & bonis omnibus antecellat: ſic
ut electio diuina cenſenda ſit: & præcepta Dei,
& ſpiritus ſanctus in electo ſint. c. ſi ergo. 8. q.
1. Et propterea cum omni ſtudio, & diligentia,
elaborandum, curandumque ſit ut omnibus uirtu-
tibus præſtans, præpollenſque Princeps, eligatur:
Contingit tamen quandoque ut electus in Regem
Ro. ab Electoribus, reprobetur, aliquibus uitijs,
& criminibus, coinquinatus retus à Pontifice ma
ximo: Immo etiam Imperator inunctus, conſecra
tus, & coronatus quandoque aliqua grauiſsima cul
pa, & tranſgreſsione, ab eodem Pontifice deponi-
tur: a quibus omnibus cauere debet. Prius Ele-
ctionem de eo in Regem Ro. faciendam abſolua-
mus: cum iam Coronatus demonſtratus ſit: dicturi
mox de eius reprobatione, poſt electionem: & de-
inde de illius depoſitione poſt coronationem,
& aſſumptum abſolute Imperium.

SVMMARIVM.

1 *Imperatoris electio, quomodo antiquitus fieret; cum nunc, & ab anno. 1002. fiat per ſolos Germanos.*
2 *Electores Imperatoris tres Archiepiſcopi, Maguntinus, Treuerenſis, Colonienſis, qui ſcribæ dicantur. Quatuor laici Principes; Marchio Brandibur. Comes Palati. Dux Saxo. Rex Bohem.*
3 *Cæſar, & Rex Romanorum, ante; poſt autem, Imperator, & Auguſtus, Coronationem dicitur.*
Papa non poteſt ſupprimere poteſtatem electionariorum Imperatoris. ibi.
Imperator non poteſt, ſibi eligere ſucceſſorem. ibi.
Imperator aut Papa, non poteſt pecuniam errogare per Imperio conſequendo.

DE ELECTIONE, ET ELECTORIbus, Regis Romanorum.

ELECTIO Regis Romanorum in
Imperatorem promouendi, ut-
cunque antiquitus is eligeretur,
non enim eſt ſatis conſtans opi
1 nio. † cum quandoque à ſenatu:
quandoque ab exercitu, & mi-
litibus, electi Imperatores dicantur: quandoque
ſucceſsione quadam, aliqui diuiſione partiti ſunt:
immo

immo & quandoque horum aliquis, proprijs viribus Imperium arripuit, ut de C. Iulio Cæſare, ſæpe legitur: ſed præſertim apud Sueto. & M. Ant. Sabellicum in 6. Enneade lib. 7. & 8. & Aymarum libr. 4. Hiſto. iuris ciuilis. Fit impræſentiarum, & continuò per ſolos Germanos Electores, ex ſanctione, lata anno ſalutis. 1002. per Gregorium, teſte eodem Sabellico, Enneade nona li. 2. qui inquit, parum compertum habere; fuerint ne tum primum creati, qui Imperatorem deligerent, an
2 poſtea res inducta ſit. † Tres tamen Antiſtes, a Blundo poſitos ſcribit: Maguntinum; Treuerenſem; & Aggrippinenſem; & cum his Brandiburgenſem Marchionem: Comitem Palatinum: Ducem Saxoniæ: & Regem Bohemiæ: quorum tres primi, ſortiantur ſcribarum nomina; unus Germanię: alter Galliæ: tertius Italię: Brandiburgenſis ſit quæſtor; Comes Palatinus ſcutifer: Dux Sax. ferat enſem: Rex Bohe. Pincerna ſit: Platina autem in uita Pontificis, Gregorij. V. clarius tamen, eadem uidetur commemorare, ultra Io. Bapt. Egnatium lib. 3. Roma. Principum: uidelicet ſub eodem tẽpore, anno à Chriſti ortu, milleſimo ac ſecũdo: Gregorium quintum, max. Pontificem, cui ab Ottone tertio Imperante, reſtituta fuerat ſedes Apoſtolica, a qua pulſus fuerat, Creſcentio auctore, Ioanne adulterino Pontifice, Luminibus priuato, ut diutius apud germanos ſumma poteſtas Impe-
3 rij remaneret, ſtatuiſſe, electionem Principis. † qui Cæſar, & Romanorum Rex appellatus, tũ demum Imperator & Auguſtus haberetur, ſi eum Ro. Pontifex confirmaſſet, ut ſupra. q. 3. Quodque Imperatorum nullus, hæreditariam dignitatem uendicaret, Francis hæc iniquo animo ferẽtibus. Eligendi autem auctoritatem, primo habuiſſe Archiepiſcopum Maguntinum, Germanię: Treuerenſem Galliæ: Archiepiſcopum (non Agrippinenſem, ut Sabellicus ſcribit) ſed Colonienſem, Italiæ nomine. Hic (ut ait) additi quattuor principes, Marchio Brandiburgenſis, Camerarius, non autem quæſtor: Comes Palatinus, nõ Scutifer, ſed qui Dapes: Dux Saxoniæ, q. enſem fert. & inde Rex Bohemię; q. pincerna ſit Imperatoris. De hac electione, idẽ fere in omnibus, uidetur ſentire gloſſ. pe. in. c. ad Apoſtolicæ. de ſenten. & re iud. in 6. hos uerſus explicans:

Maguntinenſis, Treuerenſis, Colonienſis;
Atque Palatinus Dapifer; Dux portitor enſis:
Marchio præpoſitus cameræ; Pincerna Bohemus: & hos.

Electores præcipua dignitate pollere, tradit Barbatia in tract. de præſtant. Card. in. 1. q. 1. partis. num. 41. & 47. unde Abb. in d. c. venerabilem. per illum tex. in prin. de electio. paucis uerbis tradit: quòd electio Imperatoris ſpectat ad Principes Germanos: tres Prælatos: & quattuor Laicos; prout de iure, & antiqua conſuetudine, electionẽ ſpectare, In eo tex. exprimitur: Ad eoſdemq; Principes certosque ſpectare implicite, ſcribitur in cle. Romani. de iureiu. circa prin. & meminit Bal. in margarita ſua, in uer. annus, & Cornetus d. cõſil. 1. uol. 3. & conſil. 177. uol. 1. quæ etiam conſtare uidentur omnium conſenſu, nullo uel minimo diſsidio intercedente. Nec hic omitto, id quod colligit not. Martin. Laud. in tract. de princip. q. 515. Papam non poſſe ſupprimere poteſtatẽ electionariorum Imperatoris, per no. in d. c. ad Apoſtolicæ. & Bal. in. d. c. uenerabilem, quæ nunc non diſcutio: id tantum dicam, electionem hanc uideri de iure poſitiuo inductam: quod ſine cauſa poſſit idem tollere. ut inf. §. 4. uerſi. 3. immo ubi talis electio de iure diuino eſſet, etiam cum cauſa, eam tollere poſſet, ut eo. §. uerſi. Quinto. & inf. lib. 2. c. 1. §. 4. uerſic. Decimo. Ex præmiſsis itaque, non poſſe Imperatorem ſibi eligere ſucceſſorem, clare demonſtratur: quæ comprobantur, per dicta Bal. de pace conſt. in uer. diuina uocatione. nume. 43. & Martin. ubi ſupra, q. 78. qui in regnis, aliter eſſe dicit. Sic de rebus Imperij eum teſtari non poſſe dicemus inf. §. 4. uerſ. Trigeſimo. nume. 1. Fuerat tamen aliquando conceſſum Carolo Magno, & Ottoni primo per Adrianum, & Leonem Pont. facultas ſibi eligendi ſucceſſorem, & Pontificem. c. Adrianus. & c. in ſynodo. 63. diſt. ubi glo. & Arch. & Card. & per Mar. in. Laud. in d. trac. quæſt. 3. qui dicit hodie ſecus eſſe: de quibus quo ad ea, quæ ad Pontificem pertinent, dicemus inf. lib. 2. c. 1. §. 2. uerſic. 1. & q. 2. ſed cum ex hac electione, plurimæ dubitationes ſuboriantur: quæ fere neceſſariam requirant diſcuſsionem: ad eas, per quæſtiones quadam cognatione ſe magis complectẽtes, accedamus. Illud notandum commemorando: ut iniuſte agere dicatur, qui pro Imperio, uel Papatu conſequendo, pecuniam præbet. Marti. Laud. in tract. de princip. q. 2. 41.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, ſiue Rex Ro. Germanus eligitur; quod habuit initium, a Carolo Magno, cum Inſignijs Imperatorijs; anno ſalu. 801. non ab Ottone primo.*

2 *Imperij tranſlatio, in Germanos facta, ob indefenſam Eccleſiam & infidelitates Græcorum.*

QVAESTIO. I.

CVIAS SIT ELIGENDVS, REX Romanorum.

GERMANVS natione, Cæſar, & Rex Romanorum eligitur; ut eſt tex. in d. c. uenerabilem, de electio. ibi, in perſonam magnifici Caroli, a Grę̃cis tranſtulit in Germanos, Romanũ Imperium
1 ſedes Apoſtolica: & hoc idem ibi tenent ſcribentes omnes: Quo circa Abb. inquit, quòd ex quo ẽt paſsiue, non tantum actiue, vt ſupra proximo dictum eſt articulo, fuit facta tranſlatio in Germanos:

nos: de alia natione non poterit eligi: quicquid in contrarium ſenſerint. Cardi. & alij, allegat etiã ad hoc. c. in die, de conſecratio. diſt. 5. ſed an alterius nationis eligi poſsit, videbimus inf. in. 3. q. Electio autem Caroli magni, & per eũ tranſlatio Imperij in Germanos cũ antea e cœlo dari crederetur, ad arbitrium Apoſtolicæ ſedis, facta fuit cũ inſignijs Imperatorijs, per Leonẽ tertium, Pontificem maximum, anno ſalutis octingenteſimo primo, ut de hoc tempore teſtatur Sabellicus lib. 8. in fin. & lib. 9. in prin. 8. Enneadis: Bapt. tamen Egnatius, libr. 3. Ro. Principum, in uita Caroli Magni, & Platina in uita Leonis tertij, de 800. tñ anno exprimunt, cum glo. in d. c. uenerabilẽ. de. 776. tantum deponat, in uer. tranſtulit; ſed hæc inter eos, modica eſt contrauerſia: Verum ex eo maius exorit diſsidium; quod affirmare uidetur Sabellicus, ab Ottone, primo (dum de eo loquitur) Germanorum Imperiũ, ſumpſiſſe Originem, anno ſalutis, noningenteſimo ſexageſimo ſecundo: apud eosque ad hæc uſque tẽpora, per quinque ætates, & amplius durare, tradit, quod & Bapt. Egnat. d. li. 3. in uita primi Othonis, ſequitur: Veruntñ decipiuntur hi Hiſtorici ſcriptores: quia Imperiũ in Germanis, habuit originem a Carolo magno, non autem ab Othone, ut ſupra probatum fuit, & latius dicam infra prox. q. 3. ſicque per centeſimum, & ſexageſimum circiter annũ, Imperium in Germanis, ante Othonẽ, or-
2 tum habuiſſe, propius uero eſt. † Taliſq; in eos tranſlatio, ea de cauſa ſecuta eſt: q̃a in defenſa eccleſia viſa eſt: & inde ob infidelitates nõ paucas Græcorũ, ut legitur in c. Adrianus. 63. diſt. & per dictos Hiſtoricos ubi ſupra, & per Corn. conſ. 312. col. 4. uol. 1. ultra glo. in d. c. uenerabilem. de electio. in uer. tranſtulit. & Marti. Laud. in tract. de principibus. q. 24.

SVMMARIVM.

1 *Populus Roma. in ſenatum, reip. curam deduxit.*
2 *Principi datum eſt ius, vt quicquid conſtituiſſet, ratum eſſet.*
3 *Papa, & iudex eccleſiaſticus de ſpectantibus ad ius temporale, non ſe intromittit.*
4 *Imperij poteſtas, Ante Pontificatum Petri, nõ erat penes Pontifices: ſed fuit data Petro, ut iure poſitiuo, & Diuino conſtat. 15. 18.*
5 *Temporalis Poteſtas, Spirituali ſubijcitur.*
6 *Conſtantinus Imperator, tenens equi Pontificis frenum, ſtratoris officium prebuit: ibi quis ſit Stedit or.*
7 *Imperium dependet ab eccleſia.*
8 *Papa transfert Imperium, de gente in gentem, approbat, & deponit.*
9 *Imperium eſt a Deo, mediate, & ſubordinate.*
10 *Conſtantinus recognouit ſuperioritatem eccleſiæ, & Pontifici Romam, & plura alia, dono dedit.*
11 *Imperator Terrenus, non debet habere poteſtatem, vbi principatus ſacerdotum, & Chriſtianæ Religionis caput, conſtitutum eſt a Deo.*
12 *Ludouicus Imperator, iterum Romam, & alia donauit papæ.*
13 *Ius canonicum ſeruatur, ubi clarum eſt; & aliquid eſt obſcurum iu. ciuili.*
14 *Ius canonicum, ſupplet ius ciuile, & econuerſo.*
16 *Rex erit unus omnibus Imperans; unde dicitur, faciam eos gentem vnam.*
Imperium transfertur, de gente in gentem, propter iniuſtitias.
17 *Chriſto data fuit omnis poteſtas, in Cœlo, & in Terra.*
Chriſtus Petro interroganti. Domine quo vadis? reſpondit, Romam, iterum crucifigi.
19 *Pluralitas principatuum, non eſt bona.*
Entia nolunt male diſponi. ibid.

QVAESTIO. II.

QVOMODO PAPA POTVERIT transferre Imperium, & Electionem, Regis Romanorum, in Germanos.

ISTA quæſtio, ex illis, redditur dubia: q̃a ut ſupra dictum eſt, quandoq; Imperium arreptum fuit, propria auctoritate: ut de Cæſare legitur. quandoque quadam quaſi ſucceſsione delatum eſt: ut primo de Octauio, ab ipſo Cæſare, inſtituto hærede, in familiam, nomenoque adoptato: & ab ipſo inde ſucceſsiue Imperante, pariter inſtitutus Tyberius, Senatu præcante, Imperium ſuſcepit: quod futurum, annunciauit quandoq; Octauius Auguſtus, ut refert Sueto. Aliquando militum, & exercitus nixu, & ſtudio, Imperatores ſunt ſalutati: acquieſcente ſenatu; uel præ timore, non reclamante, ſecundum eundem Sueto. & Aymarum, & Sabellicum, quod innuit. d. glo. pen. in. d. c. ad Apoſtolicæ. & Alex. conſ. xt. nume. 10. uol. 7. per text. in. c. legimus. 93. diſt. & in. l. 2. §. poſtea, uſque ad. §. poſt originem. ff. de orig. iur. in qua tamen. l. nõ probatur, quod milites, uel exercitus, eligerent Im-
1 peratorem: † Sed recte ad hoc propoſitum dicitur, a populo in ſenatum, curam reip. deductã; ut quic-
2 quid conſtituiſſet, obſeruaretur: † Deinde conſtituto Principe, datum eſt ius: ut quod cõſtitutũ eſſet, ratũ eſſet, cũ nõ oẽs ꝓuincias, proinde regere poterat Senatus: neceſſeq; eſſet reip. per unum cõſuli, quod & probatur per. l. 1. in prin. ff. de conſti. prin. ubi lege Regia, quę de Imperio lata eſt, Populus ei, & in eum Principem, oẽm ſuam poteſtatem, & Imperiũ cõceſsit, ut per Cor. cõſ. 177. vol. 1. & in. l. 1. ff. de offi. præſe. preto. dicit, regiméta reip. perpetuo ad Imperatores trãſlata: quibus ſtãtibus videt, cũ Imperiũ fuerit penes Romanos, ꝗ eius trãſlatio, ſimul cũ electione, fuerit facta a Papa nõ
3 habente poteſtatẽ, nec facultatem † cũ Princeps eccleſiaſticus, de ſpectãtibus ad ius tẽporale aliorũ, non debet ſe intromittere, ut no. max. per Ant. de Butrio. in d. c. uenerabilem. de electio: & prout ſupra dictũ eſt, Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura Imperatoris, dẽt uſurpare. d. c. cum ad ue-

rū.96.diſt.unde nemo dat, qđ nō hēt.l.traditio,ff.
de acq. re dom̃. Cōquieſcere nihilominus ꝑmiſſa
poſſe exiſtimo, & illis occurro, duplici fundamen
to vel eorū altero: Nā aut uolumus cōſiderare ius
poſitiuum, aut ius diuinū: Secundū ius poſitiuū, re
ſpicienda ſunt duo tempora: Tempus ante Chriſti
aduētum: & tp̄s poſt eius aduētum. In primo tp̄e,
procedunt recitata cōtraria: nec enim ex hoc iure,
4 cautū eſſe poſſe, aliquo modo dicendum eſt. † Cū
nondum Pontificatus in Petro cōſtitutus eſſet) in
pontifice fuiſſe poteſtatem aliquam Imperij, &
illius electionis: in ſecundo uero tempore ex-
preſſum uidetur, quòd Petro æternæ vitæ claui-
gero, Deus, & Chriſtus, terreni ſimul & cœ-
leſtis Imperij iura commiſit, ut in hæc verba ſcri-
bitur in dict. cap. 1. &. 2. diſtin. 22. & expreſ-
ſius (præſeruato tamen iure Regis Franciæ, ſicut
prius erat, ut in. cap. meruit. in extrauag. de pri-
uileg.) habetur per Bonif. Octauium, in extra-
uag. de maio. & obed. cap. 1. fuiſſe commiſſam
eidem Petro, & eius ſucceſſoribus, præſertim per
illa uerba: Paſce oues meas: Conuerte gladium
tuum in uaginam. Quodcunque ligaueris ſuper
terram, erit ligatum & in cœlo: Ecce duo gladij,
& cæ. utriuſque gladij poteſtatem, ſcilicet ſpiritua
lis, & temporalis: adeo vt gladius eſſet ſub gladio:
5 & temporalis auctoritas, ſpirituali ſubijceret pote
ſtati: ita quod ſuperioritas, et quo ad temporalia,
eſſet apud Papā: ut uidetur diſpoſuiſſe, etiā Impera
tor Conſtantinus, qui anno ſalutis, trecenteſimo
trigeſimo nono imperabat: ut apud Platinam in ui
ta Silueſtri: & habetur in.c. Conſtantinus. 96. diſt.
quod non ſolum uerbis, ſed etiā facto, illam ſupe-
6 rioritatem uoluit demonſtrare: † cum ſe tenentia
frenum equi Pontificis pro reuerentia Beati Petri,
ſtratoris officium exhibuiſſe atteſtetur; Strator au
tem appellatur, qui præſidet ſtabulo principis, ſe-
cundum Martin. Laud. in tract. de offic. dom.
quæſt. 128. Sicque huic opin. inhæret Abba. in.
1. ſua. quæſt. poſt conſilia. nume. 4. & ante eum
Bart. in. l. 1. §. præſides. ff. de requi. reis, &
7 in extrauag. ad repri. in uer. totius, † dum fir-
mat, Imperium dependere ab eccleſia, contra
Dantem, in ſua Monarchia: quem, inquit, hac
de cauſa, poſt mortem fuiſſe damnatum hære-
ſis & Bart. ſequitur Abba. in dict. cap. uenerabi-
* lem. dicens communem * opin. & in. cap. no-
uit. de iudic. col. 4. ubi Felin. & Decius, atte-
* ſtantur communem * pariter opin. canoniſtarum,
cum Abba. declarando tamen poteſtatem tem-
poralem eſſe penes Papam, quoad habitum;
non quo ad actum & exercitium, quicquid alias
ſecundum Decium, ubi ſupra, Ludouicus Im-
perator ex conſtit. ſua diſpoſuerit: ut quicun-
que affirmauiſſet, a Papa eſſe Imperium: priua-
retur omnibus priuilegijs Imperialibus: & reus
eſſet criminis læſæ maieſtatis: quam conſtit. ad
literam poſitam, tradit per Alberic. in. l. bene a
Zenone. C. de quadr. præſcrip. & idem tenet
Martin. Laud. in tract. de princip. quæſt. 496. &
506. & Cardin. Alexan. in. cap. cum ad uerum.
96. diſtin. col. pen. ubi late diſſerit, in ſuperio-
ribus, de ſuperioritate Papæ. idem ſentit idem
Cardin. in. cap. quoniam, cum glo. x. diſt. ubi com
* memorat, hanc eſſe magis communem, * opi. & ibi
8 infert, ſicut Abba. hinc eſſe † quòd Papa transfert
Imperium, de gente in gentem, confirmat, appro
bat, reprobat, coronat, & inungit Imperatorem, &
propter demerita, ſeu crimina ſua, cum deponit, d.
c. uenerabilē. &. c. ad Apoſtolicæ, de re ind. in. 6.
cle. Romani, de iureiu. & eādem opi. tenet Hippo.
Marſilius in. l. fin. nume. 148. ff. de iuriſd. om. iud.
9 & Oldrad. meus, conſi. 180. col. 3. inquiens † Im-
periū eſſe a deo, non immediate, ſed per debitam,
& alternam emanationem, a uicario Chriſti: per il-
la dicta Apoſtoli ad Ro. 13. cap. non eſt poteſtas,
niſi a Deo: ſtatim ſubdendo, quæ autē ſunt, a Deo
ordinata ſunt, atque ſic Imperium eſſe a Deo, ut a
cauſa prima, non tollit ordinem, quem habet eius
uicarius, tanquam cauſa ſecunda: quaſi quoddam
agens inſtrumentale. idem tenet Abb. conſil. 82.
col. 2. uol. 1. Alex. conſ. 24. in fi. uol. 5. & Abb. in
1. q. poſt conſilia ſua. nu. 4. &. 5. Thomas de regi.
prin. lib. 3. c. 18. &. 19. qui inquit, quòd Imperium
tantum durabit in Germanis, quantum Rom. ec-
cleſia expediens iudicauerit: Corroborantur præ-
miſſa ex conſt. Conſtantini Magni Imperatoris, re
dacta in corpus iuris, in d.c. Cōſtantinus. 96. diſt.
qui dictam ſuperioritatem recognoſcendo in ec-
10 cleſia, quarta die ſui Baptiſmi † priuilegio cōceſ-
ſit Ro. ecc. Silueſtroque Pontifici, & Petri ſucceſſo
ribus: & dono tradidit Palatiū Imperij lateranen
ſe: Diadema, uidelicet coronam capitis: Phrigiū:
Purpuream Chlamidem: Tunicam Coccineam, &
omnia Imperialia indumenta, & Sceptra, & or-
namenta. Reuerendiſsimis uero Clericis, id eſt,
Cardinalibus, ut ibi exponit Cardin. Rom. eccle-
ſiæ ſeruientibus, illud culmen ſingularis poten-
tiæ: cuius ampliſsimus ſenatus gloria adornatus
erat; id eſt, eos, patritios & Conſules efficiens:
nec nō & cæteris dignitatibus Imperialibus, pro-
mulgans eos decorari: inde & ipſam urbē Romæ,
etiam omnes Italiæ, ſiue occidentalium regionū,
prouincias, loca, & ciuitates, conceſsit perma-
manendas, Romanæ eccleſiæ, uſque in finem
11 mundi. † Iuſtum non exiſtimans, vt vbi princi-
patus ſacerdotum, & Chriſtianæ religionis ca-
put, ab Imperatore cœleſti, conſtitutum eſſet,
illic Imperator terrenus haberet poteſtatem:
ut etiam omnia fere eadem ſcripta ſunt in cap.
fundata. §. ne autem. de electio. in. 6. Qua de
re, fruſtra dubitatur per Alciat. libr. 6. parer-
gon. iur. cap. 19. an talis Donatio facta ſit:
quod Laure. ual. dicitur negare: atque ipſe
ſubdit Conſtantinum nunquam laboraſſe lepra:
12 † & deinde iterum Ludouicus Imperator, &
idem Rex Francorum, Caroli Magni filius, Ro-
manam ciuitatem, cum ducatu ſuo, & cun-
ctis ciuitatibus, caſtellis, oppidis, ac uillis, in
Tuſciæ partibus, conceſsit, & confirmauit, Petro,

& Paſcali, eius uicario, & ſucceſſoribus eius: prout
hi tenuerant, ad illa uſque tempora, in poteſta-
te & ditione ſua, ut legitur in. cap. ego Ludo-
uicus. 63. diſt. quam autem conceſsionem, uti do
nationem ualidam dicit Bart. per plura: & in-
ter alia per gloſſ. l. 1. ff. de offic. præfec. ur. in
prima Conſt. ff. col. pen. & alibi; & eſt glo. in d. c.
ego Ludouicus, & per Bal. & Salice. de no. cod. fa-
ci. col. 3. & per Bal. in. l. pen. per illum tex. C. de bo
nis quę lib. Alex. poſt Imo. in rub. ff. de uer. obliga.
col. 2. Abba. in. c. per uenerabilem. per illum text.
qui filij ſint legi. col. 3. & per alia iura: quibus, &
determinationi eccleſiæ ſtandum eſſe atteſta-
tur: licet legiſtæ de ualiditate huius donationis
✠ diſputent: & hác eſſe cõmunem *opi. uidetur idem
Abbas dixiſſe in. c. intellecto. col. 1. de iureiur. &
Cardi. Alex. in. d. c. Conſtantinus, col. 2. cum rela-
tis per eum: idem tenet etiam Ant. Roſel. in tract.
de potes. Imp. ac papæ. §. & his, car. 16. ubi dicit,
quod contrarium aſſerere, non uidetur longe eſſe
ab hereſi; ut & per Abb. in d. conſ. 82. facit. c. 2. 22.
diſt. idẽ tenet Pau. de Caſ. cõſ. 95. 74. conſ. 4. incip.
quia fruſtra, & Alex. cõſ. 24. col. pen. uol. 5. Et eo
maxime iſta alienatio uidetur ualida: quia potius
dicitur relaxatio, reſignatio, & reſtitutio quædam
rerum facta eccleſiæ, quam Donatio: ut tradunt
aliqui prædictorum ſcribentium, qui pariter præ-
ſcriptionem, omni caſu militare, etiam affirmant;
Quicquid igitur ſenſerit glo. contraria cum alijs
docto. paucioribus numero, i auth. quomodo op.
epiſ. &c. Prin. hęc opi. omiſsis diſputationibus,
oĩno tenẽda eſt: quã inter multa fundamẽta alio-
13 rũ unico tantum proſequor argumento, † q quan
do de iure ciuili aliquid eſt obſcurum, & indeter-
minatum, clarum uero de iure canonico: illud ſer
uatur. etiã in foro ſæculari. tex. eſt in. c. fi. de prę-
ſcriptio. cum ibi no. per docto. & in. c. 1. & 2. de
ope. no. nunciati. Iaſ. in. l. cohæredi, §. cum filiæ. ff.
14 de uulg. & pupil. col. 3. † nam ius Canonicum ſup
plet ius ciuile, & econtra. c. ſine adiutorio. x. diſt.
ſed in caſu nr̃o, per memorata iura canonica, ubi
ciuilia ſint obſcura, clariſsime hæc quæſtio deter-
minatur, ergo illis ſtandum eſt. ex quibus patet.
15 † Pontificem ex iure poſitiuo, habuiſſe auctorita-
tem transferendi Imperium, & electionem Impe-
ratoris, retenta approbatione: cum in eum ſit tran
ſlata omnis potentia, & ſuperioritas. Conſideran-
do uero ius diuinum, hoc idem, & fortius uide-
tur concludendum: nam ex quo ſcriptum eſt, ut
alias dixi, Ezechielis. cap. 37. Faciam eos gentem
16 unam, † & erit unus Rex, omnibus Imperans: &
non erunt ultrà duæ gentes: nec diuidentur am-
plius in duo regna: ex quo etiam a Deo Saul fa-
ctus eſt Rex, inunctus per manum Samuelis, ſuper
hæreditatem ſuam, ut legitur Regum. 1. c. x. & in-
de dictum eſt, transfertur Regnum, a gente in gen
tem, propter iniuſtitias, ut in. c. 2. eccleſiaſtici, &
c. ſi de rebus. 23. q. 7. & Oldrad. conſ. 72. & 69. &
per Marti. Laud. in tract. de principibus. q. 155. ui
detur, & dicitur iſtud Regnum, iſta unica gens, &
17 iſte Rex, figuratus in Chriſto, † cui data eſt omnis
poteſtas in cœlo & in terra, ſecundum Matth. c.
ult. & factum eſt unum ouile, & unus Paſtor: ut eſt
in Ioanne. c. x. Hanc uero poteſtatem, Chriſtus uo
luit transferre in Petrum & eius ſucceſſores: quan
do locutus eſt in illa uerba; tu es Petrus, & ſuper
hanc petram ædificabo eccleſiam meam, tibi da-
bo claues Regni cœlorum; quodcunque ligaueris
ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcun-
que ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœ-
lis; teſte Mattheo, ca. 16. & alibi Ioannis. c. 21. ei-
dem Petro dixiſſe ſcribitur, Paſce agnos meos, pa-
ſce oues meas, & politis duobus gladijs, dixit, ſa-
tis eſt: ut in Luca. c. 22. Iuſsitque eundem Petrum,
conuertere Gladium ſuum in uaginam, ut in Mat
thæo ca. 26. quaſi prohiberet, non habitum ſed
exercitium gladij temporalis: locum quoque ele-
git Chriſtus, in quo Petrus conceſſam poteſtatem
exerceret: cum ipſe extra urbem fugiens, obuium
Chriſtum interpellauit, per ea uerba, Domine
quo uadis? qui reſpondit: Venio Romam iterum
crucifigi: quæ cum Petrus ad inconſtantiam ſuam,
& confuſionem, obiecta dijudicaret: protinus Ro
mam, & ad locum ipſum reuerſus eſt: ut legitur
apud Platinam, in uita B. Petri, & in Breuiario,
in oratione. S. Proceſsiani, & Martiniani, & per
Oldrad. conſ. 85. in prin. & conſ. 62. col. 2. & re-
cepta ſunt in iure in. c. per uenerabilem, uerſ. cum
enim, qui filij ſint legi. ſuperiora autem recepta
ſunt in. d. cap. 1. in extrauag. de maio. & obed. &
in. cap. quodcunque ligaueris. 24. quæſt. 1. & alibi
frequenter, & dicemus inf. li. 2. §. 1. in uerſ. claues.
18 in. c. 1. Vnde omni iure affirmandum eſt, † potuiſ-
ſe Pontificem, transferre Imperium & electio-
nem, in Germanos, uti a gente in gentem,
retenta approbatione: maxima tamen ex cauſa: ut
in d. c. uenerabilem. ubi Abb. col. 2. de electio. &
per eundem, cõſ. 82. col. 2. uol. 1. Hiſque omnibus
recte conuenire uidentur, ſingulariter dicta per
Bald. in. l. cunctos populos, col. 1. C. de ſum.
trin. quæ ſequitur Abba. in d. c. uenerabilem. col.
5. ubi habetur, quòd Imperium intelligitur tripli
citer eſſe a Deo. Primo permiſsiue, pp bonum
19 uniuerſale. † quia entia nolunt male diſponi: nec
bonum eſt pluralitas principatuum, ut iam di-
ctum eſt. Secundo approbatiue, quia Chriſtus ap-
probauit Imperium, per illa uerba, Reddatis quæ
ſunt Cæſaris, Cæſari; quæ Dei, Deo. Tertiò
formaliter, & effectiue, quia poſt Deum, eſt Im
perator Apoſtolicus, immediatus: qui hoc appro-
bat per d. cap. uenerabilem. datur enim etiam for-
ma ab eo, quæ forma dat eſſe rei, Ariſt. 7. lib.
Metaphis. ubi & libr. 8. comm. l. Iulianus. §. ſi quis
rem. ff. ad ad exhib.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, alterius nationis, quam Germaniæ eli-
gi non poteſt, & nu. 4. 5. 8. 16.*
2 *Imperatores plures fuerunt, diuerſarum nationum.*

3 *Reges Franciæ, non poſſunt eligi in Imperatores. 8.16.17.*
4 *Imperium in Germanos, fuit tranſlatum, actiue, & paſſiue.*
5 *Imperij tranſlatio in Germanos, fuit facta paſſiue, anno ſalutis.800.vel.801. Actiue. 1002.*
6 *Electio de certo gremio faciẽda, aliter facta nõ tenet.*
7 *Otho, primus Germanorum Imperator, non recte dicitur. 15.*
9 *Francorum nomen, tota Gallia vagatum.*
10 *Franconia, Germaniæ Regio.*
11 *Carolus Magnus, a Pipino Auſtraſiorũ Rege proceſſit.*
12 *Pipinus creatur Rex Franciæ, 757. Salutis anno.*
13 *Carolus Magnus, Germanus cenſendus.*
14 *Germaniæ, & Galliæ fines.*
18 *Deſcendentes per lineam fœmininam, dicuntur eſſe de genere illius, a quo originem ducunt.*
19 *Patriæ origo, non conſeruatur in deſcendentibus natis ex nupta in alia prouincia.*
Filius ſequitur originem patris, & propriam. ibi.
20 *Origo aui, vel alterius, vltra paternam non obſeruatur, alias oporteret quærere agrum Damaſcenum, vbi Adam natus eſt.*
21 *Imperator, Rex & Imperator Romanus appellandus eſt.*

QVAESTIO. III.

AN ALIVS, QVAM NATIONE Germanus, poſſit eligi Rex Romanorum.

STANTE memorata tranſlatione
Imperij, & Electionis in Germanos,
ſucceſsiue dubitare contingit,
1 † an poſsit fieri electio
de alio Rege, uel principe alterius
nationis, ſeu Prouinciæ; &
2 ſaltem Reges Francorum. † Imperatores enim plures
fuerunt, origine externarum, & Barbararum nationum,
& pariter diuerſarum: ut de Alexádro, Mameæ
filio traditur, qui Sirus fuerit: Maximinus patre
& matre Barbarus: Decius Pannonius; Diocli-
tianus in Dalmatia ortus: Theodoſius genere fuit
Hiſpanus, ut apud Aymarum lib.4.hiſtor. Iuris Ciuilis,
& alios iã dictos hiſtoricos, ſcriptum eſt: Poſt
uero Carolum, Frácorum Regẽ, Ludouicus filius,
& ei Ludouico, Lotharius; inde alter Ludouicus,
& Carolus Caluus, & Ludouicus Balbus; & Carolus
Craſſus, & Arnulphus, Imperium obtinuerunt:
quod poſtea anno ſalutis.962. primus Otho. a Io.
Pontifice, corona donatus ſuſcepit: ut apud Sabellicum
lib.2. nonæ Enneadis, & Io. Bapt. Egnatium
lib.3. Ro. Principum, legitur: & de Carolo
Magno, & Ludouico regibus Francorum, eiſdem
& Imperatoribus, habetur in d.c. uenerabilem. de
electio. &.c. ego Ludouicus.63. diſt. &.c. ſecundum.
23.q.8. & de Othone primo innuitur in.c. in
ſinodo, &.c. tibi domino.63. diſt. & per Martin.
Laud. in trac. de principibus.q.435. Hinc notat
gl. fi. per tex. ibi in d.c. ego Ludouicus, Imperium
prius Francorum fuiſſe, ſed quod poſtea, illud
Theutonici uirtutibus promeruerunt: idem dicit
Marti. Laud. d. trac. q.86. & propterea uidetur dicere
Bal. in d.c. uenerabilem. col.3. per illum tex.
quem ſequitur Marti. ubi ſupra. q.174. quòd licet
de alijs nationibus, quam de Alemania, nõ poſsit
3 eligi Imperator, † tamen Reges Franciæ, poſſunt
eligi; quia Carolus tantæ familiæ Princeps, Alemanus
fuit, & ſic eius poſteri, ſunt Alemani: Immo
ſecundum aliquos docto. in d.c. uenerabilem, ut
refert Abbas ibi col.5. & uidetur ſenſiſſe Cardi.
Zaba. ibidem: & Io. de Imo. & alibi, aliqui recẽtiores
dixerunt, non probari iure: quòd ex ſola natione
Germanorum, debeat eligi Imperator: ſed
ipſe contrarium tenet, ut dictum eſt ſupra; & ut
inquit, non ſolum actiue, quo ad eligentes, ſed
paſsiue etiam, quo ad eligendum, fuit trãſlatum
Imperium in Germanos: ut dicit probari in tex.
eius.c. uenerabilem, ibi, quę Ro. Imperium, in perſonam
magnifici Caroli, *a Græcis tranſtulit in Germanos*,
& in.c. in die, de conſecratio. diſt.5. Certe
in hoc articulo magna uidetur inconſtantia inter
docto. uario etenim modo locuti ſunt: Difficultas
tamen omnis huiuſce quæſtionis, uidetur maxime
pendere ex diſpoſitione d.c. uenerabilem:
Nam ſi actiue tantum, electio fuiſſet tranſlata in
Germanos, facillime dici poſſet, non eſſe ablatam
poteſtatem electoribus eligendi alterius nationis
Principem: & præcipue Gallum: quia non uidetur
appoſita aliqua lex, uel pactio in hoc: ſiue reſpiciamus
hiſtoricos, ſiue leges, & canones: cum ſimpliciter
deſignati uiderẽtur Electores: qui eligere
deberent, ut ſupra ſcripſimus, in.§. ſecundo, uerſ.
electio, unde ſuccederet illud uulgatum, quod
permiſſa omnia ſint, quæ expreſſe non prohibentur,
l. nec non.§. quod eis. ff. quibus ex ca. maio.
ubi glo. Si autem et paſsiue, tunc maior inſurgit
difficultas: quia poſita uidetur lex, a qua non licet
diſcedere, niſi ex cauſa; cum Pontifex potuerit in
ea tranſlatione, ſtatuere quicquid uoluerit, ex auctoritate
ſibi conceſſa, ut ſupra in.q. proxima ex-
4 ponitur: Quid eſt igitur tenendum; † Ego teneo
cum opi. Abba. ut tam actiue, quam paſsiue, fuerit
tranſlatum Imperium in Germanos: ita quòd ex
ſola natione Germanica, debeat fieri electio: & in
primo caſu, res procedit abſque dubio; In ſecunda
uidetur probari ſatis clare; præſertim in d.c. uenerabilẽ,
in dictis uerbis, quæ Imperium, in perſonã
magnifici Caroli, *a Græcis tranſtulit, in Germanos*,
iuncto eo magis tex. in d.c. in die. nã ſecundum Abba.
paſsiue in ipſum Carolum, & Germanos, fuit
facta tranſlatio; alias ſi actiue tantum textus dixiſſet,
in perſonas illorum Principum: & ultra Abb. &
eum ſequentes: conſiderádum exiſtimo, ꝙ tranſlatio
Imperij, primo paſsiue fuit facta, in Carolum,
& Germanos, per multa tempora, ante tranſlatio-
5 nem actiuam, † cum illa ſub anno ſalutis.800. uel
801. (licet glo. in d.c. uenerabilem, in uer. tranſtulit,
anno Dñi ſeptingenteſimo, ſeptuageſimo ſexto
trãſlationẽ factã, in Carolũ cõmemoret: q elapſis
poſt hoc qndecim annis, coronatus ſit a Leone.3.
Pontifice)

Pōtifice) iſta aūt, 1002. celebrata fuerit; ut in hoc.
§. ſupra dixi uerſic. Electio. q. 1. quæ pp cū ex diſtin
ctione temporis, poſsimus concordare ſcripturas,
ſecundum glo. in. l. apud antiquos, C. de furtis, di-
cta tranſlatio taliter diuerſo tempore facta, decla-
ratur, & confirmatur, per Innocentium Pontifi-
cem, anno ſalutis, 1214. rite facta: ut de eo tem-
pore, teſtatur Platina, in uita Innocentij tertij: &
de utraque loquitur, ut claret in eo. c. uenerabilē;
cum primo de iure eligendi ſpectante ad princi-
pes Alemaniæ dicitur. Secūdo dicitur de ſede Apo
ſtolica: quæ in Germanos tranſtulit Imperium, in
perſonam Caroli: unde ultra declarationem Abb.
hæc dici poſſunt, aperte & diſtincte expreſſa, in
eo. c. cum nec aliter poſsint interpretari, cum fue-
rint diuerſis temporibus, inducta: & diuerſo, & po
ſteriore tempore recenſita, & comprobata: adeo
ut uideantur reſpicere, nationē Germanorum tan
tū: dato etiā quod Carolus fuiſſet Gallus, nō Ger-
manus: ut ibi p Abba. cuius dicta cōprobari poſ-
ſe uidentur, ex concluſione iuris, quam habet: qđ
attendimus id, cuius contemplatione aliquid agi-
tur. l. fideicōmiſſa. §. interdū de leg. 3. l. 4. §. fi. ff de
lib. leg. Bar. in. l. 1. col. 7. C. de ſac. ec. at in d. c. ue
nerabilem, ex illis uerbis, in perſonam Caroli, a
Græcis tranſtulit in Germanos, uidetur facta talis
tranſlatio, mediante perſona Caroli, contempla-
tione Germanorum, de ſede Apoſtolica bene me
ritorum: cum illā tutati ſint, Græci uero male me-
riti, indefenſam reliquerint: ergo cū in Germanis
tantū, & eorū contemplatione, hoc fuerit expreſ-
ſum, huic ſtandum eſt. & ad præmiſſa facit conclu
6 ſio, † quòd electio, de certo Gremio facienda, ali
ter facta non ualet, ut tenuit Petrus a Biaxio, in di
rectorio electionum. c. 4. primæ partis: per tex.
in pragmati. tit. de electio. uer. nō derogādo: Qua
de re ex his, non uidentur recte ſenſiſſe dicentes
iure non probari: quòd ex ſola natione Germano
rum, eligatur Imperator: cum nec Bal. nec Marti.
ſupra allegati, aliter ſentiant, licet affirmēt, quod
Reges Franciæ, tanquam Alemani, & poſteri Caro
li magni, poſsint eligi, de quo in proximis dice-
mus: Nunc etenim obiectum illud primo diſſolui-
tur, quòd aliqui Imperatores fuerint aliarum na-
tionum: quia dicimus id contigiſſe, ante Carolum
magnum: & ante ſuperinde editos canones, qui
ſunt obſeruandi: & ideo amplius non eſt dubitan-
7 dum: Nec repugnat etiam † ſi primus Otho, dici-
tur etiā primus Germanorum principum: quaſi Ca
rolus arguendus ſit, non germanus, ſed Gallus. quia
hoc non probatē iure: quamuis Marti. Laud. proba
ri affirmet per text. in d. c. in Synodo, qui potius
probat contrarium, iuncta maxime glo. ibi in ver.
primo, quæ exponit, ideſt, primo Othoni: non pri-
mo Regi Theutonicorum: & omnino oēs tenent
in d. c. uenerabilem, & alibi, Carolum fuiſſe Ger-
manū: unde cum præceſſerit Othonem, is non pōt
appellari primus Imperator Germanus. Proinde
accedendo ad ſolutionem præmiſſorum, & an fal-
8 tem ratione propaginis: eo quia † Reges Franciæ,
poſsint dici poſteri Caroli magni, & cōſequenter
uti Germani eligi poſsint: arbitror operæpretiū
fore in primis inueſtigare, quid ſenſerint Hiſtori-
ci auctores, de Genere, & Stemmate Regum Gal-
liæ, ſeu francorū: M. Antonius Sabellicus in. 8. En-
neade lib. 1. uidetur referre Francos, Rhenū tranſ-
greſſos, multo ferocius quam unquā antea, Galliā
Ductu Clodionis, alias Clodouei, & Meronei in-
uaſiſſe: anno ſalutis quinquageſimo, ac quadringen
teſimo: & Aurilienſium, & Pariſiorum terrā occu
9 paſſe, ibiq; ſedes fixiſſe, indeque † auctum Franco-
rū nomen, proceſſu tēporis, totā Galliā: & ita con
tigiſſe, ut quicquid terrarū inter Rhenum & Pyre-
neos montes iacet, intra Iurā, & Iubenam, Occea
numque, in Franciæ propemodū nomē abierit: cū
tamen (ut idem Sabellicus teſtatur, eadem Ennea-
10 de, lib. 8.) † Franconia ſit Germaniæ regio, unde
Frācorum Reges, & Regni nobiliſsimi Origo pri
ma eſt, tradit etiā Sabellicus, eadē Ennead. li. 7. In
de poſtea per aliqua tempora, Theodoricū, fran-
corum Regē, a Pipino Auſtriæ, ſeu Auſtraſiorum
Rege, bis prælio uictum, Regni adminiſtrationē,
11 uictori permiſiſſe, † a quo Carolus Magnus, & lon
ga Regum Series proceſſerit: quod etiam refert
Platina, in uita Sergij Pontificis: ſed & alter Pipi-
nus, filius Caroli Martelli, primi Pipini nepos, &
Caroli Magni pater, ut eodem li. 8. per Sabellicum
ſcribitur: moderatus eſt, francorū rebus, ut pater,
Chelderico regnū tenente: cuius amentiā, pertæſi
Primores Regni, Regis appellatione Chelderico
adempta, Zacharia prius cōſulto tunc tēporis Pon
12 tifice, † Pipinū Regem creāt, anno ſalutis. 753. ut
hæc canonizata ſunt in. c. alius. 15. q. 6. & dicemus
infra q. 6. quæ Platina, in uita Zachariæ, atteſtatur,
per hæc uerba, Ex maiore namque domus, qui poſt
Regē ſummus erat Magiſtratus, apud Frācos, reges
Franciæ deinceps, a Pipino Secundo, eiuſdemque
familia originem habuere: Ex hoc itaque Carolus
magnus progenitus, & recitati prodierūt Reges, &
Imperatores, ut pariter tradit Baptiſ. Egnatius
li. 3. Roma. principū. ita ut uſque ad Arnulphū, Ca
roli Craſsi nepotem, p annos circiter centum, ſit p
Francos Imperatū, teſte Sabellico Enneade. 9. li. 1.
& Platina ī uita Stephani quinti Pōtificis, & Egna
tio utſupra, licet Blundus dicat Arnulphum, ob-
ſcuris ortum natalibus, referēte Sabellico tūc: Poſt
hos Otho primus, & alij Germani Principes, Im-
perium ad hæc uſque tempora tenuerunt, utſupra
dictum eſt: & idcirco ex his ſic præmiſsis, elicitur:
ſiue reſpiciamus Clodouei ſucceſsionem: qui na-
tione Francus fuit, & per conſequens Germanus:
13 ſiue Pipini Regis Auſtraſij, † a quo origo Caroli
magni rectius deducitur, † ipſum Carolum Mag.
Germanum cēſendum eſſe: clarum enim uidetur,
Auſtriā, Germaniæ eſſe partē, cū ultra Rhenū ſita
14 ſit. † At Germania ſtatim trans Rhenum ortū ha-
beat: ab illius fere fontis initio, ut tradit Strabo de
ſitu orbis, li. 1. & 7. in prin. quoad in pelagus infun
dit, Getarum Genti cōterminat: & q in duo ſpatia,
ab Albino Fluuio diuiditur, Gallia uero, ut ſupra

nu. 10. eodẽ Rheni ambitu, inter ipſum Fluuiũ: &
Pyreneos mõtes; atq; Occeanũ, ac Mõtes Geben-
nã & Iurã terminetur, ut idẽ Strabo li. 4. in prin. &
plenius li. 4 naturalis hiſtoriæ, Plynius ſcribit: pro-
pe hęc Sebaſt. Munſterus. li. 3. Coſmograph. uni-
uerſalis de Germania. ſub rub. qñ, & qũo, Imperiũ
fuerit ad German. trãſlatũ: Carolũ Magnũ, Germa
nũ affirmat, aliter cõtendentibus Gallis: quemq;
Aquiſgrani, & Ingelhemiæ, habitaſſe, immo & ini
bi natũ, q̃ patria ẽt ſua ſit, cõmemoret: licet aliqui
Feuxinu, locũ eius natiuitatis, ſignẽt. cẽſendi & pa
riter Germani ſunt Imperatores alij ab eo deſcen
dẽtes, eodẽ iure, & origine, uſque Arnulphũ, idq́ue
eo magis eſt ſentiendũ, quia eiſdẽ in locis diſſe ũt
Hiſtôrici, Saxonũ, Suucuorũ, & Auſtraſiorũ, eiuſ-
dẽq; Germaniæ alias nationes, ſub ditione ſua ba-
buiſſe hos Imperatores: & maxime tẽpeſtate ſua,
Carolus Mag. unde ſi & Rex Galliæ, & Frãcorũ di-
ctus eſt, ẽt a Gallia taliter appellata; uel ſi libuerit
cũ a Frãconia: ſic Regẽ nũcupare: nõ ideo erit, vel
minus erit dicendũ, originis ſuæ, ſibi ob hoc imminu
tatũ nomẽ, adeo vt cũ ſuis, Germanus non dicat:
non enim Carolus ut Galliarum Rex, ſed ut Ger-
manus electus, & coronatus eſt Imperator, cũ ſuc
ceſſoribus ſuis. Vnde patebit, ſemꝑ ab ipſo Caro-
lo, licet Gallorum Rege, perſeueraſſe tamen Impe
15 rium in Germanos, † non antẽa primo Othone
incœpiſſe, ut uidentur decepti hiſtorici, & propte-
rea cum nunq́ incæperint eſſe aliqui Galli Impera
tores, non poſſunt dici deſijſſe, q̃a priuatio præſup
ponit habitum. l. decem, cum ſim. ff. de uer. obliga.
Sicq́ue uidentur etiam erraſſe aliqui Iuris interpre
tes, tenentes ꝙ Imperium fuerit apud Gallos, uel
eorum Reges, uel poſſe conſiſtere, cum penes illos
nunquam fuerit: ſed quod plus eſt, exiſtimo auda-
cter dici poſſe, licet cõcederetur, quandoque Im-
perium fuiſſe apud Gallos, Nihilominus poſt editã
16 diſpoſitionem dicti. c. uenerabilem, † nullo modo
potuiſſe Imperium reſidere in alia natione, quàm
Germana, quia ibi caſus legis eſt clarus, ideo nul-
la poteſt contingere dubitatio, l. ancillæ, cum glo.
ubi Bar. C. de furtis. Nec his obſtat tex. cum glo. in
d. c. ego Ludouicus, quia fit ſolutio, ut licet ibi di-
catur, Ludouicum Frãcorum Regem, Imperatorẽ
eſſe, Regesque Francorum, ſuos ſucceſſores appel
laſſe, talis appellatio poſſet cenſeri facta reſpecti-
ue, & habita relatione ad propriam Francorum
originem, ex Franconia prouenientem; nõ autem
ad illã, quæ ab euentu dicta eſt Francia, cum prius
Gallia nuncuparetur, ut hoc pacto ſubſequatur Ca
rolum, Ludouicus, ut Imperator Germanus, non
aũt ut Imperator Gallus, ut ſupra declaratũ eſt.
vel & ſecundo dici põt, dato quod in eo tex. intel-
ligendum ſit, de Regibus Frãcorum, & ſic proprie
Gallorum; non tamen innuit ille text. ut noluerit
intelligere, & diſponere, Reges Gallorum eſſe Im
peratores: ſed bene innuit, ad Reges Frãciæ ſucceſ
ſores Ludouici, legatos per Pontificem creatum,
mittendos, qui pacem conſocient, qui ſimul con-
uenire poſſunt: ꝙ pax, & fœdus iniri poſsit cum
Regibus Franciæ, per Pontificem, licet illi Reges
Imperatores non exiſterent. & hæc ſolutio uide-
tur elici ex illis uerbis, Reges ſucceſſores nr̃os, q̃a
dixiſſet, Imperatores ſucceſſores nr̃os: ubi uoluiſ
ſet itelligere, per eoſdẽ Reges Galliæ, uino etiam
Imperatores Franciæ ſignificari. Tertio reſponde
ri poteſt, dato quam Ludouicus, Imperator Gallo
rum poſſet cenſeri, cum alijs ſuis ſucceſſoribus, de
quibus ſupra, nihilominus ex quo declaratum eſt,
maxime in. d. c. uenerabilem. electionem: & actiue
& paſsiue, ad Germanos pertinere, ceſſare uidetur
omnis difficultas oppoſita de tex. cum glo. in d. c.
ego Ludouicus. quia poſtea huic decretali, per il-
lum ſit derogatum, a Pontifice habente auctorita
tem, ut abunde ſupradictum eſt. Quæ etiam præ-
ſcripta affirmari poſſunt, ut expreſſe dicit tex. in d.
c. uenerabilem.
17 His diſcuſsis, ſupereſt ut declaremus, † An Reges
Franciæ, tanquam poſteri Caroli magni, eligi poſ
ſint. Et certe ſecundum præmiſſa, in quibus dicitur
genus Caroli magni defeciſſe in pſona Arnulphi,
uel in Ludouico Lotharij filio, Regnumq́, deueniſ
ſe ad Vgonẽ cognomento Capuciũ: a Regibusq́;
ad Duces, rẽ aliquandiu tranſlatam, auctore Sabel
lico, Enneade nona, li. 2. non uidet̃ poſſe dici, fini-
to genere Caroli, amplius ſupereſſe aliquẽ, qui poſ
ſit eligi: Ex hoc etiã uidet̃ quieſcere obiectum, ex
doctri. Bal. & cũ ſequẽtiũ: ꝙ Reges Frãciæ poſsint
eligi Imperatores, quia poſteri Caroli ſint Alema
ni: q̃a hoc eſt falſum, nulloq́ue probatur iure: Nõ
obſtant etiã ea q̃ aliqui cõmentari uoluerũt, ut. ſ.
Rex Franciæ capax ſit, eo q̃a licet ſit finitũ Genus
Caroli, ex linea maſculina, ex latere tñ fœminino
deſcendãt Reges Franciæ, ꝓut dicit Io. le Cirier in
trac. de primogenitura. li. 2. q. 12. uerſ. ſed hic, alle
gando ita tenere Bal. in d. c. uenerabilẽ; Nã rñd.
Bal. ibi hoc nõ dicere; & ubi hoc diceret, non pro-
batur tñ ab eo, uel alibi, hoc dictũ: & licet dicat in.
c. nouit. de Iudicijs, ꝙ Rex Frãciæ Ludouicus (ut
opinor, ut Platinę credimus ĩ uita Inno. 3. Põtificis)
de genere Caroli deſcẽderit, tñ in dicto tex. nõ ex
primit, ut de Carolo magno uoluerit intelligere;
Prætera quis etiã de eo intellexiſſet: nõ tñ genus
fœmininũ expreſsit, ut intelligere uelle uideat Ho
ſti. & alij Docto. in d. c. nouit; non. n. genus maſcu
linũ potuit ibi intelligi cõprehenſum; ex quo iã di
ctũ eſt, in ſuperioribus, id defeciſſe; nec hoc negãt
Hoſti. & alij Docto. & ideo ne verba illa in. d. c. no
uit; uidelicet de cuius genere Rex ipſe noſcitur de
ſcendiſſe, uideãtur ſuperflua: debẽt referri, non ad
genus aliqđ Caroli, quiſquis is fuerit, aut maſculi-
nũ, aut fœmininũ; ſed ad genus, ideſt, ad Genealo-
giã, & ſeriẽ Regũ: quaſi dicat ille tex. quòd Rex ille
ſit, de Regibus Franciæ, ꝓut & Rex Frãciæ, fuit Ca
rolus: & huic expoſitioni videt̃ aſtipulari tex. in d.
c. ego Ludouicus. 62. diſt. dũ dixit Reges Franciæ,
ſucceſſores ſuos, nulla habita mẽtione alicuius ge
neris: cũ tñ extra genus Ludouici, & ante eũ, Caro
li magni, pr̃is deinceps fuerint, multi Reges, q̃ poſ
ſunt dici ſucceſſores: immo & qñq; res trãſlata eſt

ad du-

ad duces, p longa tēpora, quæ interceſſerunt, inter
Carolum prędictum, & Ludouicum, de quo loqui
tur tex. in d.c. nouit: adeo ut ſuppuiari poſsint, in-
terceſsiſſe anni, circiter quadringenti, & quattuor-
decim, ut ſupra demōſtratū eſt. ex quo vř ex hoc ēt
difficillime a gui poſſe a genere maſculino, ſiue fę
minino dicti Caroli. Sed ulterius ſuppoſito, q̃ Re-
ges oēs Franciæ, ad hæc uſq; tpa, poſsint cenſeri de
genere Caroli Magni, ex latere fœminino: adhuc
tñ dicendū eſt, ea de cauſa non poſſe ipſos Reges
eligi ad Imperiū, quia illa concluſio, per quā mo-
18 uentur doct. tenentes hanc partē, † uidelicet quia
deſcendentes per lineā fœmininā, dicant eſſe de ge
nere illius, a quo originem ducit ipſa mulier, non
vř militare in caſu nřo, etiā ſi in ſe eſſet uera, & ma
gis approbata. cum in doctoribus in hoc uaria, & cōtra-
ria ſeſſerint, ut per eos in d.c. nouit; Nā licet con
cederet, q̃ per mulierē nuptā in aliena familia, re-
tineat tñ genus & familia eius, per progenitos, &
deſcendētes ab ipſa, ut vnr locuti docto. & Io. Lo-
19 cirier ubi ſupra: † tñ qñ mulier nupta eſt in alie-
na prouincia, & natione, non retinetur tunc, nec
conſeruari po. eſt in ſucceſſoribus origo, & ciuili-
tas patrię, & puinciæ illius, extra quā mulier nupta
fuerit, de qua tractatur. quia cāpano patre, matre
Puteolana natus, campanus eſt, tex. eſt, in l. 1. ff. ad
municipa. clarus & apertus: Filius enim ſequi-
tur originem patris, & propriam, d.l. 1. cum glo.
& l. aſſumptio. §. filius. cum glo. ubi Bar. eo. tit. &
l. 3. C. de municipibus & orig. lib. 10. adeo ut nulla
in his immutatio fieri poſsit, ut in dictis iuribus, &
Io. de Plat. d.l. 3. & 4. & per Soci. conſ. 35. nu. 7.
uol. 1: Sed cum ex linea fęminina, Reges deſcen-
dentes a Carolo, in Gallia; a Gallo nati omnino
cenſendi ſint: quia ſi in Germania nati, a Germano
eſſent: non contingeret altercatio, de eorum ele-
ctione: quia tunc abſque dubio illa procederet. Se-
quentes igitur propriam originem, aut paternam,
Reges Franciæ, ſeu Galliæ, taliter progeniti, Galli
iudicandi erunt, nō autem Germani: immo etiam
taliter progeniti, ubi quoque concederetur pro-
gnatio eorum ex latere maſculino, omnino Galli
20 exiſtimandi eſſent, † quia ultra originem pater-
nā, non datur origo aui, uel ulterius obſeruanda:
quia deficit; alioquin oporteret nos quærere ubi
Adam natus fuit, ſcilicet Agrum Damaſcenum:
niſi tamen nepotes nati ſint, auo, uel proauo ſu-
perſtitibus, ut per glo. & Bar. in d. §. filius, & per
Io. de Plat. in d.l. 3. & Alex. con. 16. col. 3. uol. 5. &
p Per. Antib. in tract. de mun. & hon. in. j. par. nu.
7. quapropter hoc pacto incapaces, ad Imperium
eligi non poterunt, Reges Franciæ. Stante hac
concluſione, & illa de qua in pręcedenti. q. 2. ut ſu-
pra, quòd Papa potuerit transferre Imperium de
gente in gentem: & ſic in Germanos: exiſtimo te-
21 nendū, ut omni caſu tamē † taliter electus debeat
appellari, & cenſeri Rex, & Imperator Romanus,
per tex. in cle. 1. §. porro, & pluries in ea cle. de iu-
reiur. tangitur, & in dict. cap. uenerabilem. §. 1. de
electior.

SVMMARIVM.

1 *Electores Regis Rom. citandi ſunt, alias contemptus vnius, plus officit quam multorum contradictio: electioque irritatur.*
2 *Electio Regis Ro. nulla eſt, vbi non adſint duæ partes, trium electorum.*
3 *Electoribus monitis, & negligentibus eligere, in termino pręfixo, Papa prouidet, cui electio deuoluitur.*
4 *Electio Regis Ro. a maiori parte, valida eſt, licet in electione Papæ, duæ partes requirantur.*
5 *Electione, a maiori parte non ſuccedente, electores Regis Ro. variare poſſunt.*
6 *Electio Regis Ro. vbi ſit in pari diſcordia, Papa gratificatur cui vult.*
7 *Electis duobus Regibus Ro. in diſcordia, vterque adminiſtrat, donec Papa alterum approbet.*
8 *Electores poſſunt eligere vnū ex ſe ipſis: & ſe ipſos.*
9 *Electione vnius in Regem Roma. facta, quando alius eligi poſſit.*
10 *Electus Rex Ro. poteſt renūciare electioni ſuæ, Electoribus, vel Papa.*

QVAESTIO. IIII.

Quō ſe habeant electores, in electione Regis Rom.

OBlatis perſonis eligendis, ad ele-
ctionem procedunt Electores,
conuocati omnes ad hoc, ut
actum, ſimul omnes etiam ex-
1 pediant † alias cōtemptus vnius
tantum, & non legitime citati,
plus officit, quam multorum contradictio, pro-
pter defectum formæ: adeo ut ſi electio non ſit
nulla ipſo iure, ueniat tamen irritanda, ſecundum
tex. in d.c. uenerabilem: & in. c. bonæ. ubi utro-
bique Abb. col. 3. de electio. & Ant. de But. ibi. 13.
2 no. & per Oldrad. conſ. 64. † Nulla tamen alias
eſſet electio, ubi non adeſſent duæ partes ex tribus
ſecundum Abb. ibi per no. in. l. nulli & l. plane. ff.
quòd cuiuſque uni. no. Non eſt tamen ad electio-
nem faciendam, aliquod tempus præfixum a iu-
re, electoribus: uerum admoniti, & pręfixo eis ter-
mino a Papa, infra quem eligere debeant, ſi non
uoluerunt, uel non potuerunt eligere, poſt ad-
3 monitionem, & expectationem, † poteſtas pro-
uidendi deuoluitur ad Papam: ne ſedes Apo-
ſtolica careat defenſore & aduocato, ſine ſua
culpa, iuxta text. in d.c. uenerabilem, & ibi per
Abba. col. 3. & 4. & Bal. ibi col. 5. ubi alij do-
cto. & in l. bene a Zenone. per eundem Bal. col.
fi. C. de quad. præſ. & per Marti. Land. de princi-
pib. q. 555. & Iaſ. in l. ſi pecuniam. num. 15. ff. de
cond. ca. da. & gloſſ. in c. ad Apoſtolicæ. in uer. illi
4 autem, de re iudi. in 6. † In electione vero Impe-
ratoris facienda, præualet quicquid fit a maiori
parte electorū, nec requiritur oīum conſenſus, nec
duæ partes eorū, ſicut in electione Papæ, ſed ſuffi-
cit maior pars, ut cōmuniter contingit, in alijs ele-
ctionibus

ctionibus prelatorũ.per c.licet eo.tit.ut formaliter
dicit Abb.eo.c.uenerabilẽ.col.4.per illum text.&
5 Ant.de But.ibi d.not.13.Et ubi in aliquem,maior
pars electorũ,non cõſenſerit, poſſunt ante admo-
nitionẽ electores uariare, & accedere ad nomina-
tionẽ alterius: ſicut obſeruatur,in electione Papæ,
ut no.in d.c.licet.eo.ti.& ita in eodẽ.c.uenerabilẽ.
tradit Abb.d.col.3.& Bal.col.5.q refert idẽ tenere
Io.And. q ſi in diſcordia perſeuerẽt, poſt tp̃s præ-
6 fixũ,negotium deuoluit ad Papã ut ſupra.† Tñ ſi di
ſcordãt in pari numero,cum merita eligentium, &
electorũ paria ſint, põt ipſe Papa fauere, & grati-
ficari, cui uoluerit, ut in d.c.uenerabilẽ.cũ glo.in
uer.fauere,& per Abba.ibi.col.6.& Bald.col.4.&
7 Ant. de Butr. † Et duobus electis, in diſcordia,
vterq; adminiſtrat,ut Rex,& oẽm Imperij iuriſdi-
ctionẽ exercet,donec per Papã alterius electio fue
rit approbata ſm gl.in cl.1.in uer. Regis. de iure-
iur.per diſpoſitionẽ quarundã Literarũ, ut ibi dr̃,
emanatarũ,ex regiſtris Inno. III. Põtificis,ſuper
negotio diſcordię electionis,de qua loquit̃ d.c.ue
8 nerabilẽ †& recitatã concluſionẽ,& idẽ proſequi-
tur Paris Puteus in tract. de duello §. mortuo.col.
1.lib.5. allegãdo Oldrad.95.22. & 23. & locutus
eſt Abb.in d.c.uenerabilẽ in fi.de electio. ſic ut ua
liditas geſtorum, dependeat à futuro euẽtu ibi per
eos.& per Marti.Laud.in trac.de princip.q.6. Ele
ctio ẽt unius electorum ualet. quia poſſunt elige-
re unũ ex ſe ipſis,tex.vr̃ in l.plane,ex quo hoc col-
ligit Bal.ibi in prima lec.ff. q cuiuſque uni no. ſe-
quitur Io. de Anna. in c. fin.colum.2.de ſortileg.
quos pariter refert Ioan.Lecirier. in tract. de pri-
mogeniti. q.12. lib.2.colum.pen. Et electus hoc
caſu uidetur connumerandus, & computandus
inter eligentes: & numero eligentium: ita ut ſe
ipſum elegiſſe dicatur, vt uidetur ſenſiſſe Abb.in
c.licet.col.pen.& c.cum in iure, col.3.de electio.
& conſ.25. in 2.parte,qui tunc uidetur dixiſſe ta-
lem electionem ualere,quando non ſumus in caſu
in quo non eſt neceſſario ſeruanda forma. c.quia
propter,de electio.ut puta in electione epiſcopi,
uel prælati regularis, per cuius mortem, remanet
eccleſia uiduata: ſed immo fit electio, cunctis au-
dientibus: cum tunc non oriatur electio a ſe, nec
ſit Ambitioſus electus, & ita quod uox electi con
ſtituat maiorẽ partẽ: uel ſi proceſſum eſt per uiam
ſcrutinij priuati, licèt quis à principio non poſ-
ſit conſentire in ſe ipſum: dicit, ſi taliter electus
ab æquali parte conſecutiſſet in ſcrutinio priuato
in alium, qui non eſt electus a maiori parte: quòd
poſſet recedere, facta publicatione, ab alia nomi-
natione, & conſentire electioni de ſe factæ: & con
ſequendo augere numerum, quia ex quo neceſſa-
rio non eſt ſeruanda forma.d.c.quia propter, põt
augeri numerus per acceſſum, ſicut ſeruatur in ele
ctione Imperatoris iuxta no.in c.uenerabilem, &
in electione Papæ, ut in.c.licet,eo. tit.& ita tradit
Abb.uoluiſſe glo.in d.c.cum in iure & eſſe de men
te Io.And.in reg.in toto.de reg.iur.in 6. in mercu
rialibus. Nec ab his diſſentiunt Ant.de But.& Bal.
in d.c.cum in iure,& ideo inquit Butri.ibi,col.pe.
quòd ſecundum Io.And.debent eſſe cauti, qui ſpe
rant eligi,ut conſentiant in tales quos non ſit ue-
riſimile eligi debere, & ſic in minori parte, ut ab
ea poſſint reſilire,quia non poſſent recedere a ma
iori parte, & ut ibi uidetur, pro præmiſſorum cor-
roboratione,eſſe tex.in l.ſi conſul.de adoptio. de
quibus meminit Bal.in d.c.cum in iure.col.2.& ut
ad propoſitum, uidetur dicere Iaſ.in l. cum filio
nu.12.col.5.de leg.1. conſenſus electi, computa-
bitur in numero eligentium, per dict.text.no.in c.
cum in iure.cum glo.de electio: & iuxta prædi-
cta, videtur ſentire Ant.Roſel.in tract.de poteſ.
Imp.ac pap.§. ſecundum, nume.31. allegat tamen
quandam extrauag. Innoc.4. quam dicit diſpo-
nere, Vocem electi in duabus partibus non cõpu-
tari, ſed eã extrauagan.non inuenio in libro meo.
Verum facta per Electores electione alicuius
9 † an alia electione, alium in Regem eligere poſ-
ſint, dubitari põt:pro cuius dubij ſolutione,exiſti
mo dici poſſe, prout magiſtraliter tradit Abba.
in.c.conſiderauimus,& Lirius in.c.auditis.per illa
iura,de electio: quod ubi prima electio facta ab
eiſdem electoribus,eſt euidenter nulla, & eligen-
tes non ſint priuati poteſtate eligendi, tunc ualet
ſecunda electio,per.c.cum terra,eo.tit. alius ſi pri-
uati,non ualet ſecunda per.c.bonæ.1.eo.tit: Si au-
tem prima non eſt euidenter nulla: prima caſſata,
tenet ſecunda d. c. auditis, &.c. conſiderauimus:
Vbi uero electiones ſint factæ, a diuerſis electori-
bus, eodem contextu, ſi prima electio facta eſt a
maiori, & ſaniori parte capituli; a minori parte
alia,illa prima tenet d.c.quia propter; Vbi autem
una electio ſit facta a maiori: alia a ſaniori, ſed
minori, ut puta indigno ſcienter electo:tunc nul-
la ualet, quia debet eſſe facta a maiori, & ſaniori
d.c. quia propter:ſi tamen maior pars eſſet priua-
ta, quia elegiſſet ſcienter indignum, ualeret ele-
ctio facta a minori parte,quia cenſetur tunc facta,
a toto capitulo, .c.dudum, eo.tit: Diuerſo uero
contextu factæ electiones: ſi prima non tenet, &
electores ſint priuati,propter eorum delicta, tenet
ſecunda facta etiam a paucioribus,d.c.bonæ,ſed ſi
prima non tenet,electores tamen non ſunt priua-
ti,non tenet ſecunda: quia non habebant iſti po-
teſtatem eligendi,ſine alijs. Idem & fortius ſi pri-
ma electio tenebat:vel non erat euidenter nulla d.
c.conſiderauimus,&.c.auditis: Eodem autem con
textu dicuntur factæ electiones,omnibus exiſten-
tibus in capitulo, & pariter eligentibus, Diuerſo
autem, quando una pars eligit, poſtquam alia re-
10 ceſſit, ut ibi per Abba. † Notandum tamen eſt,
quòd electione abſoluta,poteſt electus renuncia-
re electioni ſuæ, quæ renunciatio debet fieri, in
manibus electorum, ante confirmationem: poſt
autem,in manibus Papæ, ſecundum Paridem Pu-
teum in d.tractat.de duello lib.7.§. mortuo.nu.5.
per no.in.c.quod in dubijs,de renunciatio & uide
tur tex.in.c.1. in fortiori caſu, loquente in Papa,
qui nõ habet ſuperiorẽ,de renunciatio.in.6.quem
alle-

allegat ad Renũciationem Imperatoris Ant, Roſellus de poteſ. Imp. ac Papæ, §. ultimo dicitur, nu. 5. &. 25. Hęcq́ue circa electionem, ut pote principaliora, dicta ſufficiant: cum & aliqua alia poſſent cumulari, q̃ breuitatis cauſa miſſa facio; trãſeamus ergo ad reprobationem, quandoq́; electi Regis.

SVMMARIVM.

1 *Papa perquirit perſonam electi Regis Ro, vt eum approbet, vel reprobet,*
2 *Rex Ro. electus, propter ſacrilegij delictum, reprobatur. 8. quòd publicum eſt,*
3 *Sacrilegium, magnum crimen eſt grauius adulterio, & crimine læſæ maieſtis,*
4 *Pœna capitalis infertur iniurianti Sacerdotem, & eximenti aliquem ab eccleſia.*
5 *Sacrilegij ſpecies quot ſint, & .4. modis cõmititur. 6,*
6 *Dignus is præſumitur, quem Princeps elegerit.*
7 *Sacrilegiũ, eſt Sacræ rei violatio, quaſi Sacri lędium.*
9 *Infamia ciuilis repellit a dignitate, quicquid ſit in canonica.*

QVAESTIO V.

QVIBVS EX CAVSIS ELECTVS IN Regem Ro. reprobetur per Papam.

SACRILEGII EXCEPTIO.

1 POſt electum Regem Romanorum Cæſaremque; † Pontifex Max. ad quem impoſitio manus ſpectat, examinat, perquiritque perſonam electi, ſiue in concordia, ſiue in diſcordia: ut idoneum ad Imperium promoueat, & approbet: per inunctionem, conſecrationem, & coronationem; Indignum uero reprobet, & repellat, uarijs ex cauſis & criminibus noxum, ut diſponitur in d. c. uenerabilem: Ad quorum enucleationem, ſigillatim accedendo
2 † Sacrilegij primo ſeſe offert delictum; propter quòd infirmatur electio, ut in eo.
3 tex. ubi Abb. & docto. nec mirum † cum Sacrilegium inter magna crimina connumeretur, ſecundum glo. ibi in eodem uerbo. nam & alibi dicitur, Sacrilegium eſſe grauius crimen adulterio: ſecundum glo. in. c. at ſi clerici, §. de adulterijs, in uer. minora, de Iudicijs: immo & grauius uidetur, crimine læſæ maieſtatis, ut uidetur tex. in. l. 1. in prin. ff. ad l. Iul. maieſta. ibi proximum Sacrilegio crimen eſt, quod maieſtatis dicitur: ut hæc colligit Ludo. Montaltus, in trac. de reproba. ſenten. pila. art. primo, uerſ. tertio, & uerſ. quarto, nu. 64. &. 65. Sicque inter excepta crimina cõnumeratur, ut dicemus infr. c. 9. de prætore. §. 3. in rub. de accuſation. nu. 9. & propterea dicitur in. c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4.
4 † ſi quis ui, aliquem ab eccleſia exemerit, uel ſacerdotibus & miniſtris, aliquid iniuriæ importauerit, inſtar publici criminis, & læſæ maieſtatis, accuſabitur: & conuictus, ſeu confeſſus, capitali ſentẽtia, a rectoribus ferietur. Aduertendum tamen eſt, multis modis committi Sacrilegium, ut habetur in, l. Sacrilegij, & l. Sacrilegi capite. ff. ad. l. Iuli. pec. & in tit. C. de crimi. Sacrileg. & in pluribus locis. 17. q. 4. & pcipue in. c. quiſq́s, & d. c. ſi q́s ſuadẽte, & ideo Cardi. in cle. 1. de pęn, quẽ refert, Pau. Gril. in trac. de pęnis omniſariã coitus, q. 1. col. 1.
5 † dicit, qđ Sacrilegij multæ ſunt ſpecies, licet Pau. ibi dicat ꝙ Bal. poluit tantum quattuor ſpecies in d. l. 3. & melius cęteris iudicio ſuo, Bal. tamen ſi bene aduertatur, non deſcripſit ſpeciem; ſed deduxit, quòd quattuor modis committitur Sacrilegium: licet primo, tribus modis committi dixerit: glo. uero & Bar. in. l. Sacrilegi capite, tradit triplex eſſe Sacrilegium, & eius genus, & ita reaſſumit Pau. ubi ſupra. col. 2. nu. 7. Io. Bernar. Diaz. Hiſpa. in ſua practi. cano. criminali, in uer. Sacrilegi, uidetur & ipſe ponere dictas quattuor ſpecies poſitas per Bal. ut ſupra: Ego quõcunque per genus, aut ſpecies, declaratur Sacrilegium: cũ genus ſit quod prædicatur de pluribus differrentibus ſpecie, ſecundum Philoſop. lib. 1. topicorum. c. 4. ut homo, equus, & ſimilia: quę ſpecies nuncupantur, apud logicos: apud glo. uero & Bar in. l. legato generaliter. ff. de leg. 1. appelletur quoddam genus inferius, quod prędicatur de pluribus differentibus numero; probabili-
6 ter dici poſſe exiſtimo, Sacrilegij † quattuor eſſe ſpecies, ſeu genera; alio modo tamen quam præfati docto. ſcripſerint: uidelicet, Primum quòd committitur in perſonam, & in hoc genere, comprehendo etiam violationem, & illicitos complexus monacharum: & monachorum; Lęditur enim perſona Sacra hoc pacto, ut. 27. q. 1. c. impudicas, ſicut Lęditur percuſsione, vel occiſione d. c. ſi quis ſuadente; Secundum, quòd comittitur in loco, quando locus publice Sacer, ut Eccleſia, uel eius cimiterium Læditur: deſtruendo, uel aliter uiolando ad Eccleſiam ſpectantia, ut habetur in. c. ſicut, & alijs pluribus. c. ſeqq. 17. q. 4. Tertium eſt, quòd committitur in re; illam ſcilicet Sacram auferendo, & contrectando, c. ſi quis contumax &. c. ſeq. ea diſt. & in. l. diuus, & d. l. Sacrilegi capite, ubi per Bar. ff. ad l. Iul. pec. Differentia tamen eſt, inter ius canonicum & ciuile in hoc genere, quia iure canonico, non ſolum auferens Sacrum de Sacro: ſed etiam Sacrum de non Sacro: & non Sacrum de Sacro, committit Sacrilegium d. c. ſi. quis contumax, quod in duobus ultimis caſibus, de iure ciuili non procedit. d. l. Sacrilegi capit. & in d. l. diuus. per Bar. & Bal. & Pau. ubi ſupra. Quartum genus erit, quod committitur, cum qui legis diuinæ Sanctitatem, neſciendo, aut negligendo, violant & offendunt, aut qui de Principali, Imperatoris, vel Papæ iudicio, diſputant: dubitantes an is dignus ſit, quem Princeps elegerit: nam dignus præſumitur: ut per Alciat. in. tract. de præſump. reg. 3. præſump. 19. uel cum quis in prouincia propria, gerendę adminiſtrationis officium aſſumpſerit: niſi ex certa ſcientia, ſibi a Principe conceſſum fuerit, ut in tex. d. c. ſi quis ſuadente, &. C. de crimi. Sacrileg. per totũ: & per allegatos docto.

cto: Et hoc equidem quartum genus erat omiſ-
ſum a Bal.ubi ſupra,non etiam poſuit glo. & Bar.
in d.l.Sacrilegi capite,illud genus Sacrilegij,quod
committitur ratione perſonæ:unde in recitatis ui-
dentur omnia comprehenſa, quibus apte con-
7 uenire uidetur diffinitio,† & Aethymologia Sacri
legij:quæ eſt ſecundum Bal.in d.l.3.& relatos per
Pau.Gril.6.q.1.in prin.Sacrę rei uiolatio, uel eiuſ-
dem uſurpatio:& dicitur quaſi Sacri lędium:Sacra
enim omnia,uel quaſi proprie uel improprie, ſunt
prædicta, ſi recte conſiderentur. Verum quia præ-
miſſa oĩa illuc tendunt, an ex unoquoque genere
eorum,& in eo comprehenſorum, reprobare ele-
ctum Regem contingat, ſi in eis deliquerit, cum
diuerſimode pœna imponatur, ſiue reſpiciamus
ius ciuile,ſiue canonicum:capitalis, aut arbitraria:
depoſitionis, aut excõmunicationis maioris, vel
8. minoris,ut in dictis iuribus,& auctoritatibus:† Vi-
detur dici poſſe quod ſic, quia tex.in d.c. venera-
bilem.de electi. indiſtincte, & generaliler loqui-
tur,ergo generaliter eſt intelligendus, l. 1.§.gene-
raliter.cum ſim. ff. de leg. præſtan. quòd confir-
mari poſſe uidetur, quia non ſolum ſecundum ca-
nones, ſecundum quos, omne crimen eſt publi-
cum, & infamat infamia canonica delinquentem.
c.infames. cum glo.6. q.1.&.c. ſeq. ubi inter alia,
Sacrilegium ad hoc expreſſe connumeratur: ſed
etiam de iure ciuili, Sacrilegij crimen eſt publi-
cum.§.itẽ lex.inſti.de pub. iudi.&.l.1.ff.eo: quod
9 infamat,ut.l.Infamem.ff.eo.† quæ infamia ciuilis,
procul dubio repellit a dignitate; ubi aliud ſit in
infamia canonica. Qua propter ſuccedere uidet̃,
quòd utcunque Sacrilegus, tanquam infamis re-
pellendus ſit, quia infamibus, non patent portæ
dignitatum,nec dantur honores;immo etiam pri-
uantur habito honore; l.infamia. cum glo.C.de
decurio.lib. 10.c. infamibus, de reg. iuris in.6.&
tangit glo. in uer.periurium,d.c.uenerabilem, vbi
Ant.de But.& in.c. quærelam. de iureiur. Sed de
pœna quorũlibet horum generũ Sacrilegij, dice-
mus in.c.9. de prætore hoc libro. §. 3.in rub. de
Sacrilegis.

SVMMARIVM.

1 *Rex Romanorum electus, propter excommunicatio-
nem reprobatur. 5.*
2 *Electio de excommunicato, etiam occulto, eſt nulla.*
3 *Excõmunicatio maior, quæ anathema dicitur, repel-
lit excomunicatum a Sacramentis, & ingreſſu Ec-
cleſiæ, & cõmunione fideliũ; & ab ea, non abſo-
luunt, ſimplices Sacerdotes; ibi caſus, remiſſiue;
& infamat.*
4 *Excommunicatio minor, priuat tantum ab Ingreſſu
Eccleſiæ, & cõmunione Sacramentorũ; non autem
fidelium; & infligitur, quo ad Deum, pro quolibet
peccato mortali.*
6 *Excommunicatio impedit promotionem, etiam ad
ſecularem dignitatem.*

EXCOMMVNICATIONIS
EXCEPTIO.

EXcommunicatio ſecundo loco
1 ſubſequitur, † propter quam re
pellitur iam electus Rex, ut in
eo.c.uenerabilem, & in glo.in
uer.publica, ſuper qua ibi tra-
2 dit Abb. † quod electio.facta
de excommunicato, eſt nulla; quantumcunque
ille ſit occulte excommunicatus, per.c.cum dile-
ctus,de conſuetu.&.c.cum inter. R. de electio. &
per alia,& declarat glo.ibi,ut non ſit referenda ad
tex.quia eſſet falſa, dum dicit; excommunicatio
debet eſſe publica, ad hoc ut aliquis repellatur a
proſecutione iuris ſui,& cũ Abba.tranſeunt ſcrib.
3 ibi. † Quæ proculdubio, procedere exiſtimo,in
excommunicatione maiori: quæ & anathema di-
citur ſecundum glo.cum tex.in.c. Engeltrudam.
3.q.4.& a qua non abſoluunt ſimplices Sacerdo-
tes,teſte.Nico.Ploui.in trac.de excommunicatio.
col.1.& quæ proprie ſecundum eum ibi dicitur
excommunicatio; & quæ ſecundum tex.in.c.pen.
de ſenten.excom.repellit excommunicatum a Sa-
cramentis, & ingreſſu Eccleſiæ, & a communione
fidelium,ut in.17.caſibus, quando infligitur a iu-
re(nam quandoq; infligitur,etiã ab homine) po-
ſitis per Innocent.in.c.1. de ſenten,excomu. ſed
33.caſus poſuit Hoſti. in ſumma de ſenten. exco-
mu.§.quis poſsit: At ſecundum Io. And. relatum
per Ploui.ubi ſupra.col.2.quinquaginta ſunt ca-
ſus, qui per eum enumerantur, in quibus ipſo fa-
cto,quis in ſententiam excommunicationis inci-
dit,& de cauſis,& caſibus maioris excommunica-
tionis, ſcripſit etiam Io. Ligna. in trac. de cenſu.
eccleſi.23.&.§.quarto, uerſic.caſus, &.§.decimo.
Et quod iſte tex. in excommunicatione maiori
procedat,ex eo uidetur probari:quia ſimpliciter,
appellatione excommunicationis,intelligimus de
maiori. d.c.pen. de ſenten. exco.ubi per Abba.&
in rub.eo.tit.ubi Feli. & taliter excommunicatus,
dicitur etiam infamis.d.c. infames.6.q.1.qui in-
capax eſt dignitatũ, vt ſupra: & tali, quilibet actus
legitimus eſt interdictus, & quęlibet participatio,
aliquo etiam priuilegio non obſtante: & pariter
omne priuilegium Legis, & beneficium: dato
etiam quòd excommunicatio ſit iniuſta, ſecus ſi
nulla, ut per Hoſti.in d. ſumma, de ſenten.exco-
municatio.§.quis ſit effectus.& faciunt dicta Abb.
in c.ueritatis. colu.8. nume.34.de dolo & contu.
& per Hiero.Gigant. in tract. de penſio.eccle.q.
14.nam & talis nec eligi, nec eligere poteſt.c.po-
ſtulaſtis.in prin. de cleri. exco. & perplura tradit
4 Decius conſ.522.in prin.uol.3. † In minori uero
excommunicatione: quę tantum priuat ab ingreſ-
ſu Eccleſiæ,& a communione Sacramẽtorum,non
autem a communione fidelium, ut habetur in glo.
c.ſi inimicus, & in d.c.pen.& per Abba.& Feli.in
ea rubrica, & per Innoc.in d.c.1.& quæ ſecũdum
eum

eum ibi, infligitur ipſo iure, quo ad Deum: pro
quolibet peccato mortali, per tex. in. c. audi. 11. q.
4. &. c. ipſi Sacerdotes. 1. q. 1. & itẽ ſecundum eum
ibidem, infligitur quo ad Deum, & quo ad Eccle-
ſiam, in octo caſibus ipſo iure; Et inquit Abb. in d.
rub. quod minor excõmunicatio infertur a iure, &
ab homine; a iure ut plurimũ, per participationem
cum excõmunicato; ab homine poteſt ferri pro
quolibet peccato, ſiue contumacia: ſed dicit non
eſſe hanc in uſu: quia communiter, Iudices fe-
runt excommunicationem maiorem, allegat. d. c.
Engeltrudam. 3. q. 4. dicit etiam Feli. in ea rub.
loquendo ſimpliciter: quòd excommuninatio in-
fertur a iure, pro delicto: ab homine propter con-
tumaciã, per iura per eum allegata. & quęlibet con-
tumacia, eſt digna excommunicatione: quæ con-
tumacia tanto dicitur maior, quanto eſt pro re le-
5 ui. † Crederem, inquam, etiam propter hanc mi-
norem excommunicationem, nõ debere aliquem
in Imperatorẽ promoueri, ſeu Regem, eo argu-
mento, quia taliter excommunicatus eſt pri-
uatus Sacramentis Eccleſiæ, item eſt inęligibilis.
c. ſi celebrar. de clerico exco. miniſt. ubi Abb. di-
cit ultra Inno. hunc aliquam dignitatem, bene-
ficium, nec clericatum habere poſſe & idem Abb.
in. d. cap. uenerabilem, tradit in terminus no-
6 ſtris, † quod excommunicatio impedit promo-
tionem, etiam ad ſecularẽ dignitatem, ut etiam te
net Ant. de. But. ibidem: & non poſſe eligi, tenuit
etiam Hoſti. in d. ſumma, de ſen. excommu. §. quis
ſit eius effectus. & Io. de lig. ubi ſupra. §. decimo
tertio. at ut inquit Rochus de curte in trac. de iu-
re patro. in uer. honorificum. col. 8. num. 18. per
dict. tex. in. c. ſi celebrat, talis, nõ poteſt præſen-
tari uel inſtitui: Et pariter uidetur militare diſpo-
ſitio d. c. infames, quæ uidetur comprehendere
non ſolum maiorem excommunicationem per il-
la uerba ibi, anathematizatos: ſed etiam mino-
rem, per illa uerba, ut pro ſuis ſceleribus, ab Eccle-
ſia repulſos: unde itidem militabit argumentum,
bis ſupra factum: ut uti infamis reprobetur: Po-
ſtremo dici põt, tex. in d. c. uenerabilem. loquen-
tem de excommunicato, debere intelligi, non
ſolum de excommunicatione maiori, ſed etiam
minori, ut uidetur declarare tex. in. c. ſi quem: ubi
Abb. & Feli. de ſen. exco.

SVMMARIVM.

1 *Tyrannis quid ſit; & ad quid tendat; ob quam re-*
probatur electus Rex. 5.
2 *Regis obiectum eſt, quod honeſtum ſit: Tyranni,*
quod placeat.
3 *Reip. tres ſpecies; videlicet Regnum; optimorum po-*
ſtas; Cenſu poteſtas.
Harum pariter, tres tranſgreſſiones. ibi.
4 *Rex non eſt, niſi ſit ex ſeſe ſufficiens, boniſque om*
nibus antecellat.

TIRANNIS EXCEPTIO.

TYrannidis labes, & pœna, exinde re-
probationis electi Regis, inſcribi-
tur tertio loco, in d. c. uenerabilem,
quam dicit Ariſt. lib. 4. c. 2. Politi-
corum, eſſe deterrimam tranſgreſ-
ſionem ac plurimum a recta ſpecie gubernandi
abeſſe. ibidemque. c. 10. hæc ſcribit, Tyrannis, quæ
maxime proprie uidetur id nomen habere, oppo-
ſita eſt Regiæ poteſtati abſolutę: & eſt Monarchia,
quæ nullis ſubiaceat legibus, & dominatẽ per uim,
æqualibus & melioribus: ac reſpicit ad propriam
utilitatẽ, non aũt ſubditorũ: & non ad cõe cõmo-
dũ, ſed particulare, ut ad idẽ confluunt dicta eiuſ-
2 dẽ ibi lib. 5. c. 10. dũ tradit † obiectũ Tyranni, eſſe
id qđ placeat: Regis aũt, qđ honeſtũ ſit. & alibi. 8.
3 Ethicorũ. c. 10. † ponẽs tres reip. ſpecies, uidelicet
Regnũ, Optimorũ poteſtatẽ, & cẽſu poteſtatẽ, quæ
reſp. appellari ꝯſueuit Regnũ optimũ: Deterrimã
uero, cenſu poteſtatẽ: ſcribit, & harũ triũ ſpecierũ,
tres trãſgreſſiones, uidelicet a Rege in Tyrãnũ, ab
Optimatibus ĩ paucorũ potẽtiã, a Rep. uero, ad po
4 pularẽ. & pulchre ſic inqt, † Rex nõ eſt niſi ſit ex ſe
ſe ſufficiens, & bonis oĩbus antecellat: ſecundum
Bar. uero in trac. de Tyrannia, col. 1. ex mente Gre
gorij lib. 12. moraliũ, & per Soci. conſi. 22. col. 1.
5 uol. 1. † Tyrãnus is dicitˀ, q cõi reip. nõ iure princi-
pat, & qui anguſtiat, & cruciat ſuos: cũ actus Ty-
rannicus ſpecialiter conſiſtat in affligendo ſubdi-
tos, de quo, & alijs multis diſſerit ibi Bart. maxime
col. 5. qũo probentur, & qui ſint, enucleando qñq;
ſupra memorata, p Philoſophũ: Tirãnus aũt, an et
ob Iniuſtitias, a ſubditis ſuis poſsit expelli, uel im-
pune interfici, dicemus inf. §. 4. uerſ. 27. nu. 16.

SVMMARIVM.

1 *Rex Ro. electus, Immo etiam imperator approbatus,*
propter hæreſim, reprobatur. 6. & quilibet alius.
ibi.
2 *Hæreſis crimen, cæteris eſt deteſtabilius, quod crimen*
læſæ maieſtatis diuinæ dici poteſt, eſtque peccatum
in ſpiritum Sanctum, cum pertinacia.
3 *Hereticus dicitur quis proprie, & improprie.*
4 *Priuationis pœna non habet locum, niſi expreſſe a. l.*
caueatur.
5 *Lex licet pœnalis, extenditur dum non ſit correctoria,*
item dum adſit fauor reip. vel animæ.
7 *Hæreticus non eſt, qui errorem ſuum reuocat, & in eo*
pertinax non eſt.

HAERESIS EXCEPTIO.

HAereſis crimen quartum in ordi-
ne ponitur, ad reprobandum ele-
1 ctum † Regem, quod cæteris
grauius, & deteſtabilius eſt, eo
quòd directo, cõtra ipſum crea
torem patratur, detrahendo, &
negando illius diuinitatẽ. c. 1. de ſumma tri. l. j. C.
eo.

eo.tit.c.ad abolendã,de hæret.& optime facit tex.
in.c. primũ.22.q.2.Lõge enim grauius eſt æternã,
quã tẽporalem lædere Maieſtatem,c.uergentis.de
hęreti.& ideo,ut inquit Bal.in l.j.col.10.qui accuſ.
nõ poſ.hæreſis, in quã quis incidit lubrico igno-
rantiæ, eſt grauius peccatum, quam homicidium,
doloſe commiſſum; ſicque etiam ex præmiſsis,
uidetur poſſe appellari crimen læſę maieſtatis di-
uinæ; & eſt peccatum in ſpiritum Sanctum, ubi
adſit pertinacia, ſecundum. S.Thomam in 4. ſen-
tentiarum.13.art.16. in fi.ſequitur Franciſ.Squi-
lacenſis in tract.de fide cat.c.25.& inter excepta
crimina connumeratur, ut dicemus infr.c.9. de
3 prætore,in rub.de accuſation.§.3.nu.9.† Hæreti-
cus tamen dicitur quis duobus modis, proprie, &
ſtricte: Improprie, & large. Proprie enim dici-
tur, qui alicuius temporalis commodi, & maxime
uanæ gloriæ, principatusque ſui gratia, falſas ac
nouas opiniones,uel gignit, uel ſequitur, text.eſt
formalis in,c. hęreticus.24.q.3. Hoſti. in ſumm.
eo.tit.§.1.& ſic qui aliter ſentit de articulis fidei,
quam ſentiat Ro.Eccleſia,ut ibi per eum per.c.hęc
eſt fides.cum.c.ſeq.24.q.1.uel qui male ſentit de
ſacramentis eccleſiæ.d.c. ad abolendam. In his
enim duobus caſibus, hæreſis proprie committi
uidetur,ut tenet Abb. Feli.& docto. in.c. firmiſsi-
me.de hæreti.ſequitur Decius cõſ.151.nu.3.uol.
1. Improprie uero dicitur multis alijs modis, ut
per Hoſti. Abba.& Feli.ubi ſupra, & Pau. Grillan-
dum in tract.de hæreti.in 2.q. ac diſpoſitioni di-
cti.c.uenerabilem, conueniunt quæ alias dicun-
tur, quòd hæretici, nec eligere, nec eligi poſſunt,
excommunicati enim ſunt.c.excommunicamus,in
prin.de hæreti.ut & per Petrum a Biaxio in tract.
qui inſcribitur, Directorium electionum. c.21
primæ partis: Sic quoque dicitur, ſententiam
Imperatoris publice hæretici, non ualere, ut
dixit Martin. Laud. in tracta. de princip. q.98.
faciunt dicta ſupra in hac. quæſt. uerſic. excom-
municatio. Verum an iſte text. debeat intel-
ligi, tam de improprio, quam proprio hæretico,
probabiliter dubitari poſſet;nam de proprio uide-
tur indubium, in improprio, illa uidentur aduer-
ſari:quia uidemus eſſe in pœnalibus & odioſis, in
quibus uerba ſtricte, & proprie ſunt accipienda.l.
quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. obliga.l.inter-
pretatione.ff.de penis. & in.c. odia.de reg. iur.6.
4 hocque tantò magis procedere uidetur, † quia
pœna priuationis, non habet locum, niſi expreſſe
a l.caueatur, glo.in.c.fi.de iure patro, elicitur ex
§.cum igitur, uerſ. nec qualibet. in auth. de non
elig.2.nub.mulie.Bald.in auth.ex teſtã.C.de ſec.
nupti.col. pen. uerſ. tertiò facit ad ſolẽmnem; de
priuatione autem tractatur in caſu noſtro. Con-
trarium tamen uerius opinor, quia tex. iſte gene-
raliter, & abſolute loquitur, & generaliter eſt in-
telligendus.l.1.§. generaliter.ff.de leg.præſtan.&
5 ad obiecta reſpõde, quòd lex † utcunque pœnalis,
dum non ſit correctoria, extenditur, Iaſ.in.l.ſi
quis maior num.9.C.de tráſactio.allegat tex.in,c.
1.§.porro.ubi Bal.no.quæ fue.pri.ca.benef.amit.
nos autem non ſumus, in correctorijs. uel dic
quòd licet lex pęnalis, & odioſa debeat reſtringi,
& non extendi, tamen ubi extenſio tendit ad fauo-
rem reip.ſeu publicum, debemus legem ſeu ſta-
tutum odioſum,extendere:ſicut legem, uel ſtatu-
tum fauorabile.l. hoc modo,ff.de condit. & de-
mon.Bar.in.l. quemadmodum.C. de ag. & cenſi.
lib.11. quem refert, & ſequitur Hypp. Marſ. cum
multis relatis in.l.fi.num.178.ff.de iuriſd. om. iu-
di.& in.§.aggredior.num.59. cum pluribus ſeq.in
practica criminali, ubi infinita, & pulchra exem-
pla accumulat: idem ſentit Iaſ.in.d.l. ſi quis ma-
ior,quando tractat de fauore animæ, per dictam
doctri.Bar.& alia plura: ſicque uidetur equipara-
re,fauorem publicum,& animæ: in caſu autem no
ſtro tractat de fauore publico,ſcilicet de Principe
electo reprobando: qui totius reip. Chriſtianæ,&
Eccleſiæ,debet eſſe aduocatus & optimus defen-
ſor,& rector:& qui bonis oĩbus antecellat, ut ſu-
pra uerſ.præcedenti, & in hoc.§. ſecundo,in prin.
dictum eſt: ergo non ſolum ex propria, ſed etiam
ex impropria hæreſi,inhabilis erit cenſendus, ele-
ctus rex; quod uidetur corroborari:quia crimina,
in quibus quis improprie cenſetur hæreticus,infa-
miam irrogant, ut in d.c. infames.6.q.1. & infa-
mes a dignitatibus repelluntur, ut ſupra dictum
6 eſt: declara tamen ut inf. uerſ.Periuri.in fi.† Qui-
nimo non ſolum repellitur electus Rex, ſed etiam
iam approbatus in Imperatorem & Papa ipſe, &
alius inferior,& quilibet Laicus deponitur, hæreti-
cus deprehenſus, ab omni dignitate.c.ſi Papa.40.
diſt.&.c.qui contra pacem.24.q.1.& d.c.ad abo-
lendam,& per Hoſti.dict.tit.de hęreti.§.qua pœna
col.2.& per Ant.corſ.in tract de poteſ.reg. q.86.
lib.5.& Decium conſ.151.col.4. qui etiam lo-
quitur in hæreſi impropria,& in ipſo Põtifice, ta-
li hęreſi, licet non propria, laborante: & Papa &
Imperator puniuntur propter hæreſim, nullo ha-
bito reſpectu dignitatis ſuæ. ut dicemus inf.lib.2.
7 c.1.§.2.q.6.num.1.† Quicunque tamen errorem
ſuum reuocauerit: & pertinaciter in eo non inſte-
terit; hæreticus non erit cenſendus.c. dixit Apo-
ſtolus, &.c.qui in Eccleſia. 24. q.3.& per Pau.
Gril.6.q.2.nu.5.Feli.in rub.de hæreti.in prin.Ol-
drad.conſ.271.& Decius d.col.4.de quibus, &
de hæreſi, latius dicemus in hoc lib. c.9.§.3. in
rub.de hæretic.

S V M M A R I V M.

1 *Rex Rom, ad Imperium promouendus, debet eſſe Chriſtianus.*
2 *Rex Rom.ad Imperium promouendus, iurat ſe Ro. ecl.& fidem cat.defenſurum.*
3 *Imperator poteſt apponere remedia extrinſeca, ne populus Catholicus ruat propter Schiſma; non intrinſeca circa Papatum.*
4 *Imperiũ depẽdet ab Eccleſia, extra quã nõ põt eſſe.*
5 *Pagani, & Iudæi, publicis officijs non præficiuntur.*

PAGA-

PAGANITATIS EXCEPTIO.

PAgani exceptio,& uitiũ,propter quod impro
batur electus Rex,inſeritur quintum,in eo.c.
1 venerabilem,& recte:† Catholicus enim de
bet eſſe,& uere Chriſtianus,ad Imperium promo-
uendus,ut ſupra dictum eſt in.§.1.uerſ. Inſpicere;
2 adeo,† ut iurare teneatur, ſe eccleſiam Ro. & fidẽ
Catholicam defenſurum:uti qui eius dicitur defen
ſor,& aduocatus,ut ibi,& in cle.1.de iureiur. unde
3 illhic inquit Bal.col.5.† quòd Imperator poteſt ap
ponere remedia extrinſeca, ne Catholicus popu-
lus ueniat in ruinam propter Schiſma:ſed non in-
4 trinſeca, ut diſponat de papatu.† Immo Imperiũ
dependet ab eccleſia, & extra eam nõ poteſt eſſe,
ut abunde ſcriptum eſt ſupra.§.1.in.q.an unus tan
tum ſit Imperator,in fi.& latius in hoc.§. ſecũdo.
q.2.nam ſi alias approbaretur rex taliter electus,
eſſet committere ouile Lupo.Pagani enim qui &
Sarraceni dicuntur, prorſus a nobis, & religione
Chriſtiana diſcrepant. ut eſt glo.in rub. & per to-
tum tit.C.de paganis, & Sarrac: & propterea ſatis
ad propoſitum noſtrum, optime ſtatutum eſt, ut
5 † Pagani,& Iudæi,publicis officis non præfician-
tur.c.cum ſit,&.c.pen.de Iudæ.& Sarra. ubi Abb.
& Feli.Nimis.n.abſurdũ eſt,ut blaſphemus Chri-
ſti,in Chriſtianos,uim poteſtatis exerceat; ut ſunt
uerba formalia d.c.cum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Rex Roma. electus,ob periurium reprobatur.4.6.9.*
2 *Periuri, ad honores non promouẽtur: immo promoti repelluntur:quia infames.*
3 *Periurium in principe grauiſſimum:quia uerbum illius,etiam ſine iuramento, debet eſſe firmiſſimum.*
5 *Pœna qua uenit imponenda ipſo iure,uel facto, intelligitur, ſecuta ſententia declaratoria.*
7 *Infamia canonica contrahitur, pro quolibet peccato mortali:quæ aboletur pœnitentia.* 10.
8 *Iurans temere, peccat mortaliter: aliqñ venialiter.*

PERIVRII EXCEPTIO.

1 PEriurij exemplum,& impedimẽtum, ſextũ in
hoc. c. uenerabilem adducitur; quod tñ de-
claratur per glo.ibi in uer.periurium, ut non
procedat,in temerario iuramẽto ꝑ c.ſicut nr̃is. de
2 iureiu. † Sed periuri,non ſolũ non debent promo
ueri ad honores,immo ſi promoti ſunt,debent re-
pelli,ut eſt tex.in.c.quærelã. de iureiu. qa infames
ſunt,quibus portæ dignitatis patere non debẽt: ut
ibi in glo.no.& ꝑ docto:unde inquit Marti.Laud.
in trac.de prin.q.258. licet periurij crimẽ ſit gra-
ue in omni perſona, tñ in principibus eſt grauiſſi-
mũ,quia eorũ uerbum,etiam ſine iuramento, dẽt
3 eſſe† firmiſſimum,per doct.Inn.in.c.ad Apoſtoli
cę.de re iud.in.6.ac ut dicit Bal. in d.c.uenerabilẽ.
col.5. periuriũ manifeſtũ impedit promouendũ:
& ſi graue ſit,dẽt periurus deponi;quia infamis,ꝑ
l.ſi quis maior.C.de trãſactio:& addit,dummodo
de periurio qs ſit cõuictus aut cõdemnatus, uel ſit
notorium,alıter ſecus: allegat.l.Lucius.ff.de infa-
mibus.ſed Bar.cũ glo.in d.l.Lucius. uidetur diſſe
rere periurij labem & pœnam hoc pacto: uideli-
cet, ut eo ipſo, quod quis eſt periurus, ſit infamis:
licet non ſit condemnatus,d.l.ſi quis maior, quan
do quis iurat de futuro, illi cum quo contraxit,
ueniendo contra ſacramentum, & contra pactio-
nem. ut ſi iurauit quid ſe daturum, uel facturum:
Si autem quis iurat de præterito, non eſt infamis,
ſi deierat: niſi condemnetur d.l.Lucius. Quando
aũt iurat ſibi ipſi, uel Deo tantum,exemplum po-
nit glo.in eo qui iurat, quod hodie comedet car-
nes,tũc ut dicit Bar.non infamatur: Et propterea
ut clariora reddantẽ dicta iſtorũ: q̃ uidentẽ aliquan
4 tulũ ambigua,præſertim ad caſum noſtrum,† Di-
camus attentis uerbis glo. & Bart. in dict. l. Lu-
cius, cum quibus tranſeũt docto. ibi:& præcipue
Pau. de Caſt.qui inquit,quod illa glo.ſemper alle-
gatur ſecundum pręmiſſa,nec reperit ipſam repro
bari,quã & ſequiẽ Iaſ.in.l.ſi quis maio. ultra Bal.
ꝑ eũ relatũ.nu. 21. C. de trãſactio.& ita eã tenere
* cõiter*doc.ſenſit Corneus cõſ.214.col.fi.vol.2.&
Fel.poſt Abb.& Immo.ĩ c.teſtimoniũ. nu. 20. cũ
ſeq.de teſtibus,& Alb. de Roſa.ĩ trac. de teſtibus.
* §.cõſequẽter. uer.ulterius,in prin.& coẽm* ut ſ̃.
tradit Lanfran.in trac.de depoſiti.teſt.uerſ. his ſic
declaratis, ĩ fi.dicamus ĩnquã,primo declarari poſ
ſe,& intelligi tex.huius.c.uenerabilẽ ꝙ abſq; du-
bio,periurus de futuro ut ſ̃.licet non cõdemnatus
tanq̃ infamis ipſo iure, non promouẽt immo pro-
motus repellitur. Exiſtimo tñ pro infame nõ habẽ
dũ,ante quã declaratũ ſit per ſnĩam,uiolatum fuiſ-
ſe iuſiurãdum:ut eſt dictũ Bal.quẽ refert,& ſequi-
tur Alex.in d.l. ſiquis maior. ꝑ tex.in.l.eius qui de
latorẽ.in prin.ff.de iure fiſci.& per alia ibi cumula
ta:& inde iuxta opi. Archi.& Io. And.in c.1.de ho
5 mici.docet quod oĩa iura mundi † quæ dicunt,pœ
nam imponi ipſo iure, uel facto debent intelligi:
dum modo ſecuta ſit ſnĩa declaratoria, per quam
declaratum ſit, fuiſſe commiſſum id,propter quod
ueniebat imponenda illa pœna, hæc eadem æmu
latur Roma. conſil.211.&.212.& Alexan. conſil.
124.uol.1.ſententia tamen declaratoria, non re-
quiritur in notorijs. ut inf. uerſi. proximo. in fin.
Secundo poteſt intelligi tex.noſter, vt abſque du-
bio ẽt procedat in deierante de præterito, uel de
præſenti,ſed tamen condemnato,cum & is omni-
no tunc ſit infamis,ſecundum Bar. in d.l Lucius,
& in hoc caſu,uidetur poſſe conuenire opi. Bal.in
dict.ca.uenerabilem.col.5.& hanc ſententiam te-
net Abba.nume.7.& Feli.num.20.in d.c.teſtimo-
nium:affirmans idem tenere. S. Thomam, ſecun-
da ſecundæ.q. 99. art. 3.concludentem:quod iu-
ramento aſſertiuo, periurus non eſt infamis ipſo
iure,ſed ſolum per ſententiam diffinitiuam, latam
contra eum, in cauſa accuſationis:ſed in iuramen
to promiſſorio,eſt infamis ipſo iure,cũ ſit de futu-
ro ut ſ̃.idem tenet Albericus in dicto verſic. vlte-
6 rius.† Tertio tex.huius,ca.venerabilem, declarari

poteſt,in eo periuro,qui iurauit ſibi, uel Deo, etiã
de futuro:qui licet non ſit infamis, infamia ciuili,
* ut uidetur eſſe communis * opi. etiam ſecundũ iu-
ra canonica,ut teſtatur Feli.ultra Abba. & alios in
d. c.teſtimoniũ. nu.20.dr̃ tñ infamis, infamia ca-
nonica.c.oẽs cum glo.&.c.infames.16.q.1.& per
Fel.ultra Abba.ubi ſupra.& Corneum d.cõſ.214.
7 † quæ quidẽ infamia canonica contrahit̃ pro quo-
libet peccato mortali,& aboletur pænitẽtia, ut ibi
8 per eos, & alios docto. † & temere iurans peccat
mortaliter, ut no. Innocen.& Abb.ex glo.in d. c.
ſicut noſtris,quando quis iurauit illicitum ut ibi ſe
cundum Abba.ſecus quãdo iurauit temere.1. ſine
neceſsitate;uel utilitate,ſeu iocoſe:quia tunc teme
re iurans, peccat ueuialiter, † quapropter cenſeo,
in iurante,& peierante,in p̃miſsis caſibus,ubi adſit
peccatum mortale, q̄ electio iam facta, non ſub-
uertatur:iri facienda uero,repellatur,niſi prius pe-
10 racta pœnitentia, † quæ tollit infamiam canoni-
cam,abſque principis reſtitutione, ſecundum glo.
in d.c.omnes.ut uidetur concludere Hoſti. quem
ſequitur Abb. in d.c.teſtimouiũ.nu.7. de teſtibus,
& idem Abb.in d.c.ſicut noſtris enim 3.de iureiu.
per ea quæ ſentit glo. in.c.florentinum.85. diſt.&
arg.c.fi. de cleri. excommu. & idcirco licet poſsit
impingi infamia canonica, in iurãte ſibi, uel Deo,
uel temere iurante, ut ſupra nihilominus talis infa
mia, cum abſit ciuilis, non repellit a teſtimonio,
nec a dignitate,per dicta iura,ſecundum Hoſti. &
Abba. in prædictis locis : ſicque electus Rex, ob
hæc non poterit recuſari.

SVMMARIVM.

1 *Rex Roma electus reprobatur, ſi perſecutus fuerit Apoſtolicam ſedem,& alias eccleſias,& perſonam eccleſiaſticas.*
2 *Rex Roma. electus aggrauatur, ne promoueatur,ex delicto progenitorum.*
3 *Maieſtatem diuinam lædere,grauius eſt, quam temporalem.*
4 *Delictum patris,non nocet filio,nec econtra.*
5 *Citatio in notorijs,non eſt neceſſaria.*
6 *Notorium quod ſit, quotuplex,& eius materia,remiſſiue.*
7 *Notorium factum,declaratoriam non requirit.*

PERSECVTIONIS ECCLESIAE EXCEPTIO.

APPOSTOLICAE ſedis,& aliarum
eccleſiarum perſecutio,& perſo
næ eccleſiaſticæ, prout addit
Ant.de Bur.in.18. not.in eo. c.
uenerabilem, patrata per electũ
Regem,& eius progenitos, obij
citur,& dinumeratur ſeptimo lo.o.Sed hæc uiden
tur comprehenſa in hac. q. in princ. ubi ſacrilegij
crimen abſolutum eſt, ſiue reſpiciat eccleſiam,ſeu
res, ſeu perſonas eccleſiaſticas: Quod ſi etiam hu
iuſcemodi uerba interprætentur & extendantur
ad impios, & male ſentientes circa eccleſiæ dog-
mata, & omnia alia rite & catholice inſtituta; de
his diſſertum eſt ſupra hac.q. uerſic. Hæreſis, &
uerſi.Pagani. Verum quia hoc loco conſideratur,
nedum delictum proprium, ſed etiam progenito-
rum, ut in tex.huius. c.uenerabilem. cum gloſſ.&
per docto. præſertim Abb. & Bal.ibi, qui ut di-
2 cunt, † id aggrauat ne progenitus promoueatur,
& ut infamia progenitorum tranſeat in poſteros,
in quibus crimina illorum timentur: quia ſæpe ſo-
let filius ſimilis eſſe patri: quo fit,ut filius ob cri-
men paternum læſę maieſtatis,efficiatur infamis:
& excludatur ab omni ſucceſsione parentis l.quiſ-
quis C.ad l.Iul. maieſ.canonizata.6.q.1.c.quæro.
§.uerum,uerſi.ſi quis cum militibus, exiſtimo ea
ratione,hoc eſſe inductum ſpecialiter, ſicut in cri
mine læſe maieſtatis, quia ut dictum eſt ſupra in
prin.q.huius,maius uidetur crimen Sacrilegij,quã
læſę maieſtatis,d.l.1.in prin.ff.ad l.Iul. maieſt. uel
ſaltẽ ad idem comparantur,dict.c.ſi quis ſuadente
diabolo.17.q.4.& ideo uidetur argui poſſe: quod
lędatur ẽt diuina maieſtas,in uiolatione, & perſe-
3 cutione memorata, † unde grauius ſit æternã,quã
temporalem lædere maieſtatem; d. c.primum.22.
quæſt. 2. & dictum eſt ſupra uerſic. Hæreſis, cum
tamẽ regulariter ius ſit in contrarium, ut in glo.d.
4 l. quiſquis. ubi Salic. † Delictum enim patris non
nocet filio, qui non portabit iniquitatem patris,
nec pater filij,ut habetur in libris Bibliæ li.1.Eze-
chie.18.&.c. Iudæi. 1.q.4.& C.ne fil.pro patre, p
totũ:cum ſim,& ideo diuine ẽt ſcriptum eſt eo. c.
18.Anima quæ peccauerit,ipſa morietur, recipitur
ca.1.q.4.c.iam itaq;.Et aduertatur, quòd hæc tria
errata, uidelicet excõmunicatio publica; periuriũ
manifeſtum:& perſecutio diuulgata,eccleſiæ: im-
pedimẽta notoria appellat tex.d. c.uenerabilem,
& in prin. innuit,non fuiſſe citatam partem, in hac
denunciatione, & reprobatione ducis electi in Re
gem; & propterea docto. ibi,ſed max. Abb.col.4.
5 nu.10.ait,in notorijs, † non eſſe neceſſe citare par-
tem, ex quo factum eſt ita notorium, ut certũ ſit,
abſenti nullã defenſionẽ competere poſſe: ad quæ
refert concordare tex.in.c.cum olim.de re iudi.&
ſcripſiſſe in.c.ueſtra,de cohabit.cleric.& muli. ubi
col.fi. circa. fi.idẽ commemorat, ultra aliqua no.
in materia notorij,& de qua latius per Ant.de Bu-
6 trio in trac.de notorio. † ubi quotuplex ſit noto-
riũ,quod ſit,circa quæ cadat,quis ſit effectus, quo-
modo conſeruetur, & tollatur:circa quę, uide etiã
multos relatos,per Hippo. de marſi.in rub. C. de
probatio.nu.196.cum ſeq.præſertim Feli. Soc.&
Decium.& ad propoſitum facit qđ tradit Abb. &
Deci. in.c.cum non ab homine. col. pen.de Iudi-
7 cijs. † quod in facto notorio declaratoria non re-
quiritur,ſed Marſil.ibi contra nu.228.per glo.cõ-
munem. Citatio quoque ea etiam ratione non eſt
neceſſaria in caſu noſtro, quę ex cauſa poteſt omit
ti,ſcilicet propter utilitatem eccleſiæ. ut per Hipp.
mar.in.l.de uno,nu.12.de re iud.

SVMMARIVM.

Rex Roma. electus, reprobatur propter Ambitionis vitium, quia publicum.
2 *Infamia infertur, ex omni crimine publico.*

AMBITIONIS EXCEPTIO.

AMBITIONIS uitium, uidetur poſtremo tactum in d.tex.c.uenerabilem, de quo tamen nec glo. nec docto. ibi faciunt mentionem, excepto Bal.col.2. Mihi tamen uidetur, quod illud etiam conſiderandum ſit, per ea quę dicta ſunt ſupra pro
1 xima.q.4. Nam & recte dicere poſſumus † ut ob talem noxiã repellendus ſit electus Rex, quia inter crimina publica adnumerat̃ ut in d.l.1.ff. de pub.
2 iudi.† quæ omnia infamiam irrogant d.l. infamẽ eod.tit.l.1.ff.ad.l.Iul.de ambitu, & d.c.infames.6. q.1.& per Frãciſ.Luc.in trac.de priuileg.fiſ.in.2. parte.in.42.caſu. Hinc eſt quod dictũ eſt, nõ poſſe Imperatorem, aut papam, pecuniam erogare ꝙ Imperio conſequendo.ut s.§.2.uerſ. Electio.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Rex Roma. electus, ob quacunq; delicta publica, vel quæ alias infamiam irrogant ciuilem, non canonicam tantum, reprobatur.*
2 *Rex Roma. Fatuus, mente captus, Furioſus, uel aliter inhabilis reprobandus eſt.*
3 *Imperij, & eccleſiæ dei diligentiam, quomodo habebit, qui domui ſuæ praeeſſe neſcit.*
4 *Curatores dantur his, qui rebus ſuis ſupereſſe nõ poſſunt, interdicta eis adminiſtratione.*
5 *Rex, & inutilis Imperator, uidetur poſſe deponi.*
6 *Furioſi, & ſimiles, ad ſacros ordines non prouehunt̃.*
7 *Coronatio Imperatoris differtur donec diſcutiatur de impedimentis.*

CRIMINVM PVBLICORVM infamantium exceptio.

VLTRA oĩa exẽpla cõmemorata & enucleata ut ſupra, opportune quęrere poſſumus, an ex alijs criminibus, non expreſsis in d.c.venerabilem.de electio. poſsit ele-
1 ctus Rex reprobari; † Reſpõdendũ puto, ꝙ ubi delicta ſint publica, uel aliter infamiam irrogant, ciuilẽ, non canonicã tm̃, tunc non ſit admittẽdus electus Rex, iuribus & Rationibus ſupra abunde adductis: in alijs verò aliter obſeruãdum ſit. Opinor tñ, ultra oĩa crimina, q̃ culpę aſcribi poſſunt, ſi aliquo, qđ naturæ imputari queat, laborare electus reperiri poſsit, adeo ut principis pſonã, & tale munus ſubire impoſsibile ſit: † ueluti ſi fatuus, Mente captus, Furioſus, uel aliter eſſet inhabilis, & taliter electus eſſet omnino reprobandus, quia tali non poſſunt conuenire uirtutes, & illa animi bona, quę ſupra recenſui in prin. huius. §. & quæ decent Principem. Nã etiam ſecũdum Apo
3 ſto. ad Timotheum. c.3. † quomodo Imperij, & Eccleſiæ dei diligentiã habebit: qui domui ſuæ præeſſe neſcit: & teſte Philoſopho. c.10. lib.10. Ethico. ut ſupra dictum eſt, Rex non eſt, niſi ſit ex ſeſe ſufficiens, & bonis omnibus antecellat, & propte-
4 rea apte in iure prouiſum eſt, † ꝓ talibus, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, curatores dent, ut in tit. ff.& C.de cura.furioſ. interdicitur enim eis adminiſtratio a lege, & ipſo iure, ſecundum Alex. in.l.ſi is cui.ff.de uerb.oblig. uel a iudice, ſecũdum Bart. in
5 l.1.ff.de cura.furio.† immo etiã inutilis Rex, & Imperator, uidet̃ poſſe deponi.c.alius.15.q.6.& dicemus inf.uer.proximo. unde ut inquit Mar. Lau. in trac.de prin.q.401. Papa dat curatores regibus, q̃ñ ſunt inutiles, ad ſe gerẽdos ꝑ c. grãdi. de ſup.neg. ꝓlato. & facit quia ad ſacra altaria miniſtrare prohibẽtur, arrepti a dęmonibus: & item ad ſacros ordines furioſi, † & ſimiles non prouehuntur. c.communiter, cum.2.ſeq.33.diſt.&.c.fi.15.q.1.& in d. c.uenerabilem. hoc aliquantulum uidetur expreſ-
7 ſum, ibi, Tyrannum, uel fatuum hæreticum.† Et in criminibus ſupra adductis, & impedimentis obiectis, coronatio differtur, donec diſcutiatur ſuper eis, ſecundũ Inno.& Abba. in d.c.uenerabilem.

SVMMARIVM

1 *Imperatoris depoſitio, tãtum ſpectat ad Papam; quæ laudabilius ſit, cum conſilio Cardinalium. declara. nume.12. dum non dolo fiat.*
2 *Papa explicare ſolet ardua, cum conſilio Cardinalium.*
3 *Imperator deponitur per Papam, ex cauſis grauiſſimis, quæ nulla poſſunt tergiuerſatione celari, ut & in Periurio; Pacem violando; Sacrilegium, & Hæreſim committendo: Eccleſiæ bona exinaniendo: Grauandoq́; nimis & ſine cauſa, ſubditos ſuos; & propter Delictum, pro quo imponitur pœna mortis, num.5. & propter omne crimen, in quo Imperator eſt incorrigibilis, nu.6. & quia inutilis. num.10.*
4 *Crimina maxima dicuntur, quibus de iure ciu. imponitur pœna mortis.*
7 *Incorrigibilitas in crimine, dicitur Hæreſis.*
8 *Papa licet de hæreſi tantum accuſetur, tamen in notorio crimine, unde ſcandelizatur eccleſia, & ſit incorrigibilis: accuſari poteſt.*
9 *Incorrigibilis quis, & quot modis dicatur.*
11 *Imperatori inſufficienti poteſt dari coadiutor, ubi non priuetur.*
Imperator non reddens ius per ſe, uel per alium, priuatur regno.
12 *Imperator renunciatione ſua facta in manibus Papæ poſt confirmationem: ante autem in manibus electorum, priuatur Imperio.*

QVAESTIO. VI.

A QVO, & QVIBVS EX CAVSIS Imperator deponatur.

PRomotvs ad Imperium, in Im-
peratorem,& Auguſtum,a Pon-
tifice coronatus,& approbatus,
contingit tamen ut quandoque
propter aliquam ſuam tráſgreſ-
ſionem, deponatur: Quocirca
ſubſequenter inueſtigare expedit,ad quem ſpectet
depoſitio: & quænã errata in depoſitione digna:
Abba.in d.c.uenerabilem. nu.7.ſatis inconſtanter
loquitur,nam referens glo.in.c.ſi papa.xl.diſt.in-
quit, uide eam, quę dicit, ꝙ omne crimen ſufficit
ad deijciendum Imperatorem iam creatum, ſi de
eo ſit incorrigibilis:unde inquit uidendum Innoc.
in.c.ad Apoſtolicæ,dicentem quod Imperator, &
alij Reges nõ debent priuari,niſi ex maximis cau-
ſis,ſeu delictis;quia cũ nõ poſsint deponi ſine ma
gnis periculis,detrahendum eſt rigori,arg.c.lato-
res,de cleri.exco.minis.Ita ſecundum Ariſto. poli
ticor.lib.2.c.8.potentum depoſitio, omnium de-
terimum eſt. Deinde inquit tamẽ,uidendum tex.
in.c.alius.15.q.6.cum gloſſ. ubi colligitur, ꝙ Rex
Franciæ fuit depoſitus per Papã,quia erat eſſæmi-
natus,qui nimis ſequebatur mulieres:Item Bar. in
l.non ambigitur.ff.de ll.uidetur ſenſiſſe,depoſitio
nem Imperatoris,ſpectare ad populum Ro.ſecun-
dum Cyn.& Gul. de Cu. cum tamen hæc ſint præ-
dictis contraria,& aliter quam Bar. ſentiant Mar-
ti. Laud.in tract.de principibus,q.457.& plurimi
docti:Propterea in tali diſsidio,& varietate Scri-
bentium, cum etiam iura, & multo magis gloſſæ
uideantur ambiguæ: duas pono propoſitiones.
1 † Primam,quòd depoſitio, ſeu degradatio Impe-
ratoris,ſolum ſpectat ad Papam, c.ad Apoſtolicæ.
de re iudi.in.6.cũ glo.in uer.priuamus, d.c. alius.
cum glo.15.q.6.quæ allegat.c.duo,&.c.ſi Impe-
rator. 96. diſt.idem tenet Bart.& Bal.Pau. de Ca.
& Salice.in.l.fi.C.de,ll.& idem tenet Bal. & Pau.
de Ca.in d.l. non ambigitur, quicquid ibi tenue-
rit Bar. ſibi contrarius: qui poſſet ſaluari,ut opin.
ſua in d.l.non ambigitur, ſcilicet,talem depoſitio-
nẽ ſpectare ad populum Ro.procedere ualeat,an-
te aduentum Chriſti,ut ibi no.Pau.de Ca.hãc ean-
dẽ opi.excludens electores, & populum Ro. a tali
depoſitione,tenet Card.Alex. pluribus rationibus
in d. c. ſi Papa. 40.diſt.de quibus facta eſt mentio
ſupra in pluribus locis,& Bertachi.in tract.de Ga-
bellis. 1.parte.§. decimoquarto.illã etiã rationem
adducit Bal.in d.l.fi.quia ad quẽ ſpectat creatio,
ad illũ ſpectat deſtructio,idẽ ſentit Bal.in prohœ.
ff. col. 3.& hæc uidet cõmunis opi.Hæc tñ prima
cõcluſio moderari,& honeſtari põt: ut ſcilicet lau
dabilius,& prudẽtius ſe habeat Pont. maximus, ſi
2 ad huiuſcemodi depoſitionẽ † deuenerit, habita
deliberatione in cõcilio Cardinaliũ: cũ ardua ſic
ſoleat explicare,teſte Abb.in.q.1.nu.21. poſt cõſi
lia ſua. Barba.in trac.de præſt.Card.in.1. parte. q.
2.nu.7.& nu.22.ubi ponit cætum Cardinalium eſ
ſe in eius quaſi poſſeſsione:immo ſecundum phi-
lip.Fran.in eo.c.ad Apoſtolicę.in prin.nu.5.debet
Papa requirere conſilium, præcipue in arduis, &
præſertim Cardinalium.Sic quoque in rebus mo-
mentoſis:& ad exemplũ pertinẽtibus, Senatores
non minus centũ, Senatuſconſultum facere pote-
rãt.ut apud Liui.lib 9.de bello maced.legi tradit
Gul.Bud.in anno.l.fi.ff.de Senato.car. 212. & de
honeſtate,hoc eſſe obſeruandum dicit Feli.in rub.
de conſtitutio: Sed tamen de neceſsitate non tene
* ri,ait ibi eſſe communem opi.* per multa. & idem
tenet ibi Deci. nec ab hac opin. uidetur diſſentire
Marti. Laud.in.2.tract.de Cardi.q. 45. Secundam
iacio concluſionem, quòd Papa ex maximis, ſeu
grauiſsimis cauſis,& ſceleribus:quæ nulla poſſunt
tergiuerſatione celari,deponit Imperatorem: ut
puta,Peierando, pacem cum ſede Apoſtolica ini-
tam,temere uiolando;Sacrilegium in captura Car
dinalium,& aliorũ Prælatorum,& Clericorum, re
ligioſorũ,& ſæcularium committendo: & ut inqt
Martin. Laud.in tract.de principibus.q.419. ſi cõ
temptus clauiũ,& interfectio prælatorum, cõtige-
rit (qui ibi.quæſt.368.alioquin percutientem, uel
detinentem papam,ait puniendum ſecundum for
mam.cle.1.de pœn.) in Hereſimque, & eius eui-
dentem ſuſpicionem,incidendo: Regnum aliqđ,
uel alia Feudalia bona eccleſiæ,ad exinanitionem
deducendo:Vnde ex hoc capite uidetur argui poſ
ſe,ut ſi Imperator,uel Rex, nimis grauat ſubditos
ſuos,poſsit priuari ſcd'm Alb.in.l.bene a Zenone.
col.4.C.de quad.præſcrip.ſequitur Io.Lecirier,in
trac.de primogenitu.q.7.§.in contrarium.lib.3.&
confirmat Marti.meus Laud.in tract.de prin.q.7.
qñ ſine cauſa,ſecus ſi cum cauſa,ut puta;ſi propter
iuſtã defenſionem ſtatus,ad id confugiat: de qbus
oĩbus caſibus eſt tex.apertus in d.c.ad Apoſtolicę.
de re iudi.in.6.ubi per glo.habetur, Papã poſſe cõ
pellere Imperatorem, in certis caſibus, iuſtitiã fa-
cere.& ius Canonicum obſeruare & dicemus inf.
an princeps iniuſtus poſsit expelli,immo etiam im
pune interfici a ſubditis,in.§.4.uerſic.27.nu.16.&
cõueniunt ſupradicta alia iura, & doctri. & tenet
Marti. Laud.in tract. q.35.& Iaſ. in uſibus Feudo.
nume.61.qui inqt ita limitari glo.ĩ d.c.alius: At ut
tradit Bal.in d.l.fi.non ex oĩ cauſa, ſed ex notoria
ſolũ,& grati,ex qua turbatẽ uniuerſalis ſtatus Chri
ſtianus,uel eccleſię,Papa deponit Imperatorẽ: ac
inquit Card.in d.c.ſi papa.col.fi.ꝙ non niſi ex ma
xima cauſa,fit talis depoſitio;nec requiritẽ eius in-
corrigibilitas:ſed ſatis eſt,ſi probetur criminoſus,
magno crimine:licet philip. Fran. ubi ſupra,uidea
4 tur ſentire contrarium † Et ad declarationẽ pręmiſ
ſorum, ſciendum eſt, quod facinora maxima uel
grauiſsima dicuntur illa, in quibus de iure ci-
uili imponeretur pœna mortis, dicta ſunt Abba.
in cap. tuæ. colum. 2. de pœnis, quem refert,
& ſequitur Io. Bernar. Diaz. in ſua practica
crimi.

crimi.cano.c.11.in uer. grauia, idē tenet Bar. cla-
re in.l.non ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniurijs,& Sa
lice.in.l.non ideo minus.C.de accuſatio.nu.10.ſe-
quitur Areti.in §. atrox.inſti.de iniur. Felin.in. c.
ut ſi clerici.col.13.de iudi. Alex.conſ.23. uolu.2.
Quapropter iuxta præmiſſa,cōcluſio noſtra decla
5 rari poſſe uidetur; † ut talis depoſitio fieri poſsit,
in omni delicto, in quo imponeretur pœna mor-
tis:quod dicitur grauiſsimū:& licet dicta Bal.ut ſu
pra uideant̄ reſtringere hanc generalē concluſio-
nem,ut ſcilicet tunc habeat locum,quando turba-
tur uniuerſus ſtatus Chriſtianus,uel eccleſię:tamen
reſpōdere poſſumus,ultra quòd Bal. in d. prohœ.
ff.col.3.ſimpliciter affirmat, Papam habere pote-
ſtatē priuandi Imperatorē, ex notoria & iuſta cau
ſa: ut dicamus etiā,dicta Bal.non probari lege: Im
mo in exemplis recitatis in eo.c. ad Apoſtolicæ,li-
cet illa tria prima uideant̄ aſsiſtere opi. Bal.tamen
quartum exemplū,& alia ſcelera, quę in eo.c.pon-
tifex uoluit obticere, arguunt Imperatorem poſſe
ex illis deponi: licet nō eſſent ex eis,ex quibus, uni
uerſus ſtatus Chriſtianus,& eccleſiæ turbaret̄: Am
pliatur tamen hæc ſecunda concluſio ſecundū ali-
6 quos ut ſupra,ut depoſitio † poſsit fieri ī quolibet
crimine,ſeu peccato, in quo creatus Imperator ſit
incorrigibilis,ut ultra glo.in dict. c.ſi papa,tenuit
Bertachi.in trac.de epiſc.in.1.parte §.decimo, qđ
uidetur ſentire etiā Mart.Laud.in d.trac.de princ.
q.197.dū colligit,ſi Imperator,uel rex,qui nō ſub-
eſt Imperatori,accuſetur,& conuincatur, monebi
tur primo:& ſi nolit ſatiſfacere, excōmunicabitur,
& ſi non reſipit, uel reſcipiſcit, poterit deponi a
papa:quam ampliationē opinor uerā eſſe;† nā con
tumacia,& incorrigibilitas talis,dicitur hæreſis, c.
ſi qui ſunt præsbiteri.81.diſt.& contumax dicitur
etiam infidelis.c.nullus.38.diſt.ubi notabiliter ha
betur, quòd peccatum paganitatis incurrit, quiſ-
quis dum Chriſtianum ſe eſſe aſſerit, ſedi Apoſto-
licæ obedire contemnit: quique rebelliter uiuit,&
diſcere,atque agere bona recuſat: magis diaboli,
quam Chriſti membrum eſſe oſtenditur:& potius
infidelis,quā fidelis eſſe monſtratur; & propterea
hæc meminit glo.in d.c.ſi papa, ubi tradit in caſu
8 fortiori Pontif.max. † ut licet is non poſsit accu-
ſari, de alio crimine,quàm hæreſis, nihilominus ſi
notorium eſt crimen eius quodcunque,& inde ſcā
dalizetur eccleſia,& incorrigibilis ſit, poteſt inde
accuſari:quam glo.ſingularem commemorat Ab-
ba.in.c.ſignificanti col.3.de electio. ſequitur Pe-
trus a Biaxio. in tract. Directorium electionum.
* ca.22.2.partis:hocq́ue communiter *teneri tradit
Decius conſil. 151. nume. 5. uol.1.de quibus la-
tius dicemus. inf. lib. 2. §. 2. cap. 1. quæſt. 6. nu-
me. 7. Quis autem dicatur incorrigibilis, Abb &
docto.præſertim Decius, in. cap. cum non ab ho
9 mine. col. penul. de Iudicijs, † teſtatur, quòd tri-
bus modis, quis incorrigibilis dicit̄: Primo quan
do perſeuerat in criminibus perpetratis: Secun-
do ſi ter monitus non deſiſtit: Tertio quando ſibi
iniunctam pœnitentiam non facit, & ſe occultat,
de quibus per Io. Bernar. Diaz.in dict. practi.
10 crimi.cano.in uer.Data incorrigibilitate: † Am-
pliatur iterum dicta ſecunda concluſio, ut Impe-
rator, uel Rex deponi poſsit, non tam pro ſuis
iniquitatibus:quàm pro eo,quod tantæ poteſtati,
erit inutilis per tex. in dict. cap. alius. 15.quęſt.6.
& ideo Reges depoſitos enumerat poſt Alberi. in
ſuo dictionar. in uer. Papa:Io. le Cirier in tract.
de primogen.quæſt. 7. 3. lib. ſcilicet Ludouicum
Regem Francorum a Zacharia Pont. Ottonem ab
Innoc.Fridericum ab Innoc.4. Ludouicum Baua
rum a Ioanne.12.& expreſſe tenet glo. in dict.
cap. ſi papa, & in dict.cap.ad Apoſtolicæ, in uer.
11 priuamus, ubi & in dict. cap. alius, tradit † quod
alias inſufficienti poteſt etiam dari coadiutor, per
cap. quamuis, &. c. petiſti.7.quęſt. 1.&.c. grandi
de ſup. neg. prælato. Martin. Laud. quæſt.162.in
tract. de princip. & quæſt. 254. & 256. & cla-
rius quærit Bald. de Imperatore inutili, uel men-
te capto, uel ebrio, qui non ſufficit reip. curæ,
nunquid poſsit priuari, uel ei coadiutor dari,cum
retineat dignitatem, niſi priuetur per. l. qui fure-
re. ff. de ſta. homi.& dict. cap.grandi.& ibi ſol-
uit, quòd Papa ſecundum ueritatem, poteſt eum
priuare, uel mitius agendo, ei dare coadiutorē;
& præmiſsis conueniunt dicta in præcedenti uerſ.
& commemorata per Plati. & Sabellicum in hoc
§. quæſt.3. qui depoſitionem Regis Francorum,
de qua in dict.ca.alius.ſequuntur:& Decius dicto
conſil.151.nume.5. Et prope prædicta tradit etiā
Alciat.in.ca. quod ſedem.nume.35.de offic.ord.
Principem de neceſsitate aſtrictum eſſe ius dicere,
uel per ſe,uel per magſtatus, alias poſſe priuari re-
gno. Notandum eſt etiam iuxta prædicta conti-
nentia reprobationem electi, uel depoſitionem
12 confirmati, † quòd Imperator confirmatus pri-
uatur ex renunciatione ſua facienda, & quam po-
teſt facere,in manibus tamen Papę: ante confirma
tionem uero,in manibus electorum:ut inquit Pa-
ris Put.in tract.de duello.§.mortuo,lib.7.num.5.
per no.in.c.quod in dubijs. de renunciatio.& ta-
ctum eſt ſupra hoc.§.quęſt.4.in fi.& uidetur.tex.a
fortiori loquens in Papa,in.c.1.de renunciatio.in.
6.quem ad noſtrum propoſitum allegat. Ant.Ro-
ſel.in trac.de poteſ.Imp.ac pap.§.ultimo uidetur.
nu.5.& 25. Hanc renunciationem, anno ſalutis.
1558.Carolus. V. Imperator fecit,(hic memo-
rabiliter notandum) in Ferdinandum Regem Ro
ma.& fratrem ſuum: quæ tamen a Pontifice Pau
lo. IIII. nulla dicta eſt: cum in eum eſſet facien-
da:Resq́; propterea redacta eſt ad ualiditatem,ſe-
cundum terminos iuris. Recitatam depoſitionem
Imperatoris declara tamen, non poſſe fieri per
Papam, dolo, uel ambitione, ſine legitima cauſa
(& additur, ardua, ſed dic ut ſupra.) ut per Bald.
in d.tit.de pace Conſt.nume.106. qui ſubdit Im-
peratorem eo caſu poſſe ſe defendere cum exerci
tu ſuo: & tradit depoſitionem eſſe nullam.

§.III. DE OBLIGATIONIBVS IMPERATORIS.

§.III.

MVLTA recenſuimus, a quibus Electus, approbatusque Rex, & inde promotus in Imperatorem, cauere, & abſtinere debet: Plurima itidem ſunt recenſenda, in quibus inuigilare, & operam ſuam: prouidendo, concedendo, prohibendo, abſtinendo; ſiue inuocatus, ſiue ſuo nutu tantum percitus Princeps, enixe nauare debet: uti qui magis coactus, quam uolens: impulſus, quam perſuaſus aggrediatur, & perficiat, quæ ſeſe offerunt non leuia negocia, prudenter, moderate, Fortiter, & iuſtiſsime: & ante alia dicendũ eſt, ad quæ poſt aſſumptum rite Imperium, aſtrictus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Imperator tenetur Ro. eccleſiam, & fidem Cat. defendere, etiam ſub iuramento fidelitatis.*

Defendere qui tenetur, tenetur cuilibet offenſioni
2 *obuiare; & tenetur de omni negligentia. ibi.*

Imperium fuit tranſlatum a Græcis in Germanos, ob indefenſam eccleſiam.

3 *Principis boni eſt, eccleſias contritas inſtaurare, nouas ædificare, Dei ſacerdotes honorare; & epiſcopo aſſurgere.*

4 *Papa tenetur adiuuare Imperatorem: & punire eius rebelles.*

ROMANAM ECCLESIAM DEBET DEFENDERE.

PRIMO itaque, Imperator debet ex ſeſe eſſe ſufficiens, & bonis omnibus antecellere: ita ut abſint uitia, præcipue de quibus diximus ſupra. §.2. in prin. &. q. 5. &. 6. atque in eo eluceſcant uirtutes oẽs, quas recenſuimus ſupra. eo. §. 2. in prin. nu. 7. 8. 9. Sed ante oĩa, religioſiſsimũ ſe p̃ſtare debet, ut ibi, & ſupra in. §. 1. in uer. inſpicere: Nã ut docet Ariſt. politico. li. 5. c. 11. oportet ipſum erga religionẽ Diuinam, affici uehemẽter: Minus. n. eum formidabũt populi, ne q̃d contra Iuſtitiã faciat; ſi religioni deditũ exiſtimabunt: minusq́; cõtra illũ audebunt inſurgere: quaſi Deũ habeat propitium,
1 & fauẽtem: Ideo in primis † tenetur Ro. Eccleſiã, Fidẽq́; catholicã, pura fide, totisq́; viribus: & Ro. Pont. conſeruare reuerẽter, & defenſare, & exaltare: omnemq́; Hæreſim, Sciſma, Hæreticos, & ipſorum fautores, receptatores, & defenſores, exterminare: ac nunquam cum Sarraceno, Pagano, Sciſmatico, ſeu alio quolibet, communionem Catholicæ fidei non habente, aut cum aliquo alio præfatæ eccleſiæ inimico, uel rebelli, ſeu eidem manifeſte ſuſpecto, unionẽ quamlibet, ſeu parentelã, aut cõfœderationẽ inire: ſed perſonã Pontificis, eius honorem, & ſtatũ, manu tenere, defendere, & conſeruare, contra oẽs homines, cuiuſcunq; exiſtant præeminẽtię, dignitatis, uel ſtatus, & oĩa priuilegia, eiuſdem & cuiuſlibet alterius eccleſiæ, quocunq; tempore conceſſa, & continentiæ cuiuſcumq; per prędeceſſores ſuos, Reges, ac Imperatores Ro. obſeruare: & præcipue, conceſſa per Conſtantinũ, Carolum, Henricũ, Othonẽ. IIII. Federicum. II. atq; Rodulphũ, ſuper libera dimiſsione Terrarum, & Prouinciarũ Ro. eccleſiæ, ubilibet poſitarũ: easq́; de nouo, ex abundanti ẽt cõcedendo, & donãdo, ut ſuo iuramento fidelitatis aſtrictus eſt, ſecũdum formalia uerba latius poſita in cle. 1. de iureiur. & & per Abb. in d. c. uenerabilem. nu. 9. de electio. p̱ tex. in c. princeps. & c. regum. 23. q. 5. conueniũt dicta in. l. inter claras. in prin. & l. nos reddẽtes. in prin. C. de ſum. tri. & fide Cat. & habetur in. c. tibi
2 domino. 63. diſt. ubi Card. Alex. infert, † quòd qui tenetur defendere, tenetur cuilibet offenſioni obuiare: & de omni negligentia: & dicitur in culpa, qui poteſt prohibere, & non prohibet, p̱. c. error, & per totum. 83. diſt. de quo iuramento meminit Io. de Sylua in tract. de iureiur. in. 2. parte, in prin. nu. 6. & ante eum Bal. in. l. fi. C. de. ll. in fi. & Corneus conſ. 177. nu. 115. uol. 1. & Abb. d. conſi. 82. col. 2. ubi tradit, q̇ Imperator iurat fidelitatem, & obedientiam papæ: & ideo ut dictum eſt recte. §.
3 præcedenti. q. 2. † ob indefenſam eccleſiam, Imperium tranſlatum eſt a Græcis in Germanos. De eodem iuramento loquitur Martin. Laud. in trac. de princi. q. 180. quod triplex dicit. Primum tẽpore approbationis ſuæ. Secundum cũ ingreditur Italiam. Tertium t̃p̱e coronationis, p̱ tex. ĩ d. cle. Romani. Iuramenti quoq; formã, ab Imperatore præſtandã, diuerſam aliquantulum a præmiſsis, ponit Liber Pontificalis. car. 54. Hinc pulchre dr̃, Principes ſeculares, teneri ad defenſionẽ eccleſiarum, & bonorũ eccleſiæ, ita, ut ad id per Papã uocari poſſint, ſecũdum Mart. Land. in d. trac. q. 140. & 198.
4 & 516. atq; in. c. boni. 96. diſt. † Boni principis eſſe, ac religioſi, eccleſias contritas, atq; conſciſas, inſtaurare: nouasq́; ędificare: & dei ſacerdotes honorare, ac tueri: ut per Oldradũ, conſ. 62. in fi. Defenſor. n. & Aduocatus debet eſſe eccleſiæ. d. c. uenerabilẽ. de electio. &. c. princeps. 23. q. 5. & ſępius dictũ eſt: & ideo, non licet principi eccleſiam Dei incaſtellare, & propugnacula ſuper ea facere, ut p̱ Ripam in. l. 1. nu. 5. ff. de interdic. Hinc eſt ẽt, ut ad principẽ ſpectet, aſſurgere epiſcopo, & ei iuxta ſe, venerabilem ſedem aſsignare, ſecundum Abb. & Doc. c. ĩ ſolitę. de maio. & obed. ſequit̃ Ant. Corſ. de poteſ. reg. in. 4. parte. q. 56. Sic quoq; princeps debet confiteri epiſcopo, ubi reſidentia ſua nõ ſit intra certam parochiam: ubi ſit intra eam, tunc tenetur confiteri presbytero parochiali, & tenet Abb. in. c. omnes. de maio. & obed. per. ca. omnes vtriuſque. de pœnit. & remiſ. ſequitur eadẽ Cor-
5 ſet. ibi in. 3. parte. q. 35. † Hic quoque econuerſo

dicere

dicere poſſumus: Papam debere adiuuare Imperatorem,& punire rebelles eius. ut per Bal. in l. fin. colum. 2. C. de quad. præſcrip. & Abb. in c. quod ſuper, num. 13. de uoto. & per plura Iaſ. conſil. 9. num. 2. uolum. 3.

SVMMARIVM.

1 *Imperator iura Pontificis, nec Pontifex, iura Imperatoris vſurpare debet.*
2 *Chriſtus actibus proprijs, & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis Imperatoris, ac Papæ, diſcreuit.*
3 *Imperator, & Papa, non poteſt eſſe idem homo.*
Imperator non pōt conferre beneficia eccleſiaſtica.
4 *Imperator, poteſt prælatū ſuſpectum habere, & reprobare, & inſtitutum in regno, non admittere.*
5 *Pontifex non debet ſe intromittere, de ſubditis Imperij: nec infringere factum Imp. niſi in caſibus ibi.*

IVRA PAPAE NON VSVRPARE.

1 Secundo, iuxta præmiſſa, concluſio ſit † Imperatorem iura Pontificis uſurpare non debere: ſicut nec Papam Imperatoris. c. cum ad uerum. 96. diſt. & c. quoniã. 2. diſt. vbi Card. Alex. poſt Archid. & per Butrium in d. c. uenerabilem. de electio. & per Martin. Laud. in tract. de Prin-
2 cip. q. 1. & q. 436. † Nam idē mediator Chriſtus Ieſus, actibus proprijs, & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis utriuſque diſcreuit, propria uolens medicinali humilitate, ſurſum efferri; nō humana ſuperbia, rurſus in inferno demergi; & ut Chriſtiani Imperatores pro æterna uita, Pontificibus indigerent: & Pontifices pro curſu temporalium, tantum modo rerum, Imperialibus legibus uterentur; quatenus ſpiritualis actio, a carnalibus diſtaret incurſibus; & deo militans minime ſe negocijs ſecularibus implicaret: ac uiciſsim non ille rebus diuinis præſidere uideretur, qui eſſet ſecularibus negocijs implicatus, ut in dictis iuribus, memorabiliter ſcriptum eſt: & abunde loquitur Oldrad. conſ. 83. Sic quoque Imperator, & quilibet Princeps Laicus, non debet ſe inſerere electioni, uel promotioni Patriarchæ, aut cuiuſlibet Epiſcopi. c. Adrianus. & c. Valentinianus. 93. diſt. licet alias dicatur, quòd Reges, & Duces, ſunt patroni in Epiſcopatibus, exiſtentibus in regno ſuo, ſecundum Martin. Laud. in d. tract. de Princip. q. 74. Et propterea prope præcedētia, inquit Martin. Laud.
3 eo. tract. q. 333. † quòd idem homo, non poteſt eſſe Imperator, & Papa: Et generaliter dicendum eſt, Imperatorem, aut Regem, non poſſe conferre beneficia eccleſiaſtica, niſi ex priuilegio, ut per plura oſtendit Ant. Corſet. in tract. de poteſ. reg. in 2. parte nu. 9. Quando tamen Principes ſeculares poſsint in perſonis eccleſiaſticis, habere poteſtatem, & ecõuerſo: uide late per Steph. Aufrerium in tract. de poteſ. ſecul. ſuper eccl. perſo. & dicemus inf. §. 4. uerſ. Decimo quarto. Sed illud hic generaliter notandum eſt: Data negligentia, & ubicunque deficit poteſtas eccleſiaſtica, recurrēdum eſſe ad ſecularem. glo. in c. nec licuit. 17. diſt. per. c. petimus, cum concord. 11. q. 1. & dicemus inf.
4 §. 4. uerſ. Decimo quarto. † Item omni caſu, hoc memoratu dignum, non eſt prætermittendum: Principis intereſſe, ne eligatur aliquis prælatus ſuſpectus: qui poſſit reuelare ſecreta regni ſui, ut tradit Innocen. in c. quòd ſicut. de electio. quem ſequitur Abb. ibi, & in c. cum terra: & Mart. Laud. de dignit. q. 4. & propterea talis electio, poteſt reprobari: Immo etiam inſtitutus non admitti, ſecundum ſing. dictum Innoc. in c. ſuper his, de accuſ. ut per Abb. & Felin. ibi. & quę omnia ſequitur Pet. a Biaxio in tract. Director. electio. c. 6. 1. partis, num. 2. & 3. Sicque pręſentatio electionis fit Principi: unde eam approbat: idque uulgo, Placet, appellatur: non aliter tamen aſſenſus eius requiritur in electione, ut per Io. Lupum, in tract. de lib. eccl. in 2. parte. q. 13. Habet tamen Imperator priuilegium in Alemania, ut poſsit facere recipi in qualibet ciuitate unū Canonicum, ſecundū Spec.
5 de præben. uerſ. itē nota quòd Imp. ubi Bal. † Hic quoque, econuerſo notandum eſt, Pontificem non debere ſe intormittere, de ſubditis Imperij, nec infringere factum Imperatoris: niſi Imperio vacante, & iuſtitia denegata. ſecundum Alex. per plura, conſi. 11. col. 1. uolu. 6. & dicemus infra. §. 4. uerſi. 25. & 26. Immo non poteſt exercere iuriſdictionem, etiam in clericos, ratione bonorum temporalium non ſubiectorum ſibi, ut per Hip. Marſ. in l. fi. nu. 152. ff. de iuriſ. om. iud. aliter tamen uidetur conſuetudine obſeruari, ut dicemus inf. lib. 2. §. 4. uerſi. 11. c. 1.

SVMMARIVM.

1 *Imperator terrenus non debet habere locum, ubi cœleſtis conſtituit ſacerdotium.*
2 *Papa cum Cardinalibus libera debet habere cōſilia, abſque metu poteſtatis ſecularis.*

NON POTEST HABITARE IN SEDE ROMANA.

1 Tertio dicitur, † quòd Imperator terrenus non debet habere locum ubi cæleſtis conſtituit Sacerdotium. c. Conſtantinus. 96. diſt. c. fundamenta. §. ne autem. de electio. in 6. & per Oldrad. conſi. 85. in fi. cum (prout ibi legitur) decens
2 ſit, † ut Pontifici, libera a Cardinalibus ſuis proueniāt conſilia, abſque ullo ſecularis poteſtatis metu: ipſaque Romani Pontificis, Vicarij Dei, quæ ſuis occurrerit temporibus, electio: & eorundem Cardinalium, cum expedierit, facienda promotio, in omni libertate procedat.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, executiones ſuas, debet ſubdere eccleſiaſticis præſulibus, vti filius: a quibus, & Sacerdote*

te ſuo ligatur: Iudicat tamen Papam in hæreſi: in incorrigibilitate, & in bonis aliorum iniuſte occupatis. 3.

2 *Principes Chriſtiani, Pontificibus obſequi debent.*

FILIVS DEBET ESSE ECCLESIÆ.

1 QVARTO infertur, † quòd Imperator Chriſtianus, ſubdere debet executiones ſuas eccleſiaſticis præſulibus, non præferre: nam ſi Catholicus eſt, filius eſt, non præſul. eccleſiæ: ne contra illius beneficia pugnare uideatur, a quo propriam conſecutus eſt dignitatẽ: eamq́ue
2 ingratus perdat, quam recepit. † Sic enim conſtitutum eſt, ut Pontificibus obſequi debeant Principes Chriſtiani; non autem decretis eccleſiæ ſuam pręponant poteſtatem. c. ſi Imperator, cum ſeq. ubi Cardin. Alex. & doct. 96. diſt. & per Ant. Roſ. de poteſ. Imp. ac Pap. §. poteſt & precedens. car. 2. & Epiſtola, Inter claras. C. de ſum. tri. & fide Cat. Hinc eſt ſecundum eundem Ant. ubi ſupra. car. 13. § Leonum. Imperatorem poſſe, non ſolum a Max. Pontifice, ſed etiam a ſuo Epiſcopo peccando compeſci & corrigi, ac etiam anathematizari, & ad pœnitentiam reuocari, ſecundum no. per Abb. & doct. in c. nouit. de iudic. & Marti. Laud in tract. de principib. q. 61. unde ſatis conſtat, ab Innocentio, Arcadium Imp. excommunicatũ. Theodoſium ab Ambroſio, licet non uniuerſali epiſcopo, ut habetur in c. uos ſi. §. ſic &, 2. q. 7. & c. duo. 96. diſt. immo Imp. ſubeſt etiam proprio ſacerdoti, cui confitetur: & qui ipſum ſoluit, & ligat, & iudicat. c. omnis utriuſque. de pœnit. & remiſ. & per Ioan. Lign. in tract. de cenſ. eccl. §. 21. nu. 21. per alia iura. & Martin. in d. tract. q. 36. qui notat, Imp. & Papam, ligari d. c. omnis: & per Ant. Corſet. in tract. de poteſ. reg. in 3. parte. q. 35. Hæreti-
3 cum † tamen, & notorie incorrigibilem Papam, unde ſcandalizetur eccleſia, & ipſa nolente iudicare, iudicat Imperator, & minus iuſte inuadentem, & tenẽtem bona aliorum, ut in tract. de pot. ſec. & eccl. c. 61. Similiter Imperator Papę deneganti ſibi facere iuſtitiam, poteſt ſubtrahere bona temporalia, quæ ei debet: ſed non ipſum punire ſecundum Card. in cle. 2. §. Vt, de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Imperatoris cura eſt, inueſtigare ſubiectorum commoda, ita ut Imperij utilitas, incorrupta perſiſtat, ſingulorum ſtatus ſit illæſus.*

2 *Imperator in finem perfectum, omnia regulare debet, & habere perfectam virtutem moralem.*

3 *Regis amicitia, ad eos qui reguntur, in excellentia beneficiorum conſiſtit.*

4 *Chriſtus, & Papa, paſtor appellatur, ſicut Agamemnon Rex, ab Homero.*

Imperator potius debet habere rationem priuatorum, quam fiſci.

5 *Reipublicæ appellatione Imperium continetur.*

6 *Imperator, ſeu Princeps, eſt Imago diuinæ Maieſtatis.*

Imperator debet reuocare alienata, in magnum damnum Imperij. ibi.

IMPERII ET SVBDITORVM COMMODA QVÆRERE.

QVINTO, Imperator ea uti debet ſolertia; & ita eum decet reip.
1 curam gerere, † & ſubiectorum commoda Inueſtigare: ut Imperij, & Regni utilitas incorrupta perſiſtat: & ſingulorum ſtatus iugiter ſeruetur illæſus, ut eleganter præfatus eſt Federic. in. tit. de prohib. feud. alien. per Fed. & quicquid ad utilitatem, & ornatum reſpicit, ſemper cogitare debet ad effectum feſtinantur deducere, ut in auth. conſt. quæ de dignit. in prin. nam quies, & bonum ſubditorum, dicitur eſſe pax ſuperiorũ. c. officij. ubi not. Philip. Fran. de offic. leg. in. 6. Reſp. enim adminiſtratio, ad eum pertinet. c. Imperium. ubi Card. Alex. x. diſt. Et non debet permittere, quod Barbarica feritas, deuaſtet dulcem Italiam, ſecundum Martin. Laud. in tract. de Princip. q. 399. atque debet prouidere, ut nulli populi ciuitatum ſeditiones faciant: ſed omnem pacem, & trãquillitatem eſſe, Dei ciuitatibus, dum æquitas ſubiectis ſeruatur: & neque lucri, neque paſsionis alicuius cauſa, ad aliquam partium declinetur, ut oſtendit in. §. deinde. in aut. de mand. princ. Sed æquus cognitor appareat. §. fi. in auth. Iuſiur. quod pręſt. ab his. & cum equitate, & ueritate, cum iudicio diuino cõformis, ut not. eſt tex. in. c. 1. in prin. ut eccl. benef. & tradit Io. Neuiz. in Silua nupti. lib. 5. in prin. num. 92. & multa Zaſius
2 in. l. 2. in uer. ratum. de origin. iur. uſque adeo † ut omnia regulare debeat, in finem perfectum, & optimum: Is enim qui Imperat, perfectam uirtutem moralem habere debet, ut legitur Politic. lib. 1. c. 8. Et ad communem utilitatem, quod recte fit, ſecundum ſympliciter iuſtum: non autem ad propriam, intendere debet, ut ibi lib. 3. c. 4. & dictum eſt ſupra. §. pręcedenti. uerſ. Tyrannidis: & propterea ut pręclare idẽ Philoſoph. lib. 8. Ethic.
3 c. 11. commemorat: † Regis amicitia, ad eos qui reguntur, in excellentia beneficiorum conſiſtit, quæ in eos confert: Si quidem cum bonus eſt, curam ipſorum habet, quo bene ſeſe habeant: ut ouium paſtor: prout eo nomine Homerus Agamemnonem populorum paſtorem nuncupatur.
4 † Sicque CHRISTVS, & Papa eius uicarius, Paſtores appellantur: cum ſcriptum ſit, Paſce oues meas. c. in ſcripturis. cũ ſim. 8. q. 1. Epiſtola, Inter claras. C. de ſum. trin. c. 1. de homic. in. 6. Immo legis, & communis omnium pater, Imperator nuncupatur, ut ſcripſimus ſupra in uerſ. Orbem, num. 2. §. 1. & ideo inquit Io. Lign. in tract. de amicit. in. c. de amicitia magnatum, num. 7. Princeps.

da.

dat maiora bona ſubditis, quam pater filijs, ex-
tenſiue: quia amicitia Principis ad ſubditos, eſt in
ſuperabuundãtia beneficiorum. Sic quoque con-
ſtitutum eſt, Imperatorem poſſe aquirere cuilibet
ſuo ſubdito; ſicut Papa cuilibet Eccleſiæ, ſecun-
dum Mart. in d. tract. de Princip. q. 281. per glo. in
prohęmio Decret. in prin. atque recte conſtitu-
tum uidetur, ut in dubijs, contra fiſcum fiat inter-
pretatio, l. nõ puto. ff. de iure fiſc. & per Dec. conſ.
464. uol. 3. Quod tamẽ declarat Ang. in. §. fi. inſt.
quibus modo teſt. inſ. huc procedere in cauſa me-
re lucratiua, alias ſecus. Sed Aymo Crauet. conſ. 9.
nu. 38. abſolute tradit Principẽ potius debere ha-
bere rationem priuatorũ, quam fiſci. Sic etiam
Principem, & eius conſiliarios debere diligere
ſubditos, ut filios, & fratres ſuos, dixit Martin.
Laud. in tract. de conſiliarijs Princip. q. 14. per. l. ſi
quis filium. C. de inof. teſta. & c. prodeſt. 23. q. 5.
Sic ſecundum eũdem Martin. ibi. q. 337. Princeps,
uel eius ſenatus, eligit lectores ad legendum, in
qualibet facultate: qui legant utiliter non ad pom
pam. Et iuxta pręmiſſam concluſione m, adducere
poſſumus Iuſtin. C. de no. Cod. fac. §. fi. & de Iu-
ſtin. Cod. confir. in prin. & de enucleat. Cod. in
prin. qui oſtendit ſe ſumma & diuturna cura, aui-
diſsime ſuper communium rerum utilitate eſſe
ſolicitum: omnem animi ſui motum, ad hoc im-
pẽdere: quæ ab eo comprobantur, in auth. de hæ-
red. & falcid. in prin. ibi occupatis nobis, circa to-
5 tius reip. curas: ubi glo. in uer. reip. † exponit Rei-
publicæ, ideſt Imperij: & ibi deſcribit, ſubiecto-
rum ſuorum proprias ſolicitudines, quibus com-
petẽtem formã attribuat, ubi Ang. not. & ad idem
exprimitur in auth. de. non alien. reb. eccl. §. quia
uero ueriſimile, ibi, oportet: & clarior eſt tex. in. l.
Imperialis. in prin. C. de nuptijs: & in auth. ut iud.
ſine quoquo ſuffr. in prin. & per Martin. Laud. in
6 d. tract, de Princip. q. 155. qui inquit † Princepa
eſt Diuinæ Maieſtatis imago: qui magis Reip.
quam Bonum priuatum debet uelle: quique om-
nia recte, atque ex ordine conſtituit: ut idem legi-
tur, apud Budæum, in annotationibus ad pande-
ctas ad. l. Princeps. ff. de. ll. Quo fit ut recte con
ſtitutum ſit, eum non poſſe alienare, ſed de-
bere reuocare alienata in magnum præiudicium
Imperij & dignitatis. ut inf. §. 4. uerſ. Trigeſimo
num. 1. & ſeq. ſed latius in. c. decurionibus. num.
116. dicemus de officio gubernantis: & quomo-
do conſeruetur Regia Poteſtas, uel Tyrannica, il
lam ſimulans ex Ariſtotel. lib. 5. Politi. c. 11.

SVMMARIVM.

1 *Imperator debet Iuſtitiam colere, omni ſtudio, vt ſubiecti ſibi crediti, bene uiuant; qui eſt ad laudem bonorum; ad vindictam malorum: & tueri miſerabiles perſonas. 7.*
Imperator ciuitatem delinquentem, poteſt deſtruere; & Epiſcopo priuare. ibi.
2 *Iuſtitia omnium eſt perfectiſſima virtus, nec lucifer, nec Heſperus ita admirabilis; & in ſe virtutes continet omnes.*
Imperator, & Rex propter iniuſtitias reprobatur, & deponitur.

IVSTITIAM COLERE.

1 SExto, † Imperator debet Iu-
ſtitiã colere, cuius eſt proprium
eam exercere, omneque in eo
debet eſſe ſtudium, & oratio, ut
crediti ſibi ſubiecti, bene ui-
uant, ut in. l. 1. in prin. ff. de iuſt.
& iu. & in auth. ut non lux. cont. nat. in prin. &
not. per Io. And. poſt Hoſtien. in. c. 1. de homicid.
in. 6. & eſt tex. not. in. c, regum. 23. q. 5. unde recte
dicitur, eum eſſe cõſtitutum ad laudem bonorum,
ad uindictam malorum. ut colligit Martin. Laud.
in tract. de Princip. q. 233. per. no. in glo. in. c. om
nes Principes. de maior. & obed. Imprimis aũt, dẽ
defendere miſerabiles perſonas ui oppreſſas; per-
egrinos: uiduas; & pupillos; l. 1. C. quando Imp.
inter pupil. c. adminiſtratores. & d. c. regum. cum
glo. & per Martin. Laud. in tractat. de Princip. q.
116. Item enormia flagitia uindicare: Blaſphe-
mantes præcipue punire, ut in auth. ut non lux.
con. nat. & in. c. non inuenitur. 23. q. 4. Homici-
das, Raptores, Furta, Adulteria, Parricidas, Periu-
ros punire: Impios de terra pellere. c. ſunt quæ-
dam, & c. rex debet. 23. q. 5. Debet tamen permit-
tere, ut damnati ad mortem, ſuſcipiant pœniten-
tiam, & euchareſtiam, ut per cle. 1, de peni. tradit
d. tractat. q. 370. Mart. Lau. Nulloque pacto per-
ſonarum acceptio apud eum eſſe debet, ut dice-
mus inf. concl. ſiue, uerſ. 20. & ideo ſi aliquem in-
iuſte banniuit, qui perdidit bona, tenebitur ad
illius damna: quòd probabitur per iuramentum,
ut per Martin. in d. tract. q. 75. Sic quoque non
purgans terram hæreticis, intra trienuium, illam
amittit, ut ibi. q. 156. Inprimiſquè ab omni re il-
licita, & reprehenſibili, magis quam alij, debet ab-
ſtinere; & duo principaliter quærere: bonam con-
ſcientiam apud Deum, bonam Famam quo ad
homines: qui ſi deliquerit, habet Deum ultorem:
ex quo non habet quem timeat, ut per Martin. in
d. trac. q. 387. 273. &. 268. ubi etiam. q. 235. tra-
dit, poſſe delinquentem ciuitatẽ deſtruere: & pri-
uare Epiſcopo: & ad aratrum condemnare, ut per
Bar. in extrauag. qui ſint rebel. in uer. circa: Quod
hoc anno. M. D. LIII. obſeruauit Carolus. V. Imp.
Dominus noſter: qui Terrouanam funditus euer-
tit, & ſolo æquauit (Morini hi populi antiquitus
uocati ſunt, ſi recte memini.) Facit ad præmiſſam
concluſionem, dictum Card. in cle. 2. col. 1. de re
iudic. qui inquit Papã teneri ad conſultationem
reſpondere, aliter peccare; atque prouidere, ne
quis lucretur ex iniqua ſententia, ut per Innocen.
in. c. pleriq; de im. eccl. & not. Abb. in. c. in cauſis.
in prin. de re iud. eum teneri ſeruare ordinem iu-
ris, & rigorem æquitatis: ut contra iuſtitiam, nulli
parcat

parcat:& diximus ſupra.§. præced.q. 6. num. 11. cum teneri ius reddere, per ſe, uel per alium, alias
2 priuandum regno † Et ideo in hac concluſione præmiſſa, præclare ſcriptum eſt in auth. ut om. obed.iud. prouin.in prin. Vnam omnium, perfectiſsimam uirtutem, Iuſtitiam: quæ iura omnibus tribuit: etenim uuamquanque, aliarum uirtu. tum; niſi ſubſequantur huius bona, fiet nihil horum, quæ competunt: Ideo in primis illud diuine ſcriptum eſt: Diligite Iuſtitiam, qui iudicatis terram, ut c.1. Sapientiæ, in lib. Bibl. quæ reſumit Martin.Laud.in d.tract.de princip.q.57. addens Iuſtitiam eſſe animam ciuitatis. & habetur Lucæ.c.12.quærite primum Regnum Dei, & Iuſtitiam eius: & ut inquit Philoſoph.5. ethicor.c.1. Iuſtitia, perfecta eſt uirtus, & præclariſsima uirtutum perſæpe eſſe uidetur, & neque Heſperus, neq; Lucifer, eſt ita admirabilis: unde prouerbio dicitur: Iuſtitia in ſeſe uirtutes continet omnes: & recte dictum eſt præcedenti.§ pluribus in locis, præ-
3 ſertim in uerſ. Tyrannidis, † quòd ob iniuſtitias reprobatur & deponitur Rex, & Imperator, ut & per Martin.d.q.155.qui ibidem q.511.inquit:ſub iuſto Domino uiuere, ſumma libertas eſt.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, licet ſolutus: & in eo ſit pro ratione uoluntas: de honeſtate, iuridice, non præciſe, uiuere debet legibus: & ſequi factum prædeceſſoris ſui, & conſuetudines ſuas obſeruare, limita. num.3.*

Papa nouiter creatus, reuocat omnes gratias, factas per prædeceſſores ſuos.

2 *Imperator, non præſumitur uti plenitudine poteſtatis, niſi hoc exprimat uel ſi actus de poteſtate ordinaria non poteſt ſuſtineri.*

3 *Principis intentio talis præſumitur, qualis eſt legis ſcripta, & naturalis rationis: nec ius tollere præſumitur.*

4 *Princeps utitur iure communi, ſicut Deus, & Eccleſia.*

LEGIBVS VIVERE.

SEPTIMO dicitur, quod quamuis Imperator ſit ſolutus legibus.l.Princeps.ff.de legib.& in eo ſit uoluntas pro ratione. l. quia poterat.ff.ad Trebel.& facit.l.j.ff.de conſt.prin. ip. Atq;
1 illud tactum ſolet: Si libet, licet: † tamen, ut ipſe inquit, Digna uox eſt Maieſtate Regnantis, legibus ſe alligatum, Principem profiteri.l. digna uox.C. de legibus: quia de auctoritate iuris, & legum, eius pendeat auctoritas: atque maius eſt Imperio, ſubmittere legibus Principatum: Vnde ex uerbis Plutarchi refert Gul. Budęus, in annot.ad.d.l.Princeps. Quis igitur Principi, Princeps erit? nempe lex ipſa, quæ omnium Regina eſt mortaliũ, atque immortalium: lex enim Principis Imperatrix erit, non illa quidem, aut in libris extrinſecus ſcripta, aut in tabulis: ſed animata intus in ipſo ratio, ſemper cum eo conuerſans, eiuſdemque obſeruatrix, ut eſt etiam tex. cum glo.in auth. de conſulibus.in fi.legem animatã appellans Imperatorem. Quapropter Pont. max. exempla prædeceſſorum ſuorum, ſe ſequi, & imitari ſæpe profitetur. ut in
1 c.Adrianus.&.c.ſeq.63.diſt.& elegãter in. c.quod uero.25.q.2.ſcriptum eſt: abſit hoc a me, ut ſtatuta maiorum cum ſacerdotibus, in qualibet Eccleſia infringam: quia iniuriam mihi facio, ſi fratrum meorum iura perturbo: Hinc eſt quod Abb. in. c. literis.num.3.de.reſcrip. recenſet Papam, ſaltem ex urbanitate, debere ſequi factũ per prædeceſſorem inchoatum, licet oppoſitum fiat; quia omnis Papa nouiter creatus, reuocat omnes gratias factas per prædeceſſores ſuos, ſi per eas non ſit acquiſitum ius in re.c.fi.de conceſ.præb. in.6. quod ait facere in odiũ uacaturarum: ne tot gratiæ expectatiuæ pẽdeant: quæ eſt cauſa honeſta. aut forſan ut ipſe prouideat: & iſtam dicit ueriorem. Poteſt enim ſi uult abrogare factum anteceſſoris ſui, ut dicemus inf.§.4. uerſ. 2.in fi. & propterea conſueuerunt, ſuo quoque tempore Pontifices, reuocare expectatiuas, ut legitur in Regulis Cancellariç Inno.8.reg.x.ubi interpreſ.& Pauli.3.reg. 11. Reualidat tamen quãdoque gratias, & literas.ſultitiæ, ut ibi reg. 12. Sic quoque debet obſeruare, conſuetudines ſuas, ut not. Bal. in. c. 1. de nat. Feud. & meminit Iaſ. in. l. 1. nume. 13. ff. de 2
conſt. princip. Item debet obſeruare leges, quas fecit: ut per Martin. Laud. in dict.tract. de princip.q.54. & propterea ex opinione doct. in dictis
1 legibus, & præſertim Bal.in d.l.digna uox.† Princeps debet debito honeſtatis (quæ ſumma debet in eo eſſe, non præciſe tamen) uiuere ſecundum leges; quia ſuprema, & abſoluta poteſtas Principis, non eſt ſub lege, de qua loquitur d. l.princeps: de ordinaria autem loquitur d. l.digna uox: ubi Salicet.pariter enarrat, de neceſsitudine & plenitudine poteſtatis, eum non ſubijci legibus, ſed ex honeſtate, & propoſito iuridico ſubijciatur: illamq; aſsignat rationem: quia non honor, ſed pudor eſt, legibus principem non alligari, per.l.quæ adulterium.C.de adult.& ut latius diſtinguendo notabiliter concludit, de neceſsitate naturæ, ſeu iuris naturalis primæui, quod omnia animalia docuit: item de neceſsitate, extra naturam, & ſic accidentali, & facti uiolentia, ſubijcitur quia niſi res ipſæ reficerentur, ruerent; & niſi iura ſtatuerentur, ſumma tuitione pereũte, reſpublica periret: reſpectu uero perſonæ ſuæ, & tunc neceſsitate congruente, ſubijcitur, ut in d.l. digna uox. &.l. congruit.ff. de offic. præſ. Neceſsitati autem legali, uel alterius 1
iuris poſitiui.non ſubijcitur, ea.l.digna uox. Hinc ut copioſius ait Felin. in .c.1. col.7.8. & ſeq. de conſtitut. ſecundum glo. ibi in uer. ab omnibus: licet Papa, & Imperator, ſeu princeps non ſubijciatur canonibus, & legibus: hoc procedit, & declaratur, quo ad uim coactiuam legis, quia nullus

prop-

proprie cogitur a ſe ipſo, ſecundũ Beatum Tho-
mam in prima ſecundæ, q.96.art.6. quo uero ad
uim directiuã, ſubiacet legi propria uoluntate.c.
cum omnes,ibi, patere,eo.tit. de conſtitut. proin-
2 de infert ad multa,† in quibus, & in omni caſu,
Princeps non præſumitur uti plenitudine pote-
ſtatis, niſi hoc exprimat: uel ubi actus, qui fit ex
ſcientia non poteſt ſuſtineri de poteſtate ordina-
ria, nec poteſt referri ad aliquid iuridice factum:
& ad prædicta, multas auctoritates adducit: & eſt
dictũ originale Innoc. in.c.innotuit. de election.
quæ ſequitur Corneus conſ.278.nu.16.uol.3.&
Iaſ.conſ.1.col.pen.uol.1.& tradit Abb. in.c.fi. de
mat.contr. Præmiſſa, eo modo quo ſupra reci-
tata, declarantur etiam & alijs modis, & parti-
3 cularius per ſcribẽtes.† Primo, quia licet Princeps
ſit ſolutus, & non ſit ſub lege Fori, eſt tamen ſub
lege Poli,ut inquit Bal.in d l. princeps.& uidetur
ſenſiſſe Felin.cum relatis per eũ,ubi ſupra col.10.
in.4.6.&.7.declaratione, ubi loquit in ſpirituali-
bus in iuramento,& in concernẽtibus peccatum.
Secundo declaratur, ut non ſit ſolutus a dictami-
ne rationis,quia ſecundum Bald. in.l.2.C.de ſer-
uit.& aqua: Eſt animal politicum, rationale: ſe-
quitur Felin.ibidem, declaratione quinta, & Bar-
bat.in tract.de Card.leg.a lat.q.4.nu.5.& Hippol.
Marſil. in practica criminali.in.§. ſequens nu.36.
per plura idem tenet. Tertio de iure naturali, &
gentium, Princeps non eſt ſolutus legibus, ut per
Bald. in d.l. Principes.in.1.&.2.lect. & ante eum
Bar.& inde Pan.de Caſ.in d.l.digna uox.ea ratio-
ne, quia talia iura ſunt immutabilia.§. ſed natura-
lia.inſtit.de iure nat. quæ omnia affirmare uide-
tur Martin. Laud.meus.in d.tractat. de princip.q.
4 106.† unde iuxta prædicta omnia,ibi. q.344.tra-
dit, Principem uti iure communi, ſicut Deus, &
Eccleſia,per doctrin. Bald. in.l.& in legatis, in fi.
C.ad leg. falcid: niſi tamen in caſibus, in iure ex-
preſſis: atque ſecundum eũ ibi.q.489.per dictum
Bald.in.c.1.ap.quæ. cau. fien.ſit: Talis præſumi-
tur intentio Principis:qualis legis ſcriptæ, & na-
turalis rationis: ut & per Decium conſ.33.& 64.
nu.7.uol.1.& ad hæc faciunt dicta inf.uerſ.Vige-
ſimo octauo.§.ſeq.Nec enim Papa, aut princeps,
præſumitur uelle tollere obſeruantiam iuris com
munis.c.cauſamq́ue cum glo.ubi Doct.de reſcrip.
At quñ, & per q̃ uerba tollat, dicemus inf.§.4.uerſ.
Septimo,ubi multa exempla remiſſiue ponuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator in contractibus, & conuentionibus, quæ ſunt de iure gentium, vtitur iure communi, & eis tenetur ſtare: niſi vbi adſit magnum damnum Imperij: priuilegijs non tenetur ſtare.5.Limita.nu.6.*
2 *Deus etiam ligatur ex promiſſione ſua.*
3 *Principis voluntas, debet eſſe conſtans: & vt dicat; quod ſcripſi, ſcripſi: & debet eſſe ſine fraude.*
4 *Imperator ſeu Princeps, non poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris gentium.*

CONTRACTVS IVRISG. OBSERVVRE.

1 OCTAVO infertur,† quòd in con-
tractibus,& in conuentionibus,
præſertim iuratis, quæ ſunt de
iure gentium.ut in.l. ex hoc iu-
re.ff.de iuſti.& iur. & per Bar.
& doct.ubi ſupra.Imperator,&
Papa, utitur iure communi, & in eis initis etiam
cum ſubditis ſuis,cum quibus contrahere poteſt.
Marti.Laud.in tract.de princip.q.88. tenetur, &
ligatur cum ſucceſſore ſuo; nec contrauenire po-
teſt:etiam de plenitudine poteſtatis.ut ibidem per
eos,& per Abb.& doct. præſertim Feli. in.c.1.de
probatio.per illum tex.& per Soci. conſ. 4.col.1.
uol.3.& conſ.86. nu.14.uol.4.& Decium conſil.
286.col.3.nu.5.& conſ. 292.uol.2.& conſ.151.
2 uol.1.num.10.† qui inquit, Deus etiam ligatur,
ex promiſſione ſua, non ſolum princeps; per di-
ctum Bal. in.l.1.in prin.ff. de pac. & conſ. 689.
col.2.& d. conſ.151. cum obligari ex ſuo iura-
mento & uoto, ita tradit, ut ſe ipſum abſoluere
non poſſit.ut Catelian. Cotta,in memoralibus. in
uer. Papa ligatur, ſaltẽ ſine cauſa, ut per Decium
in.c.1.in.2. lect. col.4.de conſt. & ibi Felin.in.6.
declar.3.fall.& in.c.conſtitutus.col.10.in uer.ge-
* neraliter de reſcrip. & hãc eſſe communem * opi.
atteſtatur Iaſ.in cõſ.1.col.1.uol.1.per plura.nam
etiam ſecundum Bal.relatum per Decium d.conſ.
3 689.num.17.† voluntas debet eſſe conſtans in
Principe,tanquam infinitæ iuſtitiæ, & cui conue
nit illud, Semel locutus eſt dominus: Quod ſcri-
pſi, ſcripſi & debet habere unum calamum, &
unam linguam:immobilis,ſicut lapis angularis: &
colligit Martin. Laud. in eo.tract. de princip.q.
258.licet crimen periurij ſit graue;in omni perſo-
na,tamen in Principe eſſe grauiſsimum: quia eius
uerbum,etiam ſine iuramento, debeat eſſe firmiſ-
ſimum. Sic quoque inquit Soci. conſ.32.num.22.
uol.1.ex ſententia Hoſti. & Io.And.per.l.1.C.de
his qui uen.ætat.Impet.&.c.per tuas. de donatio.
quod princeps, in facto ſuo non debet fraudem
aliquam adhibere: nec uerbum ſuum uariare, nec
alicui laqueum inijcere.c. de uiduis.27.q.1. Sic
quoque etiam ſucceſſorem in Regno, teneri ſtare
infeudationi prædeceſſoris,docuit Bal.in.c.1. col.
ult.qui feud.da poſ.ſequitur Bertachi.in tract.de
epiſc.in.4. parte num. 184. & not. in.c. nouit. de
iudic. & per Bal. in. c. 1. de natu. Feu. & Soci.d.
conſ.4.& Iaſ.conſ.1.nu.5.uol.1.Immo etiam te-
netur obſeruare ea,quæ per uaſſallum ſunt immu-
tata, ubi ad eum reuertatur Feudum, ex cauſa no-
ua: quia habetur loco ſucceſſoris, ſecus ex cauſa
antiqua;ut ſi Regi nõ ſeruiuit, propter quod Feu-
dum ſpecialiter datum eſt, ut tenet Petr. Antibo.
in tract.de muneribus,in.3.parte.princip. nu.89.
4 & ideo teſtatur Decius conſ. 608.col. fi. † Prin-
cipem non poſſe tollere ea,quæ ſunt de iure gen-
tium;

tium: de quo decimus inf.§.4.uerſic. Quarto, &
5 uerſic. Vigeſimo octano † In priuilegijs tamen,
aliter concludunt præfati doct. ſcilicet conceſ-
ſis ſubditis ſuis, ut in eis non ligetur: Aduerten-
dum tamen eſt auctore Martin. Laud. in d. tra-
ctat. de principibus. quæſt. 127. Contractum
Imperatoris, uel Papæ; non ligare ſucceſſo-
rem; niſi ſit contractus de natura, uel conſue-
tudine Imperij, uel papatus: quia ſucceſsio con-
tingit electione, non ſucceſsione: ſecus ſit in
alijs principibus, quibus defertur ſucceſsio ex ſuc-
6 ceſsione. Atque ibidem inquit. q. 169. † Contra-
ctui in magnum pręiudicium Imperij celebrato,
non teneri principem ſtare, etiam ſi ſit de natura
contractus, & conſuetudine Imperij, uel papatus
Sed latius declara hanc concluſionem, ſeptem mo
dis auctoritate Felin. in d. c. 1. col. 3. cum ſeq. Pri-
mo procedere in obligatione naturali, non ciuili:
Secundo niſi contractus eſſet in præiudicium ſub-
ditorum reclamantium: Tertio niſi contineat ma
gnam diminutionem iuriſdictionis ſuæ: Quarto
non procedere in contractibus factis ſuper regali-
bus: Quinto niſi ex cauſa noua, & iuſta, princeps
moueretur, ut puta, ſi ſibi promiſſa non adimple-
rentur, ut addo conſulere Alex. 54. num. 20. uol. 4.
Sexto, ubi non ſit petita uenia a principe per pri-
uatum agere uolentem; non enim aliter conueniri
poteſt, ſecundum Martin. in d. tract. de principi-
bus. q. 187. Septimo procedit hæc concluſio, dum
modo aliquæ coniecturæ, non inducant Princi-
pem minus bene informatum, ad aliquid conce-
dendum, in pręiudicium dignitatis ſuæ, etiam non
enorme. Contractus ſimiliter initus cum Tyranno
reſcinditur, ſecundum Martin. in d. tracta. q. 95.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator, ſeu Princeps, non debet vti plenitudine poteſtatis, niſi ex cauſa, in his quæ ſunt iuris gentium nec omne quod licet, debet facere.*

2 *Imperator ſeu Princeps tollit ea quæ ſunt iuris ciuilis, etiã ſine cauſa, cum clauſula, non obſtantibus.*

PLENITVDINE POTESTATIS VTI CVM CAVSA.

1 NONO † Imperator, & Papa, ple-
nitudine poteſtatis non debet
uti, in pręiudicium ſubditorum.
l. 1. §. cum autem. ubi Bal. C. de
cadu. tol. & niſi ex cauſa; ut per
Abb. in. c. ad hæc, de reſcrip. &
per Corn. conſ. 278. nu. 16. uol. 3. & per Iaſ. in. l.
Barbatius nu. 24. ff. de offic. præt. refert & ſequi-
tur Petrus a Biaxio, in tract. quod inſcribitur, Di-
5 rectorium electionum, in prima parte. c. 6. col. fi.
conueniunt dicta Soci. conſ. 59. num. 13. uol. 3. &
Alex. conſ. 2. num. 17. uol. 1. & ideo Martin. Laud.
in tract. de Princip. q. 547. inquit, Non omne
quod licet Papæ, decet cum facere. c. magnæ. ubi
doct. de uoto. & hoc uidetur indubium, in his quæ
2 ſunt de iure gentium † Nam in his quæ ſunt de iu-
re ciuili, etiam ſine cauſa, cum clauſula, non ob-
ſtantibus; illa tollere poteſt, affirmant glo. & do-
cto. in. l. fi. C. ſi contr. ius, uel uti. pub. ſequitur cum
multis Soci. conſil. 41. nume. 3. uol. 3. & dicemus
inf. §. 4. uerſic. tertio: de cauſis autem, quæ ſint, &
an conſtare debeant, in quibus plenitudine pote-
ſtatis uti poſsit, latius dicemus inferius, ubi de po-
teſtate Imperatoris contigerit ſermo: & quando
eam, & reſeruata poſsit transferre, dicemus inf. §.
4. uerſ. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator, & quilibet Rex, debet eſſe pacificus, & procurare, & ſeruare pacem, tanquam hæres* CHRISTI.

PACIFICVS DEBET ESSE.

1 DECIMO † Imperator, & Rex
quilibet debet eſſe pacificus, &
procurare pacem, & ſeruare,
tanquam hęres CHRISTI, tex.
eſt vbi no. Abb. in prohœmio
Decretalium. in uer. Rex pacifi-
cus. & in. c. Hinc etiam. 17. diſt. & per Ant. Corſet.
in tract. de priuileg. pacis, in prin. ubi de pace
multa no. unde pulchre Paul. ad Rom. 12. recepta
in. c. inter uerba. 11. q. 3. dicit, ſi fieri poteſt, quod
ex uobis eſt, cum omnibus hominibus pacem ha-
bentes. Quod quoque illuc tendit: quia ſi in men-
te, charitatemq́ erga odientes ſeruare cupimus; &
ſi illi nobiſcum pacem non habeãt, tamen cum il-
lis nos ſine dubio habeamus. Sic Pontifex debet
omnes oues tenere in fędere pacis, & unione: &
Principes a bello ad pacem reuocare, etiam per
cenſuras, & pœnas, ut late per Io. Lupum in tract.
de confœd. princip. 1. memb. uerſ. ex quibus nu.
13. uſque ad finem: & Marti. Lau. eo tract. q. 10.
& q. 34. qui ibi. q. 61. inquit confæderationes con-
tra Papam & Imperatorem, regulariter non eſſe
iuſtas, neque ad bonum finem. per doctr. Ang. in
l. 1. ff. quod cuiuſque un. nom. Et ad propoſitum,
& propter ſcandala euitanda, multa non debet,
nec poteſt facere princeps, uel Papa, ut per Troy-
lum Maluez. in tract. de oblation. imag. & Barb.
in tract. de præſtantia Cardin. in. 1. q. 1. partis nu.
37. & Dec. conſ. 151. num. 6. & per Felin. late, in.
c. nihil cum ſcandalo. de præſcrip.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator, & Papa, quaſi prouocatus, & de neceſſitate, debet mouere bella.*

2 *Bella gerimus, vt in pace viuamus; ſic Finis belli pax: Negocij ocium.*

3 *Bellum eſt iuſtum, quod ex edicto geritur. i. ex auctoritate Principis; ibi quando proprium, & improprium, & quando gerendum.*

Princeps

Princeps poteſt recuperare ſuam terram, a qua repulſus eſt, quandocunque.
Princeps, vel Rex confœderatus, vel promittens defendere, non tenetur in bello iniuſto.
Princeps promittens defendere, tenetur manu armata, ſecus in priuato.
4 *Bellum quod indicit papa, vel Imperator, an præſumatur iuſtum.*
Imperator præſumitur moueri ex iuſta cauſa.
5 *Bellum, papa vel Imperator vel alius princeps, non debet mouere, niſi præcedente monitione. & diffidatione.*
6 *Bellum mouentes, ſine monitione, vel diffidatione (vt dicitur) dicuntur proditorie agere.*

BELLA PROVOCATVS TANTVM MOVERE.

1 VNDECIMO, † Imperator ſeu
princeps, & præſertum Papa, ni
ſi prouocatus, ad arma confuge
re debet, & bella mouere: uel iu
ſta petendo: uel iniqua recuſan-
do; pro defenſione, & recupera-
tione bonorum: de neceſsitate bella, pacificus ſu-
beundo ad hoc, ut pax acquiratur: quæ pro tem-
porali ſalute mortaliũ dulcis eſt, ita ut capto miſe
ricordia debeatur: maxime in quo pacis perturba-
tio non timetur, no. ſunt uerba. B. Auguſtini in. c.
noli. 23. q. 1. atque Ariſt. Ethico. lib. x. c. 7. inquit
2 Bellum gerimus, ut in pace degamus, & lib. 7. phy
ſico, c. 15. Finis belli eſt pax; negocij ociũ: Ideoq;
Iſido. d. 23. q. 2. c. 1. & 2. & Auguſti. ibidem. c. do
3 minus, diffiniunt, † iuſtum eſſe bellum, quod ex
edicto geritur: idque interpretatur Decius conſil.
691. ideſt ex auctoritate principis, de rebus repeten
dis, aut propulſandorum hominũ cauſa: uel quo
aliqui iniurias ulciſcuntur: At in repetendis rebus,
ſatis conſtat, Principem, & alium quemlibet Do-
minum, qui expulſus ſit de terra ſua, poſſe quã-
docunq; propria auctoritate eam recuperare, quã
facultas ſe obtulerit, etiam poſt decennium, & di-
cetur in continenti factum: ut auctor eſt Vgutio
gloſſator in. c. ius naturale. 1. diſtin. & Bar. in. l. 3.
§. cum igitur. ff. de ui & ui arma. & Iaſ. in. l. clam. §.
qui ad nundinas. nu. 36. ff. de acq. poſſ. & Decius
conſil. 460. nu. 3. uol. 3. In iniuria uero perſonali,
tunc eã propulſare licet, incontinẽti tñ, ideſt, in ip
ſo flagranti crimine ſm Bar. ibi: In præcedenti. n.
caſu. quod cõmode fieri poſsit, & qualitas rei, &
perſonarũ inſpicitur: Hic ex præmiſsis ſubnotan-
dũ eſt: ut licet Princeps, uel Rex, recipiat aliquem
ſub protectione ſua, non tamen tenetur eũ defen-
dere, niſi cũ iniuſte grauatur. glo. eſt ubi not. Abb.
in. c. recepimus. de priuileg. Et principes confœde
rati, qui tenentur ſe inuicem iuuare, non auxilia-
tur facienti bellum iniuſtum. Sic promittẽs alicui
defendere caſtrum, non tenetur defendere; quan-
do illi iuſte bellũ infertur. Veruntamẽ Vaſallus te-
netur iuuare dominum, etiam habentem iniuſtam
cauſam, ad defendendũ: nõ ad offendendũ: ſi non
vult, ut colligit Iaſ. in. l. quidã cum filiũ. nu. 26. uſ-
que ad 29. de verb. oblig. & in. l. q ſeruũ. nu. 6. co.
tit. ſequit Decius in. l. nõ uidet. in fi. ff. de reg. iur.
qui illud præmitit, ut ſi princeps recipiat aliquẽ
ſub protectione ſua, & defenſione, hoc intelligitur
de facto, manu armata: ſecus ſit in priuato, qui de
iure tñ tenet, allegat Pet. de anch. cõſ. 87. omiſſo.
Sicq; qñ Bellum eſt iuſtũ, uel de neceſsitate: omni
tpe, etiam quadrageſimali, eius præparationi eſt
uacandum. c. ſi nulla. 13. q. 8. & per Martin. Laud.
in tract. de bello. q. 17. ubi non exiſtente neceſsita
te, tradit, die Iouis, & Veneris, Sabati, & Domini-
co, non eſſe bellandum, per dict. Hoſt. & Io. And.
in. c. 1. de treug. & pace. De cauſis uero belli indi-
cendi, diſſeruit ẽt Ariſt. in Rheto. ad Alex. c. 2. Cõ-
firmantur præmiſſa oĩa, ex dictis Paridis de puteo,
in tracta. de duello. lib. 1. §. tertio. & per Io. lupum
in trac. de bello, in prin. col. 1. & §. ſi ſumus, cum. §.
ſeq. ubi etiã ſm opi. Abba. in. c. ſicut uult. de iure-
iur. ſic inquit: Proprium Bellum eſt, qđ auctorita
te iuris, ſeu principis, ſuperiorẽ non recognoſcen
tis, inducitur, ut eſt Imperator, & maxime Papa:
Improprium ſi inducitur p inferiores recognoſcẽ
tes ſuperiorem, in quibus non comprehenduntur
Rex Franciæ, nec Hiſpaniæ, quia habent iura prin
cipis: & an, & quando Bellum ſit licitum, & per
quos poſsit indici, uide p Docto. ut ſupra, & præ-
ſertim Iaſ. in. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu. & uide
Abb. in. c. quod ſuper. nu. 10. de uoto. quod liceat
papæ indicere bellum infidelibus, in feſtis Chri-
ſtianis: & delinquentibus contra legem naturæ. de
quibus latius dicemus inf. §. 4. uerſi. Duodecimo.
Sed aduertendum, quia dubitatio non Leuis eſt,
4 † an Bellum quod indicit Papa, uel Imperator,
præſumatur Iuſtum: Hoc enim affirmat Abba. in
d. c. ſicut. col. 4. ſequitur Decius conſi. 691. uol. 4.
Contrarium tamen tenet Hoſti. quem refert, &
ſequitur Io. lupus ubi ſupra. §. omnia: Sed opinio-
ni Abba. & Decij applaudet illa concluſio, quæ
habetur, ſemper præſumendum eſſe Principem,
ex iuſta cauſa moueri, per gloſſ. in. l. relegati, ubi
Bart, ff. de pœnis. Feli. in. c. quæ in eccleſiarum.
col. 22. in. 5. conclu: de conſtitutio, ubi ponit. 6.
Limit. Alci. in tracta. de præſumptio. reg. 3. præ-
ſumptione. 8. & Franc. Luca. in tract. de fiſco,
& eius priuil. 1. parte nume. 139. adeo ut ſecun-
dum Cyn. per eos relatum, non admittatur pro-
batio in contrarium, Alexan. conſil. 101. col. 2.
uolum. 7. Soci. conſil. 164. nume. 8. uolum. 2.
Corn. conſil. 60. circa fi. uol. 2. qui atteſtatur
* communem * opi. cum Cy. Specu. Mart. in. 7. par
te. nu. 10. fol. 110. Facit, q dicitur, Imperatorem
non aliter præſumendũ iudicare, quàm Deus. ut
per Ant. de Roſ. de concilijs. 13. q. nume. 27. per
l. 1. ff. de offic. præf. prǽt. ſed de præſumenda iu-
ſta cauſa in principe, Latius dicemus inf. §. 4. uerſ.
uigeſimo quarto. Illud tamen ante omnia no-
5 tandum eſt † quod Imperator, Papa, uel alius
Princeps, non debet mouere bellum, niſi prius

præcedat diffidatio,(vt aiunt) ſeu monitio,& denunciatio: vt videtur tex.in.c.1.circa.fi. de homi. in. 6. per quem ita tenet Bal.in l.2.col.13.nu.71. C.de ſerut.& aq.& in.l.ſi manumiſſori. C. de obſequi.pat.preſtan.ubi cõmemorat,hinc eſſe quod dr̃,indicere bellum.de quo etiã per Mart.Laud.in d.trac.de bello. q.37.De formula autẽ indicendi bellũ,tetigit Paris d. §.tertio,& dixi abunde ſupra in.§.primo.in ver.Gladium.q.1.ex mente Liuij,& L.Feneſtellę:Immo ſm Bal.in tit.quibus mo.Feu. amit. in prin.col.4.p tex.in d.c.1.& ſm Io. And. † mouẽtes bellum ſine vlla monitione, vel(ut dr̃) diffidatione, dicuntur proditorie agere;refert, & ſequit idẽ Mart. Laud. ubi ſ. q.39.& Paris in eo. trac. de duello lib. 2.§.an ſi duo pacti: qui etiam tenentur ad omnem reſtitutionem damnorum illatorum,vbi bellũ iniuſte moueatur, ut per Mart. in eo tract. quæſt. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator, nec alius Dux exercitus, debet perſonaliter pugnare.*
2 *Dauid cum Golia pugnauit inſtinctu ſpiritusſancti.*
3 *Prælatus non debet perſonaliter pugnare, etiam per eccleſiaſtica ſed poteſt alios hortari.*

PERSONALITER NON PVGNARE.

DVodecimo concludendum eſt † quòd Imperator,immo nec alius Dux exercitus,debet perſonaliter pugnare,quia in eo eſt periculum uniuerſorum,& omnium ſalus,auctor eſt Paris dict.trac.de duel.§.mortuo. num.4. per Doctri.Lucæ de penna in.l.2.C.de Tyronibus li.11. facit diſpo. c.monomachiam.2.q.4. adduciturq;
2 per eum. † quòd licet Dauid cum Golia pugnauerit,id fecit inſtinctu ſpiritus ſancti, ut ibi in glo. & p Io. de platea in.l.1.C.de gladiato.li.11. Similiter,Prælatus non debet perſonaliter pugnare,ẽt pro utilitate eccleſiæ ſuæ, ſed alios poteſt hortari, ſm Io.And.in.c.fi. de dilatio.quem refert & ſequitur Marti.Laud.in tract.de bello.q.20. de quibus dicemus inf.lib.2.c.5.§.nume.31.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator, Papa, & quilibet alius Princeps, debet prohibere Duellum,& permittens peccat,8.11.*
2 *Duellum iure diuino, Gentium, Canonico, & Ciuili, prohibitum eſt. 10.*
3 *Spectacula cruenta prohibita ſunt.*
4 *Duellantes: mortaliter peccant, quibus Eucheriſtia deneganda eſt,ſaltem antequã pugnent,nu.5.*
6 *Duello occiſus, potiusquam ſateri volens mendaciũ, an moriatur in peccato mortali.*
7 *Duello mortuis, denegatur ſepultura.*
9 *Duella concedentes conſuetudines, & conſtitutiones tanquam irrationabiles, & iniuſta non ſunt ſeruanda.*
12 *Duellum ſuſceptum,poteſt recuſari: ibi, Crudelis qui famam negligit.*
13 *Ius canonicum eſt ſeruandum, vbi de periculo animæ agitur.*
14 *Duellum eſt prohibitum, in Dominio Mediolani, ſecundum Conſt. Imperatoris.*
15 *Duellum de facto per milites, & nobiles, ſit bonorem.*

DVELLVM PROHIBERE.

TErtio decimo, Imperator, ſicq; multo magis Pontifex max. & quilibet alius Prin-
1 ceps,† debet prohibere ,& non concedere Duellum:ſiue id fiat propter odij exaggerationẽ, ſiue propter gloriã,ſiue propter purgationem alicuius obiecti delicti,uel criminis:qđ ultimum proprie,& ſtricte, apud uulgares, Duellũ appellatur, ſm Io.Ligna,in trac.de Duel.§.1.&.§. 2.&.§.cir-
2 ca quartum, † ubi tradit hoc eſſe prohibitum iure Diuino,Gẽtium, Canonico, & Ciuili, regulariter prout affirmat etiã eſſe prohibitũ in alijs duabus ſpeciebus præmiſsis in.§.ibi precedenti.ubi multa iura,& auctoritates allegat;ſed illa ſunt pręcipua: uidelicet d.l.1.C.de gladiato.d.c.monomachiam. 2.q.4.& extra de torneam.& de cleri.pug.in duel.
3 & de purga.uulg.per totum, † nam in d.l.1. habetur,quod cruenta ſpectacula reprobantur in iurjbus uero canonicis receptum eſt illud Diuinũ:Ne
4 uidearis tentare Deum , & Dominum tuum; † cũ taliter pugnantes,mortaliter peccent : quibus eucharistia eſt deneganda,ſecundum glo.in d.c. monomachiam,& per Io.de platea in d.l.1.quod intelligendũ uidetur,ſm Paridem in trac.de duello lib.9.§.an qui: ultra Archidi,& Pet.de plaude, an-
5 tequam † pugnent, quia accedunt ad delinquendum: poſt uero ſi aliqui ſint lætaliter percuſsi , & eos pœniteat,non ſunt deneganda eccleſiaſtica ſa-
6 cramenta. An uero † qui in duello occiditur,quia permittat ſe occidi , potius quã fateatur mẽdaciũ, & reuocare iam dicta, moriatur in peccato mortali,ibi putat quod non. Theologis tamen ſe remit-
7 tit.Ibidem quoq; tradit Paris, † taliter mortuis in duello,denegari ſepulturam c.1.&.2.de torneam. allegat ẽt.S.Thomã ſecunda ſecundæ.q.11.art.1. idem ſentit Alci.in trac.de ſing.certa.c.16.& cõſ. ibidem poſito car.1.& Io. de Ligna.ante eum in. §.circa tertium.nu.15.eo.trac.Sic quoque per plu-
8 rimũ peccare † & permittentes principes,& ipſos pugnantes,dicitur per Iulium Ferretum conſ.1.& conſ.8.&.18.& conſil.21.nume.1.& Iac. Hiſpa. in tract.de duello in. 3. euidenti. in fi. inquitque Iulius Ferretus dict.conſil.21.ultra Abba. in c. ad audientiam. de homicid.& Feli. in. c. qualiter. 2. §.ad corrigẽdos.col.6.de accuſatio, Pontificẽ maxi.& alios prælatos,cõcedentes duellum, incidere in irregularitatem diuinam: Tale peccatum , arguit etiam Paris , in tracta. de re milit. ſeu Duello. §. an Duella.colum. 1. &. 2. & §. an in terris libr. 1. ubi tradit. Conſuetudines , & Conſtitutio-

ſtitutiones, tanquam irrationales, & iniuſtas
contra Dei præceptum, hoc inducentes, non eſſe
obſeruandas; vt etiam conſuluit Iulius Ferretus
conſi.20. Videtur tamen concludere Paris ibi, præ
ſertim col. fi. in fi. inter armigeros, duella ex to-
to nō eſſe illicita, ſi fiant propter crimina mani-
feſtanda, de partium voluntate, & cum auctorita-
te alicuius principis, duellum indicentis, cauſa co
gnitā, & poteſtatem habentis, bella indicendi: il-
la permittentis in proprio territorio, iure belli,
ſecundum diſciplinam militarem, & indicijs præ-
cedentibus: licet p ceitum ſit in foro conſcien-
tiæ: remittit tamen ſe meliori deliberationi Ro. ec
10 cleſiæ, & melius ſentientium. † Sed contrarium
verius eſt vt ſupra, omni iure, Diuino, Gentium,
Canonico, & Ciuili, etiam in quolibet caſu, etiam
criminis læſæ maieſtatis: quocunque ſtatuto, uel
conſuetudine non obſtante: ob quam Liutpran-
dus, Longobardorum Rex, in.l.recolimus. 2. de
homici.lib.homi.in legibus Longobar.ait, legem
impiam ipſorum vetare non potuiſſe. & hoc maxi
me verum eſt, propter periculum animæ, & pec-
11 catum mortale, quod incurritur, † vnde nec duel
lum, vel ſingulare certamen, quod monomachia
appellatur, debet aliquis inire; aut Imperator, aut
Rex, aut Princeps aliquis debet concedere, vt vi
detur tranſire Iaſ. cum relatis per eum in l. ex hoc
iure, num.3 t.cum ſeq.ff.de Iuſt.& iu.& copioſius
per multa iura, & auctoritates, etiam ſecundum
Theologos, præſertim San. Thomam, ſecundo
ſecundæ, q.25. conſuluit idem Iaſ.in conſi. 114.
col. 3. cum. 5. ſeq. vol. 2. vbi col. 5. tradit hanc
* eſſe communem * opi. ex mente Alberic. de Ro-
12 ſa, † dicens inde, etiam ſuſceptum poſſe recuſari,
quā ſimiliter tenet Decius conſi.487.&.486.col.
1. licet dicat, quòd de facto, Milites, & nobiles,
contrarium obſeruent: atque in quibuſdam caſi-
bus, tolerari poſſe duellum, maxima ex cauſa, cum
auctoritate ſuperioris, & pro defenſione ſua, &
ſuorum, & pro conſeruatione honoris: quia cru-
delis ſit, qui honorem, & famam ſuam negligit 2
per dictum Bald. in l. ex hoc iure. quæſt.8.ff.de iu-
ſti. & iu. & in tit. de pace tc. in prin. & recte inquit
Philoſop. Oeconomico.lib.2.cap.2. Pergrauiter
fert vnuſquiſque, honore ſuo priuari. Sed nihilo-
minus tenenda eſt opi. Iaſ. & communis, vt ſupra,
a qua non licet recedere, maxime cum ſimus in
caſu, in quo agitur de peccato: in quo ius canoni-
cum expreſſe, & clare loquitur, per iura ſupra re-
13 citata, † ideo ubi tractatur de periculo animæ, &
peccato, ius canonicum obſeruandum eſt, vt ha-
betur in. c. fi. extra de præſcriptio. & in. c. 1. &.
2. de ope. no. nunci. ubi Scrib. & per Iaſ. in. l. co-
hæredi §. cum filiæ. col.3.ff. de vulga. & pupil. Pro
pterea ex Conſt. promulgatis anno ſalutis. 1542.
in hoc Dominio Mediolani, in. §. in hoc. in tit. de
pœnis; ſancitum eſt ſanctiſsime a Carolo V.
14 Imperatore, Sereniſsimo; † Nulli licere, prouo-
care aliquem ad ſingulare certamen, ſeu Duel-
lum, ſub pœna capitali, & confiſcationis bono-
rum, prouocanti, & prouocato infligenda: niſi
impetrata licentia ad eodem Principe, vel eius lo
cum tenente: quam in hunc uſque annum, qui ab
anno ſalutis agitur. 1549. nulli conceſſam audi-
ui. Verum cum, ut inquit Decius in dictis conſi. &
15 Alcia. eo. conſil. in prin. † Milites. & Nobiles, ſæ-
pe de facto, præcipue pro defenſione honoris, &
purgatione obiectæ iniuriæ vel criminis, deſcen-
dant ad ſingulare certamen: De quo, cum aliqui
ſcripſerint, quandoque prolixius, quandoque obi-
ter tantum, & perſunctorie: ſæpe diſſentientes:
nulloque, aut minus accurato ordine ſeruato:
qui tamen eſt modus entium, & perfectio omnis
operis, teſte Bald. in prohœm. ff. certo mihi, &
quantum licuit, claro ordine: adeo vt ſcribens,
docensque, vel euitare, vel properare ad pugnam
videar: modo huius vel illius auctoris, ſequens
declarans, improbans vè opinionem: modo in-
ter eos fœdera coniungens, indagando, & decla-
rando, iuris reſponſa & eorum traditiones: ſatis
apte viſum eſt, hoc loco, per commentaria cumu-
lare illas omnes concluſiones, ex ſenſu Legum,
& Doctorum, & ex conſuetudine Militari excer
ptas quæ ſeſe obtulerint, pro omni ſtudio, & dili-
gentia mea inueſtigandæ. Siue generalias & com-
munia Duelli, primo: ſiue ſecundo reſpiciend.
ſit perſona actoris: ſiue tertio Rei, & per conſe
quens, Prouocantis, & Prouocati: ſiue Iudicis,
quarto loco: ſiue quinto, Victoria exoriens: ſiue
ſexto, Pax altercantium, ante omnia procuranda:
Quapropter in primis amplectendo ea, quæ com-
prehendunt vniuerſum Duelli negocium, ad eui-
dentiam (ſequentes multorum caſuum deciſi-
uas, concathenataſque fere) præmitto Conclu-
ſiones Generales.

Authoris de Duello & Pace Tractatus, excerptus ex præmiſsis: in ſex partes digeſtus.

Sed priuſquàm perueniamus ad concluſiones, operęprecium erit, ſequendo ordinem authoris, hæc præmittere.

SVMMARIVM.

1 *Quid dicitur propriè Duellum: & quòd Imperator, Papa, & omnes Principes, Duellum prohibeant: alias peccant a 8. 11.*
2 *Duellum omni iure probibitum eſt. 10.*
3 *Spectacula cruenta probibita ſunt.*
4 *Duellantibus, quia mortaliter peccant, Eucbariſtia denegatur. 5.*
6 *Duello mortuus, potiuſquam confeſſus mendatium, in peccato eſt mortuus.*
7 *Duello mortuis denegatur ſepultura.*
9 *Duella, concedẽtes conſuetudines, vti irrationabiles non ſunt ſeruandæ.*
12 *Duellum ſuſceptum poteſt recuſari: ibi Crudelis qui famam negligit.*
Famam perdere grauius eſt quam res:
13 *Ius canonicum ſeruandum eſt, vbi de periculo animæ agitur.*
14 *Duellum eſt prohibitum in Dominio Mediolani, ſecundum Conſt. Imperatoris.*
15 *Duellum de facto per Milites, & Nobil. fit ob honorem.*

PRAEFATIO.

IMPERATOR, multoque magis
Pont. maxi. & omnes alij Prin-
1 cipes, debent prohibere, † &
non concedere Duellum; ſiue
fiat propter odij exaggeratio-
nem; ſiue propter gloriam: ſiue
propter purgationem alicuius obiecti delicti uel
criminis, quod ultimum proprie, & ſtricte apud
vulgares, Duellum appellatur; vt legitur apud
tractatum de poteſ. ſecul. & eccl. cap. 107. & per
Ioan. Ligna. in tract. de duello. §. 1. & 2. & §. circa
2 quartum. num. 1. vbi tradit † hoc eſſe prohibitum
iure diuino, gentium, canonico, & ciuili, re-
gulariter, prout affirmat etiam eſſe prohibitum
in alijs duobus caſibus præmiſsis in §. ibi præce-
denti, ubi multa allegat iura, præcipua tamen.
l. 1. C. de glad. c. monomachiam. 2. q. 4. & extra de
torneam. & de cleri. pug. in duel. & de purg. vulg.
3 per totũ, † nam in d. l. 1. habetur, cruenta ſpecta-
cula improbanda eſſe. In iuribus canon. receptum
eſt illud diuinũ: Ne videaris tentare deũ, & dñm
4 tuum, † nam & tales pugnantes mortaliter peccãt
quibus eucbariſtia eſt deneganda, ſm glo. in d. c.
monomachiã, & atteſtat̃ Io. pla. in. d. l. 1. Quod in
telligendum vr̃ ſm Parid. in tract. de duel. in. §. an
qui. lib. 9. ultra Archid. & Pett. de palud. antequã
5 pugnent, quia accedunt ad delinquendũ, † poſt ue
ro ſi aliqui lætaliter ſint percuſsi, & eos pœniteat,
his nõ ſunt denegãda eccleſiaſtica ſacramẽta. An
6 vero q † in duello occiditur, quia permittat ſe oc
cidi, potiuſq; fateri mẽdacium, & reuocare iam di
cta. moriatur in peccato mortali, ibi putat quod
non; Theologis tamen ſe remittit. ibidem quoq;
7 tradit † Paris, eo pacto mortuis in Duello dene-
gari ſepulturam. cap. 1. & 2. de torneamen. allegat
etiam. S. Thomam ſecunda ſecundæ, quæſtio. 11.
artic. 1. idẽ ſentit Alcia. de ſing. certa. c. 16. & cõſi.
ibi polito, cæt. 1. & Io. Ligna. ante eum in. §. circa
tertium num. 15. eod. tract. Sic quoque plurimum
8 peccare, † & permittẽtes principes, & ipſos pu
gnantes dicitur, per Iul. Ferre. conſ. 1. 8. 18. & 20.
num. 1. & Iac. Hiſpa. in tract. de Duello in. 3. euid.
in fin. inquitque Iul. Fer. d. conſil. 20. ultra Abba.
in. c. ad audientiam de homi. & Fel. in. c. qualiter.
2. §. ad corrigendos colum. 6. de accuſatio. *Ponti.*
max. & alios prelatos, concedentes duellum, inci-
dere in irregularitatem diuinã. Tale peccatum ar-
guit etiã Paris eo. trac. de duel. §. an duella col. 1. &
9 2. &. §. an in terris lib. 1. vbi inquit, † cõſuetudines,
& conſtitutiones, tãquã irrationabiles, & iniuſtas
contra Dei p̃ceptum, hoc inducentes, non eſſe ob
ſeruandas; vt ẽt conſuluit Iul. ſer. conſ. 20. Videt̃
tñ concludere Paris ibi, præſertim col. fi. in fi. q̃
inter armigeros, duella ex toto non ſint illicita, ſi
fiant p̃p crimina manifeſtãda de partium volunta
te, & cum auctoritate alicuius principis duellum
indicentis, cauſa cognita, & poteſtatẽ habentis bel
la indicendi, illa p̃mittentis in proprio territorio
iure belli, ſm diſciplinã militarẽ, & indicijs p̃cedẽ
tibus, licet peccatũ ſit in foro conſcientiæ, remittit
tñ ſe meliori deliberationi Ro. eccleſiæ, & melius
10 ſentiẽtium, † Sed contrarium verius eſt vt ſ. omni
iure, Diuino, Gentium, canonico, & ciuili: in
quolibet caſu: etiam Criminis læſe maieſtatis,
quo-

quocunque ſtatuto,uel conſuetudine non obſtan-
te, ob quam Liudprandus, longobardorum Rex
in l. Recolimus.2. de homic. lib. homi. inquit,le-
gẽ impiã ipſorum uetare non potuiſſe, & hoc ma-
xime uerũ eſt propter periculũ animæ, & pecca-
11 tum mortale,quod incurritur: † unde nec Duel-
lum, uel ingulare certamen, debet quis inire,aut
Imperator,aut Rex,aut Princeps aliquis concede-
re,ut uidetur tranſire Iaſ.cum relatis per eum in l.
ex hoc iure.nu.31.cum ſeq.ff.de iuſti. & iur.& co
pioſius per multa iura & aucto.etiam ſm̃ theolo-
gos præſertim.S.Thomã.22.q.25. conſuluit idem
Iaſ.in cõſ.144.col.3.cũ.5.ſeq.uol.2.ubi col.5.tra
* dit hanc eſſe cõem * opinionem ex mente Albe.de
12 Roſa,† dicens inde ẽt ſuſceptũ poſſe recuſari:quã
ſimiliter tenet Decius conſ.487.& 686.col.1.li-
cet dicat ꝙ de facto, Milites, & Nobiles, contra-
rium obſeruent: & ſic in quibuſdã caſibus tolerari
poſſe Duellũ maxima ex cauſa, cum auctoritate
ſuperioris, & pro defenſione ſua & ſuorum, &
pro conſeruatione honoris, quia crudelis ſit, qui
honorẽ,& famã ſuã negligit per dictũ Bal. in. l.ex
hoc iure.q.8. ff.de iuſti.& iu.& in tit. de pace ten.
in prin.& abunde cõſuluit Laur.Calcaneus cõſ.2.
& Cor.cõſ.162.nu.21.uol.1. ubi ꝙ grauius ſit per-
dere famam,quã res. Et recte inquit Philoſo.Oeco
nomico.lib.2.c.2.Pergrauiter fert vnuſquiſq; ho-
nore ſuo priuari. Sed nihilominus tenẽda eſt opi.
Iaſ.cõis ut ſ. quam ſequitur Soc.iunior conſ.123.
nu.2.& ſeq.uol.2.&.d.Cattellianus Cotta pater &
dñs meus,in Memoralibus ſuis,in dict. perduellio
nis,a qua non licet recedere, maxime cũ ſimus in
caſu,in quo agitur de peccato, in quo ius canoni-
cum expreſſe & clare loquitur,per iura ſupra reci-
13 tata. † & ideo ubi tractatur de periculo animæ, &
peccato, ius canonicum obſeruandum eſt, ut ha-
betur in.c.fi.extra de pſcriptio.& ĩ c.1.&.2.de no.
ope.nũcia.ubi ſcrib.& p Iaſ.ĩ.l.coheredi.§. cu filię
ff. de uulg.& pup.Propterea ex cõſt. pmulgatis an
no ſalutis 1542.in hoc Dñio Mediolani,ĩ §. ĩ hoc,
in tit.de pęnis,Sancitũ eſt ſanctiſsime a Carolo.V.
14 Imperatore,Sereniſsimo, Dño nr̃o, † Nulli licere
aliquẽ prouocare ad ſingulare certamen, ſeu duel
lũ,ſub pœna capitali, & confiſcationis bonorum,
prouocanti & prouocato infligenda;niſi impetra-
ta licentia ab eodem Principe, uel eius locum te-
nente: quã in hunc uſq; annũ, qui ab anno ſalutis
agitur.1549.nulli cõceſſam audiui. Verũ cũ,ut in
quit Decius ĩ dictis cõſilijs, & Alciatus eo cõſt.in
15 prin. † Milites,& nobiles,ſæpe de facto,præcipue
pro defenſione honoris,& purgatione obiectę in-
iurię,uel criminis, deſcẽdãt ad ſingulare certamẽ:
diſcutiamus & nos,& perſtringamus, ſm̃ præmiſ-
ſum ordinem,undecunq; collectã,& accurate uen
tilitatã, Duelli materiam, non inepte (ut opinor)
hoc in loco,ſe ſe offerentem: Nam cũ per ora Prin
cipum,& Heroum in primis verſari cõtinuo & p-
manibus haberi conſueuerit, cur nõ ſub hoc tem-
plo meo, recte collocanda erit; ſub cuius tecto, illi
omnes uenerabundi, depicti conſpiciuntur?

GENERALES CONCLVSIONES.

Pars Prima.

SVMMARIVM.

1 *Duelli,qđ proprium dicitur ſecundũ vulgares, origo.*
2 *Duellum dicitur quaſi duorum Bellum.*
3 *Duellum appellatur,Monomachia,& ſingulare certamen.*

CONCLVSIO I.

NOn Omiſſa origine duelli, ſiue il
la apud Romanos,vt docẽt mul
ta exẽpla,uiguerit,ſiue a Lõgo-
bardis, ſiue ab alijs antiquiori-
1 bus populis,prodierit † cũ pla-
ne de origine duelli,qđ obiecti
criminis,& cõſeruandæ exiſtimationis gr̃a, initur,
(ꝙ proprie duellũ dr̃) ſm̃ vulgares,ut pxime dixi
mus,ſit parũ cõſtãs opinio apud auctores. Quãuis
Alciatus in.c.2.de ſing.certa.multa de hac re ſcrip
ſerit; quæ magis ad ſingularem pugnã cuiuſcunq;
quauis ex cauſa depræliantis, accedunt Breui-
bus ego hanc originem, potius a Lõgobardis ema
naſſe, quã ab alijs nationibus crediderim, ut ani-
maduertere licet ab exemplis notatis infra conclu
ſione.51.& affirmat Paris in §.duellũ eſt,lib.1.in
2 tractatu ſuo de duello. Dicamus inde † Duellum
dici,quaſi duorũ bellum.teſte Ioan. lign.de duel-
3 lo §.1.& 2.& Alciat de ſing.cert.c.1. † Quod etiã
Monomachia, & ſingulare certamen appellatur,
ut ibi,quæ nunc argui, licet ipſi non ponant ex. l.
ſi quis alium aſto.in.Longobar.qualit.quis ſe deſ.
deb. & in.d.c.Monomachiã.2.q.4.ubi de Golia,
& Dauide, ſicq; de duobus tm̃ pugnã ſuſcipienti
bus,fit mẽtio. Nec uidet diſſentire Paris ĩ eo trac.
§.duellum dicitur, iuncto.d.§.duellum eſt,lib.1.&
duellũ proprie dici duorum bellum,docet Ang.in
l.milites.C.de teſta.mili.quamuis diceretur quoq;
duarum partium, & multorum, & ipſorũ exerci-
tuũ bellum, ut legitur apud L.Feneſtellam.c.9. &
10.de ſacerdotijs Ro.q ſequitur Liuium,& inquit
Horatius, Gratia Barbatiæ lento colliſa duello.

SVMMARIVM.

1 *Duellum conſtat ex tribus perſonis; iudice. Prouocante, Prouocato.*
2 *Duellum, & iudicium ciuile æquiparantur, & accuſatio: arguiturque ab eo.*

CONCLVSIO. II.

1 COnſtat tamẽ † Duellum ex tribus perſonis,
ſicut Bellum Iudiciale: ex perſona Iudicis
indicentis bellum ex cauſa: Prouocatoris,
& Prouocati.c.forus.de uer.ſig.Pariſ.dict.lib.1.§.
an duella num.6.ac inquit. Io.Lig.d.tract.§. circa
ſeptimum nu.1.quem ſequitur Iac.Hiſp.co.tract.

lib.3.in prin.quòd in duello interueniunt, prouocans, prouocatus, & Iudex, & inſtrumenta, ideſt
2 arma, quibus quis conuincitur: † atque redactum eſſe inſtar iudicij contentioſi: ut etiam conſuluit Iulius Ferretus conſi.7.in fin.æquiparantur enim Iudicia ciuilia, & duella, ſecundum Parid.in §.duo nobiles.nu.2.lib.8.& §.an ſi aliquis impegerit lib.6.& §.in pugna lib.7.in eiſque proceditur ad ſimilitudinem accuſationis, ut reſpondet Calcaneus.d.conſ.2.col.22.ut qui poteſt accuſare poſſit prouocare. Argumentari quoque ſolẽt a iudicijs ad duellum, ut docet Alciat.d.conſ.car.92.refert Io.lig. & Bar.in.l.1.col.2.C.de litis contes.& tradit Marian. Soci. Iun. conſ.123.uol.2.

SVMMARIVM.

1 *Duellum differt a iudicio contentioſo, varijs modis.*
2 *Pellis pro pelle, Anima pro anima, ponitur in duello.*
3 *Vindicta vbi permiſſa eſt, non poteſt tamen alteri demandari, cui al.non permittatur.*

CONCLVSIO. III.

1 Differt tamen Duellum † a iudicio contentioſo, quia per propoſitionem libelli, ſeu primi Cartelli, ut uulgo dicitur, & inde per reſponſionem prouocati, fit litis cõteſtatio, etiam ſine iudice; ſine quo non fit in iudicio contentioſo, ut per Paridem in.d.§.an, duella num.6. Item in iudicio contentioſo quis regulariter per alium litigat.l.1.& per totum.ff.de procur. At in duello regulariter quis per ſe ipſum ſolum. & propterea in hoc æquiparatur iudicio criminali, in quo non interuenit procurator.l. ſeruum quoque.§. publice.ff.de procur.cum ſim.no.Ioan.lign.in.d.§.circa ſeptimum, num. 5. idem ponit Pariſ.lib.5.in prin.&.§.an ubi &.§.pugna, per glo.in.§. non eſt, de alien.feu.pat. & in.§.ſi miles ruſticum. de pace
2 ten.& eius uiol. quia in pugna illud iactatur, † pellis pro pelle; Anima pro anima; Conueniunt dicta Alciat.in.c.12.& ante eum Ioan.lig.in.§.circa ſextũ, & Iulij Ferreti conſ.x.circa.fi.& cögnuit optime tex.in.l.fi.qualit.quis ſe defen.deb.in longob.
3 facit, † quia in caſibus in quibus alicui permittitur uindicta, alteri non poteſt illa demandari cui hoc.l. non permittat ſecundum Bal. in.l. ut uim col.3.ff.de iuſt.& iu.cum alijs allegatis per Hipp. Marſil.in.l.1.num.3.C. de rapt. uirg. qui ibi num. 4.limitat in patre, & filio: & ut iniuriatus poſſit ſecum affines, uel amicos ducere pro ea uindicta aſſumenda, ut ibi num.11.

SVMMARIVM.

1 *Duellum fit ad experimẽtum innocentiæ & probationem veritatis.*
2 *Duellum eſt ſpecies probationis; quæ tamen magis dicitur diuinatio.*
3 *Facta, quæ fiunt, quandoque ad cauſam iuris trahuntur.*

CONCLVSIO. IIII.

1 Fit Autem † Duellum ad experimentum innocentiæ, & probationem ueritatis, & ut ferro eruatur, uique, & armorum potentia. Iudicium tamen humanum, & diuiuum in eo ſpectatur.d.§.ſi miles ruſticum cum glo.& per Paridem in.§. duellum eſt ſingularis, & in.§. duellum
2 eſt ſpecies, dict.lib.1.ubi inquit, quod † eſt ſpecies probationis, quæ tamen magis dicitur diuinatio, quam probatio: ſecũdum eum in.§. ſi quis pugnauit lib.8.& ideo.in.§.an ſi prouocãs in pugna, eo. lib.aſſerit, quod probationes in duello factæ, ſunt a iure reprobatæ, & dubiæ: cum, caſu & fortuna, quis quandoque deuincatur, & tamen in criminalibus, prout eſt materia Duelli, requiruntur probationes luce meridiana clariores, l.ſciant cuncti. C.de probatio.idcirco Iaſ.conſ. ſupra.144.col.7. tradit, quod ſententia lata ſub eo prætextu, nunquam tranſit in iudicatum. Nihilominus aliter obſeruatur ſaltem de facto, cum ſententia ſuper talibus probationibus factis proferatur, & finem
3 conſequatur, ut in concl.94. nam † quæ de facto ſint, quandoque ad cauſam iuris trahuntur.l. mulier.§.1.ff. de conditi. inſti.Alci.in.d. conſi. poſt trac.de ſing.cert.fo. 88.ſic infert Deci.d. conſ. 487.& 686.quod ex quo Duellum facto obſeruatur, perinde haberi debet ac ſi de iure permitteretur.

SVMMARIVM.

1 *Duelli iudicium eſt fallax, & incertum, vt nocens vincat aliquando, innocens ſuccumbat.*

CONCLVSIO. V.

1 Fallax tamen, † & incertum quandoque eſt iudicium Duelli, ut non ſemper ueritatem afferat: quia incerti ſumus de iudicio Dei, & multos audiuimus per pugnam ſine iuſta cauſa, ſuam cauſam perdere. Sed propter conſuetudinem gentis noſtræ Longobardorum, legem impiam uetare non poſſumus, ut ſunt uerba formalia, Liudprandi, huiuſce gentis Regis, in d. l.recolimus.2. de homic.lib.homi.in Longobar.& per Paridem eo.tract.§.duellum eſt, & §.cum, lib.3.& per Abba. in c.2. de purg.uulg.in 2.no. & tradit Io. Lig.eo. §. circa quartum.nu.4. quòd contingit aliquando nocentem obtinere, aliquando innocentem ſuccumbere, ut & per Decium. d.conſ.487. nu.8. & ideo Iaſ.d.conſ.144.col.4.uol.2.& Iul.Fer. conſ. 22.circa.fi.commemorãt hoc in Longobarda dictum. Multos uidi ſub iuſto clypeo perijſſe.

SVMMARIVM.

1 *Duellum Deo auctore eſt ſuſcipiendum.*
2 *Duellum vbi perquiritur nulla ſubſiſtente cauſa, dicitur tentari Deus.*
3 *Duellans fouens iuſtitiam, miraculoſe obtinet: ceſſante*

ſante diuino iudicio, obtinet fortior, & ingenioſior. 6.

4 *Deus iniuria vexatis opitulari creditur.*

5 *Prouocato propitius eſt Deus.*

6 *Prouocator ne quis ſit, cauendum eſt.*

CONCLVSIO VI.

1 Deo itaque † auctore, ſingulare certamen iuſtum ſuſcipiēdum eſt; ut iuſto iudicio adiutor ſit; omniſque ſpes ad ſolam ſummæ prouidentiam trinitatis referenda eſt, ut preclare ſcriptum eſt in. l. 1. in princ. C. de uete. iu. enucle. quæ adducit Paris illo tract. lib. 1. §. tertio, unde ſecundum eum ibidem in §. cum plerumque, ubi nulla ſubeſt cauſa requiſitionis, tunc quis dicitur merus 2 requiſitor, qui † dicitur tentare deum: & ſecundū eundem eo lib. §. duellum dicitur. Apud Gallos & 3 Italos, eſt frequens ſermo, Quod † ille qui fouet iuſtitiam, miraculoſe obtinet: quia Dei Iudiciū plurimum in duello uerſetur, ut & per Parid. in §. an ſi quis pugnauit, & §. duo conuenerunt in fi. lib. 8. & Iul. ferre. d. conſi. 3. num. 4. & inquit Ariſto. lib. 2. 4 c. 5. ad Theodectem, † Deus iniuria uexatis opitulari creditur. & Alcia. eo tract. c. 7. & c. 43. in prin. tradit opinione humana paſsim receptum eſſe, eū qui iniuſte in ſtadium deſcenderit, ſemper fere ſuccumbere, vnde recte iuratur de calumnia, ut dice- 5 mus. † Milites quoque dicere conſueuerunt Deum eſſe propitium prouocato; & prouocantem plerumque uiribus deficere ut commemorat Paris. in d. §. cum plerumq;, in prin. ideo per doct. Bal. in. l. 1. ff. de edili. actio. inquit, cauendum eſſe, ne quis ſit 6 prouocator. Sequitur Iul. fer. conſi. 12. nu. 2. † At ceſſante diuina diſpoſitione, ut plurimum uincit fortior, & ingenioſior: ut no. Abb. i. d. c. 2. de purg. vulg. & tenet Paris in §. an duella. nu. 12. d. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dolo, Inſidijs, & fallacia, nihil refert: an quis aperte pugnet.*

2 *Fauori ſuo renunciare quis poteſt, in duello:*

3 *Hoſtis in fide fallendus non eſt, niſi fidem frangat.*

4 *Duellantes cauſa gloriæ, fraude, & dolo nō utuntur,*

CONCLVSIO. VII.

Ingenium uſque adeo, & calliditas in bello & duello præpōtens eſt, ut in eo iuſte ſuſcepto, 1 nihil interſit ad Iuſtitiam † ex inſidijs, fallacia, & dolo: an aperte quis pugnet, l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. c. utilem 22. q. 2. & c. dominus noſter. 23. q. 2. cum glo. ubi Archid. Paris. conſ. 31. num. 25. lib. 1. & nu. 48. declarat. Paris puteus d. lib. 2. §. nobilis. nu. 6. & §. duo conuenerunt, & §. an ſi prouocās dum, lib. 8. iuxta illud virgilianum, Dolus an virtus quis in hoſte requirat: Et per aliqua nō cōtemnenda exempla docet Alci. eo trac. c. 38. qua uerſutia, & ſolertia, ſe habere debeat perduellis in pugna. Vnde non obſtante conuentione pugnæ equeſtris fiendæ, & cæptæ, poteſt quis in pugna ineunda ad omnem offenſam (ut aiunt) deſcendere pedes, & 2 eo pacto ſuperare inimicum ſuum, † uti qui renunciare poſsit fauori ſuo, ut per Paridem. §. an ſi duo lib. 8. Cæterum eſt tamen omnino fides ſeruanda c. noli. 23. q. 1. cum glo. & in dicto. c. dominus, ubi 3 Archid. & l. conuētionum, ubi Bar. ff. de pac. † nec enim hoſtis in fide fallendus eſt, niſi fidem frāgat l. cum proponas. C. de tranſactio. & per glo. in. d. c. noli. & propterea idem Alci. c. 14. diſſerit etiam poſt tranſmiſſam cartulam, non licere alteri, alterum inſequi: niſi conſtituta die ad pugnam. Quia denuntiatio Duelli, more militari, ſecuritatis pu- 4 blica fide conceſſæ uim habet. † Limita tamen in armillatis, & pugna quæ fit cauſa gloriæ, quia excluditur fraus, & dolus, ſecundum Paridem in. §. quæritur lib. 4. limita ſimiliter in caſibus no. in. concluſ. 8.

SVMMARIVM

1 *Æqualitas & paritas in duello ſeruāda eſt, vbi magna ſit non modica. num. 3. nec quo ad vires conſideratur in principalibus. num. 6.*

2 *Prouocanti non licet, quod non licet prouocato;*

4 *Duellum eſt fiendum cum æqualibus armis; non claua venenata, aut maleficijs, aut tripodibus ſparſis, aut pomis ignitis. 5.*

7 *Prouocans ſecundum qualitatem, & conditionem prouocati pugnare debet.*

CONCLVSIO VIII.

1 Aequalitas tamen † & paritas in Duello ſeruanda eſt ut colligitur ex doctri. Bal. de pace conſt. in prin. col. 7. & in. l. cū filius §. fi. de leg. 2. & per Io. de Anna. in. c. 2. de cleri. pug. in duel. col. 3. & Pari. in. §. quia dictum eſt in prin. li. 7. & Alcia. c. 29. & Iul. fer. conſi. 5. in prin. ubi affir- 2 mat, † non licere prouocatori, quod prouocato nō 3 permittitur. † Aequalitas tamen ubi ſit modica nō conſideratur, teſte Alci. c. 33. in fi. ſed magna, ut per ipſum c. 31. circa. fi. Vnde iuxta præmiſſa tra- 4 dit Paris in §. duo pugnare, † duellum eſſe fiendū cum æqualibus armis, non cum claua uenenata, quia approbatione armorū nō uenit uenenū, licet commemoret milites contrarium tenere in pugna (ut aiunt) a tuttoltranza, ſiue omnem offenſam: quod tamen dictum (ut audio) non obſeruatur: & 5 eodem modo determinatur, cum proditorie, † & contra naturam duelli agere, qui in ſtadio tribules, ſeu tripodes ſpargit, cum locus certaminis ſit ſacer. l. 1. C. de athle. li. x. & l. athletas, in prin. ff. de his qui no. infa. nec etiam debet quis habere, & ita iurat, res quæ ad maleficia pertineant, ut eſt glo. 3. de pace iur. fir. p. l. nullus, quali. quis ſe def. deb. in longo. & per Paridem §. contingit caſus lib. 8. ſic quoque videtur dicendum in deferente pomum ignitum, per prædicta, quicquid ipſe Paris dixerit, 6 & male in §. orta lib. 8. † Aequalitas tamen, vel inæqualitas in principalibus pugnantibus, non eſt ponde-

ponderanda quo ad uires, cum cauſam propriam proprijs uiribus corporeis ſponte ad exitum perducere habeant, ut docet Io. Lign. in d. §. circa ſe-
7 ptimum. num. 6. † Illud tamen conſtare uidetur q̄ prouocans ſecundum qualitatem, & conditionem prouocati pugnare debet, ut ſi is Cocles, careat altero oculo, & prouocans alterum claudere debeat, & ſic in alijs membris, ſe illi æqualem facere, ſecundum Pari. in §. qui alteri lib. 1. per. l. Fede. apud Siculos promulgatam, & per Bal. in d. tit. de pace te. in prin. & Ioan. de Anna. de cle. pugn. in duel. c. 2. col. 3.

S V M M A R I V M.

1 *Duella ſunt odioſa, reſtringenda, ſecundum veritatem interpretanda, non extendenda.*

CONCLVSIO. IX.

1 ODioſa uero ſunt Duella † & diſplicent legi. d. l. recolimus de homici. lib. ho. And. de Iſer. de pace te. & eius uio. Pariſ. lib. 2. §. an ſi duo, & lib. 6. §. de iure, in fi. & §. miles. ideo ſunt reſtringenda ut ibi. arg. l. cum quidam, cum, ſim. ff. de lib. & poſth. unde in eis non proceditur de ſimilibus ad ſimilia, ut in. d. §. de iure, Sed tanquam in materia ſtricti iuris, ſtricte & ſecundum ueritatem, & non fictionem interpretanda, & recipienda ſunt uerba. l. 1. ubi Bar. ff. de fonte. & per Iul. Fer. conſ. 13. in fi. & conſ. 14. num. 2, niſi conſuetudo militaris contraria eſſet, ut ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Verba prouocatoris, & prouocati, caute ſunt attendenda.*
2 *Cadens a ſyllaba iuſtitiæ & ueritatis, cadit a toto, in Duello.*

CONCLVSIO. X.

1 VErba itaque prouocatoris † hinc inde, & prouocati; probe, & caute ſunt attendenda: & cauſæ, quæ inducunt ad iram, & prouocationem, circa duellum ineundum. l. ſi quis arbitratu. ff. de uer. oblig. Iul. Fer. conſ. x. in. fi. adeo
2 ut † qui cadit a ſyllaba ueritatis, & Iuſtitiæ, cadit a toto, ſecundum Paridem in. §. cũ plerumq́ue lib. 1. & in. §. quia ut plurimũ lib. 6. ubi per multa exempla ponit, quis dicatur iniuſte prouocare: ut puta ille, qui aliquem appellat proditorem, qui reſtitutus eſt, licet fuerit proditor: quia debebat dicere, tu fuiſti proditor. ſequitur Iac. Hiſpa. eo. trac. lib. 4. c. 9. Alci. c. x. Iul. Fer. conſ. 12. nume. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Verba dubia duellantium, interpretantur contra proferentem, immo pro eo. 2.*

CONCLVSIO. XI.

1 IDeo, † ubi uerba dubia perduellium reperiuntur, contra proferentem interpretantur, qui legem potuit clarius dicere. l. ueteribus. ff. de pac. cum glo. & Alci. dict. conſ. car. 102. & circa fi.
2 † Vel aliter ſentiendo quam ſenſerit Alci. tenendum cenſeo, q̄d uerba dubia, & intentio ambigua prouocantis, & exceptio prouocati, interpretetur ſecundum intentionem proferentis, prout in iudicijs. talis fit interpretatio, aliter quam in contractibus. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudicijs. ubi Bar. & doct. & inquit idem Alci. tracta. de præſumptione in. 3. reg. præſump. 1. nu. 9. quod ad partes pertinet interpretari propriã confeſſionem, & præmiſſa probantur ratione l. inter ſtip. §. 1. ff. de uer. oblig. quia in contractibus, conſenſus utriuſque partis concurrere debet: iudicium autem redditur in inuitum. At duellum regulatur inſtar iudiciorum, ut ſupra concl. 2. ergo & his uidentur conuenire dicta Paridis in. §. quid ſi duo lib. 6. ubi aſſerit, ſi uerba ſunt dubia aliquid dicentis, is ſenſus habendus eſt, quem habuit is qui dixit. d. l. ſi quis intentione: & faciunt dicta per eum in. c. cum inter, lib. 8. ubi licet quis dixerit, (ut aiunt) io mi rẽdo, quod eſt dedititium ſe fateri, occidens tamen aduerſarium dicitur uictor, non attentis illis uerbis: & non obſtaret ſi diceretur, quod in criminalibus (prout Duelli iudicium recipitur, ut ſupra concl. 3.) fiat omnino interpretatio contra proferentem, ut aiunt tenuiſſe Iudo. Ro. in. l. diuortio. ff. ſolu. mat. quia ſecũdum Soci. reg. 237. fall. 1. dictum Ro. eſt falſum, nec probat. lege.

S V M M A R I V M.

1 *Pacta, ſeu conuenta perduellium, ſunt ſeruanda; ſicut in bello.*
2 *Pacta infirmans, vſum hominum penitus inter ſe euertit.*

CONCLVSIO. XII.

1 COnuenta † proinde perduellium ſunt omnino adimplenda: nam & pacta, & fœdera in bellis ſunt ſeruanda d. l. conuentionum ubi Bar. ff. de pac. & l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pac. etiam in forma ſpecifica, Pariſ. Puteus in. §. finitum eſt, & §. an duo ſint lib. 8. Io. de anna in. c. fi. de cleri. pug in duel. Iul. Fer. conſ. 6. num. 13. & probe inquit Ariſt. lib. 1. c. ult. Rhetorico. ad
2 Theodoc. † ſi quis pacta infirmat, is uſum hominum penitus inter ſe euertit.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo militum, nobilium, & regionis, in duello obſeruanda.*
2 *Armorum ſtylus debet eſſe in ratione fundatus, & communi militum obſeruatione probatus.*
3 *Conſuetudo vnius loci, non ligat alium.*

CONCLVSIO. XIII.

1 COnſuetudo, † & mores militum, & nobilium, & regionis, poſt hæc, in duello ſequenda ſunt, cum ſtylo militari, ut ſenſit Bal. in d. tit. de pace te. in prin. col. fi. ſequitur Io. de anna.

in

in.d.c.2.de cleri pug.in duel. col. pen. recte conueniun dicta Alex. conſ. 203. col.1. uol.2. dum
tradit, ſi iuriam uel delictum aliquod eſſe graue,
* uel leue, prout communis opinio Regionis illud
2 exiſtimauerit † qui tamen ſtylus armorum debet
eſſe in ratione fundatus,& communi militum obſeruatione probatus,auctore Paride in.§.an ſi miles col.fi.lib.9.arg.c.conſuetudo.1.diſt.&.§. conſideremus in aut.de trien.& ſemiſ. Iul. Fer.cõſ.5. circa prin. & circa fi. & latius conſ.20. num.4.
3 † ubi tamẽ inquit ꝙ cõſuetudo unius loci non ligat alium locum ut no. tenere And.de Iſer. in.c.1.quæ ſit pri. ca. beneſ. amit. At quantam uim habeat conſuetudo declarant leges, ut ſcribitur apud Philoſop. lib.2.c. ult. Metaphi.

S V M M A R I V M.

1 *Ius ciuile, & longobardum, vel francorum, & conſt. fed. ſeruatur in duello, deficiente ſtylo, conſuetudine, ſtatuto, vel more regionis.*
2 *Profeſſio qualibet, ſuo ſenſu & ſtylo vtitur, quem obſeruat.*

CONCLVSIO. XIIII.

1 VErum ad ius ciuile,† & ad ius Longbardũ, uel Francorum, ubi id obſeruatur, ac ad conſtitutiones Federici Imperatoris, recurrimus, deficiente ſtylo, conſuetudine, uel ſtatuto, uel more regionis, ſeu loci certaminis.l. de quibus.ff.de ll.Pariſ.in.§.ſecundo dicere lib.1. Iulius Feretus conſ.20.num.4.&.5. & ibi egregie ſcribit
2 Pariſ. † quod qualibet profeſſio, ſuo ſenſu, & ſuo ſtylo nititur, quem obſeruat.l.3. in fi. ff. de teſtibus.c. legimus cum ſim. 93. diſt. Iac. Hiſp. in.4. euid.uerſ.eſt tamen; ſic ſecũdum franc.Ponzinib. num.26.in trac.de lamijs, ex ſententia Ariſto.1. Poſterio. unaquæquè ſcientia habet ſuas interrogationes, rationes, & diſputationes.

S V M M A R I V M.

1 *Duelli pugna, eſt actus militaris, nobilis, ac honorabilis, ab infamibus non exercendus.*
2 *Honorem omnem excludit, reatus & delictum.*
3 *Dignitas & nobilitas, infamia perditur.*

CONCLVSIO. XV.

SEcundum iura ciuilia,& conſuetudinẽ milita-
1 rem, ſane regula fit † talis: pugnare in duello, eſt actus militaris, nobilis, generoſus, ac honorabilis, ab infamibus non exercendus, ut frequenter legitur apud Paridem, ſed præcipue in.§.nobilis pro cauſa circa fi. lib.7.&.§. quia di-
2 ctum eſt num.10.& per totum eo lib. † quia delictum & reatus, excludit omnem honorem.l.1.C.
3 ubi ſena.uel claris.& per infamiam † perditur nobilitas,& dignitas,l.2.& l.quotiens.C.de dign.lib. 12. Iul. Fer. conſ. 15. num. 3.&.5. Alcia. c. 18.

S V M M A R I V M.

1 *Principium in rixa vel offenſa attenditur.*
2 *Exitus belli eſt inſpiciendus.*

CONCLVSIO. XVI.

PRincipium in rixa, uel offenſa attenditur, &
1 inſpicitur † l. quod ait in fi. ff. de adulte.l. Pomponius ſcribit ubi Bal. ff. de neg.geſ.l. iniuriarũ.ff.de iniur.conueniunt dicta Soci. conſ. 55.in.fi.uol.1.Pariſ.put.d.tracta.§.an ſi duo ſint, num.4.&.§.finitum eſt,num.3. qui hanc concluſionem ad ineuntes certamen acommodat, quo
2 ad uictoriam parandam † Exitus tamen belli eſt inſpiciendus:l.rem non nouam.C.de iudic. Pariſ. in.§.duo milites nu.4.lib.2. & in.§. duo nobiles, &.§.cum inter lib.8.& inf.concl.93.

S V M M A R I V M.

1 *Iniuria fit verbis; aut factis; & quomodo fiat, num. 3.4.5.6.7.8.14.20.*
2 *Iniuria facti eſt acrior, quã ſint graues, grauiores, grauiſſimæ, licet ſint verbales num.18.*
9 *Duellum non niſi iuſta ex cauſa conceditur.*
10 *Iniuria large dicitur, quę non meretur pænam, & iuſte fit.*
11 *Iniuriandi animus interuenire debet: ex iocoſis enim iniuria non oritur;*
12 *Iniuriæ non præſumuntur iocoſe dicta, aut facta, niſi probentur: aliter quam per confeſſionem partis: quando facti & perſonarum qualitas, aliter ſe habent.*
13 *Iniurioſum omne verbum, præſumitur animo iniuriandi dictum.*
15 *Iniuriam ſua ſponte, nemo patitur.*
16 *Iniuria verbalis, fit etiam abſenti.*
17 *Iniuria facta incerta perſonæ, executionem non habet; ibi.*
Chartula ſiue libellus incertus non admittitur.
16 *Iniuriam patitur quis, non ſolum ex perſona ſua, ſed etiam ſuorum, vt in familia, & colloquio.*

CONCLVSIO. XVII.

INiuria offenſaue nempe, fit omnibus modis,
1 † quibus quis uerbis, aut factis offenditur, eiuſque grauatur opinio: uel non iure, aut quid iniquum, aut iniuriam patitur, uel contumeliam ſuſtinet ab aliquo: reſpectu famæ, perſonæ, & dignitatis ſuæ: aut in rebus, uel contra bonos mores ciuitatis. l.1. in prin. & in l.lex Cornelia in prin. &.§.lex itaque &.§. ſi quis liberum, & in l. item apud Labeonem, quaſi per totam.l. ff. de iniurijs
2 † eſt autem teſte Ariſt.Rhetor.lib.2.c.2. ad theodectem. uoluptatis contumeliantibus, quod arbitrentur malefaciendo alijs, magis excellere: quapropter iuuenes, & diuites, contumeliatores ſunt, longe namque putant contumeliando excellere:

lere. Acrior tamen eſt iniuria, quæ facto infertur
quam quæ uerbo, l. aut facta. §. qualitate. ff de pœ-
nis. Alciat. in d. ſuo conſ. poſt tract. duel. car. 7.
3 Et non ſolum uerbis expreſsis, ut ſi dicatur alicui,
Tu es latro, falſarius, & ſimilia: uel ſi dicatur, tu
mentiris, ſaluo honore tuo, ut inf. concl. 19. quis
offenditur, & iniuriatur: ſed etiam clam, uel ſub-
dole dictis, ſecundum tex no. in l. quiſquis. C. de
poſtul. & per Iac. Beluiſ. in ſua Practica iudiciaria
num. 33. Immo † etiam riſu fit contumelia, quia
ſcriptum eſt; Eijce deriſorem, & exibit cum eo iur
gium, ut legitur Prouerbio. c. 22. & in. c. in loco.
5. q. 4. & per Paridem. §. aliquis uocauit, nu. 4. lib.
5 6. † Item fit ſolo nutu ſecundum Iac. Bel. ubi ſu-
pra nu. 35. Factis fit iniuria multis modis, percuſ-
6 ſionibus ſcilicet, & vulneribus illatis: † immo
etiam ueſtimentis ſciſsis, non ſolum ſi corpori in-
feratur l. ſed eſt quæſtionis. ff. de iniurijs, & per
7 Beluiſ. nu. 53. per plura. † Fit quoque, ſi quis ma-
nibus ab aliquo eleuatis, ſæpe territus, quaſi ua-
pulaturus ſit, non tamen percuſſus, l. item. §. 1. ff.
de iniur. per quam ex ſententia Bal. inquit Hipp.
Marſ. in. §. diligenter nu. 89. in pract. crimi. naſci
actionem iniuriarum, etiam contra minantem.
8 † Et generaliter dicitur quis offendi ex omni eo,
ex quo ad iram iniuſte prouocatur, ut teſtatur
Bar. in. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publica,
& l. teſtamēto Cēturio. ff. de manu teſta. & licet
Pariſ. ut infra, non addat uerbum, iniuſte, opinor
tamen, nō aliter intelligi offenſam in caſu noſtro;
9 quia † non niſi ex iuſta cauſa ad ſingulare certa-
10 men deuenitur: ut ſupra concl. 6. † licet impro-
prie, & large offenſa dicat̃, quæ & non meretur
pœnam, & iniuſte fit, ut per Bart. in l. cum te. C. de
inoff. teſt. per illum tex. & conſuluit Corneus cōſ.
11 151. num. 1. uol. 1. † Sicque conſequenter animus
iniuriandi interuenire debet: Nam ex ioci cauſa
dictis, aut factis, non oritur iniuria. l. illud. §. ſane.
ff. de iniur. cum ſim. Beluiſ. in d. practica in uer.
12 qui dictus reus in prin. † Non præſumuntur tamen
per iocum dicta, aut facta, niſi probentur aliter
quam per confeſsionem iniuriantis, quando facti
& perſonarum qualitas aliter ſe habent, ſecundum
Beluiſ. ibidem. per no. in l. ſi non conuicij cum gl.
13 C. de iniurijs. † Nam & omne uerbum iniurioſum
præſumitur animo iniuriandi dictum, ut auctor
eſt Bal. & Salic. in d. l. ſi non conuicij, ſequitur Fel.
in c. cum te. col. fin. de re iudi. Sic quoque genera-
liter inquit Philoſoph. 1. Rethori. ad Theodectem
14 cap. 13. † iniuriam pati eſt, cum a uolentibus iniu-
ſta inferuntur: ubi c. 14. de maiori, & minori iniu
15 ria uerba facit. † Nemo tamen ſua ſponte, iniu-
riam patitur, teſte eodem Philoſ. Ethicorum. 5.
c. 9. & eſt tex. in l. j. §. uſque adeo. ff. de iniurijs, &
tradit Decius, in l. nemo uidetur fraude. ff. de regu.
16 iur. Et notandum eſt, † quòd etiā abſenti fit iniu-
ria uerbalis. §. conuicium d. l. item apud, & no. Sa-
17 lice. in l. j. C. ſi quis impe. maled. iniuria † tamen fa
cta incertæ perſonæ executionem non habet, ut
ibi in d. l. item apud. §. feciſſe; Et propterea ino-
pte uidentur proponere chartulas ſuas, illi: qui ge
neraliter, uel conditionaliter in eis inſ[illegible]:
Quicunque dixerit tale quid, mentitur: aut fe-
18 rit, male fecit, ut in conclu. 56. † In præmiſsis ob-
ſeruandum eſt, quod ſunt iniuriæ aliquæ, licet ſint
uerbales, graues, & atroces; aliquæ grauiores, &
aliquæ grauiſsimæ; de quibus habetur in. l. prætor
edixit. §. ſi. cum. l. ſeq. ff. de iniur. & in. §. atrox, in-
ſti. de iniur. ubi atrocitas conſideratur, ex qualita-
te facti, loci, & perſonarum ut per Abb. in. c. 1. de
Maled. & Alex. cōſ. 203. col. 1. uol. 2. & in concl.
108. per Beluiſ. in d. pratica nume. 88. & in d. §.
atrox, declarat Areti. etiam quæ ſint leuia: quæ
atrocia & grauia. quæ grauiora, & grauiſsima, ſiue
atrociſsima, per allegata per eum, de quibus alibi
dixi, inter quæ ſecundum Bal. in l. ſed ſi hac. §. præ-
tor. ff. de in ius uoc. percuſsio cum ſanguinis effu-
ſione; & in oculo, eſt atrox; at percuſsio cum pu-
gno, uel manu uacua, regulariter ſecundum eum
non dicitur atrox. ſecus ſi fuſte quis cæſus fuerit.
cum non ſecus habeatur, ac ſi vulnere, ut in d. §.
atrox. Inquit tamen Alexan. d. conſ. 203. col. 1.
committēdum arbitrio iudicis quæ dicatur grauis
offenſa, præter homicidium, & membri mutila-
tionem: quòd aliquid cēſebitur eſſe graue & leue
ex qualitate pœnæ. Sed hoc etiam recte iudicabi-
tur, ſi ex communi opinione regionis conſtare
poterit ſecundum eum. Quandoque tamē audiuī
milites, & nobiles, dicere; quod fuſte cæſus, maio-
ri afficiatur iniuria, quā uulneratus: quaſi fuſtibus
cædātur ſerui, uel perſonæ uiles. & infames. Illud
tamen regulariter iactant, uulnus illatum, tollere
iniuriam fuſte factam: At ex qua iniuria duellum
19 cōcedatur dicemus infra cōcl. 51. & 67. † Illud iti
dē in prædictis nō eſt prætermittēdum, quòd non
ſolum offenditur quis ex perſona ſua, ſed etiam
ex perſona ſuorum, ſcilicet, ſeruorum, & famulo-
rum, iuribus ſupra allegatis, & teſtatur Philoſoph.
Retho. c. 2. ad Alex. quæ tradit, not. etiam Pariſ. in.
§. cum plerunque in prin. & §. an duellum lib. 6. &
ideo iniuria facta uni de familia, dicitur omnibus
facta l. lex cornelia. ff. de iniur. Decius d. conſ.
686. nu. 17. & facta uni de collegio, omnibus fa-
cta cenſetur. l. decuriones. C. de quæſtio. & Beluiſ.
ubi ſupra nu. 52. & iniuria ſubditi, eſt domini, Mar-
ti. Laud. in tract. de principibus. q. 282. & ſimiliter
illata officiali, uel magiſtratui, ipſi Imperatori, uel
Regi uidetur illata, adeo ut etiam non tollatur, li
cet officialis eam diſsimulauerit, ut per tex. in l. 1.
§. uſque adeo. ff. de iniurijs. tenet Paul. de Caſtr. &
Alex. in l. quāuis. ff. de in ius uoc. immo is qui iniu-
riam infert, incidit in crimen læſæ maieſtatis. l. 3. ff.
ad l. Iul. maieſt. quia in quolibet magiſtratu repræ
ſentatur perſona principis, ſicut perſona domini
in ſeruo. l. ſi pamphilo. ff. de optio. leg. unde capi-
talis pœna irrogatur. l. omne delictum. ff. de re mi-
lit. & no. poſuit poſt Albe. de rolate Franc. Luca.
in tract. de fiſco & eius priuileg. nu. 10. in. 2. par-
te. Subnectendum pariter eſt, quod licet iniuria
ſit modica, & leuis; & non ſufficiens, datur tamen
actio

actio iniuriarum, quæ infamat ſecundum com-
* munem * opi. ut per Abba. Feli & docto. in. c. cum
te, de re iudi. & per Ant. corſet. in trac. de minimis
in. 2. parte uerſ. 24. quicquid in contrarium ſen-
ſerit Beluiſ. ubi ſupra nume. 31. Non tamen
concederetur Duellum, niſi in re graui, ut in
concl. 51. & 67. Non ſit tamen iniuria, ſi dicatur
20 alicui: † Sum ita bonus ut tu: uel melior, quam
tu. arg. c. Paulus. & c. puto. 2. q. 7. c. illud & c. ue-
reor. & in glo. c. licet. 8. q. 1. & l. 1. §. omnibus. C.
de uet. iur. enunc. & per alia affirmat Pariſ. in. d. §.
aliquis uocauit. nu. 4. ex qbus determinari poſſe ui
detur altercatio illa his diebus exorta, inter inſi
gnem tribunum, immo Magiſtrum militum; & cla
riſsimum Cæſareum Mediolani Senatorem: qui
dixit ſe eſſe ſeruitorem Imperatoris, quantum aſſe
uerabat ſe, & plus eſſe ipſo magiſtro militum. Qui
tamen ægre tulit hæc uerba, licet non recte. Non
recipiunt tamen, aut æquo animo ferunt aliqui
milites, huiuſcemodi uerba, qui laceſsitos, & ad in-
iuriam prouocati ſe omnino putēt: Duellumque
proinde concedendum contendant, non obſcuro
etiam exemplo Ferdinandi Hiſpaniarum Regis
Catholici, qui conflato bello, cum Male Mauro-
rum Rege, Bethicam inſidente, poſtea in poteſta-
tem ſuam, redacto: cum quidā audax miles Mau-
rus ad eum acceſsiſſet, impetrata poteſtate dicen-
di, Propoſueritque hæc tria, in hæc uerba: Affir-
mo, o Rex, Deum, quem colunt Mauri, ueriorem
deo Chriſtianorum: Regem meum Maurorum,
eſſe præſtantiorem, & te digniorem: Me autem
fortiorem, & magis ſtrenuum militē, quocunque
alio milite tui exercitus. Tū Rex Catholicus man-
dauerit cuidam fortiſsimo militi ſuſcipiendum
Duellum in ultimo capite: quia in primo, & ſe-
cundo, notorie conſtaret, prouocatorem menda-
cem. Vnde pugna commiſſa uictor euaſerit Chri-
ſtianus miles. Quibus forſan reſpōderi poſſet hoc
exemplum, ad alia plura, quam quæ ad. q. noſtram
conueniant, pertinere. Verum & illud concedi
poſſet, ut ſi talia uerba cenſeantur eſſe contra bo-
nos mores regionis, tunc iniurioſa habebuntur,
& duellica, ut in prin. huius conc. uel ſi ita con-
ſuetudine, & communi militum obſeruantia in-
ductum eſſet, ut ſupra conc. 13. cum tamen magis
ad oſtentationem uirium, & gloriam, talis pugna
a Catho. Rege cenſeri poſsit conceſſa.

S V M M A R I V M.

1 *Iniuria non reuocatur ſola pœnitentia, nu. 3.*
2 *Conuitium illatum per iram, punitur pro iniuria ſimplici.*

C O N C L V S I O XVIII.

1 POENITENTIA tamen † ſola non reuoca-
tur iniuria, uel uituperium dictum, aut fa-
ctum alicui, nec illius famę ſatisfit l. qui ea
mente. ff. de furtis, cum multis alijs adductis per
Iac. Beluiſ. in dicta practica iudiciaris, nume. 16.
unde apte illud Terentianum ſuccedit: Qui poſt
factā iniuriam ſe expurgat, parum mihi prodeſt:
Et ideo Feli. in. c. ſicut literis in fi. de iureiur. & in
2 c. cum te, col. 3. de re iudi. † inquit, conuitium illa-
tum per iram punitur pro iniuria ſimplici, non
pro delicto, uel pro calumnia. Nam ſecundū eum,
ſi iracundia excuſaret crimina, raro eſſet locus pę-
nis, & ita uidetur intelligere l. quicquid calore. ff.
de reg. iur. quomodocunque & aliter intelligat
Lanfran. in. c. quoniam contra, in uer. confeſsio-
nes, in prin. de probatio, cum iniuria non poſsit
3 reuocari ſine detrimento iniuriam paſsi † Vnde
in talibus, non ſatisfacit pœnitentia, ut atteſtatur
Feli. ubi ſupra: allegat Salice. in d. l. ſi non con-
uicij. C. de iniurijs. & eadem affirmat Iac. Beluiſ.
d. num. 16.

S V M M A R I V M.

1 *Iniuria, iniuriam tollit vel uerbalem, uel facti, quæ ſtatim, eſt licita.*
2 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur, nu. 7.*
3 *Mentiri qui alium dixerit, in obiecto crimine; non tenetur actione iniuriarum.*
4 *Mentiri eſt verbum iniurioſum, licet addatur, ſaluo honore tuo; & ſit licitum.*
5 *Iniuria iuſta, iniuria eſt, largo modo.*
6 *Verba compenſatoria iniuriæ, quæ ſint, & num. 8. ſecundum milites.*
7 *Duello non eſt locus, vbi ſunt uerba æqualia in reſponſione iniuriæ; vbi ſit exceſſus, ibi compenſatio iniuriarum ſit, vbi aduerſarij ſint pares, non aliter.*
9 *Mentiri eſt ſcienter falſum dicere: idem importat, dicere, non dicis verum; ſed hoc reprobatur.*
10 *Mentientis cui ſit obiecta macula, onus eſt ad arma prouocandi.*
11 *Mentiri qui alium dicit, atrox iniuria eſt; quia calūniator dicitur, qui ſciēter falſa crimina intendit.*
12 *Mentiendi licentia, non impunita relinquenda.*
13 *Calumniator ſimilitudine ſupplicij afficitur.*
13 *Iniuria proditionis obiecta; & vxoris adulteræ, an tollatur per verba, mētiris; vel requiratur factum.*
14 *Iniuria facti, contrario facto æquipollenti tollitur.*
15 *Oculus pro oculo, dens pro dente, Anima pro anima reddenda.*
16 *Fuga habet vim facti, & iniuria, & diſdicta cenſetur; & compenſatur cum percuſsione, & vulnere; fortius cum iniuria verbali.*
17 *Fuga eſt maxima infamiæ labes, apud militares viros.*

C O N C L V S I O. XIX.

1 SEd Nihilominus † Iniuria, iniuriā tollit, con-
tumelia contumeliam repellit, utcunque uer-
bo, aut facto, facta ſit: & licet iniuriato ſtatim
iniuriari, quamuis ex interuallo, id etiam de facto
fiat: quod non licet de iure, iniuria perſonali: niſi
in ipſo flagranti crimine, ut puta, incontinenti,
quando quis percutitur. In reali uero, inconti-
nenti

nenti licet, & dicitur fieri arbitrio Boni uiri; &
cum commode fieri poteſt, inſpecta qualitate rei,
& perſonarum : & propterea in hoc caſu, ſi aliquis
Dux, uel Princeps expellatur de terra ſua; licitum
eſt ei quandocunque propria auctoritate illam
recuperare, quotiens facultas ſe obtulerit, etiam
poſt decennium; & dicetur incontinenti factum,
ut auctor eſt Vgutio Gloſator in.c.ius naturale.1.
diſt. Bar.in.l.3.§.cum igitur.ff. de ui & ui arm.
Iaſ.in.l.clam.§.qui ad nundinas,num.36.ff.de ac-
qui.poſ.Dec.conſ.460. nu.17. uol.3. & proinde
admittitur compenſatio iniuriarum.l.ut uim.ff.de
iuſti.& in.l.1.C. unde ui, l.ſi ex plagis.§. taberna
rius.ff.ad.l. Aqui. ubi Bal. & cle.1. de homici.l.ſi
duo.ff.de dolo.l.uiro.ff.ſolu.matri.Pariſ.in.§.ali-
quis uocauit, &.§. an ſi unus lib.6. Beluiſ. in. d.
2 practica iudi. nu.24. ubi inquit † quod paria de-
licta mutua compenſatione tolluntur; Abb.in.c.
pen.num.5.de adulte. ubi dicit cum ibi additis,
hoc tamē procedere quo ad uindictam priuatam,
non autem publicam; Vnde in.c.cum.te num.25.
de re.iudi. etiam inquit, quod non agitur de iniu-
ria, quando quis alicui obijcienti conuicium, uel
3 aliquod crimen, † Reſpondet, tu mentiris, quia
potius purgandi animo quam iniuriandi ſit facta
talis reſponſio, & ad defendendam innocentiam;
per doctri. Bar.in.l.quæ omnia.ff. de procura. ſe-
cus dicit ipſe, ſi conuicium cōcernit aliud factum,
& non uenit ad tuendam inocentiæ alicuius, ſed
ad uindictam, & ita uidetur intelligere dicta Spe-
cul.in tit.de accu.§.1.uerſ.quid ſi te uocaui latro-
nem, nec aliter uidetur intelligere Pariſ.in d.§.ali-
quis uocauit num.4. & Abba. ſequitur Iaſ. in.l.ut
uim, num. 36.ff. de iuſt. & iur. & Corn. conſ. 80.
num.10.uol.3.& Decius d.conſ.487.&.686.nu.
14.& Alciat. in d. ſuo conſ. poſt tracta. de ſing.
4 cert.fo.2. † Eſt tamē alioquin uerbum iniurioſum
dicere alicui, tu mentiris, ſecundum Bar.in l.item
§.ait prætor.ff.de iniur. in quo poteſt dari libellus
iniuriarū etiam ſi additum ſit, ſaluo honore tuo,
* ut per Iaſ. in.d. nu.36. & idem communem * opi.
atteſtatur in.l.non ſolum.§.morte, num.47.ff.
de no.ope nunc, Vnde Alex. in d.§.ait prætor, in
appoſtil. ad Bar. allegat Bal. cōnſ. 45. lib.5. quī
dixerit, dicere, tu mentiris, non eſt iniuria, quan-
do fit ad defenſionem. Sed uidetur mihi ali-
ter frequentius recipi, quod immo omni caſu
iniuria cenſeatur; licet quandoq; non punibilis.
Quilibet enim cui dictum ſit, tu mentiris, adeo
ſe oneratum putat; ut ad maiorem iniuriam, con-
tra aduerſarium prorumpat: uel ad Duellum pro-
uocare neceſſe habeat, & hic uſus uidetur poſ-
ſe comprobari per dicta inferius, concluſione iſta
5 nu.9.& 11.& ex eo quia † largo modo, etiam iniu
ria iuſta, iniuria dicitur, ut ſupra concl.17.nu.10.
6 † Verba proinde æquipollentia, ex quibus fiat mu-
tua compenſatio, & dicatur propulſata iniuria, po
nuntur illa, per Paridem in d.§.aliquis.& in.§. an ſi
unus, & §. duo milites, ut ſi dicatur alicui, tu es
proditor, uel leno, uel quid tale, & iniuriatus re-
ſpondeat: tu es proditor, uel leno, non ego ſum:
uel ſi reſpondeat, uerum non dicis, aut falſum di-
cis, uel tu mentiris, cum hoc uerbum ſugillet iniu
riam, etiam ſi addatur, ſalua reuerentia tua, ut ſu-
pra, & per Bart.in l. pro hærede.§.ſi quis.ff.de ac-
qui.hæred. & Decium d. conſi. & Socin. Iun.d.
conſi.123. num. 20.uol.2. & in tali reſponſione
7 facta † non uidetur eſſe locus pugnæ, ſecundum
Paridem, ubi ſupra: quia talia uerba uidentur æqua
lia, & æquipollentia. Hiſque congruit, quod
qui par pari reddunt, non contumeliantur, ſed ulc-
iſcuntur, ut atteſtatur Ariſt.lib.2.c.2.ad Theode-
ctem: faciunt etiam dicta inf.concl. 104. Vbi au-
tem in reſponſione ſit exceſſus: ut quia dicenti, tu
es proditor, reſpondeatur, immo tu es proditor,
& mentiris: & addatur in reſponſione, immo tu
es falſarius, & leno uxoris tuę, uel quid ſimile, tunc
eſt locus pugnæ, propter exceſſum, ſecundum Pa-
rid.& Iul.Fer.conſ.19.ubi etiam no.tradit, quod
tunc demum compenſatio fit, ſi prouocans &
prouocatus ſint pares. arg.§.ſi ruſticus militem,
de pace ten. Aduertendum tamen eſt, quia ubi
hæc de iure procedant, uidetur aliqua militum, &
nobilium obſeruantia in contrarium in multis eſ-
8 ſe. Nam † uti uidetur moribus receptum, non
cēſentur ſatisfacere honori ſuo, qui iniuria uer-
bali prouocati, reſpondēt tantum per illa met uer-
ba prouocatoria, ut per Iac.Hiſp.lib.4.c.1.ut puta
ſi dicatur alicui, tu es proditor, & fiat reſponſio,
immo tu es proditor, nō ego ſum: ſed requiruntur
uerba, per quæ oſtendatur, primo iniuriantē men-
9 tiri, † quod idem eſt, ac ſi diceretur, ſcienter fal-
ſum dicis: ut per Parid.in d.§.aliquis per.l.qui in-
terogatus, ubi Ang.ff.de pet. hæred. uel ſi dicatur
non dicis uerum, cum hęc ultima uerba apud nos,
& aliquas nationes, uideantur accipi: ac ſi di-
ceretur, Tu mentiris, licet ego aliter (circunſcri-
pta conſuetudine) dici poſſe arbitrarer: quia de
proprietate uerbi, mentior, uidetur eſſe, ut quis
ſcienter falſum dicat, ut ſupra, Sic ſecundum gram
maticos, non ipſe fallitur, ſed alterum fallere co-
natur, in eius detrimētum. Qui autem aſſeritur ue
rum non dicere, non arguitur ex proprietate ho-
rum uerborum, ſcienter falſum dicere, & alterum
uelle fallere: cum uerū non dicens, poſsit falli, cre-
dens uerum dicere: Vnde Nigidius, apud A. Gel-
lium lib.11.ca.11. inquit, Vir bonus præſtare de-
bet, ne mentiatur: Prudens ne mendacium dicat,
Crederē tamē hæc uerba compenſationē inducce-
re, abſq; exceſſu. Hinc recte uidetur dicere Iaſ. in.
l.turpia in fi.princ.de leg.1.quod iniuria non fit
ſi dicatur alicui, falſum dicis. per doct. Salice. in.l.
de tutela.C. de in integ.reſt. min.q inquit, & hoc
non infertur, ut quis uelit arguere illum ſcien ter
10 falſum dicere, & doloſe. Similiter audio † ſi quis
alium mentiri dixerit, adeo exoneratum eſſe, ut
onus aduerſario incumbat ad arma eum prouo-
candi, nec licet ei qui reſponderit, Tu menti-
ris, replicare per aduerſarium, Immo tu men-
tiris, ut aliqui inepte replicant, ne queſtio di-
ducatur

ducatur in infinitum, vt ſenſit Iaſ.d.nume. 36. & expreſſe uidetur confirmare Alciat.d.conſi.fol.2. ea ratione, quia qui aliquod crimen obijcit, ſi uerum eſt, nullam iniuriam facit.(de quo tamen inf. dicam concl.20.) ſi falſum, facit iniuriam, & ipſe delinquit, quia calumniator efficitur: non autem ea ratione quia ſecundum aliquos, hæc uerba, tu mentiris, atrocem iniuriam inferaut, quæ nullis uerbis, ſed ſolo facto dilui poſsit, ut ibi per eum
11 fol.3. licet in ſuo tract.c.4. in fi. † dicat, ꝙ atrox apud Italos cēſeatur iniuria, prout uere credo, per ſupra & infra dicta. Proinde crederem ego, & alia ratione, illum cui dictū ſit, tu mentiris, adeo oneratum eſſe, ut neceſſe habeat ad arma prouocare.ſ.quia in ea ſit factus exceſſus, cum non ſolum per dicta uerba illata, ſit facta compenſatio, vt ſ. ſed quis etiam calumniator redditur, ſecundum Alciat. qui dicitur, ille qui ſcienter falſa crimina intēdit.l.1.§.1.ff.ad Turpil.& per Parid.d.§.an ſi ali quis.lib. 6.& per Socin. iunior.d.conſil. 123. nu. 27.uol.2.& ut ſupra. Sicq; redeundo ad propoſitum primo prouocans iniuria uerbali, ubi alicui fuerit iniurius: ueluti ſi dixerit alicui, Tu proditor es, uel quid tale:ſi ei reſpondeatur ſimpliciter per illa verba, Ego non ſum proditor, ſed tu es: uel non dicis verum, ut ſupra dixi: videtur facta compenſatio: quia ſunt paria, & æquipollentia uerba, quæ mutuam tollunt iniuriam. at ſi dicatur, mentiris, et idē ac ſi diceretur; ſcienter falſum dicis: & non ſolum reflectitur, ſed etiam cumulatur iniuria: ex quo ille redditur calumniator, & falſarius
12 † cuius licentia mentiendi, impunita non relinquitur: qa ſimilitudine ſupplicij afficitur.l.fi.C.de calumnia. unde fit locus pugnæ propter exceſſum ut ſupra. Ad quam nolentes accedere plurimi, quærunt afficere maiori iniuria, ueluti aliqua percuſsione illum qui dixerit, Tu mentiris: cum nulla uerba reperiantur, quæ poſsint ſatisfacere honori eius, cui dictum ſit, tu mentiris: ad hoc ut is, ſi prouocare uoluerit, neceſſe habet relinquere electionem armorum prouocato: quod maxime utile eſt, vt ſuo loco dicemus: hinc eſt (ut uulgo dicitur) quod ſolo facto, mentitio, ſeu mentita (ut aiunt) ſit diluenda. Poſſet & alia ratio aſsignari ultra Alci. illa ſcilicet, quia ex quo per illa uerba, tu mentiris, negatur, & fit exceptio a primo iniuriato, neceſſe habet iniuriam, probare intentionem ſuam, quia eſt actor, l.qui accuſare. C. de eden.l.actor quod aſſeuerat, cum ſim.C. de probatio. Alcia. d. conſ. fol.6. Probatio autem fienda eſt per prouocationem: uel ad Iudicium contentioſum: uel ad ſingulare certamen. Superior tamen ratio magis placet: quia ubi fieret ſimplex negatio, ſimiliter prouocatio concederetur: cum tamen cōpenſatio dicitur fieri, quæ prohibet pro-
13 uocationem, ut ſupra. † Aduertendum eſt etiam in illa Iniuria (de qua ſupra, uidelicet) tu es proditor. & item cum alicui impingitur adulterium vxoris: nā apud aliquos tali in dedecore, & infamia habetꝰ, ꝙ licet oīs alia cōtumelia uerbalis, uerbali repellatur: tamen hæc duo non tolluntur, etiā per illa verba, tu mentiris, reiaculata: Sed (ut aiūt) requiritur fuſtium percuſsio, ſeu magis vulneris illatio. & illam aſsignant rationem: quia plures perſonæ dicantur offenſæ, talibus iniurijs: ut in proditione ſenſit Paris in d. §. duo milites, quam dicit maximum delictum, quia etiam pœna tranſit in poſteros.l.quiſquis.C.ad l.Iul. maieſt.tū tenet ſufficere reſponſionem per verba, vt ſupra, in prin. etiam de mente militum, quod uere tenendum puto, vt inf. conclu. 107. Facti ſimiliter in-
14 iuria, † æquipollenti & contrario facto tolletur, ita vt manu, aut fuſte percuſſus, aut vulneratus: repercutiens pari ictu manus, aut fuſtium, aut vulnerum, aduerſarium, ſine exceſſu: exoneratus cenſeatur. nam in præmiſsis, & in hoc caſu procedit etiā illa regula.l.nihil tam naturale. ff. de reg. iur. ubi traditur. Nihil tam naturale eſſe, vnumquodque diſſoluere, quam eodem genere, quo colligatum eſt: ſic mutua compenſatio, vt ſupra, paria delicta tollit: vt etiam in libris Bibliacis. c.21. Exodi le-
15 gitur, † Animam pro anima, Oculum pro oculo, dentem pro dente, &c. reddenda eſſe: & idem ſcriptum eſt Matthæi.c.5. & conueniunt dicta in concluſ.104. & in eo. Aliqui tamen ſentiunt in iniuria tollenda aliter obſeruandum, vt ſcilicet iniuria verbalis, mentitam omnino requirat: facti uero tollatur, vt alapa percuſſus, baculo percutiat: baculo vero percuſſus, vulnus inferat: ita vt in exceſſum eatur. Quod equidem irrationabile, & improbandum crediderim, & ſic ſentire peritiores mi-
16 lites audiui. † Verum in hoc caſu ſæpe dubitari conſueuit: An ſi quis alium manu, aut fuſte percuſſerit, vel vulnerauerit, deinde percuſſus ſtrictis armis, vel enſe, inſecutus ſit illum fugientem, an cenſeatur iſte percuſſus exoneratus ex tali fuga aduerſarij: quod vbi non adſit conſuetudo contraria, affirmari poſſe exiſtimarem: quia fugatum eſſe, eſt iniuria, vt per Paridem in.§. miles vel, nume.4.lib.6.per doctri. Bart. & Bald.in. l.1.C. vnde ui. & quia omnis fuga, diſdicta eſt (ut
17 aiunt) ſeu reuocatio iniuriæ, † nec reperitur maior infamiæ labes in diſciplina militari, quàm fugere a facie inimici, ut latius dictum eſt in concluſ.97. quæ in repellenda iniuria uerbali, à fortiori argui poſſunt: & prope prædicta, aliqui clari milites idem reſponderunt.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria vera verbalis, an producat actionem iniuriarum, vt prouocatio concedatur, & numero 3. & 5.*
2 *Iniuriarum actio naſcitur, etiam ſi conuicium ſit verum, & num.4. vbi ſim 4.*
6 *Peccata nocentum expedit nota fieri, quomodo intelligatur.*
7 *Veritas conuicij, non eximit quem a iudicio.*
8 *Iniuriatus vera iniuria, quomodo excipiet.*

F CONCLV-

CONCLVSIO. XX.

VEra equidem an falſa ſit iniuria, non leui-
ter conſiderandum eſt: quia & calumnia-
tor redditur falſa intendens, & excipiens:
& deum, non ſolum non habere propitium, ſed
iratum creditur, ut ſupra.q.6.dictum eſt, & q.hic
præcedenti. Sed vlterius in hoc dubitari con-
1 ſueuit; † an vero paſſus iniuriam verbalem ha-
beat inde actionem iniuriarum; & poſsit pro ea il-
lata ad certamen prouocare; Nam an oriatur
iniuriarum actio, in magno reperiuntur diſsi-
dio docto. cum diuerſi, in diuerſas tranſierint
opiniones, ſeptem numero, de quibus per Abba.
in d.c.cum te, de re iudi. quem breuibus ſequitur
Feli. cum relatis per eum ibi colu.fi. & illa uidetur
verior, & magis approbata opi. quæ dicitur eſſe
Io.And.in additio.Specu.in tit.de iniur.poſt prin.
qui tamen dicitur per Felin.in d.c.cum te, multa
2 habuiſſe ab Oldrado meo, conſil.53.quòd † actio
iniuriarum naſcatur, etiam ſi conuicium ſit uerum,
etiam quando quis eſt iniurius, accuſando natu-
ram: vt ſi aliquis dicatur cæcus, claudus, ſpurius,
& ſimilia, ut etiam conſuluit Iul.Ferretus conſil.
19.nume.2. & ante eum Paris, in §. an ſi aliquid
3 impegerit, libr.6. † Alciatus in *c.9.debent aliter
* interpretes iuris diſtinguere, eoſque uidetur inſe-
qui, & male. Arbitrarer tamen, ubi quis cæcus,
aut claudus, licet cum iniuria nuncupetur, certa-
men concedendum non eſſe, quia leuis hæc ui-
detur iniuria, & non affert infamiam, & certamen
non conceditur, niſi ex maxima cauſa, ut in conc.
67.Proinde firmat reg.Feli.ubi ſupra, limitans eã
4 quattuor modis. † Primo quando quis verum di-
cit ex cauſa, puta correctionis. Secundo ſi dicatur
ut a proximis quis auferat nocumentum corpora-
le, ut puta, tu es leproſus. Tertio ſi dicatur, ut aufe-
ratur nocumentum ſpirituale: ne forte quis or-
dinetur. Quarto ſi dicatur uerum in iudicio, &
ratio iſtorum caſuum eſt ultra iura allegata: quia
actio iniuriarum datur contra illum, qui habuit
animum iniuriandi d.l.ſi non conuicij. C.de iniu-
rijs, qui uidetur ceſſare in prædictis caſibus: † Ex
quibus omnibus pariter determinari poſſe uide-
tur, eum qui uerbalem iniuriam alicui intulerit
animo iniuriandi, poſſe ad certamen prouocari, &
prouocantem fouere iuſtitiam, licet alioquin in-
6 iuria illata eſſet uera, & licet † peccata nocentum,
expediat nota fieri, ſecundum tex. in. l. eum qui.
ff.de iniur. quia id in iudicio intelligendum eſt. l.
7 fi. C. de probatio. uel in dictis caſibus Feli. † non
enim ueritas conuicij eximit quem a iudicio. l. 1.
C.de famo.libel. &.l.quiſquis.C.de poſthu. & per
Abba. in d. c.cum te colum. fi. & iſta puto ſenſiſſe
Paridem dict. tract. de duel. §. an ſi aliquis impe-
gerit: ubi tradit aliquos milites, ita dicere licet
aliquantulum obſcure loquatur, dum poſtea
refert iureconſultos contrarium dicentes, & idem
uidetur ſenſiſſe Alci. dict.c.9. de ſing. certa.con-
ſulit tamen per iniuriatum caute eſſe agendum,
8 † vt in iniuria vera illata, non ſimpliciter mentiri
dicat, quia male excipit, ſed proponat male eum,
& iniuſte facere; qui ſibi contumeliam dixerit: quæ
ſatis placent: cum talis uideatur ueram partem am
plecti, falſam euitare. Sed aduertendum eſt, quia
inde de facili poſſet inſurgere præiudicium non le
ue, ita excipienti, quandoquidem iniurians pote-
rit iniuriato dicere, tu mentiris: qui dicis me
male, & iniuſte feciſſe: unde eo pacto conſequetur
electionem armorum, & loco prouocati habebi-
tur, quod ualde eſt utile. Veruntamen ſanctius exi
ſtimarem certare ſuper querela iuſta, ſine electio-
ne armorum, quam ſuper iniuſta, cum electione.

Pars Secunda.

SVMMARIVM.

1 *Prouocator alius iniuriæ, alius certaminis, & quando dicantur. num. 2. 3. 6.*
4 *Cartula prima habet uim libelli.*
Lis conteſtata, quomodo in duello dicatur, ibi.
Actor quis dicatur ibi.
5 *Prouocatus non poteſt quis fieri, ex prouocante.*
7 *Prouocator quilibet admittitur, qui non prohibetur.*

DE PROVOCANTE SEV ACTORE.

CVm igitur in ſuperioribus tactũ ſit, de iniurijs: ſiue re, ſiue uerbis illatis, aut repercuſsis: Quo fit, ut iniuria affecti, pro conſeruanda exiſtimatione, & fama ſua, ad ſingulare certamen, & pugnæ prouocationem rapiantur: ſicq; Iudicium Duelli Initium aſſumit: de prouocante, & quæcunq; ipſum oportune reſpicientia, ſubnectere apte uiſum eſt: ab hocque, in hunc modum exordiamur.

CONCLVSIO. XXI.

1 PRouocator alius eſt iniuriæ: Certaminis alius
ut tradit Paris in d.§.cum plerunq; col.1.lib.
1.cum allegatis, de quibus ſupra.17.concl.ſe-
quitur Alciatus d.conſ.fol.7.& latius in c.5.ubi in
2 quit, † ille prouocator iniurie recte dicitur, a quo
prius iniuria exoritur.& notabiliter addit, ſe exiſti
mare, non errare principem, qui in dubio, eum
quem iniuriæ prouocatorem conſtat, partes quo-
que actoris in duello ſuſtinere iubeat: at in claris
nullus ſit coniecturæ locus. Quomodo aũt, ſeu qui
bus modis, quis prouocare iniuria alium dicatur,
3 ſcripſi ſuprad. q. 17. † At prouocator certaminis
dicitur, qui prius ut actor, ſeu accuſator alium ad
iudicium duelli prouocat.l.in tribus, ff.de iudicijs.
c.forus.§. accuſator, de verb. ſign. ſic in ſimili di-
citur actor qui petit reuocari (ut dicunt) tenutam,
uel capturam, tanquã iniuſte factã, ſecundũ Pari.

in d.§.cum plerumq; col.2.per plura:ſequitur Al-
cia.in eo tracta.c.5.ubi inquit col.2. parum refer-
re.quis in iniuria occuparit:ſed inquirimus quis in
Duello actor ſit, ut & per eum ſuprad. conſil. fol.
4 6.&.3.&.4.ubi diſſerit,† quòd chartula prima ha-
bet uim libelli, reſponſio autem pro exceptione
eſt: ſicq; quodammodo lis eſt conteſtata per l. 1.
C.de litis contes.&.l.turpia,ubi docto.de leg.1.&
per Io.lign.in d.trac.de Duello.§. circa ſeptimum
nume. 15.& ad propoſitum noſtrum recte ſcribit
per multa Alcia. ibi, ut auctor iudicatur ille, qui
prius litem mouit,etiam ſi petat aduerſario ſilen-
tium imponendum,& tenet Decius d.conſi. 487.
num.10.& conſi.686.circa fi.& propterea ſecun-
dum Paridem in d.§.cum plerumque col.2. † non
poteſt ex prouocatore effici prouocatus, quiſquis
in requiſitione,& chartula ſua inſeruerit,ut nõ ſu-
ſtineat partes actoris,illa uerba:quia tu dixiſti, uel
feciſti tale quid in iniuriã honoris mei: propterea
uolo tibi ſuſtinere cum enſe, te male dixiſſe, vel fe
ciſſe,uel proditorie: & quotiens dixeris bene feciſ
ſe,uel dixiſſe uolo defendere, & ſuſtinere tibi cum
enſe,quòd maledixiſti,& peſsime,& te mẽtiri,quo
6 tiens dixiſti,uel dixeris tale quid &c.† Procurator
quoq; certaminis eſt quiſquis Armillatum,(uel ut
vulgo habetur)qui ad gloriam,uirium ue oſtenta-
tionem, vel ſimili de cauſa,errabundum,ſigna bel
landi deferentem, ut qui talia ſigna tetigerit, pi-
gnus belli recepiſſe cenſeatur, ſecundum legem
tamen appoſitam in illis ſignis, tangere propo-
ſuerit, ut per Paridem eo tracta. lib. x.§.ſequitur,
ea ratione inter alias,quia deferens uidetur defen
dere rem ſuam: & comminari, ne ullus aduerſus
eum inſultare audeat, ſub pœna prælij: Idem in
hoc ſenſit Alcia.d.c.5. illud tamen addit, & recte,
(ut opinor)plurimum eſſe attendenda uerba legis
conceptæ per Armillatum, ut ſi dicant: quiſquis
Armillatum tetigerit, is duelli cauſa, mihi addi-
ctus eſto: tunc Armillatus prouocator cenſeatur:
Si uerba dicant, quicunque attigerit, is me ſibi
perduellem experiatur, tunc attrectator prouoca-
re dicatur, & his aſtipulantur dicta ſupra in. 12.
conclu. ut ſcilicet conuenta ſint attendenda.in du
7 bio prius hic dicta, militare exiſtimo. † Prouoca-
tor quoque quilibet admitti uidetur, qui non pro-
hibetur: argumento eorum quæ dicuntur de accu
ſatore,cuius edictum ſit prohibitorium: ut quili-
bet non prohibitus admittatur, ſicut edictum de
poſtulando, de matrimonio contrahendo, de
teſtibus,de procuratoribus. l. 1. ff. de poſtul.cum
ſim.& per ſpecu.in tit.de accuſato. in prin. ratio-
nem aſsignantem:quia quod non eſt a iure pro
hibitum, conceſſum intelligitur. l. ab ea parte. ff.
de probatio.cum ſim. & prouocator non uidetur
prohibitus,niſi in caſibus ut infra. in. 3. parte, de
prouocato enumerauimus: & ad hoc faciunt di-
cta in concl.41.de campione: & hæc omnia uera
eſſe cenſeo,licet alij non tangant.

SVMMARIVM.

1 *Prouocator in re dubia eligit probationem per pu-*
gnam, ſi nõ adſint probationes,ſed præſumptiones.
2 *Indicia,& diffamatio iniuriati, debent probari, &*
præcedere pugnam.
3 *Duelli pugna,æquiparatur Torturæ.*
4 *Indicia ſunt in arbitrio Iudicis.*
5 *Iuranti non habere indicia,& ſe iniuriatum, ſtatur*
ſecundum Alci. ſed reprobatur.
6 *Aſſertioni patris cum iuramento, ſtatur, in his quæ*
conſiſtunt in animo noſtro.

CONCLVSIO. XXII.

1 PRouocator in re dubia † eligit probationem
per pugnam,in caſibus tamen a iure, & con-
ſuetudine permiſsis: hæcque probatio talis,
eſt in optione actoris: quando non ſubeſt alia pro
batio, ſi tñ adſunt uериſimilitudines, uel præſum-
ptiones ut per Bal.in ca. 1. col. 6.de pace te. poſt
glo. ibi, & Soci. iunio. conſ.123.col.16.uol.2. &
Io.Ligna.in d.§.circa ſeptimum,num. 7. in crimi-
ne tamen læſæ maieſtatis, quis cogitur, vt ibi: de
quibus per Pari.in.§.actor.lib.1.per.l. ſi quis poſt
mortem cum glo. qualiter quis ſe defen. debe. in
Longobar.& per alia:ſequitur Iac.Hiſpa.in d.tra-
cta.lib.2.c.5. † Vnde indicia probari debent, &
diffamatio,& præcedere pugnam, ut docet Bald.
ibi col.5.& in.l.cum filius.§.fi.de leg.1.& Paris in.
§.an prouocatus,&. §.an duella num.6.&.§. quot.
li.1.& Lau.Cal.conſ.2.col.23.ſicut fit in tortura,
ut per Pan.Lignanum in additio.ad Io. Ligna: in.
§.circa ſecundum,& Alcia.eo.tract.c.4. ubi refert
3 legem Gallicam Philippi pulchri. † æquiparatur
enim pugna torturæ:quæ nõ debet fieri niſi præce
dentibus indicijs.l.maritus cum ſim.ff.de quæſtio.
& Bal. in d. col.6. & Io.de Ana. in c.fin.de cleri.
4 pugn.in duel.col.fi.& Iuli.Ferre.conſil.8.† qui ea
indicia dicit eſſe in arbitrio iudicis: l. de minore.
§. tormenta,&.l.miles.§.oportet.ff.de quæſtio. &
per Io. de Anna.ubi ſupra,& Pari.in d. §.an prouo
cans,& Bal.d.col.5.& Calcaneum d.col.23. alio-
quin ſine cauſa liceret cuilibet deſperato prouo
care alium,quod non eſt dicendum,uel conceder
dum: Aduertendum tñ eſt,quia Alcia.d.conſ.ſuo.
5 fo.2.inquit ſe putare, † ſi quis affirmauerit ſe ali
ter probare non poſſe, quod intendit: ſtandum
eſſe prouocatoris iuramẽto.c.pen.de teſti.c. quo-
tiens,de purga.cano. licet ſecundum eum Decius
diſſentire uideatur. Sed ego cenſeo Alciã.deci-
pi, quia communis uidetur conclu. quod pugna,
ſicut tortura, non admittatur:niſi præcedentibu
indicijs per ſupra allegata:At in caſu Alcia.ſi iura
mẽto actoris ſtandũ eſſet, nunquã dicta cõmuni
opi.ſibi uendicaret locum:quam tñ ipſe approbat
6 d.c.4.Præterea hoc pacto,† ſtaretur aſſertioni par
tis cum iuramento, quod regulariter non fit,
niſi in his quæ conſiſtunt in animo, & con-

ſcientia noſtra, ſecundum glo. ubi Iaſ. in. §. namq;
in uer. dicit. inſti. de actio. non uidetur igitur ſuffi
cere tale iuramentum, niſi adſint indicia: alias, ut
dictū eſt, quilibet deſperatus admitteretur ad pu-
gnam cōtra. l. ſenatus. ff. de iure fis. Hinc eſt quòd
in re clara: & ubi alias uere probari poſsit, id de
quo quæritur: non admittitur duellica pugna. ut
infra dicemus concl. 62. & 63.

SVMMARIVM.

1 *Prouocator tranſmittit literas, ſiue Cartellos, prouo
cato, tribus teſtibus ſubſcriptos, per præcones vel
ſimiles.*
2 *Prouocatio quandoque fit per ſigna, ſeu, per Annu-
lum; vel chyrothecam &c.*
3 *Cartula non debet eſſe generalis, incerta, obſcura,
aut conditionalis.*

CONCLVSIO. XXIII.

1 PRouocator, ut plurimum, qui uult ad ſingu-
lare certamen deſcendere, tranſmittit † lite-
ras aduerſario ſuo; (quas uulgo cartellos uo
cant,) per ſe ſubſcriptas, & ſubſignatas, illi indicēs
pugnam: prius facta commemoratione iniuriæ,
uel expreſsione cauſæ, de qua certandum ſit: ad-
dunturq; in literis, trium teſtium, rei militaris peri
torum depoſitiones, ut ex literis tribus teſtibus no
tatis, idoneis, maior fides inſurgat, uel fiat, quādo-
cunq; opus fuerit: tranſmiſsio aūt literarum fit p
probatæ fidei nuntios, aut per fœciales præcones,
vel (ut aiunt) Araldos, Reges ue armorum: ut diſ-
ſerit Paris. lib. 1. §. ad pugnam, & Alci. eo. trac. c. 12.
Iac. Hiſpa. li. 3. c. 7. & hoc pacto obſeruat frequen
2 tior conſuetudo: † quandoque tamen ſm̄ præfat.
docto. fit prouocatio per ſigna, uel pignora belli,
quæ ſanguinea uocantur, ut puta per Annulum,
Corrigiam, Chyrothecam, uel alia ſimilia: Aduer-
3 tendum autem eſt, † quod prouocantis Cartula
non debet eſſe generalis, uel incerta, obſcura, aut
conditionalis: quia inepta eſſet, & negligi abſque
dedecore poſſet: cum prouocatus reſpondere ua-
leat, quòd non recte, nec more militum actum ſit:
cum recte actum fuerit, tum reſponſurum ſe eſſe,
ut in concl. 56.

SVMMARIVM.

1 *Proditorie agit, qui alium inſultat, ſine monitione,
vel prouocatione.*
2 *Duellum non eſt licitum, niſi concedatur a principe.*
3 *Duellum non poteſt iuſtificari, etiam per pactum, niſi
cum ſuperioris auctoritate.*

CONCLVSIO. XXIIII.

1 HInc eſt, † quòd ſi ſine tali, uel ſimili moni-
tione, uel (ut aiunt) diſſidatione, ut ſupra,
quis aliquē inſultauerit, dicitur proditorie
agere ſm̄ lex. in c. 1. circa fi. de homici. in. 6. cum
alijs adductis ſupra in hoc. §. tertio uerſ. decimo
Imperator, & inquit Marti. Laud. in trac. de bello
2 q. 10. † Duellū non eſſe licitum, niſi concedatur a
Principe, & Iul. Fer. conſ. 3. & habetur per Paridē
3 in. §. an ſi duo pacti lib. 3. † Nam ēt ſecundū eun-
dem nullum bellum pōt iuſtificari, etiam per pa-
ctum, niſi cū ſuperioris auctoritate, uel p prouo-
cationē ut ibi, & in. §. an prouocatus eo. lib. 2. & ſe
cundum eū Iuſtitia belli, ex ſuperioris auctoritate
pendet, in. §. an rex uel, & §. an poſtquā lib. 1. & §.
duella, lib. 6. & in. §. pugna debet lib. 11. ubi affir-
mat pugnam per arbitrum nō debere iudicari, nec
fieri ex conuentione partium; quodq; conuentio
nibus quis non cogitur ſtare.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatione recepta, vterque perduellium, pugnæ
eſt obnoxius.*
2 *Prouocato recuſante Duellum, quomodo contra eū
procedatur: & quid ſi latitauerit num. 3. 4. & non
reſponderit num. 6.*
3 *Duelli inſtantia, & tempus, eſt ſex menſium.*
5 *Prouocatus ſtatuta die, ſine cauſa, ad campum non
accedens, pro confeſſo, & conuicto habetur, & de-
pingitur: idem in prouocante.*

CONCLVSIO. XXV.

PRouocans, ſi prouocationem prouocatus
1 admiſerit, † pugnæ iudicio uterque erit ob-
2 noxius, † Si recuſauerit, officialis dimittet ad
pedes prouocati: aut coram militibus aſtantibus
conſignabit contra quē poſtea, vel contumaciter
latitantē, procedit ad remedia tædialia, ipſum ban
niendo, uel depingendo: uel aliter ad eius infamiā
procedendo: ut ad pugnam tædio effectus, ueniat;
non infra annum, ſed infra ſex menſes, quo † tem
pore durat inſtantia Duelli, more militari, ut per
Iac. Hiſpa. lib. 3. cap. 5. & lib. 4. c. 6. Iul. Fer. conſil.
6. num. 5. & ante eos Paris. in. §. quia de ſtilo in fi.
lib. 3. & ad inueniendum iudicem. Alciatus tamē
c. 15. tradit, eum qui contumax eſſe perſeuerauc-
rit, ultra quòd male audiet, ut ſupra, poſt annum
non audiendum: infra annum ueniens, eius infa-
mia abolebitur. At recitati ſcribentes de ſemeſtri
tantum tēpore loquuntur, quod credo uerius, ex
quo inſtantia Duelli tempore ſex menſium con-
cluditur, ut per ipſos, immo & per ipſum Alci. ibi,
qui dicit ꝙ in prouocatorijs cōtrouerſiis, non an
nus, ſed ſex menſes conſtituti ſunt pro inſtantia,
more militari, nam ſi talis conceditur inſtantia,
ultra eam non debet latitans contumax, & nota-
tus, ulterius audiri, cum non appeller, & contra
eum omnia iura clament. l. & poſt edictum. §. fi.
cum ſim. ff. de iudi. & argumentum Alcia. primi
decreti, in quo mitti ſolet actor in poſſeſsionem
bonorum, qui reſtituatur ueniens infra annum,
non uidetur militare in caſu noſtro, quia quan-
do illud quod petitur eſt tale, ad quod non po-
teſt conſuli per immiſsionem ex. 1. uel. 2. decre-
to, tunc parte contumace peruenitur ad ſenten-

tiam

tiam diffinitiuam, aūt. Si oēa ubi no. Pau. de Ca. & Bar. C. ſi ut ſe ab hære. abſti. & Bar. in. l. pen. §. fi. C. ad Trebelli. ſed in caſu nr̄o nō uideo qūo poſsit conſuli per immiſsionem, ergo ad ſentētiam diffi. eſt deueniendum in tempore ſemeſtre, quo inſtan tia uiget. & cōtra latitanē affigunt literæ in curia, ſi curialis eſt: ſin minus, in loco ſolitę habitationis, aut in locis publicis: & inde etiam in contumacia eo perſeuerante, præconia uoce uocatur: ut per Iul. Ferre. conſ. 8. & ante eum per Paridem in. §. aliquis vult lib. 6. per multa allegata, & Iac. Hiſpa. lib. 4. c. 8. Vel ut labe infamiæ remaneat pręgrauatus, ut in d. §. ad pugnā, lib. 1. per Paridem dicitur, & Iac. Hiſpa. ubi ſupra, & per Alcia. d. c. 15. latius, qui ponit plura remedia, etiam contra recipiētem
4 literas; & inde reſpondere abnuentem. † ut iudex
poſt congruam moram decernat infamia facti no
tatum cenſeri: quam abolere non poterit, niſi ipſe
partes prouocatoris poſtea ſuſcipiat: cogitādum,
ubi adſit uera contumacia per prædicta. Poterit &
ſub pœna confeſsi criminis mandare, ut ſe defendat; & culpam ſuā agnoſcat; Quod ſi prouocatus
5 ſemper litem defenderit, † Sed ſtatuta die ſine legitima cauſa, in ſtadium non venerit, pro confeſſo, conuictoq́; habetur, cauſamq́ue omnem ſine ſpe reſtitutionis amittit: quia maxima hæc eſt contumacia: unde tales contumaces quandoque in tabella depinguntur: uel eorum inſignia gentilitia inuerſa deferuntur: uel ſub caudam equi annectuntur, uel alia ſimilia in opprobrium contumacis fiunt: prius tamen ſecundum Iul. ferre. cōſ. 12. contra contumacem in die ſtatuta, emittitur trinum bannum de mandato Iudicis poſt meridiē, in qua ſi non comparuerit ipſe, vel eius legittimus excuſator, petitur ſole declinato, condemnatio; ut ſcilicet pro confeſſo, & conuicto habeatur, & in iuſtam fouiſſe cauſam & quærelam dicatur: & ita iudex pronunciat quod habet locum etiam in pro
6 uocante prout inf. concluſ. 94. dicemus: † Eadem quoque prius ſupradicta procedunt in prouocato tacente, nihilque replicante, nec admittente requiſitionem pugnæ, ſecundum Paridem in. §. miles uel, lib. 6. cogitur enim prouocatus pugnam ſuſcipere: ne infamia notatus remaneat; nec poteſt dicere actori, probes per teſtes, ut per Paridem in. §. actor, lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Prouocans, pugna oblata, poteſt deſiſtere, prouocato recuſante, & ante litem conteſtatam, & num. 2.*
3 *Agere non dicitur quis ante litem conteſtatam, ſed agere velle.*
4 *Duelles ante ingreſſum campi, poſſunt concordari, poſt non: niſi abolitione impetrata: ibi quomodo poſſint, literis præſentatis.*
5 *Pœnitere ſemper licet, & deſiſtere a duello ſine abolitione in caſu: ibi.*

CONCLVSIO XXVI.

1 PRouocantem † tamen licet pœnitere, & impune a pugna oblata deſiſtere, prouocato differente, & abijciente pignus belli; ut per Paridem in d. §. ad pugnam, & . §. an poſtquam libr. 1.
2 † Similiter prouocans uidetur poſſe deſiſtere impune ante litem conteſtatam: antequam reus citatus, ſiue prouocatus, negando crimen obiectum Reſpondeat, & ueniat, ut oſtendit Io. Lig. in d. §. circa ſeptimum, nume. 14. inter alia, per text. in. l.
3 quæſitum. ff. ad turpil. & ea ratione, † quia ante li
tem conteſtatam, non dicitur quis agere, ſed age
4 re uelle. l. amplius. ff. rem ra. haberi, † Itidem antequam partes in campum conducantur poſſunt concordes fieri, alias non; niſi abolitione impetrata: & cum ſuperioris auctoritate, cum qua inductum fuit Duellum, & in campum conducti ſunt, ſecundum Io. de Anna. in c. fi. col. pen. de cleri. pug. in duel. & Iul. Ferre. conſ. 14. circa. fi. & conſ. 4. nu. 3. poſt Bal. de pace te. nume. 10. Sed hæc dicta ita generalia, non puto tute procedere, litē conteſtata, ut dictum eſt: uel ſaltem ubi literę prouocationis, & denuntiationis, iudici ſunt præſentatæ: quia tunc uidetur quis deſiſtere a Duello, inſtar cauſæ criminalis, iudicij contentioſi: in quo ſine abolitione incidit in turpillianū. l. 1. §. ſi quis autem. ff. ad turpil. & hæc uidentur eſſe de mente Io. Lig. in d. §. circa ſeptimum, nume. 13. cum ſeq. & uidetur innuere Paris in d. §. an poſtquam in fi. dum inquit, poſſe ambos pœnitere, niſi ueniſſent coram Iudice: ſed literis præſentatis poſſet quia cenſeri ueniſſe ante Iudicem, ut de ſe patet, ergo
5 inciditur tunc in Turpilianum: † Præmiſſa tamen omnia intelliguntur procedere in Duello, quomodocunque inducto de facto, ut alias dixi cum omni eo iure quo ſupradictum eſt eſſe prohibitum Duellum, liceret impune, & abſque abolitione impetrata deſiſtere: ut ante primā cōcl. ſcriptū eſt, & meminit Io. Ligna. ī d. §. cc. ſeptimū n. 13. & in fi.

SVMMARIVM.

1 *Prouocanti non licet, quod reo non permittitur.*

CONCLVSIO. XXVII.

1 VErum prouocanti non † licet, quod reo nō permittitur, ſeu prouocato: Sicut non licet actori, quod reo non permittitur. l. non debet. ff. de reg. iur. ubi Decius, & . c. nō licet, ubi Dy. de reg. iur. in. 6. & dictum eſt concl. 8.

SVMMARIVM.

1 *Prouocans volens mutare querelā nō audit, & n. 2.*
2 *Literæ præſentatæ iudici, quando dicantur.*
3 *Mutatio actionis propoſitæ, non fit, poſt litem conteſtatam: immo nec emendatio.*
4 *Calumniator repellitur a iudicio, & notatur infamia, & afficitur ſimilitudine ſupplicij nume. 5.*
6 *Mutare volens quærelam, debet ei renunciare, faten*

do ſe victum; vnde vti reprobatus habetur.

7 *Prouocatus non poteſt mutare querelam, ſicut nec prouocans.*

CONCLVSIO. XXVIII.

1 PRouocans † alium ſuper certa quærela, ſuper qua hinc inde,ſunt tranſmiſſæ literę prouocatorię,& reſponſa data,in conflictu literarum mutans quærelam, & obijciens aliud crimen,unde pugnare uelle proponat, non auditur: ſed tenetur ſatiſfacere primæ querelæ, prouocato hoc petente, ſm milites, quia quod a principio fuit uoluntatis,ex poſt facto fit neceſſitatis,ut tradit Paris in.§.miles prouocauit, lib.6. per tex.in. l. ſicut. C. de actio.& obliga. & in auth. qui ſemel, iuncta glo.2. C. quo.& quando Iud.ubi habetur ꝙ quis neceſſe habet uſque ad finem, litem exercere, & in ueteri quærela perſiſtere; idem tenet Alcia. eo. tract.c. x1.& Iac. Hiſpa.d.lib.4. c.7.& Inl.Fer.conſ.14.Iſta quæſtio, quę frequens eſt, per Paridem, abſolute & generaliter uti propoſita eſt, determinatur, ſimiliter & per Alcia. ubi ſupra: qui & illud plus addit, ut nec etiam ſuper obiecto crimine amplius decertari poſſe, inuito reo,exiſtimet (licet contrarium uideatur tenere.c.20.circa fi.)quia cum prouocator conuicij,ſuomet Iudicio,iniuſtæ contumeliæ conuictus ſit:licuit prouocato illi crimen etiam falſum obijcere; Non enim Clodius accuſat mæchos, Catilina Cethægum. Ambigua tamen redditur hęc concluſio in ſua generalitate, ex dictis Iul.Fer. & Iac. Hiſpa. (qui tamen dicunt cogitandum) diſtin-

2 guentium fere per eadem uerba, † ut ſi literæ ſint præſentatæ iudici:quod fit hodie, ſm eos quando prouocans expoſuit alicui domino cauſam,& quærelam ſuam, ſuper qua uult certare: unde petit (ut aiunt) campum Francum, liberum, ſeu ſaluum cōductum, certandi in territorio ſuo, tunc non licet mutare quærelam,quo caſu procedit opinio Paridis,& Alci. Si uero literæ non ſint præſentatæ Iudici: tunc quia adhuc non eſt cognitum de duello, ipſi poſſe mutari quærelam concludunt, maxime ſi prouocator habuerit indicia ſuper prima quærela, ita quod non prouocarit temere: quare iudex non debet indicere Duellum, & ſic antequam ulterius procedatur, uidetur ineſſe honor utriuſque; hancque diſtinctionem probant per glo. 2. ſupra allegatam, in reſponſione quam facit ad. l. 1. C. ut nemo inui. ubi arguit a porrectione libelli, non dari mutationem, non autem ante; Ego autem in hac concluſ. idem ſentio quod Paris,& Alcia. ea ratione, quia licet literæ,non ſint præſentatæ iudici, tamen per præſentationem primi (ut aiunt) cartelli prouocantis, qui habetur pro libello tranſmiſſo prouocato, & huius reſponſionem, prouocanti datam, fit litis

3 conteſtatio:ut ſupra dictum eſt conclu.21. † quo caſu poſt litem conteſtatam non fit mutatio propoſitæ actionis,& libelli, ſecūdum omnes docto. in l.edita.C.de eden.ubi inter alios Iaſ.nu.28.niſi tamen fiat de conſenſu partium, ſm Bal. in authe. hodie,in fi.C.de iura.cal. immo nec emendatio ui detur conceſſa poſt litem conteſtatam, ex ſententia docto.in d.l.edita,præſertim Iaſ.ibi nume. 13. cum ſeq.Nec aduerſatur huic ſenſui dictum recitatæ glo. nam immo cōuenit; quia non negatur ibi, quādo litis conteſtatio fiat modo ſupradicto: ſed ibi dicitur, poſt porrectionem libelli teneri actorem, uſque ad finē perſeuerare: quod & nos tenemus: addendo tamen litem conteſtatam per reſponſionem prouocati, quæ eo modo fit: & quæ litis conteſtatio præſupponitur ſecuta in caſu d. glo.& d.authe. qui ſemel, ut in tex. ibi aduerſario cognitis: quam authen. declarat Iaſ. d.nume.28. procedere,in actore procraſtinante,& differente procedere,ut inſtantia pereat: qui habet perſeuerare uſque ad ſententiam:Sed ſecundum eum,non ideo tollitur diſpoſitio. ff.&.C. ꝙ mutatio actionis, & libelli, ante litem conteſtatam fieri poſſit: poſt uero nequaquam. Hæc concluſio Paridis & Alcia.corroboratur: quia ſi permitteretur mutatio, pręcipue poſt litem conteſtatam, poſtquam quis agere dicitur,ut ſupra concl.26.uideretur licere cuicunque ad libitum,& impune, iniuriari,&

4 calumniari:cum tamen † calumniator repellatur a iudicio,& notetur infamia, l. qui cum maior. §. fi.ff.de bonis liber.l.athletas.§.calumniator.ff.de infamibus.Et hoc caſu ut quis repellatur,nō uidetur neceſſaria criminis condemnatio: Sed uidetur ſufficere, eum male audire, quod relinquitur ar-

5 bitrio iudicis ſecundum Alci.ca. 18. † Et talis calumniator, ut dictum eſt, & ſentit Paris in. §. quidam lib.9.& Spec.in tit.de accuſatore col.4. verſ. Sed ſecundum præmiſſa, ſimilitudine ſupplicij afficiatur d.l.fi.C.de calumnia,&.l.fi.C. de accuſatio.ubi habetur,ꝙ qui crimen intendit, neniens in iudiciū,nomē rei indicare debet, uinculum inſcriptionis arripere,cuſtodiæ ſimilitudinem(habita tamen dignitatis æſtimatione)patiatur:nec impunitatē fore licentiam mentiendi nouerit: ante quæ obſeruata,nō ſtatim reus,qui accuſari potuit,eſtimetur.unde ad propoſitū noſtrū, cum ex epiſtola (ut dicitur)cartello,& lite cōteſtata per reſpōſionem,quis ueniſſe in iudiciū cenſeri poſſit,cū in eo nomē rei indicatū ſit,cęſeriq; poſſit facta inſcriptio,& obſeruata diſpoſitio. d. l.fi. opinor optime procedere argumentū illius.l.fi. ad caſum noſtrū:

6 Quapropter neceſſe uidetur, † ut quicunq; uoluerit mutare quærelā,eidē renunciet, in eaq; ſe uictū fateatur,prouocato opponente,qui poteſt dicere ſu per ſecūda uelle deliberare,& nolle pugnare: ut uidetur clare tenere Paris in.§. euenit, &.§.duobus lib.9. dum inquit, quod renuntiās primæ querelæ dicitur confeſſus, & (ut aiunt) diſdictus, & periurus,& uti reprobatus,non poteſt ulterius offendere alium: & pariter uidetur ſenſiſſe idem Paris in d.§.miles prouocauit,& clarius Alcia. dict. ca.x1. licet uideatur tenere contrarium in dict. cap. 20. quod immo renuntians in alia cauſa contra eun-

dem

dem hoſtem,etiam ſit audiendus:dum prioris controuerſiæ danna reſarciat . quod non placet, per ſupradicta: Et cum opinio memorata, ut ibi per eos,a militibus etiam affirmetur:verior propterea uidetur : Et ut audio hac tempeſtate , uidetur
7 eſſe in uiridi obſeruantia † An uero Prouocatus poſsit renunciare primæ querelę , quando dubia eſſet:& pugnare ſuper aliqua iniuria in proceſſu litterarum obiecta, idem uidetur dicendum , eiſdem rationibus.

SVMMARIVM.

1 *Prouocans non poteſt cumulare querelam, & nume. 2. & 3.*

CONCLVSIO. XXIX.

1 CVmulare autem aliam querelam † prouocans, ſecundum milites,non poteſt: qui dicunt , non eſſe locum cumulationi : & obſeruant , ut primo finiatur una querela, quam alia, quæ non placent Paridi, in d. §. miles prouocauit libr.6. ea ratione , quia cumulatio habet locum etiam in delictis,& quia duella ſunt odioſa , & reſtringenda,& fruſtra fit per plura,quod poteſt fieri per pauciora per allegata ibi per eum præcipue Bar. in l. libellorum.ff. de accuſatio. & in d.l. edi-
2 ta : Iulius Fer. d. conſi. 14. † uidetur uelle concordare opiniones militum,legalis,& armatæ militiæ: & inquit, ſi plures eſſent querelæ a prima diuerſę, & ſuper prima eſſent indicia ſufficientia , tunc ſuper prima erit certandum , & hoc modo procedat militum obſeruantia : Si uero fuerint plures querelæ dependentes a prima, ſuper ipſa prima annexis, & dependentibus ab ea, erit certandū, ad euitādos circuitus , & ne plura cōmittantur duella niſi ſint cōtrariæ a prima ut ſupra l.j. C. de furtis. Sed hęc dicta parū prodeſſe puto in hac cauſa , quia cum idem ſit iudicium connexorum, & coniunctorum. l. etiam. §. 1 .ff. de mino. l. qui in uno,in prin.ff. de in di. adiec. & per Iaſ. in l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de uulg. & pupil. & Abba. & Decium in. c. 3. de iudic. & ſublato principali, tollatur acceſſoriū, per glo. in aut. de monachis, in §. ſi quis autem forte , in uer. & nihil. & in reg. cum principalis cauſa. ff. de reg. iur. cum ſim. Si ergo aliquæ controuerſiæ, e unt connexæ, dependentes, & acceſſoriæ a prima : omnino ſiquidem cum prima, in neceſſariam conſequentiam, determinabuntur: Ideo ſuperflua uidetur hęc diſtinctio. Paris tamen poſtremo ſequitur militum obſeruantiam. ut ſcilicet primo finiatur una quærela, quam alia: & non admittatur cumulatio , ea ratione : quia in ſecunda querela, poſſet quis non fouere iuſtitiam , in prima poſſet : & ideo debebit dicere, renuntia primæ querelæ, & fatearis te ius non habere, mox delibe-
3 rabo, & reſpondebo: Mihi placet ex quo etiam uidetur conſtare de obſeruantia militum in hac re, ſecundum Paridem , ut ab illa non eſſe recedendum dicamus, iuxta ſupradicta in. 13. & 14. conclu. quicquid in contrarium aliqui ſentiant.

SVMMARIVM.

1 *Prouocator exiſtens extra locum originis, vel domicilij, non poteſt prohiberi per iudicem dictorum locorum, quin prouocet alium, exiſtentem in alio loco: idem videtur, ſi ſit in loco originis, vel dom. cū q nume. 2.*

CONCLVSIO. XXX.

1 PRouocator exiſtens † extra iuriſdictionem loci originis,uel proprij domicilij , non poteſt arctari, uel prohiberi per iudicem loci, ubi ſtat:quin prouocet,& pugnet cum alio per eū prouocato, exiſtente in alio loco Paris,in §. an exiſtens,li. 6. per doctri. Bar. in l. libellorum in prin. ff. de accuſatio. ubi ſagittans in aliena territorio, non punitur in loco,ex quo ſagitta emiſſa eſt: ſed,
2 ubi delictum commiſſum eſt,† quæ doctri. uidetur etiam poſſe intelligi, & adarctari ad prouocatorē exiſtentem in ipſo loco originis,uel domicili, ante aliquam inhibitionem, prouocantem alium extra iuriſdictionem ſui iudicis, ut nō poſsit puniri, licet poſſet (ut puto) inhiberi, ne prouocaret, uel pugnaret,per iudicem ſuę iuriſdictionis,& propterea rite prouiſum eſt, per Carolum V. Imperatorem,in hoc dominio Mediolani. Nulli licere, ſiue ſit ſubditus,ſiue non, ſine licentia, aliquem prouocare ad Duellum faciendum in eo Dominio , aut extra illud, ſub pœna capitali,& confiſcationis bonorum, qua pœna eriā teneatur, qui alicubi impetrauerit locū duelli ineundi cum aliquo aliō ſubdito commemorante in eo Dominio Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *Prouocare non poteſt miles, vel ſtipendiarius, vel pugnare iniuſſu ducis exercitus aut principis ſui.*
2 *Filiusfa. non poteſt prohiberi prouocare a patre.*
3 *Filiusfa. poteſt in Caſtrenſibus uel quaſi, eſſe in iudicio ſine conſenſu patris.*
3 *Filiusfa. ſuo nomine habet actionem iniuriarum.*
4 *Filiusfa. in cauſa criminali ſine patre agit.*

CONCLVSIO XXXI.

1 MIlites pariter † uel ſtipendiarij, nō poſſunt prouocare uel pugnare, cum aliquo hoſtium, iniuſſu ducis exercitus, aut principis eorum, quouſque ſubſunt ſtipendijs , in fidelitateque, & obedientia aſtricti ſunt, ut teſtatur Paris. §. an armigeri d. li. 6. ſequitur Iac. Hiſpa. in eo.
2 tracta. lib. 4. c. 9. Alcia. c. 25. † Filius tamen miles non poteſt prohiberi a patre prouocare, & inire ſingulare certamen ratione patriæ poteſtatis: ut p aliqua concludit Paris d. lib. 6. §. an pater poſsit: & inter cætera eo argumento: quia filiusfa. in caſtrenſibus habetur pro patrefam. iuribus uulgaribus. Alcia. tamen. c. 62. contrarium ſenſit: quia non bene argua-

arguatur a militia legitima,ad duelli reprobã con-
ſuetudinem:& iure naturali,& diuino,filium obe-
dire patri conſtitutum dicat. Sed ego exiſtimo
3 non bene ſentire Alcia. † quia filiuſf. poteſt eſſe
in iudicio ſine conſenſu patris in Caſtrenſibus,uel
quaſi : ut per Bar. in. l.fi.§. neceſsitate.C. de bo.
quæ libe.colum.2.circa. fi.immo abſolute ſuo
nomine habet actionem iniuriarum.l.filiusfa. ſuo
nomine.ff. de actio.& obliga.& ideo ad iniuriam
propulſandam, admittitur ſine patre: & hoc cor-
4 roboratur, † quia etiam in cauſa criminali ſine
patre agit. l. inter liberas. §. filiusfa.ff. de adulte.
cum glo.Soci.reg. 151.fal. 1.Sed duelli iudicium,
& criminale,a pari procedũt ut ſupra concl.3.er-
go,&c.Nec repugnat argumentũ Alcia.quia licet,
concedatur, Duellum eſſe prohibitum; quando
tamen ex conſuetudine & de facto permittitur,
militant præmiſſa argumenta ut ſupra concl. 14.
etiam ualeat argumentum, de iudicijs ad Duella
ut ſupra concl.2.

S V M M A R I V M.

1 *Duellum per principales perſonas, regulariter eſt in eundem,non per ſubſtitutos.*
2 *Campio,tantũ in caſibus a iure expreſsis dari poteſt.*

CONCLVSIO. XXXII.

1 PRouocans † & prouocatus, ſeu principales,
regulariter ex perſona ſua ad ſingulare certa-
men deſcendere debent; cum iniri debeat
per principales perſonas, non autem per ſubſtitu-
tos & alios : Pellis enim pro pelle. Anima pro
anima ſubijcitur; & uindicta non uidetur alicui
poſſe demandari,cui lex hoc non permittat,ut di-
ctum eſt ſupra concl.3. Excipiuntur tamen caſus
infra dicti,prox. concl. & tunc quãdo campio(ut
aiunt)poteſt dari, in caſibus tamen a iure expreſ-
* ſis, quandoquidem ſecundum communem * opi.
2 in caſibus † tantum a iure expreſsis, campio poſ-
ſit dari ſecundum Paridem in d.§.an ubi, lib.5.

S V M M A R I V M.

1 *Prouocare & defendere licet, pro iniuria ſuorum. pro amico, & ſocio. 2. intellige, ut num.6. & 7*
3 *Prouocare & defendere licet pro defenſione iuſtitiæ,& Patriæ.*
4 *Prouocator, ubi plures concurrant, admittitur per Principem eligendus.*
5 *Prouocare, & pugnare,pro extraneis non licet.*
8 *Prouocare,& Duellare non poſſunt hi, quorum non intereſt.*

CONCLVSIO. XXXIII.

1 PRouocare propterea, & defenſionem ſuſcipe-
re quilibet poteſt illorum, quorum quis te-
netur iniuriam propulſare,ut puta, filiorum,
uxoris,coniunctorũ; Hominum collegij eiuſdem,
& ſimilium; de quibus habetur ſupra concl.17.&
tradit Bal.in d.c.1. de pace ten. col.4. & Paris in
d.§.cum plerunque,in prec.lib.1.& in.§.an Duel-
2 lum lib.6. † Et item pro amico etiam, & ſocio
itineris: quia iniuria eſt communis: Item pro ua-
ſallo,ſeruo,& famulo,clientulo, procuratore,pro
ſubditis oppreſsis,poteſt quiſque ſingulare certa-
men inire, teſte Pari. in d.§. an duellum per iura
congrue referendo per eum allegata. Item idem
3 concludit † Pariſ. pro defenſione iuſtitiæ, etiam
circa res, ut etiam per Bal. col.4. ſimiliter & pro
defenſione patriæ, licitum eſt duellum: & prouo-
catio,& defenſio, ut ibidem per Paridem arg.l.1.
§.ad beſtias.ff. de poſtul.& l. minime. ff. de reli-
gio.& Iul.Fer.conſ.11. nu.3 & Alcia.c.8.& Iac.
Hiſpa.lib.2.c.5.& recte cõuenit illud Tullianum
lib.1.Officiorum, in hæc uerba: non ſolum nobis
nati ſumus, ſed ortus noſtri, partem patria uendi-
cat,partem amici:& alibi eo.lib.1.in fi.refert gra-
dus officiorum: ut ſcilicet primo, dijs immortali-
bus; ſecundo patriæ, tertio parentibus: deinceps
gradatim debeantur: & deſeruiendum ſit, & iam
4 explicauerat Philoſoph. in lib. de uirtutibus.† &
ubi plures cõcurrerint pro defenſione prædicto-
rum:tunc is admittetur,quem princeps, uel ſupe-
rior elegerit,habita ratione perſonarum, dignita-
tis,intereſſe,ætatis, & morum, & inſpectis alijs iu-
ſtis cauſis.l.ſi plures.ff.de accuſatio. & per Pari.d.
5 §.an Duellum: † Non licet tamen pro extraneis,
pugnam ſuſcipere, ſecũdum Bal.d.col.4.in fi.per
tex.in.l.1.C. ut armo.uſ. inſc.princi. lib.11.ſequi-
tur Pariſ.d.§.an Duellum; & in.§.quidam lib.10.
6 ubi inquit,quod † Prouocatore inuito, non poteſt
quis aſſummere querelam prouocati, & ſi ſit con-
ſanguineus,& de perſonis ſupra recitatis:niſi tales
prouocati ſint inhabiles: uidelicet ſenex, Minor,
7 & ſimiles;& ita declarat præcedentia : † Verunta-
men ego exiſtimo ante prouocationem, talem,
poſſe eum qui coniunctus ſit, uel de ſupradictis,
prouocare iniuriantem,pro iniuria illata coniun-
cto,uel ut ſupra,tanquam proſequens ſuam in-
8 iuriam,per dicta hic, & ſupra.17. concl. † Sicque
illi quorum non intereſt repelluntur a pugna, ut
& inf.dicemus conclu. 57. niſi ſubſtituti, ſeu pro
Campione oblati ſint,arg. tex. in.l. benignius.ff.
de lib.ca.& per Alcia.d.c.8.

S V M M A R I V M.

1 *Campio datur pro muliere accuſata de adulterio; & virgine,& vidua.2.*
3 *Campiones dantur, ubi ius longobardum ſeruatur.*

CONCLVSIO. XXXIIII.

1 CAmpio, ſeu uicarius proinde proponitur
† in caſu, quo mulier accuſat̃ de adulterio,
quia tunc,eius Mundualdus.i.defenſor, ſe-
cundum glo. in tub. quali. mund. amit. mundi.in
longobar. pro ea pugnam ſuſcipiet, allegatur.l.ſi
quis uxorem,qual.quis ſe def.deb.eo.lib. & tradit
Pariſ.

Pariſ.d.trac.§. pugna, lib.5.&.§.an mulier lib.6.
ſequitur Iac.Hiſpa.lib.1.c.4.ubi ampliat,& exten-
2 dit † hanc pugnæ per campionem cõceſsionem,
ad uirgines, & uiduas,quarum honor, & pudicitia
læditur, precipue ſi ſunt nobiles: immo extendit
etiam ad illas mulieres, quæ fuerunt aliàs meretri-
ces, ſed nunc ſunt coniungatæ, per tex.in.§.de-
functo.l.miles.ff.de adulte. & dictum Bal.in.l.ſi a
matre.C.de ſuis & legi.& Decium in.c.per tuas,de
probatio.& hæc omnia tenet conſulendo Iul.Fer.
3 conſ.17.† declarans prædicta procedere in lo-
cis, ubi ius longobardum,& talis conſuetudo ſer-
uatur: alias ſecus, quia duellandi actus, eſt uirile
officium,non fœminile.

SVMMARIVM.

1 *Campio admittitur pro muliere accuſata de conſilio mortis viri; non econ.num.2.*
3 *Maritus accuſat uxorem de adulterio,nõ econuerſo.*
8 *Maritus nõ cogitur lugere vxorẽ; ſed vxor virum,*

CONCLVSIO. XXXV.

1 SImiliter † & campio pro muliere admittitur,
ſolum in alio caſu: quando ſcilicet accuſatur
de conſilio mortis uiri, iure longobardo,d.l.
ſi quis uxorem,& l.ſi fuerit ſuſpicio, in glo. quali.
quis ſe def.debe.refert, & affirmat Pariſ.eo. lib.5.
§.ſi uxor: quod tamen concedi uidetur, ubi mu-
2 lier nõ uult iurare cũ. 12. Sacramẽtalibus: † Non
tamen econuerſo fit pugna, ſi mulier accuſat ma-
ritum: quia pugna non fit, niſi ubi lex præcipit.l.
quibuſcunque eo.tit.quali. quis ſe def.deb.& glo.
& Pariſ. ubi ſupra propter priuilegium maritale,
3 † quia maritus accuſat uxorem de adulterio, non
4 econuerſo.l.1,C.de adulte. † Item uxor cogitur
lugere maritum: non econtra. l. liberorum, &. l.
uxores.ff. de infami.comprobat Iulius Fer. d.cõſ.
17.& cum præmiſsis tranſit Iac. Hiſpanus d. lib.
1. c. 4. &. 5.

SVMMARIVM.

1 *Campio admittitur pro minore.25.an. & ſexagenario num.2.*
3 *Ætas.25.an.legitima eſt ad pugnandum.*
4 *Campio pro infante, vel puero, non admittitur.*
5 *Iniuria non fit, non habentibus intellectum; fit tamen eorum coniunctis.*

CONCLVSIO. XXXVI.

RAtione ætatis itidem campio admittitur,
1 † ut ſi aliquis ſit minor.25. annis,aut ſexa-
genarius,ut in longobar.de parricid.l.ſi.&
l.quacunque, quali. quis ſe def. deb. cum glo.&
alijs allegatis per Paridẽ in d.§. pugna lib.5.idem
conſuluit Iul.Fer.d.conſ.10.num.1. ubi loquitur
de attingente ſexageſimum annum, qui non te-
netur per ſe pugnare, ſed poteſt campionem con
2 ſtituere: † Minor uero vigintiquinque annis pro-
uocans, uel prouocatus conſtituet campionem:
3 nam.25. annorum ætas legitima eſt ad pugnan-
dum,ut in d.glo. ſed glo.3.in.c.1.in prin. de pace
iur.fir.in fi. loquitur in.18. anno. Iac.tamen Hi-
ſpanus d.lib.1.c.5.videtur ſeptire qui maior quat
tuordecim annis,& minor.25.campionem dabit:
hoc tamen magis probat in ætate. 20.annorum,
uel plus, uel minus, prout ex aſpectu corporis iu-
dicabitur,& propterea idem in.c.4.atteſtatur, eos
4 † qui infantes ſint quouſque perueniant ad an-
nos diſcretionis: nec etiam per cãpionem poſſe
pugnare, quia non eſt dicendum fieri iniuriam
5 † non habẽtibus intellectum,arg.tex.in.l.1.§.cum
arietes.ff.ſi quad.paup.fecif.dica.& idem dicit de
furioſis,& carentibus intellectu,niſi lædatur fama
generis,aut proſapię: quia alius tertius proſequens
ſuam iniuriam, haberet iuſtam cauſam duellandi.

SVMMARIVM.

1 *Campio dari poteſt ab infirmo.*
2 *Campionem generaliter dari quilibet poteſt impeditus impedimento perſonali.*

CONCLVSIO. XXXVII.

1 INfirmitatis quoque cauſa † impeditus dare
campionem poteſt d.l.ſi. de parrici.& l.qua-
cunque,qual.quis ſe de.deb.& per Paridem in
d.§.pugna,& Iac.Hiſpa.d.c.5.& Iul. Fer.d. conſ.
2 10.num.3.& † generaliter hodie quilibet impe-
ditus,impedimẽto perſonali poterit campionem
dare, ut atteſtatur Pariſ.in d.§.pugna, & uidetur
ſenſiſſe Alcia.c.35.circa prin. & Iul. Fer.con.5.
☞ ubi in monoculo prouocato loquitur: quem
dicit campionem daturum arbitrio iudicis, ſed in
hoc dubito,ut inf. concl.60.

SVMMARIVM.

1 *Campio propter imparitatem, nobilitatis & dignitatis, datur.*
2 *Equalitas eſt ſeruanda.*
2 *Inferior non debet aſcendere.*

CONCLVSIO. XXXVIII.

1 DIgnitatis † gratia etiam campio dari po-
teſt: uel propter nobilitatem: ut per Pari-
dem d.§. an liceat, &. §. pugna lib. 5. per
glo.in.§.ſi miles ruſticum. de pace te. & per alia
allegata,& per Iul.Fer.d.conſ.10.circa fi.& Alci.
2 d.c.35.in prin.ratio eſt † propter æqualitatẽ ſer-
uandam:& quia inferior non debet aſcendere, &
illa etiam ratio eſt, qa perſonæ illuſtres, etiam in
iudicijs criminalibus litigant per procuratores.l.
pen. & auth. hoc ius.C.de procurato. quas ratio-
nes aſsignat Pariſ.in d.§.an liceat.

SVMMARIVM.

1 *Campio in multis caſibus dari poterat; hodie ſecus.*
2 *Clerici,& cuiuſlibet litterariæ profeſsionis doctores,*
etiam

etiam per campiones non pugnant.
3 *Campio non datur, vbi ſit facta, conuentio pugnan-
di, de perſona ad perſonam.*

CONCLVSIO. XXXIX.

POterat etiam alias, in alijs quibuſdam caſi-
1 bus campio dari: † ut puta ſi ſeruus in liber-
tatem proclamaſſet; cum dominus per cam-
pionem pugnare poſſet. l. ſi ſeruus. quali. quis
ſe def. deb. in longob. Item ſi perſona Eccle-
ſiaſtica, uel clericus, uel comes, uel uiduæ, cau-
ſas habuiſſent inter ſe, uel cum alijs: nam pugna-
bant per campiones. l. fi. eo. tit. quali. quis ſe def.
deb. Idem in teſtibus cótrarijs. Et idem ubi ſeruus
alienus accuſabatur de furto, quia dominus pro
eo pugnabat, & erat campio ſerui ſecundum Pari-
dem in d. §. pugna, per iura longobarda per eum al
legata, & per Io. Ligna. in §. circa ſextum: Verum
2 hodie hæc abolita ſunt † nam in clericis aliter ſta-
tutum eſt: & pugna omnino etiam per campiones
prohibetur c. 2. de cleri. pugn. in duel. & c. 1. de cor
po. uiti. cum ſim. & tradit Paris in d. §. pugna, & Al-
ci. c. 24. Iul. Fer. conſi. 17. & Iac. Hiſpa. c. 4. ubi hoc
idem interpretantur, & extendunt etiam ad cuiuſ-
libet literariæ profeſsionis doctores. facit ni dicta
per Paridé, c. in armipotens lib. 6. prouocare enim
nec prouocari poſſunt tales perſonæ, ut ipſi do-
cent, & alibi dicemus. At in his caſibus ſecundum
Alcia. d. c. 35. & Iac. Hiſpa. d. c. 5. in fi. iura longo-
barda non ſunt in uſu. Non etiam dabit campio-
nem dominus pugnans cum uaſallo, quia dominus
dedit fidelitatem uaſallo: & uaſallus domino, & ra
tione æqualitatis principaliter pugnabunt, ut late
per paridem in. c. an ſi dominus lib. 6. Non datur
3 etiam campio, ubi (ut dicitur) guadia, † & conuen
tio data ſit per actorem, & recepta per reum: uer-
bi gratia: ſi prouocator dicat; Ego uolo tibi pro-
bare de perſona mea ad perſonam tuam. & prouo-
catus reſpondeat ſimpliciter: ego ſuſtinebo de-
fenſionem meam. Niſi tamen prouocatus ſit impe
ditus, uel ſit fœmina, uel ſenex, uel minor, ut ſupra.
Si autem prouocatori offerenti Duellum ſecun-
dum conuentionem recitatam, prouocatus reſpon
deat, quòd ſe defendet, uel per ſe ipſum, uel cam-
pionem, & tali modo fuerit admiſſus, non cogi-
tur prouocatus, ſed prouocator per ſe ipſum pu-
gnare, ex quo a conuentione non licet per prouo
cantem diſcedere, & electio eſt prouocati reſpon-
dentis alternatiue. l. plerunque. ff. de iure dot. ut
ſentit Paris eo. tracta. lib. 5. §. quid ſi duo.

SVMMARIVM.

1 *Campio debet dari ſecundum qualitatem alterius
principalis.*
2 *Campio vbi per alterum ponitur, poteſt & alter
ponere.*
3 *Campionem qui ponere poteſt, poteſt fauori ſuo re-
nuntiare.*
4 *Campio accuſatus ad mortem, punitur, nec eius exe-
cutio differtur cauſa pugnæ.*
5 *Campione victo dicitur victus principalis, vbi non
ſit fraus num. 8. vbi adſit punitur. num. 7.*
5 *Principales vel domini, non retinendi in carcere, do-
nec pugnatur per campiones.*
6 *Campio ſemel victus, iterum pro alio non admitti-
tur; ſed pro ſe.*
9 *Campiones iurant de credulitate, dominos fouere
iuſtitiam: &c.*
10 *Campionibus adaptantur, omnia dicta in princi-
palibus.*
11 *Campio inuitus nemo pugnare cogitur.*

CONCLVSIO. XL.

IN premiſsis notanda, & colligenda ſunt aliqua
communia: uidelicet quòd ubi Vicarius ſuppo
nitur, ſiue campio, ille debet eſſe ſimilis prouo
canti, ut tradit Paris in d. §. pugna. & Alcia. c. 35. &
1 Iac. Hiſpa. d. lib. 1. c. 7. ubi docet eum † qui primo
offert campionem, debere ipſum dare ſecundum
qualitatem alterius principalis: ita ut non det illi
inferiorem, ut æqualitas ſeruetur, & addit quòd
habita iſta regula, non errabitur: Item in eodem
loco tradit Paris. per quacunque, l. quali. quis ſe
2 def. deb. † ſi unus campionem ponit: & alter poteſt
ſubſtituere, & campionem dare. quod & ibi glo.
commendat, & ſequitur Iul. Fer. conſi. 10. num. 9.
Verum & hoc concludit Paris d. §. an liceat, quòd
3 † quilibet qui per uicarium pugnare poſsit, ualebit
huic fauori renuntiare per no. in l. ſi quis in con-
* ſcribẽdo. C. de epiſ. & cleri. & de pac. * inſuper Pa-
ris eo. lib. 5. §. ubi, diſſerit æqualem eſſe fiendam di
ſtributionem campionum ſicut aduocatorum arg.
l. prouidendum C. de poſtul. qui itidem ſint con-
ſimiles, ut expreſſe ſcribitur in l. fi. quali. quis ſe def.
debe. licet alias inter principales non attendatur
æqualitas, uel inequalitas potentiæ, & uirtutis. Vl
4 terius cum quis ſubmittitur in campionem, † qui
deinde accuſatus fuit, & cõdemnatus ad mortem,
non differtur executio mortis illius, ad hoc vt pu-
gnet, ut cõcludit Gul. Cu. & Bar. in l. imperator. 2.
ff. de ſta. homi. refert & ſequitur Paris in §. aliquis
libr. 7. præterea inquit Paris eo. libr. 5. in §. an ſi
5 aliquis, † quòd deuicto cãpione, ſine fraude dici-
tur uictus dominus, & principalis, ut ſcilicet ſi cam
pio confiteatur dominum ſuum fouere iniuſtitiã,
tunc dominus puniatur, ac ſi ipſe confeſſus fuiſſet
delictum obiectum: Si uero campio ſe captiuum
reddat, tunc ſimiliter dominus erit captiuus uin-
centis, quia in iſtis quaſi contrahitur arg. l. 3. §.
idem ſcribit. ff. de pecul. & per reg. iuris, qui per
5 alium facit per ſe ipſum facere uidetur, idem ſen-
tit Iac. Hiſpa. d. c. 7. & Iul. Fer. d. conſ. 10. nu. 6.
& Alci. d. c. 35. Sed an interim dũ pugnat per cam-
piones; principales ſeu domini, ponere ſe de-
beant in poteſtate Iudicis, ut inde ſuper eis uicto-
ria poſsit habere effectum, Lauren. Calcan. conſi.
2. col. antep. conſulit eos in carceribus retinẽdos,
quia

quia ipſi ſintpuniendi, non autem ſubſtituti; ne ue Duellum reddatur eluſorium. Verum ego aliter ſentio, ubi alio modo circa effectus victoriæ ſuccurſum ſit partibus, ueluti per fideiuſſores, quibus uictus victori promitteret adimplere ea quæ verſantur circa effectus victoriæ, vt puta ſideiubendo de expenſis reſarciendis, & obſequijs, & alijs præſtandis uictori, de quibus dixi inferius concl.99.&.100.non enim hodie in uſu eſt, ut uictus puniatur, unde hac de cauſa, carceratio ſit neceſſaria, & ideo Duellum nō reddetur eluſorium, quod probatur in d.l.1.&.2. &. melius ibi in.l.3. ff.de cuſt.reor.in quibus cauetur etiam in capitali crimine, Non eſſe eum in uincula conijciendum qui fideiuſſores dare paratus ſit; niſi tam graue ſcelus ipſum admiſiſſe conſtet, ut neque fideiuſſoribus, neque militibus committi debeat. Sicque ueniat imponenda pœna corporis afflictiuæ, ut per Bar.d.c.1.& Ang. Subnectitque Pariſ. ibi in.§. 6 campio, † ſi campio fuerit ſemel uictus, amplius pro alio non admittitur; ſed pro ſe tantum, 7 † Et inde infideliter pugnans punitur, ut ibi.§.ſi campio, ita ut pœna capitis puniatur, ſi principalis & pœna plectendus erat, uel ſi alia pœna manus, per eandem conſti. quas conclu.ſequitur idem Hiſpanus, c.8.& Iul. Fer. conſ.10. 8 Nec † campio corruptus, permittens ſe uinci, parat uictoriam uincenti, quia propria uirtute, non æmulis corruptis, & redemptis, certandum eſt, ut per Paridem ibi in.§. pone.allegat tex.in.l.1.C.de athletis lib.10.& arguit a doctore approbato, coe ruptis approbatoribus, quod non gaudeat priuilegio doctorum per.l.1.C. de pœna iud. qui male 9 iudi. † Item iurant campiones, ut iuxta eorum probabilem credulitatem, credant dominos, pro quibus pugnant, ueritatem fouere, & non per calumniam, ſeu dolum accuſare, ac pro omni uirtute, & potētia coadiuuabunt;& uniuerſaliter ſuum principalem non offendent, ſecundum conſt. Regni ut per Bal. de pace te. in prin. & per Paridem ibi in.§.campiones, & Io. de anna. in.c.ſi.de cleri. pu.in.Duel.& Iac. Hiſpa.d.c.8. &. Alcia. d.c.35. Item iurant non habere ſuper ſe herbas, aut aliam rem, quæ ad male facia pertineant, ſecundum Paridem ibi in.§. nullus, per.l. nullus campio, Quali. quis ſe def.de.&.l.ſi quis alium: & Hiſpa.d.c.8. Illudque generaliter obſeruandum eſt, ut atteſta-
10 tur ipſe Hiſpa.c.7. † quod omnia dicta in principalibus, cenſentur fere repetita in uicarijs, quia
11 ſubſtitutus debet ſapere naturam principalis;† Illud etiam notandum eſt, quod nullus inuitus poteſt cogi pugnare pro alio, quamuis ſit ſubditus, aut uaſallus, niſi ex pacto, uel niſi in caſibus qui ponuntur in uſibus feudorum, uel niſi ex conſuetudine, uel alio iure ſpeciali, ſecundum Innocen. in.c.ſicut.2.de iureiur.licet ſecundum eum uaſallus teneatur eſſe in conſilio & auxilio, ne domini lædantur.c.de forma.22.conſ.5.quę ſequitur Pariſ.lib.7.§.duo domini, nam uaſalli non tenentur ad ſerui tia perſonalia.

SVMMARIVM.

1 *Campio omnis admittitur, quod non repellitur a poſtulando.*
2 *Campiones, Fures, infames, & aliter criminoſi graui crimine, & in peccato mortali incorrigibiles, repelluntur.*

CONCLVSIO. XLI.

1 ADmittitur † autem in campionem, omnis qui non repellitur a poſtulando iure Romano, quia ęquiparatur aduocato, ut in.l. 2.ff.de poſtul.& per Pari. in.§. quādo lib.5.& Io. Ligu.in.§.circa ſeptimum nu.7.& Iac. Hiſp.lib.c. c.7.& Iul.Fer.d.conſ.10.num.4. & uidetur ſentire Alci.d.c.35.ſatis eſſe, ſi campio aliqua labe in-
2 famis apud graues uiros non ſit.† Repellitur propterea ſecundum prædictos docto. Fur.ut in longobar.l.ut nemo furem, quali.quis ſe def.deb. leno, & generaliter quilibet infamis.l.3.ff. de infa. & item quilibet criminoſus, grauibus criminibus irretitus, ſecundum Io.lign.in d.§.circa ſeptimum num.7. ea ratione Paris etiam, & Iul. Fer. idem ſentiunt, in eo qui inuolutus ſit in aliquo peccato criminali, quod mortale nocatur; a quo indurato animo non uult ſe corrigere, licet Alcia.d.ca.35. aliquo modo hoc reprobare uideatur: inquiens mortalium peccatorum cognitionem Theologis relinquendam; quodque tale peccatum non debet obijcere aduerſarius, qui poſſit ſperare talem uicarium ſuperiorum ultionē non euitaturum; Verum non recte ſenſiſſe Alciatum exiſtimo: quia ubi adſit peccatum mortale, & incorrigibilitas: ibi hęreſis dicitur eſſe, & per conſequens, quis dicitur eſſe infidelis & infamis: ut eſt dictum ſupra. §.ſecundo, uerſ. Hæreſis, & uerſ. Promotus: Nec decens aut par eſt, ut aliquis integer, & innoxius, cum infame certare debeat, cum exploratum ſit, quod pugnare in Duello, eſt actus honorabilis, & heroicus, ab infamibus non exercendus, ut dictum eſt late ſupra conclu.15.& ſentit idem Alcia.c. 28.& æqualitas eſt ſeruanda in hoc, ut ſecundum qualitatem alterius principalis detur campio, ut ſupra concl.prox.

SVMMARIVM.

1 *Prouocator eligit locum, & indicē, hodie; ibi ratio.*
2 *Quadraginta dies per prouocantem ſtatuuntur pugnæ, admiſſo campo per prouocatum.*
3 *Campus triplex an inueniendus, an vnus ſufficiat.*
4 *Campus tutus eſt inueniendus, aptus, & congruus.*
5 *Campus apud ſarracenos, Iudeos, & infideles, non inueniendus,*
6 *Campus ad loca ſolitaria, & ſiluestria non dandus.*
7 *Campus tutus cenſetur, quando princeps eſt talis in quo non cadit ſuſpicio, ut Rex.*
8 *Campum differens eligere prouocans; eliget ſi uoluerit prcuocatus, in contumaciam: Item alius campus*

pus eligendus, ſi aliqua cauſa reuocetur primus nume. 10.

9 *Campo electo in contumaciam, aliorum ſex menſium pugna iterum non conceditur, niſi refectis expenſis.*

CONCLVSIO. XLII.

1 LOcum tutum, † & Iudicem, diemque, &
Stadij limites, bona fide eligit prouoca-
tor, ex conſuetudine Italiæ, ſecũdum no
ſtra tempora: ſorſan ea ratione, ne ſi talis electio
relinquatur prouocato, ſimul cum electione ar-
morum ut inf. conclu. 84. differat ipſe, fingatque
ſe ad diſtrahendum Duellum non inuenire cam-
pum, reorum enim omnino eſt fugere, l. inter ſti-
pulantem. §. 1. ff. de uer. oblig. aliam rationem red
dunt Iulius Ferretus conſ. 6. num. 5. & 6. & Iac.
Hiſpa. lib. 3. c. 3. ſcilicet, quia hoc ſit inuentum ho
die ad exonerandum reum: cum difficile ſit inne-
nire locum, & Iudicem. Talẽ quoq; electionem
ex generali conſuetudine obſeruandam tradit Al-
ci. c. 6. & dict. conſ. ſuo car. 8. licet. c. 41. contra-
rium & male, & forſan corrupte, dixiſſe uideatur
quo ad diem. Verum cõſuetudine inductum eſt,
2 & obſeruatur (ut audio): quod † loco tuto per
prouocantem reperto; & per prouocatum admiſ-
ſo, fiat pugna intra quadraginta dies, ſtatuẽda per
prouocantem. quę diffidatio dicitur, eſt tamen in-
ſtantia Duelli ſex menſium, ad reperiendum iudi-
cem, & locum ut ſupra conclu. 25. Hancque con-
ſuetudinem iure Romano probari, inquit Alcia.
d. c. 6. quia actor, locum iudicemque, cum aliqua
experiri uult actione., eligit: Reus uero arbitra-
tu ſuo præſcribit: quaſque exceptiones maluerit,
in cognitionem deducit: Sed non uidetur hoc ar-
gumentũ Alciati, uſquequaq; procedere, qa in
foro ciuili, licet actor eligat locũ, & Iudicẽ: eligit
tamen locum, & Iudicem ipſius rei: cum actor ne
ceſſario ſequat̃ forũ rei. l. 2. C. de iuriſd. om. iudi.
c. ſi clericus laicum, cum ſim. de foro compe. at
prouocator eligit locum, & Iudicem, quem ma
luerit, dum ſit tutus, & abſit ſuſpicio, ut infra dice-
3 mus. Triplicem, tutumque nominatim Campum,
prouocato deſcribendum dicit ipſe Alcia. ut illi
ſit liberum, quem e tribus optare maluerit, unde
traſmittuntur diplomata, ſeu copia auctoritatis
pugnandi in locis conceſſa. Nihilominus ſecun-
dum Iac. & Iul. nec iure, nec ratione probatur, tria
4 loca proponenda † Sed omnino tutum debere
eſſe locum eligendum affirmaut per glo. in. c. ſta-
tutum. §. cum uero, in uer. ſecure, de reſcrip. in. 6.
& Salice. in. l. reos. col. 5. de accuſatio. cum ſim.
quæ exiſtimo uera, & in frequentiori obſeruancia
perduellium. Et propterea niſi tutus, aptus, & con-
gruus ſit locus, prouocans, aut prouocatus, non
tenetur ad ipſum accedere, ut tradit Iulius ibi-
dem per tex. in l. qua actione. §. ſi quis in colluctà-
tione. ff. ad. l. Aquili. & l. nemo, quali. quis ſe def.
deb. in longobarda, & ante eum Paris, in. §. nobilis
5 lib. 2. † & propterea non poteſt, nec debet, pro-
uocans quærere locum apud infideles, Sarace-
nos, Iudeos, & infames; quia locus non dicitur
eſſe tutus, nec congruus, ſecundum eundem Pari-
6 dem in. §. an ſi ad Duellũ, eo. lib. 2. † Similiter nec
apud loca ſilueſtria, uel ſolitaria, ut per eundem
7 in. §. an prouocatus, eo. lib. † Cæterum tutua cen-
ſetur locus, quãdo talis eſt princeps, in quem non
cadit ſuſpicio: prout eſt Rex Hiſpaniarum, uel
Franciæ, uel quando Dux belli, uel princeps con-
cedit ſecuritatẽ, & ſaluumcõductum, ut per plura
per Paridem d. §. nobilis, & Iac. Hiſpa. lib. 4. ca. 6.
& Alcia. cap. 17. Pariſ. conſil. 31. nume. 46. libr. 1.
8 Vbi † tamen, pronocans diſtulerit infra tempus
ſtatutum, ut ſupra, eligere iudicem, & locum: po-
terit ipſe prouocatus eligere, in pœnam & contu-
maciam moroſi, niſi aliter ſit pactum, ut per Iul.
9 ibi, Et in hoc caſu notandum eſt † quando in con
tumaciam alterius eligitur Index, & locus, cũ ter-
mino aliorum ſex mẽſium: quòd illis elapſis pro-
uocans, uel prouocatns, non contumax, cenſetur
de ſtylo armorum abſolutus, tanquam inſtantia
perempta: unde ulterius pugna nou conceditur,
niſi expenſæ reficiantur per contumacem, ut tra-
dit Paris, in. §. quia de ſtylo lib. 3. ubi, quamuis lo-
quatur tantum in prouocato contumace, idem ui-
detur dicendum in caſu econuerſo, ratione æqua-
litatis ſeruandæ: & quia non debet actori licere, id
quod reo non permittitur, ut alias dictum eſt. Ob-
ſtare tamen uidentur præmiſsis dicta in concl. 25.
10 ideo cogitãdum eſt † in hac quoque concl. Scien-
dum eſt ſecundum Paridem in. §. data eſt, lib. 2. ſi
iudex ex aliqua cauſa reuocet, ut puta, publicæ læ-
titiæ, uel filij nati, campum & eius ſecuritatẽ con-
ceſſam: ne ibi pugna poſsit inchoari, & perfici,
alium tamen locum inuenire poſſe pronocantem,
nec prouocatus ideo liberatur.

SVMMARIVM.

1 *Prouocans præſentat proceſſum, & literas undecunque collectas iudici electo, & inſtat ad conceſſionem campi.*

CONCLVSIO. XLIII.

1 IVdici electo exhibendæ, † & pręſentandę ſunt literæ collectę, proceſſuſque agitatus, ut inde conſilio parium, & peritorum, dijudicet, & cognoſcat ſuper deductis, & an ſubſint cauſæ, de quibus certamẽ quęritur, iuſtæ, uel iniuſtæ: ſitque proinde deneganda pugna uel concedenda, ut diſſerit Paris, lib. 1. §. tertio, in fi. &. §. an rex, de quibus etiam meminit Iac. Hiſpanus lib. 3. c. fi. & lib. 4. c. 7. & Iulius Fer. conſ. 14. num. 3. & 4. qui inquit, quod tunc inſtatur, ut Iudex deliberet, an concedere debeat cãpum franchum, ſeu (ut aiunt) ſaluumconductum, certandi in territorio ſuo, & ſua iuriſdictione.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Campus certaminis conſtituitur, intra, vel extra ci-uitatem: funibus, aut lignis, aut muris, circundatus, aptus, &c.*
2 *Campus certaminis dicitur eſſe ſacer.*
3 *Duellum, non fit in loco ſacro.*
4 *Prouocator iurat de calumnia: ibi qualiter ſit iurãdũ.*
5 *Prouocatus iuramentum calumniæ an ſubeat: quòd ſic nume. 6.*
7 *Duellantes nec animo iracundo, nec conuicijs ad certamen deſcendant.*

CONCLVSIO. XLIIII.

1 COnceſſo per Iudicẽ certamine † locus quoq;
certaminis conceditur, & ex conſuetudine
(cum iure vſquequaq; expreſſum non ſit, li
cet aliq̃d tangatur in glo. l. qua actione. §. ſi quis in
colluctatione. ff. ad. l. aquili) amplius eligitur, in-
tra, vel extra ciuitatem, deſsignatus coram iudice,
funibus, aut lignis, vel muris circundatus, in loco
apto, plano: vento, ſoli, & pulueri, minus expoſi-
to. qui ſolet aratro deſsignari, vt per Paridem in.
§. deſsignatores lib. 2. & Io. Lign. in. §. circa ſepti-
mum nu. 8. & Iac. Hiſpanum lib. 3. c. 4. & Iul. Fer.
2 conſi. 6. num. 8. † Diciturq; ſacer, vt dictũ eſt ſu-
3 pra concl. 8. Caue tñ † quia in loco ſacro nõ per-
mittit̃ fieri Duelli pugnã teſte Paride li. 1. §. Duel-
4 lũ in prin. per tex. in. c. fi. 42. diſt. † Inde tenetur an
te oĩa prouocator iurare de calumnia, arg. l. mẽtio
&. l. ſi quis alium aſto, quali. quis ſe def. debe. in
Longobar. & concludit Paris. lib. 1. §. tertiò nu. 6.
& in §. in pugna, &. §. an ſi quis, li. 8. idẽ tenet Io. Li
gna. in. §. circa ſeptimum nu. 2. 3. &. 4. per. l. 1. 2.
& auth. principales. C. de iur. cal. vbi de calumnia,
& aſtu iurat oĩno actor. Idem etiã ſequit̃ Iac. Hi-
ſpa. lib. 3. c. 2. Alcia. c. 4. in prin. Iul. Fer. conſil. 6.
num. 9. & in eo conueniunt Paris, Io. & Iac: q̃ iu-
ramentum tale erit præſtandum conforme prouo
cationi, vt ſi quis accuſat aliquem, quem ſuſpicatur
commiſiſſe crimen, qd̃ illi obijcit; debet iurare ſe
habere iuſtam ſuſpicionem, vt ſi fuit viſus ante ho
ſtium furti: uel alloqui vxorem, & tunc dicitur iu-
rare de calumnia ſcḋm Paridem. Vbi verò prouoca
tor affirmat de eſſentia rei; veluti ſi dicat prouoca
to: quòd commiſiit furtum, vel adulterium: debet
iurare veritatem ita eſſe: & ſic iuramentum erit ve
ritatis. Videtur tamen innuere Io. Lig. prouocato
rem non iurare in crimine læſæ maieſtatis: & in te-
5 ſtibus contrarijs, & in inueſtitura prædij. † Diſ-
ſentiunt vero prædicti ſcribentes, in iuramento
prouocato, quandoquidem Paris in d. §. in pugna.
ſcribat, q̃ reus de iure Longobardo non iurat; ta-
men per conſt. Regni Siciliæ debet iurare vterque
de calumnia, & iurare etiam debent campiones.
Sicq; generaliter videtur locutus etiam in d. §. ter-
tio in fi. dum inquit; Debent nãq; pugiles primum
iuramenta ſubire, q̃ omni aſtu, & omni abiecta ca
lumnia, cauſas iuſte defendent, & non temere in li
te verſabunt̃, putãtes fouere iuſtitiã. Sed Io. Lign.
videtur concludere, q̃ a reo non iuretur. Iac. vero
Hiſp. d. c. 2. per dicta iura. C. de iura. cal. & alia, te-
net oĩno non ſolum actorẽ, ſed ẽt reum teneri,
iurare de calumnia: idq; vr̃ amplecti ẽt Iul. Fer. d.
conſi. 6. nu. 9. vbi generaliter loquitur, q̃ Duellare
volẽtes, iurare tenentur de calumnia, more iudicio
rum, antequã pugnent, in manu electi Iudicis p. l.
6 iudices. C. de iura. cal. † In hoc articulo arbitror
oĩno attendendã conſuetudinem militarem, ſi ali-
qua adeſt, vt ſupra dictum eſt concl. 3. illa ceſſante
tunc recurrendum ſit ad iura præcipue ciuilia vt ſ.
concl. 14. Teneo iurãdum eſſe, tam p reum, quam
p actorem, eo ẽt fundamento: q̃a Duellum redigi
tur inſtar iudicij contentioſi, & argumẽtari ſolent
de Iuditijs ad Duellum, vt ſ. concl. 2. at in iudicio
ciuili, iuratur per utranq; partem, ſ. per Actorẽ,
& reum: ergo &c. Inſup hoc maxime videtur con
cludendum, ad æqualitatem ſeruandam inter per
duelles vt ſupra concl. 8. & hęc opi. vr̃ a maiori par
te doct. ſecuta, ut ſupra. More quoq; receptum eſt
7 vt audio, iurari per vtranque partem. † Illud vero
vtique obſeruandum eſt, ne perduelles, verbis in-
iurioſis, animoue iracundo, aut conuicijs, ad cer-
tamen prorumpere videantur: Sed pro Fama, ho-
nore, & innocentia ſua tuenda, vt legitur ſæpe,
præſertim apud Iac. Hiſpa. cap. 7.

SVMMARIVM.

1 *Prouocans ſummo mane ingreditur campum, expectans prouocatum vſque ad ſolis occaſum.*
2 *Prouocans die ſtatuta non probans, amplius non auditur. Dies vero eſt artificialis, integra.*
3 *Occaſus Solis, & apparitio ſtellarum idem ſunt.*
4 *Campum, nulli ingrediuntur niſi iudex, & patrini, & aliãs victores.*
5 *Patrini quõ ſe habeant in inſtructione perduellium.*

CONCLVSIO. XLV.

1 SVmmo mane prouocans, † & prouocatus in-
grediuntur campum, ſeu locum certaminis,
ſtatuta die, ibique ad prouocantem attinet ex
pectare prouocatum, vſque ad occaſum ſolis: &
quanto ſerius prouocator acceſſerit, tanto fit con
ditio eius deterior: quia in tempore ſtatuto pro-
2 miſit ſe probaturum, quod intendit. † Vnde non
probans, amplius non auditur: nec datur noua
dilatio, niſi adſit iuſtum impedimentum, ſicque
dies belli ſingularis, (niſi aliter ſit conuentum)
eſt integra dies artificialis; non autem. 24. ho
rarum: vt definit Longobarda, auctor eſt Pa-
ris lib. 3. in princi. &. §. ſtatuta circa fi. & in. §.
duo in ſingulari lib. 8. vbi inquit, quòd vlte-
rius non eſt pugnandum, & per Iac. Hiſpan.
lib. 3. c. 5. & Iul. Fer. conſil. 7. & Alcia. c. 41. quòd
licet cæteri docto. ſenſerint permanendum eſſe in
ſtadio, non ſolum vſque ad occaſum, ſed etiam
ad ſtellarum apparitionem, tamen ſcḋm eum re-

ex prior eſt ſententia, ut ſimpliciter occaſus expe-
3 ctetur.† Ego equidē non uideo quomodo occaſus ſolis ſtatim aliquarum ſtellarum apparitionem non inferat, ſicque nullum eſſe poſſe interuallum temporis, inter occaſum & apparitionem ex ſuppo., cum occaſus ſolis, ſit abſentia luminis ſolaris. Vnde interdiu, ſolis fulgore non cernuntur ſtellæ; cum æque die, ac noctu luceant, at ex defectibus ſolis luceant, aut appareant; ut apud Pliniū legitur lib.2.c.14.natu.hiſtoriæ; & in ſphera in c.de ortu & occaſu ſignorum, hoc idē elicitur. Propterea ſiue occaſus, ſiue ſtellarum apparitio expectanda ſit, & idem ſentire non diuerſum: Et omnino ultra finem memorati diei artificialis, non uidetur eſſe pugnandum vt ſupra. In hac con
4 cluſione notandū eſt,† quòd nullus præter Duellantes, Iudicem, & illorum magiſtros (qui Patrini vocantur) debent campum ingredi, ex more militari, vt inquit Io. Ligna. in d.§.circa ſeptimū nu.8. & Iul.Fer.d.conſil.6.num.10.& Hiſpa.lib.3.cap.4.vbi addit: eos qui victores alias fuerunt ſingulari certamine, poſſe Hiſpano more & ipſos campum ingredi; & propterea ſuperinde fiunt edicta, ſeu (vt aiunt) Banna per iudicem, vt alibi dici-
5 mus.† Tales aūt Patrini quō ſe habeant in inſtructione perduelliū ſuorū: conſulendo, prouidendo, ſatis notū eſt: & vltra alios differit Alci.c.40.vt breuiter aduocati officium ſuſcipere dicantur.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum valetudinis, tempeſtatis, & ſimi. excuſant non venientem, niſi adſit culpa num.2.*
3 *Sexcentæ ſunt cauſæ, quibus quis excuſatur, ne iudicio ſiſtat.*
4 *Impeditis iuſta cauſa reſtituit dies Duelli ī priſtinū.*
5 *Prouocans poteſt quærere alium campum: ſi iudex pronum reuocet ex cauſa.*

CONCLVSIO. XLVI.

1 IMpedimentum † vero iuſtum ſuperueniens, veluti valetudinis aduerſæ, vis tempeſtatis, & fluminis, vel magiſtratus prohibitio, ſine dolo malo prohibiti, excuſationem habet, ſi quis non acceſſerit ad die Duellum conſtituta. l.2.§. ſi quis in iudicio, & §.præcedenti ff. ſi quis cautio. Bart. in. l. 3.§.ſi ad diem ff.de re mili. ſequitur Paris lib.3.§. an ſi die. & in d.§.ſtatuta circa fi. Iac. Hiſpa.cap.6.
2 lib.4.& idem Paris in.§.poſt prædicta lib.x.† Euitare tamen debet pericula, quia ſi ſua culpa contingeret impedimentum, ſibi imputandum eſſet, vt ibi per eum & Alcia.cap.28. qui iuſtum impedimentum accipit, vltra prædicta, ſi etiam in hoſtili, vel
3 ſimili cauſa, quis retrucidatur: † quodq; ſexcentæ ſunt cauſæ in iure, quibus quis, ne iudicio ſiſtat, excuſatur, vel edicto prætoris propter iuſtam cauſam reſtituatur. Vnde multo magis in Duello excuſatio recipienda eſt: niſi tū quis impedimentum procurauerit, vt etiam conſuluit Iul.Fer.conſil.6.
4 num.14.& conſi.7.num.3. qui tradit,† ex cauſa iuſti impedimenti per iudicem debere reſtitui diem Duelli in priſtinum, ut ante eum dixit Paris d.§. ſtatuta, circa fi. ſic quoque Alcia.d.c.41.ait ſe exiſtimare, tantum temporis eſſe reſtituendum prouocatori, quantum illi ablatum ſit per prouocatū ſero venientem. Prædicta tamen uidentur procedere in prouocante, æque ac in prouocato, ut per
5 Paridem in d.§.ſtatuta, circa fi.† Similiter ſi iudex reuocauerit campum aliqua ex cauſa, ob hoc non impeditur prouocans, alium quærere, nec liberatur prouocatus, vt ſupra concl.42.

SVMMARIVM.

1 *Prouocans die ſtatuta non probans, vlterius non auditur.*
2 *Dilatio noua non datur in Duello, limit. num.3.*

CONCLVSIO. XLVII.

1 CEſſante† legitimo impedimento, ubi die aſſignata actor non probet gladio id quod intentauit, nō eſt vlterius audiendus, quia Duellum eſt pugna vnius diei, ſecūdum Lucā de pēna. in.l.1.C.vt armo.vſ.quem ſequitur Paris in.§.an ſi prouocās, dum.lib.8.& Alci.d.c.41.† Nam in pugna in qua habet vnus alium ſuperare, non dabitur noua dilatio, ſm Bal.de pace ten. in prin. col.6.nu.21.arg. iurium, de quibus ibi per eum, ſequitur & declarat Io.de Anna.in.c.fi.col.pen. de cle. pug.in duel.& paris d.§.an ſi prouocans dū. & tactū eſt ī. in præced.45.cōcl.& tradit idē Paris in.
3 §.an ſi una die.li.3.† hoc procedere: niſi de cōſenſu partiū fiat prorogario: uel niſi conuentū ſit, q tā diu pugnet inter eos, quoad unus eorū eſſet uictus, vel mortuus, nā tunc altera die erit pugnandū de quibus ēt per Paridem, & alios allegatos ſupra concl.45.& licet Io.lig. videat ſenſiſſe Duellū, qd prima die nō potuit terminari, poſſe ad ſequentē differri, tū dictum ſuum debet itelligi ſm pmiſſa, ut clare ſcribit Iac.Hiſpa.d.lib.3.c.5.

SVMMARIVM.

1 *Prouocans tenetur primo percutere, vel eſt locus præuentioni num.2.*

CONCLVSIO. XLVIII.

PErcutere primo prouocās, prælio commiſſo, tenetur de iure: quia debet probare p pugnā id quod intendit: & primo porrigit libellum, poſt reus exceptiones ſuas, authen. offeratur. C. de litis contes.&.l.qui prior.ff.de iudic. quæ adducit in arg. Paris in.§.quis debeat lib.1.& Io.ligno. in d.§.circa ſeptimum nu.10.col.pen.† qui tamen mutata opi. dicit, q hic non eſt ſeruādus ordo, ſed eſſe locum præuentioni, vel etiā concurſui: & idcirco Pau. ligna. pronepos ſuus, inquit, ſtandum conſuetudini, quæ ſeruat opinionē ultimā proaui ſui: prout ait vidiſſe ſeruari in cōtingētia facti, ſed

ante eos inquit Paris in d.§. quis debeat, conſuetu-
dine non obſeruari; quòd prouocans primo per-
cutere debeat, licet prouocatus ex conſilio ſoleat
expectare prouocatorem inſultantem: ut iuſtificet,
ſe uti inſultatum ad pugnam accedere: quia pro-
uocatores uti Deum tentantes, ſolent ſuccumbe-
re, Dei iudicio.

S V M M A R I V M.

1 *Prouocator debet cogere prouocatum ad confiten-
dum obiecta, vel eum occidere; alioquin non dici-
tur victor, nec probaſſe, vnde ſit captiuus prouo-
cati, per ſententiam Iudicis num. 2.3.4.9.*
5 *Finis cuiuſlibet prælij eſt mors, aut diſdicta, vel con-
feſſio contraria, vi armorum facta.*
6 *Mors potius quàm diſdicta, maior eſt honor, & ma-
gis expetenda.*
7 *Diſdicta omnis, mors ciuilis dicitur, & æquiparant.*
8 *Prouocans in dubio dicitur ſuccumbere.*

CONCLVSIO. XLIX.

1 PRouocator. † ubi ſit pugna, a tutta oltranza,
uel ad omnem offenſam (ut aiunt) tenetur en
ſe probare, id quod detulit contra reum: &
ipſum aut occidere, aut cogere confiteri uerum
eſſe, quod prouocans contra ipſum prouocatum
detulit: uel eſſe falſum, quòd prouocatus erga pro-
uocantem dixit, aut fecit; nec ſufficit prouocan-
ti ſi capiat prouocatum, ligetue (de quo tamẽ infra
dicam concl. 96.) aut grauiter percutiat: uel ſi iſte
ſe captiuum reddat, niſi per pugnæ torturam,
coactus ſit uoce ſua confiteri obiecta, uel (ut
aiunt) ſe recredere, arg. l. qui ſententiam. C. de pœ
nis; Aut à prouocante occidatur, & ubi talem con
feſſionem prouocator non extorqueat a prouo-
cato, uel eum occidat, non dicitur probaſſe, ſed
2 erit periurus, † quo caſu iudex pugnæ debebit
pronuntiare contra prouocatorem, eum capti-
uum eſſe prouocati eo modo quo prouocatus,
deuictus, & confeſſus fuiſſet captiuus prouocan-
tis, uictoris, arg. l. fin. C. de accuſatio. & l. fin. C.
de calumnia. cum ſim. a quibus arguit Paris in §.
quidam accuſauit, libr. 9. ubi aſsignat rationem
æqualitatis, quia iniuſtum foret, ut ipſe accuſator
prouocans ad pugnam, & non ſatisfaciens, eſſet
impunitus: at reus facta probatione puniretur
arg. l. fin. C. de fruc. & lit. expen. & ad hoc alle-
gat etiam conuenire conſtitutionem Federici edi-
tam in regno Siciliæ. Veruntamen ut ipſe inquit,
3 milites dicunt ſufficere, † ſi prouocator ſupradi-
cta non fecerit; qui prouocatus abſoluatur, & il-
le prouocans remaneat cum infamia; quæ tamen
improbat: quia prouocans efficitur calumniator
& periurus, qui impunitus non eſt relinquendus.
& idem ſentit Paris in d.§. an ſi prouocans dum,
libr. 8. in hæc uerba (ut ſupra concl. 47.) prouoca-
tor tenetur omnino prouocatũ ui armorũ facere
ore proprio (ut dicitur) recredentẽ, uel ut confitea
4 tur ſe culpabilem: aut eum occidere. † q̃ ſi neu-
trũ faciat, erit uictus, & prouocatus abſoluetur.
Quãuis & is ſubterfugiendo, (quod licet) tñ præ
cauerit, ne uinceretur in termino ſtatuto, argu. l.
ut uim, cum ſim. ff. de iuſt. & iu. Idem etiam ſentit
idem Paris in. §. pone quòd in duello, & in. §. pone
quòd duo in fi. lib. 8. & §. quia finis li. x. ubi ſecun
dum eum, finis cuiuſlibet prelij, a tutta oltranza,
5 † eſt mors, uel diſdicta (ut dicitur) ore proprio:
uel confeſsio contraria eius, pro quo pugna indi
citur, ui armorum facta, quam dicit eſſe ſummum
uituperium in milite: quòdq́, maior honor cenſe-
tur mors cum aliqua exiſtimatione, quam uita cũ
ea diſdicta, quæ affert perpetuam infamiæ labem,
& propterea eſſe in adagio apud armigeros, & no
6 biles curioſos commemorat, † Mors, potius quã
diſdicta. Dicitur & alibi per Paridẽ in. §. poſt hæc
7 lib. x. † omnis diſdicta eſt & dicitur mors ciuilis,
& æquiparantur mors, & diſdicta. Similiter præ-
miſſa inſequitur Io. de Anna. in d. cap. fi. col. pen.
de cleri. pug. in duel. & Alci. d. cap. 41. & 42. in fi.
& Iul. Fer. conſilio. 7. ubi oſtendit Alcia. niſi pro-
uocator ſtatuta die uicerit, pro uicto habẽdus eſt;
nec tentanda amplius eſt fortuna. Atque finis eſt,
ut aliter, uel pereat, uel ſe dedititium fateatur, licet
quandoque quis ſuperior uideatur. & conſulen-
8 do declarat in l. Fer. conſ. 13. † quòd in dubio pro
uocans dicitur ſuccumbere, qui non obtinet aper-
te: ex quo, ut promiſsit, non uicit inimicum, lo-
quens de duobus eodem tempore mortuis: quo-
niam dubia probatio non releuat probãtem, cap.
in præſentia, de probatio. & refert Paridem in. §.
9 an ſi duo pugnabant, lib. 8. † Inde aſſerit, quod ui
ctus ille eſt, & dicitur, qui intra campum eſt inter-
fectus, aut ſe uictum confeſſus, ac uictor qui uiuus
exit campũ, uicto mortuo, uel ſe uictum ſponte
confeſſo, aut capto, uel ſe ſponte dedito pro capti
uo. & præmiſsis conueniũt adducta per Hiſpa. c. x.
& x1. lib. 4. diſdicta uero (de qua hic tactũ eſt, qua
lis eſſe debeat, clareq; concepta, tacita, uel expreſ-
ſa, ita ut uictori ſatisfiat) dicemus dict. concl. 96.

Pars Tertia.

S V M M A R I V M.

1 *Prouocatus quis dicatur.*
2 *Prouocari ad iniuriam, quomodo quis dicatur.*
3 *Prouocati querelam nemo aſſumit, ubi is ſit habi-
lis, licet ſint conſanguinei vel ſimiles.*
4 *Prouocatus non poteſt dicere prouocanti, probes
per teſtes.*

DE PROVOCATO SEV REO.

COnſentaneũ ęque ur, ſupponere, prouocati
ſeu rei partes, qualiſq; is ſit, quoue mõ ſe ha
beat, excipiẽdo, propulſando obiecta, tuen
doq; exiſtimationẽ ſuam, & dignitatẽ, demonſtrã

dum eſt: Verũ hęc: aliqua, non inutili, aut inepta, breui tamẽ, pręmiſſorum quandoq; repetitione, vt te in actore, & reo, correlatiuis, in quibus eadem adeſt diſciplina, verſaturis, ventilandã ſunt.

CONCLVSIO. L.

1 PRouocatus † cenſetur, & dicitur ille: qui quandoque ad iniuriam prouocatur, qñque ad certamen, ſeu iudiciũ Duelli interpellatẽ; vt ſupra concl. 21. vbi idem dicitur in errabundo Armillato, deferente (ut aiunt) impreſias: ut ſcili-
2 cet prouocatus appellctur. † Prouocari autem dicitur quis ad iniuriam, his omnibus modis, quibus verbis, aut factis offenditur: eiuſque grauatur opinio: vel etiam ſi ex perſona aliorum ſuorum, non tñ ex ſua læditur, vt late enarratum eſt in ſuperio-
3 ribus, concl. 17. † Pro prouocatis tñ nõ licet aſſummere querelam, ẽt ſi eſſent conſanguinei, ſeu ſimiles: niſi prouocati ſint inhabiles ut ſupra cõcl. 32. & 33. Atq; ſi is prouocatus indictũ duellũ admittet, pugnæ iudicio erit obnoxius ſimul cũ prouocante; ſi recuſauerit, vel tacuerit, contra eũ proceditur vt ſupra concl. 25. Nec enim põt dicere prouocanti, † probes per teſtes ad euitandã pugnam, quã cogit ſuſcipere in caſibus permiſsis, ne infamis notatus remaneat, ut d. concl. 25. dum tñ contra prouocatũ ſint indicia, & ſit ſuſpectus de eo, quod contra eum impingitur, ut ſupra. concl. 22.

SVMMARIVM.

1 *Duellũ in quot caſibus permiſſũ, iure Lõgubardorũ.*
2 *Duellum in regno Siciliæ in duobus tantum caſibus permiſſum.*
3 *Duellum ex conſuetudine Italiæ, & Gallorũ permittitur, vbicunq; Iudici ęquum & iuſtũ videbitur ex maxima cauſa. & nu. 5. 6. 8. exoletis ll. Lõgobard. Immo aliter Galli obſeruant nume. 4.*
Longobardorum. leges pro argumentis proſunt, ſub nume. 3.
7 *Honore ſuo priuari quiſque pergrauiter fert: & perferre iniurias & ſuos negligere ſeruile eſt.*
9 *Ludi ex more ciuitatum impuniti.*

CONCLVSIO. LI.

MVlti aũt ſunt caſus, in quibus Duellũ permittitur, ex quarundam gentiũ moribus, ſeu de facto: quamuis oĩ iure prohibitum ſit, ut in principio diximus: ſicq; prouocatus in illis pugnam ſuſcipiet, iure Longobardorum, teſte Paride in. §. de iure lib. 6. & Alcia. c. 4. & Iac. Hiſpan. lib. 2. cap. 4. & 5. Io. Ligna. in. §. circa quartum, & in. §. circa quintum, & Laur. Calca. conſil.
2. col. 12. & ante eos Bal. in. ll. de pace ten. in prin.
1 & Iul. Ferre. conſil. 6. num. 4. † exprimente viginti quatuor cauſas, licet eas non enumeret, permiſſi Duelli. Qui caſus infraſcripti ſunt: videlicet, in crimine læſæ maieſtatis. In homicidio patrato infra tempus trengæ. & in abſconſo. In parricidio commiſſo cauſa hæreditatis adipiſcendæ. In nece mariti per vxorem procurata ſiue conſultata: de furto a ſeruo commiſſo, ſi dominus neget ſeruum, qui fugit, feciſſe furtum. Si aliquis dixerit mulieri, quòd ſit fornicaria, vel adultera: ita demũ, ſi actor dicat: ego ſum paratus probare. alioquin ſi negat quòd per furorem dixerit, illud negabit cum duodecim ſacramẽtalibus: de re inficiata, & tunc poſt ſacramentum rei, quòd non ſit fur, vel collega furis, dicat actor illum deieraſſe & illum furtum cõmiſiſſe. Si quis conuenitur quòd malo animo, & ordine, rem mobilem, vel immobilẽ poſsidet infra triginta annos. Si teſtes ſint contrarij ab vtraque parte, ſecus ſi ab una tantum: nam pugna habet locum, quando omnia ſunt paria, quæ ceſſat ſi teſtes unius partis, veriſimiliora dicant: quia iudex tunc eſt certus, quid facere debeat. Permittitur etiam pugna de debito paterno contra filium; quod intelligunt aliqui in tali debito, de quo pater tenebatur pugnare, vt puta in furto, incendio, & depoſito. Si debitor negat debitum creditori. De adulterio, ſi maritus dicat vxorem ſuam adulteram. Si aliquis maritus ſuſpicatur, quòd aliquis ſit turpiter verſatus cum vxore ſua, eam turpiter tangendo. De periurio ſcienter facto, pro quacunque cauſa commiſſum ſit periurium: licet ex illa cauſa pugna nõ poſsit imponi. De inſtrumento prædiorum falſo, ſiue ab vna parte, ſiue a duabus partibus proferantur inſtrumenta, & etiam ſi dicatur inſtrumentum eccleſiæ falſum. De inueſtitura predij, ſi quis ſe primo inueſtitum dixerit, & expulſum de poſſeſsione: & alius idem aſſeueret, & non conſtet quis potior ſit in poſſeſsione, De depoſito negato a depoſitario, tribus concurrentibus; vt ipſe deponat, vel nuntius eius, & negetur, neque minus viginti ſolidis cenſeatur. De ui compulſiua, expulſiua, inquietatiua; & turbatiua. Fit poſtremo Duellum, ſi eccleſia contra eccleſiam, vel eccleſia contra priuatum habet controuerſiam, & in his omnibus caſibus promulgatæ ſunt leges Longobardorum: quas ſigillarim adducunt recitati ſcribentes, præſertim Pa-
2 ris in d. §. de iure, † Secundum vero conſtitutiones Regni Siciliæ, Duellum permittitur tantum in duobus caſibus: Scilicet in crimine læſæ maieſtatis, & in homicidio; ſine morte abſconſa, vt in eorum conſt. Monomachiam: videturq́ue Paris in. §. Duellum ſiue pugna lib. 6. & Hiſpan. lib. 2. cap. 3. ſentire, quòd etiam in regno Neapolitano illa conſtitutio obſeruetur: Cæterum eodem Paride auctore, ex conſuetudine † Italiæ, & Gallorum, Duellum permittitur ubicunque iudici æquum, & iuſtum uidebitur cum conſilio procerum, & commilitonum: & ita inquit hodie obſeruari Hiſpa. d. lib. ca. 4. & 5. adeo ut hodie in uſu non habeantur leges Longobardorum, ut inf. concl. 68. quæ tamen pro argumentis prodeſſe poſſent; id totum tñ relinquatur arbitrio iudicis, & domini concedentis Duellum, conſide-

ratis qualitatibus perſonarum, & genere infamiæ,
& rei de qua agitur: & tempore,& loco: Exprimit
tamen aliqua exempla,de quibus ante eum per Pa
ridem in.§. Duella lib.6.veluti in cauſa ardua, &
maxima, & vbi agitur de magno ſcandalo, & in-
famia: in cauſa proditionis, fidei defectionis: in
cauſa amici debilis, & pro quacunq; perſona in-
defenſa, quod generaliter dictum vltimo lo-
co non credo verum,niſi prout ſupra declaratum
eſt,concl. 32. cum ſequen. Aduertendum tamen
4 eſt † quia apud Gallos aliter obſeruari tradit Iaſ.
conſil. 144.col.4.vol.2.& Alcia.dict.cap.4.& nõ
niſi ex Philippi pulchri conſtitutione deueniri poſ
ſe ad ſingulare certamen, ſcilicet in caſu,quo ali-
quis, occulti criminis, capitaliſque reus ſit, atq;
ita de eo conſtet, vt quæſtioni ſubijci poſsit,con
demnari non poſsit.At ſi temere alius alium pro-
uocauerit, male mulctatur.& propterea Paridis di
ctum in Gallis non procedit. † Atqui Martin.
meus Laudenſis in tract. de bello. q. 10. inquit
licitum non eſſe Duellum, niſi cum cauſa conce-
datur a principe. Et Antonius Corſetus de potes.
reg.q.67.& Alcia. in c.7.& dict.conſil.car.2. dicit
6 † Duellum ex maxima cauſa, & pro conſeruatio-
ne honoris conceditur de conſuetudine. & Iul.
Fer.conſil.3.& conſil.x1.idem ante eos per Bald.
& Iaſ.in.l.ex hoc iure,nume. 31. ff. de iuſti. & iu.
& dict.conſil. 144. col. 3. & Socinum iuniorem
conſil. 123.num.12.vol.2.Nam ex ſententia Phi-
7 loſophi,œconomico, cap. 2. lib. 2. † pergrauiter
fert vnuſquiſque honore ſuo priuari: & perferre
iniurias, & ſuos negligere ſeruile eſt, eodem au-
ctore ethico.4.cap.5.Conceditur tamen quando-
que pugna, ſeu Pancratium, ex alia cauſa, quam
ratione iniuriæ, & ſeu dignitatis conſeruandæ;
8 quæ minus proprie Duellum appellatur, † ſcili-
cet cauſa publicæ lætitiæ, & principis: & gratia
gloriæ,& virtutis,ſecundum Paridem in.§. permit
titur lib.6.&.§.pone qđ ex cõſuetudine,lib.8. per
tex.in.l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione. ff.
ad.l. Aquili. l. 1.§.beſtias.ff.de poſtul.c.1. de tor-
nea.cum ſim.per Alcia.cap.3. vbi tradit, ꝙ quo-
9 tiens † moribus ciuium ludus aliquis in vrbe ad-
miſſus eſt, vt pugnorum Senis;lapidum Bononiæ,
perticarum,Laude Pompeia,patria mea, ſi quis oc
ciſus fuerit, nullus ſit pœnæ locus: ut ante eum cõ
ſuluiſſe refert Decium conſi.9.col.pen.& fi.

SVMMARIVM.

1 *Prouocati perſonam, potiuſquam prouocantis, quiſque agere debet.*
2 *Prouocantis conditio in quibuſdam deterior.*

CONCLVSIO. LII.

1 PRouocati quiſquis, † potiuſquam prouocan
tis perſonam,vt potis eſt,agere debet,præca-
uereque ne requiſitor fiat, ſeu prouocator:
Paris in.§. Duellum dicitur duarum,&.§. cum ple-
runq; in prin. lib.1,per doct. Bal.in.l.1.ff.de Aedi
li.actio.Iul.Fer.conſil.x11.nume. 2. quod & fre-
quenter apud milites ſecundum eum iactatur, &
recte:Nam vt tradit Alciatus in cap. 6.licet æqua-
litas inter pugnatores ſeruanda ſit; † quibuſdam
tamen caſibus prouocatoris conditio deterior eſt:
cum in re dubia aduerſus eum pronuntiandum ſit,
nam non dicitur probaſſe, niſi vicerit: Prouocato
ſatis eſt ſe tueri. Ille deum tentare videtur: is ve-
ro quodam defenſionis colore obtegitur: habetq;
electionem armorum, non mediocre ad victoriã
concipiendũ argumentũ. Milites enim dicũt Deũ
eſſe propitium prouocato, ut ſupra cõcluſione.6.

SVMMARIVM.

1 *Prouocato competunt quandoq; plures exceptiones*
2 *Exceptiones aliæ dilatoriæ,aliæ peremptoriæ.*

CONCLVSIO. LIII.

PRouocato tametſi dixerimus ab eo in caſibus
permiſsis,ſuſcipiendum Duellum, & prouo-
cantem quemlibet admittendum, qui non ſit
1 prohibitus,vt ſupra concl.21. † quandoque com-
petunt tamen plures exceptiones, quanquã alias
vnica tantum ſufficiat exceptio, vbi ita appellari
poſsit:cum rectius totius Duelli euerſio nuncupa
retur,ex quo omni iure ſed maxime diuino,& pro
uocans, & prouocatus, & Iudices, prohibeantur
inire,& conſentire in monomachiam, ſiue ſingu-
lare certamen,vt ſcriptum eſt ſup. in prin. Verum
hac circumſcripta, & ex conſuetudine, ſeu de fa-
cto, omiſſa; aliæ exceptiones reo competituræ,
poſſunt & recte conſiderari: aut dilatoriæ, † aut
peremptoriæ: ut Illæ ſcilicet differant cauſam, nõ
tamen perimant negotium principale: Hæ autem
in totum perimant ius agentis, & negotium prin-
cipale: ut paſsim habetur per docto. præſertim
per Io. Pet. Fer. in for. reſpo. rei conuen. in ver.
ſaluis alijs,& per Lafran.in trac.de except.in prin.
col.1.Capiendo igitur primo dilatorias, excipit in
his reus diuerſimode. uel a tempore, uel a loco,
uel a Iudice: uel ab actione & libello: uel a perſo-
na: uel ab Impedimento.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatus diebus feſtis recte excipit contra Duellum, & recuſat.*

CONCLVSIO. LIIII.

A Tempore fit exceptio, ſi reus conuenire-
tur † ad prælium in diebus feſtis, quia tũc
licite recuſatur cap.1. de treuga & pace,
Paris lib.1.§. Duellũ dicitur iniuſtum in prin. Alc.
cap.17.circa prin. Iac.Hiſpa. cap. 5. in prin. Iul.
Fer. conſil.7.num.2.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatus excipit contra locum nõ tutũ, & ſacrũ, & contra ſuſpectũ Iudicẽ,& nolentẽ iudicare.*

2 *Prouocatus pōt recuſare prouocationem illegitimā*
ſine Iudice,ſine teſtibus,in occulto loco,qui aliter al
la machia appellatur, & tempore incōgruo factā.
3 *Duellātes ſine ſuperioris authoritate poſſunt puniri.*
4 *Duellum non pōt iudicari per arbitrum, nec partiū*
conuentione fieri.

CONCLVSIO LV.

1 EXcipitur † a loco, & Iudice, ubi tutus non
ſit locus: ſuſpectusque dicitur Iudex, vt ſcri
pſimus ſupra concluſione.24.&.42. Et pa-
riter, ubi Iudex nollet iudicare ſuper deductis: &
condemnare inde, & abſoluere partes pro iuſti-
tia, ut ſupra conclu. 43. in concl. 90.91. & 94.
nam vt ibi dicitur, iudicandi munus neceſſarium
eſt: licet aliqui principes cōcedere campū tutū ſoli
ti ſint, Iudicandi aūt onus recuſent. Sed aut & cam
pū, & Iudiciū, deberent concedere, aut neutrū: uel
excipitur ubi locus certaminis eſſet ſacer, ut ſupra
2 cōcl.45.uel prohibeat, ut in concl.91. † Vnde ſi qs
interpellaretur, ut ſæpe fit, ad ſingulare certamen,
ſine legitima requiſitione & ſine auctoritate ſupe-
rioris, qui Iudex futurus ſit: & ſine teſtibus ſere in
occulto loco (quem aliqui appellant la machia) &
tempore incongruo, cum pugna ſit experimen-
tum ueritatis, quę non poſſet eo pacto eluceſcere,
3 & iudicari, † & ulterius punirentur pugnantes abſ
que ſuperiore, ex quo homicidium qūq; ſequit̄,
uel ſequi poteſt, cum uel, l. uel per principem, & ſu
4 periorē indicatur bellum, † quod etiam per arbi-
trum non poteſt iudicari. l. quibuſcunque, quali.
quis ſe def. debe. in Longobard. nec per partium
conuentiones fieri, & factis quis non cogitur ſta-
re, ut per Paridem etiam in. §. pugna debet lib. xi.
qui ſic quoque de ſtilo, & conſuetudine atteſtatur
obſeruari, & cum hac exceptione uidetur ſentire
Alcia, cap. 17. & cap. 14. & tangitur ſupra concl.
24. unde profecto recte reſpondebitur prouocan-
ti, quod rectius agat: apteq; repellitur, per ea quæ
etiam dicta ſunt ſupra concl. 24. quod paſsim ob-
ſeruatur, inter militares, & nobiles uiros.

SVMMARIVM.

1 *Chartula ſiue libellus prouocātis generalis, uel incer*
ta, aut conditionalis, tanquam inepta negligi pōt.

CONCLVSIO. LVI.

1 OPponitur quoq; contra libellū, ſeu chartulā
prouocantis, exceptio: quia † ſit generalis,
uel incerta, aut conditionalis: cum inepta
cenſeri, & negligi abſque dedecore poſsit: & re-
ſponderi per prouocatum, quòd non recte, nec
more militum actum ſit: cum recte actum fuerit,
ſe reſponſurum eſſe, ut tactum eſt ſupra conclu.
17. & .23. & tradit Alcia. cap. 5. & eo conſ. ſuo car.
ult. per tex. in. l. 1. ff. de eden. & glo. in. l. 1. §. 1. ff. ſi
mens. ſal. mo. dixe. Paul. de Caſt. in. l. ſi quis inten-
tione. ff. de iudicijs: & Soci. iunior. conſil. 123. nu-
me. 29. uol. 2. & ita de conſuetudine obſeruatur:
licet Decius conſil. 487. num. 6. uideatur dicere:
quod poteſt alicui dici, tu mentiris, quotiens dixi
ſti tale quid: & talis dicitur recte mentitus: ſi repe-
riatur tale quid dixiſſe: & per conſequens ſi ſit ue-
rificata conditio: idem tenent Soci. iunior. conſi.
123. uol. 2. num. 31. & .32.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio perſonæ requiritur in quocunque iudi-*
cio, etiam ſummario.
2 *Exceptio tua non intereſt, repellit quem a Duello.*
3 *Principales ex perſona ſua pugnare debent.*

CONCLVSIO. LVII.

A Perſona ſimiliter fit exceptio, ut quandoq;
1 prouocatio declinetur, † nam perſonæ legi
timatio, in quocunque iudicio quantum-
cunq; ſummario requiritur: glo. in. l. 2. C. de edic.
diui Adri. tol. l. momētaneę. C. qui legi. perſo. Iaſ.
2 in rub. C. qui admit. col. 1. & .2. † ideo ille cuius nō
intereſt, reijcitur à Duello, obiicique illud poteſt,
quantum ad te pertinet liberas ædes habeo. l. loci.
ff. ſi ſerui. uendi. ut tradit Alci. c. 8. & ante eum Pa-
ris in. §. quidam, lib. x. & dictum eſt ſupra. 33. con-
3 clu. † Principales enim ex perſona ſua pugnare de
bent ut ſupra concl. 32. quod tamen declarat pro
cedere regulariter: excipiuntur tamen caſus, quan
do quis poteſt pro alio pugnare, ut in d. concl. 23.
cum ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Querelæ primæ ſunt primo decidendæ: ideo excipitur*
contra ſecundo prouocantem alium: eadē exceptio
militat contra prouocatum prouocantem tertium.
& prouocanti & prouocato, vbi extrinſecus pro-
uocentur nume. 2.

CONCLVSIO. LVIII.

OBijcitur pariter exceptio ſimilis, illi, qui
iam alium ad certamen prouocauerat, &
interim antequam dies uenerit, me quoq;
ad pugnam laceſsiuerit: ut ſcilicet dicatur inhabi-
lis donec priori querelæ impoſitus ſit finis, † cum
primæ querelæ ſint primo decidendæ: & ſic legi-
timatio perſonæ exquiritur, ut pluribus alijs argu
mentis concludit Paris lib. 3. c. miles. At Alcia. c.
21. & Iul. Fer. conſil. 11. magis more militari hæc
introducta inquiunt, quam quod legibus probari
poſsint. Eandem exceptionem, eiſdem rationi-
nibus contra iam prouocatum, prouocantem ter-
tium: necnon & prouocanti, & prouocato conue
nire, non ambigerem, ubi aliquis eorū ad Duellū
prouocaretur extrinſecus ab altero, poſt conditio
nem belli iam inter illos prius admiſſam, licet do-
cto. quod uidetur, non tangant.

SVMMARIVM.

1 *Campio poteſt dari in caſibus quibuſdam.*

CONCLVSIO. LIX.

1 EX perſona itidem ſua prouocatus excipere quãdoq́ue poteſt; ut transferatur ab eo certamen, ſubijciaturq́ue qui dicitur Campio; ut ſi ſit ſexagenarius; aut minor; aut mulier: aut infirmus: aut dignior: nobiliorue, & alijs caſibus, ut ſupra conclu. 34. cum ſeq. uſque ad. 40.

SVMMARIVM.

1 *Claudus, vel cocles, vel alio debilitatus membro, excipit pro æqualitate num. 2.*
3 *Debilitati membris, an poßint dare campionem.*

CONCLVSIO LX.

ALio modo ex perſona ſua excipit prouocatus, ad æqualitatem ſeruandam in certamine: ut ſcilicet ſi prouocatus pedeſtris ſit militiæ, prouocator equeſtris: cogatur is pedeſter, & econuerſo pugnare: conueniunt tamen hæc magis in eo caſu quo defendentis eſt electio: quod in electione armorum dicendum erit, ut infra con-
1 clu. 84. in fin. Hic illud quadrabit † quod & conclu. 8. tactum eſt, ſi prouocatus, claudus, uel oculo confoſſus eſt, uel alio mancus, debilitatuſue membro, debebit prouocans & ipſe pede claudicare; ſeu cocles fieri, in eaque parte ſui aduerſarij debilitari: non tamen ut ſibi eruatur oculus (ut quidam dixerunt) cum ſufficiat ſi oculum obduxerit, cooperueritq́ue, adeo ut luminis nihil penitus percipiat, ſicque & in reliquis membris ſe gerat, extra tamen omnem offenſam, ut tradit Paris, in. §. qui alteri lib. 1. & Io. de anna. in cap. fi. de cleri. pugnan. in duel. & ante eos Bal. in c. 1. de pace ten. col. pen. & Iac. Hiſpa. lib. 4. cap. 1. in prin. ubi
2 inquit ſe putare † quod hodie non ſeruentur hæc in Italia, de quo dubito: immo aliter credo, nam & ſecundum prædicta conſuluit Iul. Fer. conſil. 5. num. 2. & Alcia. tenet in ca. 29. illud addens, & recte (ut opinor) ſi prouocator captus oculo ſit, aliterque mancus, & non integer, ſibi imputet, qui ualidum impetiuerit. Non omitto tamen hoc loco commemorare, male ſenſiſſe Hiſpa. d. cap. 1.
3 in prin. & Fer. conſil. 5. † dum præſupponunt in talibus debilitatis poſſe dari ſubſtitutum: quia communis * eſt opinio, quod tantum in caſibus a iure expreſsis poteſt dari campio, ut ſupra conclu. 32. nec hic caſus in iure exprimitur: & non uidetur obſtare quod quilibet impeditus impedimento perſonali poſsit dare campionem, ut ſupra con cl. 37. quia illud uidet̃ procedere in impedimento totius perſonæ, uerbi gratia, in infirmitate, ut ibi: non minimæ partis, ut hic:

SVMMARIVM.

1 *Prouocatus prohibitus a superiore ne reſpondeat prouocanti, excuſatur; num. 3. niſi prohibitio ſit procurata; nu. 2.*
4 *Officialis, durante officio, non trahitur ad iudicium.*

CONCLVSIO. LXI.

OB Impedimentum ſuperueniens dari excuſationem, ubi perduellis in arenam non deſcẽderit die præfixo, diximus ſupra cõn concl. 46. præſertim in impedito per ſuperiorem: eadem hic repeti poſſunt, ex quo illa, admiſſo iam Duello procedunt: ut etiam locum habeat exce-
1 ptio dilatoria, † quãdo prouocatus ſubditus, imperio ſui ſuperioris obtemperans, prohibetur ne reſpondeat prouocanti; quia in ſecunda Epiſtola Petri, ſcriptum eſt: ſubiecti eſtote omni creaturæ propter Deum, ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſsis: Deum timete, Regem honorificate, ſeruiq́ue ſubditi eſtote in omni timore dominis non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis, facit tex. in. c. ſolitæ, de maio. & obed. ſecundum Paridem in. §. an ſi prouocatus,
2 lib. 6. quod tamen declarat, † niſi talis exceptio ſit procurata, uel ficta arg. tex. in. l. omne delictum. §. exploratores, uerſ. ſed calligatus. ff. de
3 re milit. † Hæcq́ue itidem militant in eis, qui ab imperatore, uel duce exercitus, dum ſub eorum ſignis ſunt, uetantur interpellati reſpondere, non enim eorum iniuſſu prodeunt in certamen, ut per plura tenet Paris, in. §. an armigeri lib. 6. Alcia. cap. 25. & Iac. Hiſpa. lib. 4. cap. 9. & Iul. Fer. conſil. 16. nume. 1. alias uniuerſaliter teneri crimine læſæ maieſtatis; ut per eos, arg. l. 1. in fi. ff. ad l. Iul. maieſ. & per Franc. Luca. de fiſco. & eius praui in 2. parte in tit. de cri. læſ. maieſta. nume. 9. Vbi tamen deſierint eſſe ſub ſtipendijs, ſeu exauctorati ſint huiuſmodi milites, ceſſabit exceptio, ut docent allegati doct. Hæc eadem exceptio competit quoque ductoribus exercituum, eiſdem iuribus & rationibus ſecundum Paridem libr. 7. §. an officialis: & Alcia. cap. 27. faciunt dicta Iulij Fer. conſil. 18. nume. 1. Et quod dicitur in ducibus exercituum, hoc idem intelligit Paris procedere in Rectore alicuius ciuitatis obſeſſæ, uel aliquam oppreſsionem patientis, quia non debet remanere ſine rectore, propter periculum totius reip. argumento. tit. C. vt omnes iudi. tam ciui. quàm cri-
4 mi. † vbi officialis durante officio, non trahitur ad iudicium, ne ab officio diuertatur: ſicque finito officio pugnabit: ſed ubi Imperator exercitus eſſet perpetuus, dabit campionem, ut per Paridem in d. §. an officialis. ex eo forſan, quia pugnã ſua videtur perpetuo impedita, cum alias campio non detur niſi in caſibus a iure tantum expreſsis: vt ſæpe dictum eſt: attamen impedimentum perſonale ſemper videtur admitti, vt ſupra concl. 37.

SVMMARIVM

1 *Prouocatus pluribus modis peremptorie excipit.*
2 *Prouocatus recte excipit, vbi controuerſia poteſt vere probari.*
3 *Prouocatus non poteſt dicere actori, probes per teſtes.*

CON-

CONCLVSIO. LXII.

1 PEremptorie † quoque excipit prouocatus plu
ribus modis: vel a tempore, vel a re, & cau-
ſa, quæ certamen non admittit, vel ex perſo-
na, tam ſua, quam prouocantis, qui aliquando
etiam propter imparitatem, ratione delicti, aut in-
famiæ, dicitur inhabilis; quandoque ratione impe
dimenti ſuperioris, ſeu Iudicis; quandoque ratio-
ne reuerentiæ, & ſubiectionis; quandoque etiam
ratione imparitatis, propter nobilitatem. Item
propter dignitatem. A tempore excipit, ſi reus
extra diem integram, a ſummo mane, vſque ad oc
caſum interpellatur, vt ſupra concl. 45. & 47. & in
concl. 66. A re & cauſa exceptio fit, ſi dictũ fuerit
2 per reum, quòd id de quo quæritur, † poteſt per
veram probationem probari (bellum enim tunc
tollitur) vt puta per teſtes, vel inſtrumenta, & per
ſcripturam, vt per Bal. in l. cum filius. §. ſi. ff. de leg.
2. qui commemorat hoc, & quatuor alia requiſita
audiuiſſe ab Imperatore, & Cardinali Bononienſi,
quem refert Paris in. §. quot in duello, lib. 1. idem
ſentiens in §. actor, eo. libr. & §. ſi quis & §. miles
quidam, lib. 6. idem etiam uidetur ſentire Io. Lign.
in §. circa ſecundum nume. 2. §. ſuo tracta. & Bal.
de pace ten. in prin. num. 21, & Alcia. d. conſi. car.
2. Decius conſilio. 487. nu. 8. & conſi. 686. nu. 19.
cum pluribus relatis: Iac. Hiſpa. cap. 5. libr. 2. Iaſ.
3 d. conſil. 144. col. 3. vol. 2. † Non tamen poterit
prouocatus dicere actori, probes per teſtes, vt per
Paridem in d. §. actor, nume. 2. probare enim hoc
prouocatus debet, vt per Hiſpa. d. cap. 5.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatus excipit, vt in re certa & clara, non pugnet.*

CONCLVSIO. LXIII.

1 HInc eſt, quòd multomagis † ius excipiendi
competit in re certa & clara, in qua ceſſat
Duellum, per prędicta: & expreſſe firmat
Paris in d. §. miles quidam, & Alcia. d. car. 2. per di
ctum Bald. vt ſupra, & conſil. 345. vol. 4. eſt enim
Duellum experimentum veritatis, & vbi conſtat
de ueritate, non contingit pugnare: ut per De-
cium præſertim d. conſil. 686. num. 18. cum ſeq. &
conueniunt dicta ſupra concl. 22.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatus excipit contra actorem non habentem indicia.*

CONCLVSIO. LXIIII.

1 HAbent proinde, † exceptionem prouocati,
contra actorem non habentem indicia, ue-
riſimilitudines, & coniecturas, vnde inſur-
gat diffamatio, reſque fiat dubia, alioquin quili-
bet deſperatus poſſet alium ad pugnam prouoca-
re, & Deum tentare, vt ſupra concl. 6. tetigi, & de
hac concluſione ſcriptum eſt ſupra concl. 22.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatus excipit contra prouocantem, qui prius elegit viam Iudicij.*
2 *Via, quam quis elegerit, ſibi pateat.*
3 *Mutatio non licita in electione remediorum.*
4 *Prouocans ſuccumbens, an poſſit de eodem crimine accuſare in iudicio.*

CONCLVSIO. LXV.

1 VBI forte fortuna eueniat, † aliquem elegiſ-
ſe viam ſtrepitus iudicialis, contra eum ex-
cipitur, & certamen tollitur, ſi deinde ad
illud proſilire tentauerit, vt tradit Bald. in d. l. cum
filius §. fin. de leg. 2. ſequitur Paris in d. §. quot in
Duello lib. 1. qui inquit concordare in hoc conſt.
Regni Siciliæ. Quæ probari poſſe videntur ex ea
2 reg. quæ habet, † quòd via quam quis elegerit, illa
ſibi patere debet. l. ſi mulier. §. ſi. ff. qđ me. ca. De-
cius conſi. 460. col. 1. idem conſuluit Iul. Fer. con-
ſil. 22. in fi. & Alcia. d. conſil. ſuo car. pen. etiam in
3 contrario caſu, ſcilicet quòd † in electione reme-
diorum non ſit licita mutatio, aut variatio, vt ab
omnibus, traditur. & ideo affirmat, eum qui armo
rum probationem elegerit, iam id non poſſe mu-
tare, infertque multo minus licitam eſſe diuiſio-
nem, ſi quis pro parte velit probare iudicialiter,
pro parte uero ui armorum. His tamen contraria
uidentur ea quæ ſcripſit Io. Lign. in §. circa ſe-
4 ptimum num. 12. dum inquit † quòd prouocans
ad Duellum, ubi ſuccubuerit, condemnatus ue
fuerit, poteſt de eodem crimine accuſare in iudi-
cio contentioſo, licèt non ſit ſæpius de eiuſdẽ iu-
dicio querendum; ea ratione, quia Duellũ ſit pro-
hibitum iure ciuili, & canonico, niſi tamen con-
ſuetudo regionis aliud induceret; ſicuti iam iure
Longobardo obſeruatum tradit; unde a fortiori
uidebatur dicendum, aliquem, qui primo prouo-
cauerat ad bellum, poſſe deſiſtere, & conuolare
☞ ad bellum iudiciale. Sed pro ſolutione, & de-
claratione dicendum arbitror: ſi quæſtio hæc de-
terminanda ſit ſecundum regulas, & abſolutam
obſeruantiam Duelli, clare militabunt dicta Al-
cia: & alia adducta, ſcilicet quod mutatio & uaria-
tio non habeat locum: At ſi ſubuertatur, amplc-
ctique iura prohibentia Duellum quis uoluerit
(ut cẽſeo) ad arbitrium cuiuſque dabitur uariatio,
ſaltem ut electa uia certaminis, poſsit ea dereli-
cta, uel amiſſa, deueniri ad uiam ſtrepitus iudicia-
lis: non tamen econuerſo (ut opinor) electa uia
judiciali, poſsit deueniri ad cauſam certaminis,
quia non militant iura, ſeu conſuetudines: ut ſupra
hic in prin.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatus, ꝯtra dič ſtatutū non tenetur pugnare.*
2 *Dilatio noua non datur in Duello a tut' offeſa.*

CON-

CONCLVSIO. LXVI.

1 QVandocunque cōtigerit prouocantē † die ſtatuta belli, non potuiſſe ſuperare reum conuentum, petieritque pugnam prorogari, & determinari in ſequentem diem: excluditur vtique, ampliuſque non auditur, in ea cauſa;
2 † quia in Duello, ad omnem (vt aiunt) offenſam, non datur noua dilatio, niſi aliter ſit conuentum: veluti ſi actum ſit inter perduelles, vt tam diu pugnetur, quo ad alter eorū ſit victus, aut mortuus: in hocque conueniunt dicta in concl. 45. & 49. declaranda tamen hæc ſunt, niſi quis iuſto impedimento detineretur, vt ſcriptum eſt in ſuperioribus, præſertim concl. 46. & 61.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatus nō tenetur pugnare in cauſa non graui.*
2 *Duellum non conceditur contendentibus ſuper inſignijs gentilitijs; vel ſi quis dicitur cæcus, vel claudus.*

CONCLVSIO. LXVII.

1 CAuſa de qua agitur † ſi grauis non fuerit, ut in ea non uerſetur maxima infamia, & ſcandalum, & quid tale, ex quo lædatur honor alterius in curia Principis, uel aliter inter milites, & nobiles, fit exceptio: ut prouocantis intentio perimatur: ut probatur ex adductis ſupra conclu. 51. & ideo non ſolū denegatē per iudicem pugna mortis ex aliqua leui cauſa, ſed ēt tales actu aliquo illuduntur, vt alias contigit inter certaturos de ſignis gentilitijs, deferentes tauri caput; quod compoſita ſit diſcordia, vt capitis tauri imaginem in familia alter haberet, alter vero vaccæ: columbi quoque alter, & alter columbæ, vt apud Alci. legitur cap. 7. & Iul. Fer. conſil. 6. nu. 12. & ideo quicquid prolixe ſcripſerit Paris, in. §. an aliquis lib. 6.
2 † uidetur pugna eſſe prohibēda ex cauſa deferentium ſigna gentilia, & imagines conformes. ☞ Sic etiam dictum eſt in eo qui cum iniuria appellatur cæcus, aut claudus: quia leuis videtur, & non infamat, ut ſupra concl. 20.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatus vbi ſit controuerſia bonorum; & caſus non ſit perſonalis, repellit Duellum; fallit vbi eſſe contentio regni ad euitanda maiora mala. & num. 2. in Duello pro iuſtitiæ defenſione num. 4.*
3 *Longobardum ius, aſininum dicitur, carens ratione & lege. ideo receſsit ab aula.*

CONCLVSIO. LXVIII.

1 BOnorum † controuerſia vbi inciderit, & caſus non ſit perſonalis, cōſtat quoque Duellum non eſſe recipiendum, vt legitur apud Bal. in d. l. cum filius. §. fi. de leg. 2. & Paridem in d. §. quot in Duello lib. 1. & Iac. Hiſpa. lib. 3. cap. 7. & Iaſ. conſil. 144. col. 3. uol. 2. concedebatur tamen quandoque iure longobardorum, in quibuſdam talibus caſibus, de quibus ſcripſimus ſupra concl. 51. Vnum caſum etiam ponit Paris, in. §. pone lib. 7. in Imperatore, & alio rege contendentibus de aliquo regno, vt puta Bohemiæ; vbi concludere videtur pluribus rationibus: & præſertim, ne regnum diſsipetur, vt inter eos admittatur pugna: cuius contrarium tamen videtur ſcripiſſe in. §. mortuo, & §. duo reges eo. li. 7. in duobus Imperatoribus contendentibus de imperio, & duobus regibus contendētibus de regno, cuius iudicium Pontifici maximo dicit committendum, tam & ſi, in d. §. duo reges, in. fi. commemoret, Reges hoc non affirmare: qui ius ponunt in armis, proponētes enſem pro libello. Idem quod Paris ſenſit Alcia. cap. 3. Concluſio iſta redditur ſatis dubia. Illhinc enim uidetur attendenda illa opinio Imperatoris relata per Bal. & alios: Hinc videtur confundi per exempla Longobardorum, & dicta per Paridem: adeo vt aliquantum difficile ſit affirmare quid ſit tenendum. Nihilominus ego puto regulariter tenendam iſtam concluſionem; quod pugna ſingularis nō ſit admittenda, vbi contenditur de bonis, ut ſupra. Quod probatur ex illius lege Imperatoris ſuperinde promulgata, ut ſupra dictum eſt per Bal. quod enim Principi placuit, legis habet vigorem l. 1. ff. de conſt. princ. militatque ratio illa: quia Duellū de quo tractamus, conceditur propter tuēdam famam, & honorem alicuius, ad expurgationem innocentiæ diluendaque obiecta crimina, ut ſæpe dictum eſt: non autem conceditur pro rebus conſeruandis, aut uendicandis: nec enim in his cadit aliqua famæ diminutio, cum tantum in rebus utilitas, & commodum recte inſpiciatur. Nec aduerſantur leges Longobardorum, quia antiquatæ ſunt; ius enim iſtud aſininum dicitur, & non eſt lex, neq; ratio, ut per And. Iſern. in cap. 1. §. fi. de no. feudo. & Bal. in auth. dos data. C. de donat. an. nupti. ſicque receſsit ab aula, ut refert eos Maranta, in Speculo aureo. in. 3. parte principali num. 97. & 99. propterea non obſeruantur, niſi ubi moribus aliquorum ſint receptæ: ut iam dictum eſt. Non etiam ☞ obſtant q̄ ſibi cōtrarius uidetur Paris ſcripſiſſe: quia concordare uidentur, cum in d. §. pone, concedat Duellum fieri poſſe inter Imperatorem, & alium regem, ſiue id etiam concederet inter duos
2 reges, † ne Regnum diſsipetur, & ſic ad euitanda maiora mala, & ſcandala: ueluti occiſionem multorum hominum, depopulationes, & incendia quādoque urbium, & ſimilia horribilia. Vnde ſuccedit, quod eo caſu, tanquam ex cauſa non leui, licet recedere a communibus regulis, præſertim ubi timetur futuri mali periculum l. ſi. 10. ff. de in integ. reſt. l. ſi hominem, ubi Bar. ff. manda. & per Alcia. in tracta. de uer. ſignif. num. 51. & nu. 116. nam & alias dicitur in cap. 1. & 2. 13. diſt. quod minus malum eſt eligendum: quæ exemplo non

uulgari

uulgari probantur ex conceſſo Duello per Martinum Pontif. max. Carolo Regi: & Regi Petro Aragonio: contendentibus, de regno Sciliæ: & pugnaturis cum centum militibus Burdegallæ, in Aquitanis, coram Rege Angliæ, domino & iudice eo in loco: vt legitur apud Paridem in.§. ſtatuta fuit lib. 3. etiam ex fide Ioãnis Villani, in cronicis
4 ſuis: & meminit Alcia. d. cap. 3. & cap. 41. † Item
hæc concluſio fallit quando Duellum ſuſcipitur pro defenſione iuſtitiæ, cum etiam tunc circa res concedatur, ut ſupra concl. 33. num. 3.

S V M M A R I V M.

1 *Prouocatus excipit propter pacem, præſertim iuramento firmatam, niſi orta noua diſcordia. 2.*
2 *Pacem primo frangens, repercuſſus, non poteſt prouocare ad Duellum.*

CONCLVSIO. LXIX.

CLarum eſt etiam, ſi facta ſit pax inter ali-
1 quos, dari exceptionem prouocato, † præ-
ſertim interueniente iuramẽto: ſicque obij-
cere poteſt, quod diſcordię cauſa eſt ſopita, atque
2 ut conuenta obſeruẽtur, vt ſupra concl. 12. † De-
clara tamen, & limita hoc procedere, niſi oriatur
noua diſcordia, promiſsio enim talis intelligitur
rebus, ſic ſtantibus, ut per plura concludit Paris
in §. an ſi eſt pax. lib. 6. præcipue per tex. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. At ſi pax frangatur:
Fractoreſque pacis, ſe inuicem offendant, uel per-
3 cutiant, † indeque primo frangens & percutiens,
repercuſſus, uelit ad Duellum proſilire, repellitur
quia conuenta non ſunt obſeruanda, niſi in quantum alius obſeruauerit, vt conſuluit Iulius Fer. conſil. 21. per tex. in d. §. inter locatorẽ, & doctri. Bar. in l. cum pater. §. libertis, de leg. 2. ubi inquit, ſi vnus primo, & alius ſecundo pacem ruperunt, tunc Secundus poteſt accuſare primum de pace rupta, non primus ſecundum, per illum tex. Si autem non appareat quis primo ruperit, inuicemque ſe offenderint, alter alterum non poterit accuſare, cuius dicta ſequitur Pau. de Caſt. in l. ſeruum qui. ff. de uerb. oblig.

S V M M A R I V M.

1 *Prouocatus ex pacto obligatus, non adimplens prouocanti, qui ex pacto ſibi prouidit, nõ prouocatur.*
2 *Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis.*

CONCLVSIO. LXX.

1 IN cauſa itidem † in qua quis quid daturum, fa-
cturum ve conuenerit: quod ſi non adimple-
uerit, actum eſt, vt liceret promiſſorem depin-
gere, ſi non adimplẽs prouocetur quia in fide de-
fecerit, excipiet quod non eſt locus pugnæ, ex quo
ſtipulans ſibi prouidit per pactum: de quo con-
2 ſtat: unde probationum non eſt defectus: † Pro-
uiſio enim hominis, tollit prouiſionem legis, teſte
Paride in d. §. miles quidam lib. 6. l. fi. C. de pac. con. cum ſim. & conueniunt dicta ſup. 62. & 63. conclu.

S V M M A R I V M.

1 *Prouocatus excipit contra prouocantem, mutantem querelam num. 3. ideo repellatur, & econuerſo. 2.*

CONCLVSIO. LXXI.

SI ſuper certa querela & cauſa, fuerit quis la-
ceſsitus, in qua hinc inde tranſmiſſæ ſint lite-
ræ, & mutetur querela, aliudque crimen obij-
1 ciatur prouocato, opponere is poteſt † quod pri-
mæ querelæ primo ſit ſatisfaciendum per prouo-
cantem, vt abunde ſcriptum eſt ſupra concl. 28.
2 † idemq; vr̃ dicendũ econtrario, vbi prouocatus
mutare, & renũciare primæ querelę vellet, eiſdem
rationibus vt ibi; licet Paris, in d. §. miles pro-
uocauit lib. 6. videatur ſenſiſſe contrarium, & ma
le: quia taliter renuncians uidetur ſe in prima que-
rela criminoſum confiteri, & obiecti criminis
reum: ideoque repellendum, tanquam diſdictum
(vt dicitur) confeſſum, vt ibi dictum eſt. Sed di-
ctum Paridis procederet non opponente aliquo
mutationi querele: nam ſibi imputare debet, qui
conſenſit mutationi: & non excepit prout pote-
3 rat: † Hæc quoque exceptio procedit etiam exi-
ſtentibus perduellibus in ſtadio, & altero eorum
renunciante primæ querele: quia ex tali renuntia-
tione, quis arguitur confeſſus, & conuictus, & fal-
ſarius, ut per Paridem in. §. euenit, &. §. duobus.

S V M M A R I V M.

1 *Prouocatus minor. 14. annis, doctor, Philoſophus, Grammaticus, Profeſſor literarum; & non verſatus in armis, a Duello liberatur, ſine dedecore.*
2 *Doctores, profeſſores literarum, clerici, & ſimiles probãt de innocẽtia ſua, & de iniuſtitia aduerſarij.*
3 *Clerici ſponte offerentes, & oblatum Duellum ſuſcipientes, deponuntur.*

CONCLVSIO. LXXII.

1 EX perſona † autem ſua obijcit prouocanti prouocatus, ſi minor quatuordecim annis, ut ſupra concl. 36. ſi doctor iuris fuerit, Philoſophus, Grammaticus, & bonarum literarum profeſſor: uel aliter in armis non uerſatus, pugnamque refellit abſque vllo dedecore, propter imbecillitatem ſuam; & quia arma ipſius, uel leges ſunt, uel alia quæuis ſcientia, & libri præ manibus ſuis uerſandi, non gladij, uel id genus telorum. Immo indecens uidetur militi prouocare talem ad certamen, quem ſi uinceret, uti inermem, & imbecillem, uituperio digna eſſet uictoria, non honore, ut auctor eſt Paris, in. §. armipotens lib. 6. ſequitur Iac. Hiſpa. lib. 1. cap. 4. in fi. Alcia. ca. 24.

Iul.Fer.conſil.15.&.17.ubi affirmat hos nõ poſſe prouocari, nec prouocare ad certamen, etiam per campionem, quia tanquam religioſi cenſentur, & ſunt uenerandi per tex. in cap.1.&.2. de
2 cleri.pug.in Duel. † Poſſunt tamen tales per probationes docere de innocentia ſua,& de iniuſtitia aduerſarij,etiam eum citando ſuper obiecta diffamatione, ad hoc ut proponat & agat: alioquin quod ſibi perpetuum ſilentium imponatur iuxta. l.diffamari.C.de inge. manu. Prædictaque omnia multo magis militant in clericis,& uere religioſis, quorum arma ſunt orationes, & lachrimæ, ut pet
3 memoratos docto. ſcribitur: Nam † & pœna depoſitionis plectunt ſponte offerentes, & oblatum Duellum ſuſcipientes clerici cap.1. de cleri. pug. in duel.& per Bernar. Diaz.Hiſpa.in practica criminali cap.93. Adeo ut hoc amplietur procedere, etiam in eo, qui efficitur clericus ante diem conſtitutam ad Duellum, quod conuenerat inire: abſoluitur enim a tali obligatione, per eadem iura canonica, ſecundum Paridem in.§. contingit dubitari lib.10.etiã abſque eo quod campionem conſtituat;quod tamẽ ibi limitat niſi talis in fraudem,clericatum aſſummeret, quo caſu requiritur ut ueniat, uel(ut dicitur)ſe diſdicat, ſeu reuocet: & ſi recuſauerit uenire, Iudex prælij pronuntiabit in fauorem comparentis cum condemnatione expenſarum.& facit ad hæc, quod dictum eſt ſupra concl.61. impedimentum procuratum, & fictum, alicui non prodeſſe.

SVMMARIVM.

1 *Patrini, & magiſtri, licite recuſant Duellum.*

CONCLVSIO. LXXIII.

1 EX perſona † ſimiliter propria licite recuſant certamen magiſtri, ſeu qui appellantur patrini perduellium; ſi cum uerbis altercarentur,ob illorum defenſionem,alter alterum prouocaſſet,immo nec dulcetibus a bono Principe ſecuritatem campi concedendam ſcribit Alcia.ca.40. Hocque placuiſſe prudẽtibus uiris commemorat, ne ex lite lites fiant,ne ue ex bellis bella: & ne tale munus,ob hoc frigidius exerceatur, ſitque exercenti,& taliter patrocinanti damnoſum, contra diſpoſitionẽ.l.ſed ſi quis ex ſignatoribus.ff. quem teſta.aperia.& l.ſi quando.C. de teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatus excuſatur propter prouocantem criminoſum, vel infamem,de iure,vel de facto nu.4. & num.6.limita in crimine leſe maieſ.*
2 *Delictum omnem honorem excludit.*
6 *Infamis non poteſt vlterius infamari,nec vilitati: quibus non competit actio iniuriarum.*
7 *Prouocatus qui eodem crimine laborat, nõ excipit.*
8 *Victus ſemel in Duello,vti infamis, & piurus,& ex limitator repellit̃,niſi Duellũ fiat cauſa gloria.n.9.*
10 *Naturales, item filij ſpurij, & ex damnato coitu, poſſunt recuſari in Duello,limita nume.13.&.14. in legitimatis,quod videtur dubium.*
11 *Baſtardi, ſpurij,& nati ex damnato coitu, ſunt infames,infamia facti.*
12 *Baſtardi,ſpurij,& damnato coitu nati:non dicuntur agnati,nec de caſata patris, nec ex his nepotes; nec poſſunt portare inſignia legitimorum,niſi cum nota lineæ tranſuerſæ.*

CONCLVSIO. LXXIIII.

1 PRopter prouocantis † perſonam ſibi imparem ratione delicti,uel infamiæ, poteſt prouocatus, famæ integræ, oblatum prælium euitare. Infamia enim iuris, uel facti notati; aut aliquo ſcelere, uel uitæ turpitudine coinquinati, repelluntur a pugna; quæ ab infamibus non
2 exercetur, ſed ab honorabilibus perſonis. † Nam delictum omnem honorem excludit. l.1.C.ubi ſena.uel.claris. nec enim talibus, portæ dignitatis patebunt.l.2.C. de dignir. lib.12. cum ſim.ut atteſtatur Paris in.§. quia dictum eſt, lib.7. ubi in
3 ſpecie multos enumerat caſus† ſcilicet læſę maieſtatis,lenocinij; quæſtum, aut cauponam publice exercentis: condemnati de periurio: Præuaricatoris: damnati pro crimine capitali: Aſſumentis nomen armatæ militiæ in fraudem munerum, uel cauſa litis euitandę; Patientis controuerſiam ſtatus ſui: Publice excommunicati: Hæreſis notati; Fidem, licet non iuratam fallentis: & ſimilia, & alia crimina etiam militaria quoque ponit,ut ſi quis fuerit transfuga; Seditioſus: Proditor; Ignominia miſſus; Deſertor: Periurus: & dominum in prelio derelinquens; de quibus etiam meminit Alcia.cap.18.& tangit Iac. Hiſpa. lib.1. cap.4.& Iul.Fer.conſil.15.&.16. Sed ſtante reg. & concl. ſupra firmata, nõ eſt neceſſe ambulare per exempla:nec uidetur etiam neceſſaria aliqua ſententia in præmiſſis criminibus, ut etiam tangit Alcia. ibi,& cap.20. cum ad hoc ut quis refellatur, ſufficiat,quod eius opinio apud graues uiros ſit one-
4 rata. Ampliatur iſta exceptio † ut procedat, etiam ſi ſuperuenerit poſt prouocationem, ſi quis aliqua infamię nota aſperſus fuerit, teſte Alcia. in cap.22.& ante eam Pari.§. duo milites lib.7. ea ratione,quia promiſsio intelligitur, rebus ſic ſtantibus,& noua cauſa non ſuperueniente.ut ibi per Alcia.per l. cum quis,in prin.ff. de ſolutio: & per Paridem in.§.an ſi eſt pax.lib.6. inter alia per tex. in l.quero.§. inter locatorem. ff. loca. Iſta conclusio limitatur ſecundum Paridem in d.§. quia
5 num.10 † ut non habeat locum in crimine læſæ maieſtatis;quia tunc admittantur infames:& alias inhabiles,arg.l.famoſi.ff.ad.l. Iul.maieſ.ubi in eo crimine admittuntur alias incapaces ad accuſationem. Sic & Fuluia impudica mulier, contra Catilinam coniurantem in remp.admiſſa eſt. Sed aliter & cõtrarium ſentit Alcia.quia lege Longobarda, ſi de hoc crimine cõtendatur, qui impar eſt,

eſt. p campionē pugnare debeat, ut in eis.ll.de ma
leſic.l.fi.At ego arbitror male ſentiſſe Alcia.nā in
cōfeſſo eſt, q multa ſpecialiter concedunt̄ in fa
uorem principis, & reip.præſertim in caſu crimi-
nis lęſæ maieſtatis, propter grauitatem delicti,quę
alias non permittuntur, d.l.famoſi. & l.fi.& in eo.
tit.ff.& C. ad l. Iul.Maieſ.nam & alioquin ubi te-
ſtes priuilegiati nō poſſint in criminibus torque-
ri, tamen in crimine læſæ maieſtatis torturę ſubij-
ciuntur.l.nullus C.ad l. Iul. maieſ.Laur. Calca.con
ſil.2.col.22.& ibi col.13.ponit participes quoque
criminis in teſtes admittendos.c.in fidei,de hæret.
in 6.& auctore Bal.in l.quoniam liberi. C.de teſti
bus, propterea uidetur & in caſu noſtro maxime
conuenire, quòd ſicut admittuntur accuſatores,
& teſtes minus idonei: ita admittantur prouoca-
tores non integri, qui non poſsint per prouoca-
tum, licet maiorem, & digniorem refelli, qui per
campionem pugnare poſſe obijciat: nec repugnat
diſpoſitio d.l.fin.in longobar.de maleſ.quia non
eſt uerum, quòd illa l.loquitur in caſu criminis læ-
ſæ maieſt.ut etiam ſentit glo.ibi in uer.animæ ſuę,
quæ exponit dicta uerba in l.illa poſita, ut referan-
tur ad periculum animæ illius, qui accuſabat apud
regem aliquem ſibi inſidiatum, non autem regi,
ſicque crimen non erat læſæ maieſtatis, iccirco
campio ibi concedebatur: quod eo uerius eſſe ar-
guit glo.quia diſpoſitum ſit in.l.1.eo.tit.dę maleſ.
quid fiendum ſit de eo qui contra animam, Regis
cogitauerit. Arguit etiam a uerbis d.l.fi.ibi,quali-
ter reg.placuerit, componat: quæ uidentur poſita
in alio caſu criminis quam læſæ maieſtatis. Limita
ri quoque poſſe uidetur hæc conclusio in crimine
6 hæreſis † quod maius eſt,in cuius accuſatione in-
famis admittatur, ut docet Specu. de accuſatore;
col.7.uerſ. Item quod eſt infamis, & col.9.uerſ.
Item quod eſt libertus,& col.pen.uerſ.in ſumma.
ubi etiam dicit idem in crimine Simonię;& Sacri-
legij, & fraudatæ annonę & cenſus; & in prim.in
proſequēte ſuā uel ſuorum iniuriam. Fit.n.exten-
ſio etiā in pœnalibus & odioſis, prout eſt Duel-
lum,ut ſupra conclu.9. quando tractatur de fauo-
re publi. ut per Hip. marſil. in l.fi. num. 178.ff.de
iuriſd.om.n.iudi.& ini.§. aggredior nū.59. in Pra-
ctica.crimin ali. ubi infinita adducit. fauor autē pu
blicus ille erit in dictis caſibus,ut talia grauia deli-
cta innoteſcant,& puniātur. Cogita tn̄ quia in-
famis,& uilis perſona, in caſu quo proſequeretur
ſuā uel ſuorū iniuriā,uidetur non admittedus (ut
exiſtimo) quia ſi fiat iniuria infami & uili perſo-
næ: non dicitur nec poteſt ulterius infamari,ut eſt
tex.no.in.l.fi.cū gl.C.de inf.cer. tem. & tradit Iac.
de belloni. in tract. practicæ Iudiciariæ, in tit.de
iniurijs in prin. nume. 72. per illum tex. & alia
plura: unde non competit ſibi actio iniuriarum,
ſeu accuſatio,ut per eum late: licet in delictis alias
quaſi contrahatur ut infra concl.76. nec extenſio
uidetur poſſe procedere hoc caſu, cum ceſſet fa-
7 uor publicus, ut in d. conclu.9. † Tertio limi-
tari poteſt hæc concluſio, ut non uendicet ſibi lo-
cum, quando prouocatus loboraret eodem cri-
mine: uel infamiæ labe aliqua pariter notatus eſ-
ſet, quia nil Iudeus iudeo; nilque Catelina Cethe-
go.l.in arenam ubi Bar.C. de inof.teſta. Nihilo-
minus exiſtimarem talibus hinc inde notatis, non
eſſe licitā,nec eſſe Duellandi facultatē conceden-
dam; quia huiuſcemodi pugna ab infamibus & cri
minoſis nō eſt exercēda,ut ſupra cōcl.15. dictum
eſt,& inf. concl.81. in. fi. & uidetur militare hoc
caſu prohibitio extēſionis ut ſupra. Ex hac. 74.
8 conclu.conſequēter determinatur, quod † ſemel
uictus in Duello,tanquam infamis,uti periurus, &
calūniator reijcitur a bello l.athletas.§.calumnia
tor.ff.de infamibus cum ſim.ſicq; ſentire * omnes
teſtis eſt Alcia.cap.20.& conſuluit Iul.Fer.conſil.
16.& ante eos tenuit Paris, in.§.an ſi aliquis pu-
gnauit,&.§.unus lib.6.&.§.aliud erit lib.10. dictis
rationibus.Sed hęc limitat Paris,in deuicto proſe-
quente ſuam uel ſuarum iniuriam, cuius contra-
riū tenere omnes affirmat Alcia.ibi.Quod uerius
arbitror,propter periurij, & calūniæ labē: tamen
contradicunt dicta Specu.col.7.9.& pen. de ac-
cuſatore.quibus ſupra reſponſum eſt. Verum Pa-
9 ris aliter ſentit † in armillatis deuictis, pugnātibus
gloriæ & uirium oſtentationis cauſa, qui nō poſ-
ſunt recuſari. Quia licet remaneāt,inglorij,non tn̄
efficiuntur infames: nō enim periuri aut calum-
niatores redduntur,ſequitur Alcia.d.cap.20. De-
10 terminatur etiam † quod filij naturales, uel for-
tius ſpurij,uel ex dānato coitu nati,poſsint in ſin-
gulari certamine recuſari, ut decidit Paris,per plū
ra in d.§. quia dictum num. 11. Sed Alcia. in hac
re dicit deferendum conſuetudini, ut ſcilicet ad-
mittendi ſint ad pugnam,qui licet aliena laborent
macula,de factoque notentur: nihilominus in mi-
litiam nomen dare eis permiſſum ſit. Porro in hac
exceptione a conſuetudine non eſt recedendum,
ut dixit Alcia.& conſtat ex dictis ſupra concl.13.
Verum ubi conſuetudo non uigeat, non dubito
exceptionem propoſitam militare: quæ ex eo de-
pēdere uidetur, an qui appellantur Baſtardi (qui
idem quod naturales tantū ſunt ſecūdum glo.in
rub.ff.de concub. & decium conſil.433.nu.10.&
Ludoui.Sardum in trac.de natura. libe.in.2.parte
in prin.& deinceps,& fortius ſpurij, & alij ex dam
nato coitu nati, de quibus in autentica ex com-
11 plexu.C.de inceſ.nupt.) ſint infames. Quod † affir
mandum eſſe cenſeo, ut infamia facti aſperſi di-
cantur per tex. in.c. ſi gens.56. diſt. exponentem
Anglos, ſpretis legalibus connubijs, adulterantes
& luxuriātes, ignobiles & degeneres eſſe, nec bel-
lo ſeculari fortes, nec in fide ſtabiles, nec hono-
rabiles hominibus, nec Deo amabiles eſſe, ut ſentit
Paris,& Alcia. ubi ſupra & Azo. in ſumma.C.qui-
bus ex ca.infa.irroga.col.1.& abſolute conſuluit
Alex.conſ.180.nu.2.uol.2.& Decius conſil.602.
col.fi.uol.4.ultra Bal.in.l.in bonæ fidei. col.2.C.
de reb.credi.per Feli.in.c. nonnulli, uerſ. prædi-
ctis col.2.de reſcrip. & ideo paſsim receptum eſt,
12 † quod agnati, de domo, familia, & (ut aiunt)

căſata

caſata patris, non dicuntur eſſe tales filij, & ex his nepotes: nec poſſunt portare arma, ſiue inſignia legitimorum, niſi eis concedatur, vel niſi ex communi vſu hoc recipiatur, vt docet Bal. in. l. filium col. 2. in. 1. lectu. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & in. l. fi. C. de ver. ſig. vbi etiam Bar. col. fi. ſequitur Decius conſil. 85. col. fin. uol. 1. & conſil. 365. col. 2. uol. 3. & Corneus conſi. 216. col. 1. uol. 2. ſicq; obſeruatur, ut ēt tradit Alcia. d. c. 19. q̃ inſignia gentilitia niſi cũ tranſuerſæ lineæ nota, illis non conceduntur: de quibus per. D. Catel. Cottã, in memoralibus ſuis, in dictione, Baſtarqi, & ſpurius, & ſpurij, ubi quod nec hi proprie ciues appellentur. Li-
13 mitat tamen Paris ibi in fi. hæc dicta, niſi tales baſtardi, ſeu naturales eſſent armigeri, in armis uerſati, & bene morigerati, ubi proprium honorem proſequerentur, quia repelli non poſſent. De qua li-
mit, non parum dubito, preſertim ubi tales prouocarent: quia hæc nota non vr̃ tolli hoc pacto, ſicque remanent cum ea, nam reſtitutione natalium, uel legitimatione recte diluitur, Hinc eſt q̃ ipſe Paris eo. lib. 7. §. an baſtardos, per multa concludit, quod Baſtardi, & Spurij legitimati, non poſſunt recuſari. Quod & tenet Alci. d. cap. 19. in fin.
14 idemque affirmat Paris ibi, † in filio legitime nato ex Baſtardo, licet radix ſit corrupta: quod uidebatur etiam aliquantulum dubitabile per prædicta. Nihilominus dici poſſe vr̃, quod licet alia ſupra narrata, ſcilicet agnatio, familia, & inſignia, nõ tranſeant in tales nepotes, ab hiſque cenſeantur alieni: cum natiuus ſplendor, & nobilitas non trãſmittat̃ in poſteros niſi per legitimam lineam, ſm Bal. in. l. cum antiquioribus. C. de iure delib. col. 4. quia tamen ipſi ex legitimo matrimonio nati ſunt, abſque infamiæ macula cenſendi ſint, quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus. nam cum ceſſet in talibus ortus illegitimus, quem abhorrent iura, vt ſupra, ceſſare debet infamia. Aduertendum tamen eſt quod non uidetur uſquequaque uerum dictos legitimatos non poſſe recuſari: nam etiam legitimati ſunt infames infamia facti, ut no. tradit Azo. in ſum. C. ex quib. ca. infa. irrog. & uidetur
* communis * opi. doct. teſte Alex. conſi. 25. col. 3. uol. 1. quæ ſequitur Io. Lecirier in tract. de primogenitura lib. 1. q. 13. num. 14. qui etiam auctore Bal. ibidem nume. 27. dicit tales legitimatos non eſſe de ſtirpe, nec ſtirpi attinere, nec eſſe nobiles. prædicta tamen ante Io. adducit Iaſ. in. l. ſi is q̃ pro emptore num. 260. ff. de uſucap. diſputando abunde an legitimatus dicatur uere & nõ ficte legitimus, facit dicta doctr. Bal. in. l. cum antiquioribus, ex cuius dictis articulus iſte redditur dubius: nam pro prima opinione facit, quia legitimati nihil a legitimis differunt, & per eos conſeruatur agnatio, & familia patris, & non ſunt deinceps turpes perſonæ, ſecundum Bald. conſil. 146. uol. 1. & ad hoc procedunt argumenta Decij conſil. 365. uolum. 3. nume. 5.

S V M M A R I V M.

1 *Prouocatus impeditus per iudicem diuidentẽ Duellum, alibi non tenetur pugnare, limit. nume. 2.*
3 *Prouocatus excipit propter reuerentiam, honorem, & ſubiectionem. vt per exempla ibi.*
4 *Frater fratrem, aut ſororem, non accuſat de magno & capitali crimine.*
5 *Patris perſona, & patroni, debet filijs & libertis ſancta videri.*
6 *Prouocatus dominus, excipit contra ſubditum ſuum, limit. dupliciter.*
7 *Prouocatus dominus excipit contra uaſallum, limit. ut ibi.*

CONCLVSIO. LXXV.

1 OB impedimentum † ſuperioris, ſeu Iudicis, qui certantes in ſtadio diuiſerit, forſan pietate aut clementia motus, datur iuſta excuſatio, ut prouocatus in alio loco pugnare non teneatur, quia per eum non ſtetit, proinde liberatus cenſetur: ut tenere milites inquit Paris. §. an ſi duo num. 3. lib. 2. per dicta ibi in præcedenti. §. in prin. ſequitur Iul. Fer. conſil. 5. num. 7. &. 8. & Iac. Hiſpa. lib. 4. cap. x1. cc. fi. † niſi aliter ſit conuentum, uerbi gratia, ut tantum pugnetur quoad unus ſit mortuus, uel uictus, ut per Paridem ibi. Item † ob debitam reuerẽtiam, & honorem, uel ſubiectionẽ opponit prouocatus actori, uti qui ſit ex his perſonis, quæ non poſſunt in ius uocare ſine uenia, quales ſunt emancipati filij, & liberti, erga parentes, & patronos, & ſimiles de quibus in. l. 4. §. 1. ff. de in ius uocan. & per totum. titu. ff. &. C. uel etiam ſi quis prouocaret conſulem, Præfectum, Prætorem Proconſulem, cæteroſque magiſtratus, qui Imperium habent, coercereque aliquem poſſunt, & iubere in carcerem duci, qui etiam cum uenia non poſſunt in ius uocari, ut habetur in. l. 2. ff. eo. titu. quæ abſolute affirmat Alcia. cap. 31. Extenditque ad poteſtates urbium, Duces exercituum, Præfectos caſtrorum, tribunos militum, quos uocari cõlumellas inquit: & ad præfectos cohortium, qui capitanei appellantur, de quibus ſcribit Paris in. §. miles armiget in prin. lib. 7. ubi tamen uidetur concludere, tales officiales militares teneri dare campionem. Alciatus ſimiliter extendit hanc exceptionem ad eum, a quo quis in armis eruditus fuerit: quia magiſtro non minor reuerentia quam patri debeatur, l. medicos. C. de profeſ. lib. x. Extendit quoque ad uitricum, & priuignum per. l. 1. C. de in ius uocan. & ad auunculum, iuxta fabulata
* apud Græcos, qui Meleagrũ materno * titione extinctum dicunt, ob trucidatos auunculos. In hac concluſione duo ſunt conſideranda, uidelicet Honor ſeu Reuerentia, & item in ſubiectos Iuriſditio ſeu Imperium prouocatorum aduerſus prouocantes. in primo caſu, tantum hi quibus honor, & reuerentia debetur, non poſſint ad certamen prouocari, ex eo præcipue uidetur depende-

re inueſtigatio : an tales poſſint conueniri iudicialiter,uel potius accuſari, ex quo Duelli iudicium, & criminale a pari procedunt, & habet locum argumentum a iudicijs, ab accuſatione ad Duellem, ut latius ſcriptum eſt ſupra concl. 2. & 3. Et equidem concluſio iuris eſt : quòd libertus, ſeruus, filius,uaſallus, uel familiaris, non admittuntur contra patronos, Dominos, parentes,,uel eos,in quorum domibus ſunt nutriti,l.hi.§. liberi.ff.de accuſatio.l.pen.& fin.C.qui accuſ.non poſ.& ibi l.iniquum ,& 3.q.5. cap. accuſatores, & cap.ſimiliter, cum. c. ſeq.cum ſim. & ponit Specul. in tit.de acuſatore,colum.9. uerſ.Item qui eſt libertus, ut etiam econtra forte tenendum ſcribit. Quod & in fratre conſtitutum eſt, † ut fratrem , uel ſororem non accuſet criminaliter de magno & capitali crimine.l.ſi magnum,& l. ſi ſororem.C.qui accu.non poſ.& per Specu.ubi ſupra columu.6.uerſic. Item qui eſt frater : Proinde in memoratis , recte videtur locutus Alcia. At in priuigno, & auunculo, non uidetur ſequenda eius opi. cum l. non probetur : Et ultra ipſum , iſtam exceptionem in prædictis limitandam cenſeo , quando quis proſequeretur ſuā, vel ſuorū iniuriā. In hoc obſtat tñ prohibitio extenſionis , ut ſupra concl.proxima , ſed nō in infradictis caſibus , cū tunc procedat accuſatio, vt per ſpecu.eiſdem locis (ſeruis tamen exceptis) ſecundum Io.And.in addi.Specu.ibidē in d. verſi.Item quòd eſt libertus in ver.omnes. Et comprobatur per Specu.eo.tit.col.pe.d. uerſ.in ſumma, vbi concludit, quòd omnes perſonæ, de quibus ibi locutus eſt, quæ repelluntur in certis caſibus ab accuſatione, admittātur tamen,ſi ſuam,uel ſuorum iniuriam proſequantur : & in crimine læſæ maieſtatis, Hæreſis,Sacrilegij, Fraudati cenſus, & Annonæ,utſupradictum eſt conclu.prox. Vnde pariter & Duellum permittēdum erit. Quod & in crimine læſæ maieſtatis: multo magis & hæreſis, procedere dicendum arbitror, & in prædictis omnibus,etiam ſeruis, ut per ſpecu.in d.uerſiculis ,& probatur in d.l.pen.C. qui accuſ.non poſ.& in.c. literas,de præſumptio.Non audeo tamen affirmare quòd patri & patrono,non competat exceptio; non repellatur filium & libertum in caſu quo hi proſequerentur ſuam, uel ſuorum iniuriam ,quia licet talis perſecutio admittatur, vr̄ tñ admittēda, ita vt crimen in parentes, vel patronos , filij vel liberti non intendant ſecundum glo. quæ intelligit tex.hoc pacto in d.l.hi.§. liberi. licet in prin.ille tex.aliter probare videatur : & facit ſm̄ Spec. in d.
5 verſi.item quòd eſt libertus,† quia perſona patris & patroni,debet filijs & libertis ſancta videri.l.honori.ff.de obſeq.a lib. pa.præſtan. Nam & nimis impium videtur , patrem & patronum, contra filios & libertos , ad cruenta certamina deſcendere : Sic & econuerſo uidetur poſſe excipi a filio aduerſus patrem,vt arguit Specu.in d.verſ.item q̄ eſt libertus, & videtur procedere dicta prohibitio extenſionis vt ſupra . In ſecundo caſu Iuriſditionis, ſeu meri vel mixti Imperij , talem exceptionem competere arbitror ſecundum Alcia. & Paridem vt ſupra: Sed tñ hoc declararem procedere,durante, non finito magiſtratu: & in talibus magiſtratibus maioribus, q̄ nō poſſunt in ius uocari,quique habent iuriſditionem, ſeu imperium memoratum , quia tales magiſtratus non conueniuntur : nec accuſant, nec accuſantur, ut docet ſpecu.in d.tit.de accuſatore in prin. verſi. Item q̄ eſt magiſtratus, per.l.nec magiſtratibus. ff. de iniur. & facit ſupra concl. 61. niſi pater talem inuenerit in adulterio cum filia.l.marito.ff.de adulterijs,& ita concludit in præmiſſis ſpecu.ibidem. Limitarem etiam in caſibus læſæ maieſtatis,hæreſis, & de quibus facta eſt mentio ſupra ſecundum doctri. Specu.quia videtur quod etiā durante magiſtratu conueniri poſſint,propter atrocitatem criminis. Non competere autē minoribus magiſtratibus huiuſmodi exceptionem,nec dicit Alci. nec poteſt affirmari competere,per tex. in d.l. nec magiſtratibus, & dicta Specu.in d. uerſi. Item quod
6 eſt magiſtratus. Dominis, † uero contra ſubditos ſuos excipere licet ſecundum Alci. d.ca.31. & ante eum ponit Paris.in.§.an ſubditus poſſit li. 6. qui limitat non procedere hanc exceptionem, quā ſuperior offendens ſubditum, non haberet alium ſuperiorem,& nollet ſtare iuri,& ſubditus eſſet miles,uel nobilis, quia tunc prouocatio admittetur , ne iniuſte opprimatur ſubditus, ſed an cum campione procedi poſſit ſe remittit. Limitat pariter ubi dominus habet ſuperiorem, qui requiſitus de-
7 negaret facere iuſtitiam,per iura allegata. † Similiter exceptio vr̄ competere domino contra vaſallum prouocantem , regulariter: vt videtur ſentire Paris in d.§.an ſubditus &.§.an vaſallus,&.§. an ſi dominus,lib.6.& Alci.d.cap.31. & facit ratio ſupra aſsignata, ſcilicet quia vaſallus nō poteſt accuſare dn̄m. Limitat tñ Paris in d.§. an ſi dominus, quando vaſallus argueret contra dominū infidelitatē,vel culpā,per quā dominus priuatur proprietate feudi, quia ſit caſus ſpecialis.Item limitat in d.§.an vaſallus:quando dominus commiſerit adulterium cum vxore vaſalli,Crederem etiam limitari poſſe hoc dictum,quando vaſallus proſequeretur ſuam iniuriam, vt videtur ſentire Paris in d. §. an vaſallus in prin. uel proſequeretur iniuriā ſuorum,& in caſibus hæreſis , & alijs de quibus locuti ſumus ſupra concl.74. & hic.

SVMMARIVM.

1 *Nobilis prouocatus ab ignobili, plebeio , vel ruſtico recuſat Duellum.3.4.limit.nu.5.8.ſublimita n. 7.*
2 *Paritas,& æqualitas perſonarum, eſt ſeruanda.*
3 *Ignobilibus nulla eſt infamia, vel verecundia .*
6 *Nobilis alium offendens,non debet excuſari a Duello, & nume. 9.*
8 *Quaſi contrahitur in delictis.*
10 *Nobilis quis dicitur , & quomodo acquiratur nobilitas, remiſſiue.*

Con-

CONCLVSIO. LXXVI.

IMparitas, ratione nobilitatis, exceptionem præ
1 bet nobili prouocato † ab ignobili, prębeio,
uel ruſtico. Nam ſecundum Bal. in d. l. cũ filius
§. fi. de leg. 2. & Bal. in. §. ſi ruſticus, per illum tex.
ubi And. de Iſern. quos refert Paris in d. §. quot in
in Duello lib. 1. prouocans debet eſſe maior, uel
par, quia non licet minori prouocanti maiorem
aſcendere, ut ſequitur Iaſ. d. conſi. 144. uolum. 2.
2 † Sicque paritas, & æqualitas perſonarum eſt ſer-
uanda ſecundum eundem Paridem in. §. an miles
poſsit, lib. 5. & in. §. in pugna. & §. quia dictũ eſt in
prin. lib. 7. idem tenet Iac. Hiſpa. in cap. 4. lib. 1.
& conſulendo: inquit Iul. Fer. conſil. 15. nume. 5.
3 † quod nobiles & integræ famæ, cum ignobilibus
& infamibus nõ pugnant, per dicta iura, quia igno
bilibus nulla ſit infamia uel uerecundia, per tex. in
l. 2. C. ut inf. cer. tem. & propterea addit, quòd &
de rigore iuris & æquitate, nullus debet duella-
re qui non ſit de nobili genere, nec per ſe, nec per
campionem. Et proinde monet Principes ut be-
4 ne aduertant, ne patiantur defraudari militiam.
Similiter uiri humiles, negotiatores, aut artifices,
etiam ſi eſſent in caſtris, in exercitio armorum,
recuſari poſſunt a nobile, uel armigero, longo
tempore in armis uerſato, ut ſcribit Paris in. §. an
uiri, eo. lib. 7. Limitatur tamen iſta concluſio, † ut
non procedat in eo, qui licet non ſit claris natali-
bus ortus, miles tamen eſt in caſtris, & duce uir-
tute uiuens, non infamis: qui non poteſt recuſari
a milite, etiam orto de genere militum, & nobili 5
etiam ſi nobilitas ei inſurgeret ex quatuor gradi-
bus nobilitatis ſuorum auorum: quia militia & ar
morum uſus nobilitatem affert, prout firmat &
declarat Paris in. §. nobilis a progenitoribus li. 7.
& in d. §. in pugna: alioquin talis recuſans infamiæ
labem incurrit etiam, ſecundum opi. Ange. in. q.
6 ſua, incip. duo Gallici. † Nec enim nobilis alium
offendens debet excuſari, ideo prouocatus pugna
re tenetur. Quam ſententiam ſequitur Alcia. cap.
30. ex Iudicio pręſtantiſsimi Io. Iacobi Triuul-
tij, etiam in fortiori caſu, ſcilicet ſi Gregarius mi
les pedes prouocaret uexilliferum cataphractorũ
militum. & clarius tenet idem Alcia. in cap. 34.
7 Iſta tamen limitatio ſubdeclaratur, ut ruſticus mi
les admittatur ſi in caſtris eſt, & in armis uerſatus,
non aũt ſi exercitu dimiſſo, domi ſe habeat remiſ-
ſus: niſi ſaltem per decennium militaſſe probetur,
ut teſtatur Paris in. §. quia ſuperior lib. 7. ſequitur
Alciatus d. cap. 34. Iſta concluſio uidetur & ſecun
8 do poſſe limitari in † ignobili, plebeio, & ruſtico,
qui ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequeretur, ut
dictum eſt ſupra concl. 74. & proxima, per dicta
Paridis in d. §. in pugna, ubi tradit, quod nobilis
alium offendens non debet excuſari, nam in deli-
ctis quaſi contrahitur, l. 1. §. beſtias. ff. de poſſu. Pa
ris fere in propoſito in. §. nobilis pro cauſa. li. 7. in
fi. nã tũc tales uĩr nõ poſſe recuſari. Sed obſtat qa
9 † licet hi tales non ſint infames, tanquam ignobi-
les, tamen iniuriarum uidentur eſſe incapaces, ut
ſupra d. concl. 74. & item quod extenſio eſt pro-
hibita, propterea cogitandum eſt: nam & in his, ali
qui milites peritiores conſulti, dubitant, & am
10 bigue reſpondent. Cæterum, † quis dicatur nobi-
lis, & quomodo acquiratur nobilitas, & de nobi-
litate, plura late proſequitur Bar. in. l. 1. C. de di-
gnita. lib. 12. & per Paridem in. §. quia ſæpe lib. 7.
& Bar. Cepo. in tract. de Imperatore deligendo. §.
nobilitatis, & per Soci. conſil. 246. uol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dignitatis exceptio repellit Duellum.*
2 *Dignitatum gradus quatuor, additur quintus.*
3 *Pontifex, & Imperator ſunt ſupra omnes dignitatũ gradus, licet ſuperilluſtres dici poſſint.*
4 *Pluris quod eſt, utique tanti eſt.*
5 *Rex Francorum, non æquat faſtigium Imperatoris nec Pontificis.*
6 *Superilluſtres, qui ſint.*
7 *Spectabiles qui ſint.*
8 *Clariſſimi qui ſint.*
9 *Egregij, qui dicantur.*

CONCLVSIO. LXXVII.

1 DIgnitatis quoque † plurima eſt habenda ra-
tio, in hoc certamine, adeo ut ſæpius hęc le
gitima exceptio cẽſeatur, ad pugnam ſingu
larem propellendã in multis caſibus, de quibus ſi-
gillatim diſſerere operæ pretium exiſtimo. † Ve-
rum. quia uidetur in primis fere neceſſarium ſcire
dignitatum gradus & ordines, qui tempeſtate no-
ſtra apud aliquos ſubuertuntur, uſque adeo, ut ap-
pellentur Illuſtres aliqui, uix clariſsimi aut egregij
nuncupandi, ſatis imperite, & corrupte: hos pręmittẽdo dicamus, qđ quatuor ſunt: Superilluſtres,
Illuſtres, Spectabiles, & Clariſsimi. Additus & qn
tus, ſcilicet infimorum, qui Egregij dici poſ-
ſunt ſecundum aliquos, ut per Mattheum Gribal
dum mopham in tract. de ordi. ſtupendi. lib. 3. cir
ca fi. & ita uidetur obſeruare in Senatu Mediolani
Sereniſsimus Imperator, cum ſcribit alicui Prætori ciuitatis, uel doctori. De dictis autem quinque
gradibus dignitatum ſcribitur in authen. de appel
latio. §. 1. 2. 3. & 4. & in authe. ut ab illuſt. & qui ſu
per eam digni. & per glo. in prohem. inſtitu. §.
cumq; hoc, in uer. illuſtribus, & Io. de platea in. l.
fi. C. de decurio. lib. x. & Alcia. d. cap. 33. & per
doct. præcipue Iaſ. in. l. 1. ff. de offi. eius, col. 1. in
3 princ. Inde dicitur communis * opinio, † quod
pontifex maxi. & Imperator ſunt ſupra omnes
gradus: atque in numero ſuperilluſtrium non cen
ſeantur, quia oẽs dignitates ab ipſis profluunt tan
quam a fonte, ſm Bal. in c. 1. in prin. in. 1. no. qs
dica. dux, ſequitur Iaſ. ultra Ang. & Alex. ibi, & in
rub. ff. de iuriſd. om. iudi. in fi. in d. l. 1. nume. 4. ff.
de offi. eius: idem affirmat Marti. Laud. in tracta.
de principibus. q. 167. & Soc. in d. l. 1. ſcribit ita te

nere communiter mod. Hācq; opi. dicit ueriorem
Corſetus in trac. de poteſt. reg. in. 3. parte. q. 21. li-
cet dicat prout dixit Alex. d. l. 1. nu. 18. quòd Pa-
pa, & Imperator, poſſunt dici ſuperilluſtres, quia
4 ſunt ſupra illos. facit ad hoc † quia quod pluris eſt,
utique tanti eſt, ſecundum Bal. vbi ſupra. Sicque
uidetur poſſe ſaluari opinio contraria, quam ſe
quitur Alcia. in d. tracta. de ſing. certa. c. 32. qui in
eo ibi clarius decipitur, † qp contendat Regem Frā
corum Imperatoris æquare faſtigium, in eaque di
gnitate Pontificis & Imperatoris collocandum,
quod lege non probat, nec hoc poteſt firmari, ut
infra dicemus concl. prox. Verum ſecundū Do
cto. in d. l. 1. præſertim Iaſ. col. 2. † in Gradu ſu-
perilluſtrum ponuntur ſenatores per. l. fi. ff. de ſe-
nato. de cuius ueritate alibi inueſtigabimus, inde
ponuntur cōſules, Dictatores, & Patricij per. l. fi.
C. de conſulibus, li. xii. &. §. filiusfa. inſt. quib. mo.
iu. pat. poteſ. ſolui. Inter illuſtres autem reponun-
tur præfecti prętorio. præfecti urbis, & Quęſtores,
Hodie autē reponi poſſe uidentur ſecundum Iaſ.
ibi nu. 6. &. 7. Reges, & Cardinales, qui ęquiparan-
tur prefectis prætorio. Item Patriarchę, quia reda-
cti ſunt inſtar Regum. Item conſiliarij Conſiſto-
rij principis, per allegata per eum, & alios, qui in
Rege adducunt tex. clarum in. c. nouit, de iudicijs,
loquentem in Rege Francorum. Cui addo alium
tex. expreſſum in. c. meruit, de priuileg. in extra-
uag. cōmu. loquentem pariter in Rege Franciæ:
Addo etiam alium in extrauag. Ioan. in cap. 1. de
iudę. & Sarrace. loquentem in Rege Caſtellæ, Hi-
ſpaniarum prouincię, & in. c. intellecto, de iureiur.
loquentem in Rege Vngariæ, conſuluit idem Iaſ.
cōſ. 144. col. 2. vol. 2. idem tenet Corſetus d. trac-
ta. q. 21. per plura inter alia per tex. apertum, in c.
ex ſpeciali, de iudę. & Sarra. ibi, Illuſtrem Regem
Portugalliæ, & propterea Alcia. non bene ſenſit.
Sed de dignitate Regia, pręſertim Regis Hiſpania
rum & Franciæ, alibi dicemus, & an & quando ſub-
ſit Imperio. Vnum non omitto hic, dictum a De-
ci. in d. c. nouit in prin. de iudicijs, & quod in hac
materia dignitatum, ſi uerum eſt, eſſet utique con
ſiderandum, uidelicet Regem Franciæ appellari
illuſtrem a max. Pontifice, qui illo ſit maior: ſed
non ſic appellandum ab inferioribus. Sicque in
ferre uidetur, eſſe Regem clariori titulo proſe-
quęndum ab inferioribus arg. c. antiqua, de priui-
leg. &. c. uolentes de offi. leg. quæ iura hoc non
probant, nec credo Deci. bene ſentire, quia cum
omnes dignitates a ſupremo principe procedant
ut dictum eſt ſupra in hoc capite de Imperato-
re. §. 1. uerſ. orbem, nu. 4. priuatorum conuentio-
ne & fictione, immutari non poſſunt ex prætorio
& ſolenni iure introducta. l. nec ex prætorio. ff. de
reg. iur. & facit quia ſi dignitas eſt honor alicui
propter merita, principis ſpecialiter, vel legis be-
neficio impenſus, vt ſupra in d. §. 1. in. 2. q. nu. xi.
ergo nullus alius quàm Imperator, vel lex poteſt
eam conferre. facit quod tradit Marti. Lau. in trac.
de dignit. queſt. 26. videlicet, ſolū principem con-
ferre magnas dignitates auctoritate Bal. & Albe.
7 de Roſa. in. l. Imperium. ff. de iuriſd. om. iud. † Spe
ctabilium autem numero deſcribuntur, ſm anti-
quos magiſtratus, Prætor Romæ, Præfectus vigi-
lum, Proconſul, & Legatus, & Præfectus Auguſta-
lis vt in tit. ff. de offi. præto. cum tribus ſeq. vbi glo
ſæ rub. & tradit Iaſ. d. l. 1. num. 13. ſubdens quòd
Duces, Marchiones, Comites, & Epiſcopi dican-
tur Spectabiles per iura ibi allegata, ſcilicet tex in
l. ſi quando. C. de appellatio. l. raptores. C. de rap.
virgi. in. §. fi. in authe. de appellatió, &. §. ſimiliq;
modo, tangit Alex. in rub. ff. de iuriſd. om. iudi. in
fi. & Socinus in rub. ff. de offi. eius, & Corſetus vbi
ſupra, & per Io. de plat. in rub. C. de comit. qui pro
uin. reg. lib. 12. qui tū diſtinguit: vt illi, quibus co-
mitatus, & exercitium militiæ committatur, dican-
tur Illuſtres; & quibus prouincia Metropolitana
committatur. ſecus in non Metropolitana, qui di
cantur ſpectabiles. At in. d. l. fi. C. de decurio. col.
3. inquit, quòd Comites tamen illi ſunt ſpectabiles
vel Illuſtres, ſcilicet Orientis, & Regentes prouin-
cias: non autē Comites Italiæ, & Alemaniæ, quos
tradit Clariſsimos: vt & ſentire videtur Alcia. d. c.
32. vbi ſimiliter tradit Duces aliquos eſſe Illuſtres
qui ſcilicet, ſi regali poteſtate præfulgent, & legi-
bus ſoluti ſunt, nec Cæſarem de facto recogno-
ſcunt, vt Mediolanenſis (Sed hoc non videtur ve-
rum, cum iam feudi inueſtituram ab Imperatore
receperit:) Auſtraicus, Burgundus, & Britannus,
qui & Brito eſt. Sed & militare poſſet diſtinctio
Io. Plat. in d. Rub. C. de comit. qui prouin. reg. Cæ
teros vero ſpectabiles dicit, & quos, quidam,
Principes vocant: Duces Spectabiles eſſe affirmat
8 etiam Iaſ. dict. conſil. 144. col. 2. † Clariſsimorum
vero locum aſſequuntur, Præſides Prouinciarum,
vt in rub. ff. de offi. præſi. per. l. 1. C. de priua. car-
ce. & ad idem eſt. l. fi. C. ad l. Iul. de vi publ. vel pri
ua. idem hodie addo in ſenatoribus ſecundum Al-
cia. in. l. pen. C. de pac. col. 4. & in. l. ſpecioſas. ff.
de verbo. ſigni. qui tamen quandoque illuſtres,
quandoque ſpectabiles dicti ſint, vt ipſe atteſta-
tur, & dixi ſupra num. 6. Iaſ. in d. l. 1. num. 17. ad-
dit idem eſſe in procuratore Cæſaris, probatque
in glo. ſuper vtraque rub. Sed glo. rub. ff. de offi.
procu. Cæſ. de hoc non loquitur, idemque tenen
dum eſſe dicit hodie in Abbatibus, & reliquis ha-
bentibus terras, & iuriſditionem, qui vice Præſi-
dum habeantur, & in doctoribus legentibus qui
habeant Iuriſditionem in ſcholares per. l. diui. ff.
de iure patro. tetigit ſupradicta Alex. Soci. & Cor
ſetus vbi ſupra, & Io. plate. d. l. fi. ubi idem affir-
mat in rectoribus ciuitatum, & in Agentibus in
reb. Poterunt & hoc loco & ordine cenſeri, comi-
tes Italiæ, & Alemaniæ, vel creati a Ducibus vt ſu
pra. & Barones, & Valuaſores vt per Alcia. dict.
cap. 32. Sed aliquid plus tradit Specu. in tit. de
iuriſdict. om. iudi. verſic. Minimi, ſcilicet omnes
9 Iudices, clariſsimos appellari poſſe. † Infirmorum
vero, qui & Egregij dici poſſunt ut ſupra, exem-
pla ponuntur per Iaſ. d. l. 1. nume. 21. in defenſo-
ribus

ribus Ciuitatum, & Magiſtratibus municipalibus:
qui defenſores cognoſcere poterant in cauſis ci-
uilibus a ccc. aureis infra: At municipales, & ſic
Villarum a. 10. Florenis infra: vt etiam ſeutire vi-
detur Io. Plate. d. l. fi. qui idem tenet in Duumvi-
ris, & Rationali. Iaſ. tamen ibi tradit, defenſores ci
uitatũ, qui poteſtates appellantur, hodie habere
merũ & mixtum Imperiũ, per pacem Conſtantiæ,
& per præſcriptionem ciuitatũ, iuxta glo. in. §. iu-
ſiurandum, in auth. de defen. ciui. & ꝙ vnaquæq;
ciuitas habet vim prouinciæ: quę miſſa facio. Sed
illud videtur velle inferre, quòd tales Poteſtates in
in numero clariſsimorum ſint habendi, vt ſupra,
cuius contrariũ obſeruari ſuperius ſcripſi in prin.
Sed dici poteſt tales noſtros prætores abſolute nõ
habere merum Imperium, cum non niſi conſulto
principe vel Senatu abſoluant, vel cõdemnẽt, vbi
pœna mortis, vel mutilationis membri, aut confi-
ſcationis bonorũ ſequitur. §. fi. in conſt. dominij
Mediolani, de pœnis. Obſtat dictum Spe. vt ſupra,
ideo cogita.

SVMMARIVM.

1 *Imperator prouocatus an habeat exceptionem a Duello, & num. 3. limit. num. 6.*
2 *Duo Reges Romanorũ an poſſint ſe inuicẽ ꝓuocare.*
4 *Imperatoris faſtigium nullus Rex æquat: nec iugũ, aut ſubiectionem euitat. 5.*

CONCLVSIO. LXXVIII.

1 IVxta præmiſſa igitur. † an Imperator qui po-
nitur vltra oẽs dignitatum gradus, & à quo om
nes dignitates profluunt, vt ſ. dictum eſt: pro-
uocatus exceptione præeminentiæ ſuæ poſsit ſe
tueri. Paris in. §. mortuo lib. 7. & Alcia. in cap. 34.
tetigerunt (vt exiſtimo) ſatis imperfecte. Propte-
rea diſtinguendum eſt: Primo, cũ duo Impera-
tores non poſsint eſſe ſimul eodem tempore. c. in
apibus. 7. q. 1. & alibi diximus: An Duo in Reges
Romanorũ ab electoribus electi in diſcordia (quo
rum quilibet adminiſtrabit, donec declaretur cu-
ius electio teneat, ſecundum glo. in cle. 1. de iure-
iur. & Paridem put. in. d. §. mortuo. nu 1. & Abba.
in. c. venerabilem in fi. de electio. & videntur face
re conſilia Oldrad. conſ. 22. & 23.) † poſsint ſe in
uicem ꝓuocare. Quo caſu dicẽdum opinor, ſi eſt
contentio de regno, ſeu imperio, & ſic de bonis,
tunc non admittatur pugna, niſi forſan ad euitan-
da maiora mala, & ne Imperium, vel Regnum diſ-
ſipetur, & vt ſupra conclu. 68. ſcriptum eſt: Si ve-
ro (quod non tangunt Paris & Alcia) oriretur cõ
tentio ſuper aliqua iniuria hincinde illata: & ſic
quæſtio eſſet perſonalis, vbi aliter non ſit inæqua
litas inter eos, exiſtimarem, certamen non poſſe
recuſari. Videntur enim in eadem dignitate con-
ſtituti tales electi, propterea non militat illa con-
cluſio, qua habetur: Non licere minori prouocan-
ti maiorem, aſcendere: ſicq; quòd æqualitas ſit ſer
uanda, vt abunde concl. 76. diximus: nam inæqua
litas non poteſt inter electos in eadem dignitate
contingere. Secundo diſtinguendum eſt, & aduer-
tendum: An Imperator ab aliquo Rege (quiſquis
is fuerit, omnes enim ſunt dignitate inferiores Im
3 peratori, vt ſupra proxi. concl.) poſsit † ad ſingu-
lare certamen euocari: & proculdubio, non poſſe
crediderim, militat enim hoc caſu argumentum
imparitatis, quia nõ liceat minori prouocanti ma-
iorem, aſcendere: vt ſupra, licet Paris in. d. §. pone
lib. 7. per multa contrarium concludat, quando
eſt contentio ſuper aliquo Regno, & cauſa nõ tan-
gat Imperium, & talis Rex non recognoſcat Im-
peratorem, quem ſequitur Alci. d. cap. 34. Sed ar-
gumenta ipſorum non ſubſiſtunt: & in primis
an ratione ambiguitatis regni admittatur pugna
ſupra concl. prox. & 68. demonſtratum eſt: vbi q̃-
ſtio ſit de bonis, ceſſare pugnam. Nec refragatur,
ſi quis dixerit ideo prælium concedendũ eſſe, quia
talis Rex nõ recognoſcat Imperatorem, nam hoc
etiam ſuppoſito: non propterea infertur, ꝙ eiuſ-
dem ſit dignitatis & exiſtimationis Rex, cuius eſt
Imperator, vt prox. concl. dictum eſt: & fatetur ip
ſemet Paris in d. §. pone, per multa, & præſertim,
quia imperator præſidet omnibus præter deum: &
debet poſsidere vniuerſam terrã, quę videt aſcen-
dentem, & deſcendentem ſolem: §. 1. in authen. vt
4 om. ob. iu. pro. & alibi latius dixi: † Sed vlterius nul
lus eſt Rex, aut princeps, qui faſtigium Imperato-
ris poſsit æquare, aut præſcribere, & eximere ſe a
iugo & ſubiectione eius, quomodocunq; merum
Imperium, & reſeruata Principi præſcriberentur:
vt in hoc communem * opi. atteſtatur Soci. conſi.
275. num. 5. vol. 2. de quibus abunde ſcripſi ſupra
in. §. primo, in verſ. orbem, & tradit glo. 1. de pa-
5 ce iur. fir. † quòd Reges Frãciæ, & alij vltramonta
ni, ſunt ſub Romano Imperio, licet ſacramẽto nõ
ſint ſubditi, & in hæc verba inquit Bald. in. l. 1. ff.
de offi. præfec. præ: truffa eſt aliter ſentire. Poſſet
tamen forſan limitari hæc concluſio: vt † Impe-
rator poſsit à Rege prouocari in crimine Hæreſis:
Simoniæ, & Sacrilegij: quæ ſunt grauia, & per
quæ deponit Imperator, vt ſupra. §. ſecundo no-
tauimus. q. 5. Item quando Rex ſuam vel ſuorum
iniuriã proſequeretur, de quibus ſupra ſit ſermo
conſi. 74. & 75. & 76. quia in delictis quaſi con-
trahitur vt ibi dicitur per. l. 1. §. beſtias. ff. de po
ſtul. & per Pari. d. §. nobilis pro cauſa lib. 7. cogita
tamen ſupra hoc vltimo quia non ſit extenſio in
hac materia ut ſupra concl. 9. & conclu. 74. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Reges, a Regibus licet non coronatis prouocati, pugnare debent, lim. num. 2.*
3 *Corona non auget dignitatem.*
4 *Reges prouocati a principibus, Ducibus &c. excipiant, ne pugnent lim. num. 6.*
4 *Principes ſubalterni poſſunt prouocari a Ducibus, licet videantur digniores.*

CONCLVSIO. LXXIX.

1 INter Reges utique† pugnam ſingularem admit
tēdam, nullus uidetur dubitare: pares enim
ſunt dignitate: cum illuſtres omnes dicantur
ut ſupra. concl.77. quod uidetur tenere Iul.Fer.
conſil.18.ſed addit hoc tamen non procedere: ſi
Reges recognoſcant ſuperiorem: ut puta Impe-
2 ratorē,uel Papam. Quæ † credo uere dicta, ſi mo
do tales Reges ſubeſſent ſtipendijs, & in Fidelita-
te & obedientia dictorum ſuperiorū aſtricti ſunt,
ut ſupra concl. 31. Dubitari tamē cōſueuit an Rex
non coronatus recuſari poſsit à Rege coronato:
quæ quæſtio deciſa fuit, cum de facto contingeret
inter Renatum Andegauenſem corona inſignitū,
& Alphonſum illa non redimitum, de regno Si-
ciliæ contentio: ut ſcilicet ea exceptio non pro-
deſſet, ut per Paridem in §.quoniam ſupra libr.7.
3 ſequitur Alcia.d.c.334.† Corona enim ſecundum
eos ibi non auget dignitatem arg.c.cū ſis, de uſu
pal.& de priuileg.c.antiqua.circa.med. Super Re-
gno tamen, & ſic ubi de bonis agitur, pugnam in-
ter Reges prohibitam eſſe arbitror, ut ſupra cōcl.
4 prox.& 68.† Regibus autem prouocatis a Princi-
pibus, Ducibus, uel Marchionibus, & Comitibus,
qui dignitate ſunt inferiores, utſupra prox.q. con
uenire exceptionem, ut recuſare poſsint certamen
non uidetur dubitandum, ut innuunt. Paris & Al-
ciat.dictis locis, & militat obiectio imparitatis in
omnibus, de quo ſupra, ut maior dignitate prouo
cari non poſsit, cæteris paribus, ſecundum ſupra-
dictos, præſertim Alcia. d.cap.33. & 34. qui in-
quit, cum iure noſtro diſfinitum ſit, quibus quiſq;
dignitatum gradibus emineat: ex prędicta diſtin-
ctione, pugna decidenda erit. Vnde per prædi-
cta uidetur ſimiliter determinari quęſtio poſita
5 per Paridem in §.an principes ſubditi lib.7.† quòd
princepes ſubalterni poſſunt prouocari a Duci-
bus: quia ſunt in eadē dignitate cū Ducibus, licet
ut ipſe tradit, principes uideantur aliquantulum
digniores reſpectu nominis: cum teneant primum
locum iuxta regem uel imperatorem. Cenſerem
tamen in prædictis omnibus limitationem illam
procedere, de qua ſæpius locuti ſumus, ſcilicet: ut
tunc non poſsit aliquis prædictorum prouoca-
tus per inferiorem in dignitate poſitum, euitare
6 pugnam ſingularem, † quando quis prouocans
proſequeretur ſuam uel ſuorum iniuriam: & ita
opinor uoluiſſe intelligere caſum ſuū Paridem in
§.an comes, in fin.lib.7.ubi quęrit an comes poſsit
prouocare ducem: & concludit quòd comites no
ſtri temporis habentes comitatum, qui propriæ
dicūtur comites, non pugnabunt cū ducibus in fo
ro ciuili. Sed in foro militari unus dux, aut Prin-
ceps, non liber, vel marchio non poſſet repellere
vnū comitem vel Baronem, aut Nobilem magnæ
virtutis, quando vellet pugnare cauſa honoris, vel
ſtatus, ſeu dignitatis ſuæ læſæ: quia teneretur ſa-
tisfacere honori ſuo, alias eſſet infamis. Sed fo-
rum ciuile (ut opinor) a foro militari non diſ-
fert in hoc caſu, quia talis comes uidetur pro-
ſequi ſuā iniuriam, ꝙ etiam forum & ius ciuile ad-
mittit: licet dicatur ꝙ comes alias & regulariter
non poterit prouocare ducē, vel ſuperiorem in di
gnitate poſitum: in quo forum militare non aduer
ſatur. Sicque limitatio memorata procederet, cum
concordia (vt credo) vtriuſque fori. Idem crederē
etiā in caſibus Hæreſis, læſæ maieſtatis, & ſimilibus
de quibus ſ. putarem tamen in his caſibus poſſe
campionem dari: vt ſupra concl. 38. & inf. ſeq.
proxima, & videtur ſentire Paris in.§. miles armi-
ger lib. 7.num. 2. Cogita quia in caſu proſecutio-
nis iniuriæ propriæ, vel ſuorum, non videtur ha-
bere locum extenſio Duelli, vt ſupra dictum eſt,
præſertim concl.74 num. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Nobilis ex quatuor gradibus progenitorum, an poſ-*
ſit recuſari a conſtituto in dignitate, vſque ad ducē.
2 *Nobilis regulariter non admittitur contra conſtitu-*
tum in dignitate, lim. vt ibi.
3 *Imparitas modica non curatur inter nobiles.*
4 *Ludouici Viſtarini victoris pugna, cum clariſſimo*
Boſio Sfortia, & Sigiſmundo Malateſta.

CONCLVSIO. LXXX.

EX præmiſsis diſcutienda ſeſe offert illa ex-
1 ceptio. † an nobilis, ex quatuor gradibus
progenitorum ortus, bonis moribus imbu-
tus: & ī armis & equis exercitatus, & verſatus: poſ-
ſit a comite, ſeu Barone, & a quocunque in digni-
tate conſtituto, vſque ad ducē recuſari. Paris in.§.
nobilis pro cauſa. libr. 7. ponit iſtam quæſtio-
nem in illo nobili, qui pro cauſa iuſta ſuæ iniu-
riæ vel honoris prouocat comitem, vel Baronē
& quēcunque in dignitate poſitum: & illā poſtea
abſolute in fine decidit, vt talis nobilis poſsit pu-
gnare cum conſtituto in quacunque dignitate,
præſertim ſi comes prouocatur ex delicto com-
miſſo in remp. vel pro fide rupta, quia videtur ap-
probata perſona nobilis. l. qui cum alio. ff. de reg.
iur. q̄ ſemel approbata, non poteſt reprobari, per
no. in. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus, vel ſi comes
nobilē offendiſſet: qa in delictis quaſi contrahitur
l. 1. §. beſtias. ff. de poſtul. Alci. autem d.c.33. abſo
lute ponit hanc. q. & inquit, in ea ſunt quot capita,
tot ſniæ: tandem concludit, ꝙ inferiores in gradu
poſſunt refutari propter imparitatē: ſed nobilem a
quatuor gradibus vſq; abauis, in armis verſatum,
cum clariſsimis poſſe congredi arbitratur: quia is
ſit vltimus gradus dignitatum, & cū tali nobili in-
2 tercedat modica inæqualitas. † Ego in hac. q. regu
lam ſæpius præſuppoſitam, firmandam exiſtimo,
ꝙ imparitas ratione dignitatis, ſit legitima excc-
ptio in prouocato: ſicque regulariter non ſit
admittēdus nobilis, etiā ex quatuor gradibus auo-
rum a conſtituto in dignitate. Limitarem tamen
iſtā concluſionem non habere locum in crimine

læſæ

læſæ maiſtatatis, Hæreſis, & alijs criminibus, de
quibus ſupra ſæpiſsme dictum eſt, ut uidetur etiam
ſentire Paris vbi ſupra. Item limitarem quando
quis ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequeretur, vt
ſimiliter dictum eſt; & firmat Paris vt ſupra. Su-
per hoc tamen eſt cogitandum, ut ſupra, præſertim
conclu.74. Limitari etiam poſſe crediderim ſecun-
dum opi. Alci.d.cap.33.in fine, in prouocato, qui
in numero clariſsimorum tantum cẽſeatur, & non
vltra: vt a tali, nobilis ex quatuor gradibus, præ
ſertim iniuriatus, non poſsit recuſari, ea ratione
per Alcia. aſsignata, quia inter clariſsimum digni-
tate, & talem nobilem, modica ſit inæqualitas,
3 † cuius non habetur ratio, ut etiam per eum.c.31.
circa fin. & habetur ſupra concl.8. Hacque eadem
ratione, non poſſe clariſsimum contra nobilẽ ſup-
ponere campionem arbitrarer, de quo meminit
Alcia. ibi: in alijs vero conſtitutis in ſuperiori di-
gnitate ſpectabilium; & ſupra: propter maiorem
imparitatem, aliter exiſtimarem, ut dictum eſt ſu-
pra cõcl.38. & uidetur ſentire Paris in §. miles ſeu
armiger, lib.7. hæcque vltima limitatio uidetur
eſſe in viridi obſeruantia apud milites, nobiles &
principes, vt exemplo non uulgari inter alia de-
4 monſtratum eſt tempeſtate noſtra; † Cum ſtre-
nuiſsimus Ludouicus Viſtarius, cõterraneus meus,
nobilis ab antiquiſsimis progenitoribus ſuis; &
equeſtri militia tunc tantum decoratus, qui hodie
tamen tribunus eſt militum, & (ut uulgo dicitur)
Colunnellus Cæſareus: & præfectus tormentorum
Cæſ. ſeu Pontificij exercitus: orta controuerſia,
prouocator, cum clariſsimo Boſio Sfortia, Comi
te, ſeu Barone, ex ſententia prudentiſsimi Pro-
ſperi Columnæ, & Marchionis Piſcariæ, & aliorum
procerum: dignus diiudicatus eſt, qui cum eo,
licet clariſsimo, in certamen deſcenderet: in quo
ipſe Viſtarinus uictor euaſit magna cum gloria:
quæ in eo aucta etiam magis eſt, cum iterum a Si-
giſmondo Malateſta, non ſolum clariſsimorum,
ſed etiam ſpectabilium genere orto, ſingulari pu-
gna impetitus, pariter uictoriam reportauerit.

S V M M A R I V M.

1 *Prouocans non poteſt, iam per ſe prouocatum repel-*
lere; limit. num.3.5.& .10.
2 *Perſona approbata nõ poteſt reprobari: limit. nu.11.*
4 *Promiſsio intelligitur, rebus ſic ſtantibus, & noua*
cauſa non ſuperueniente.
6 *Ignorantia, & error in facto alieno non nocet.*
7 *Regula, Quod ſemel placuit, quando non habeat lo-*
cum & num.8.& .9.& 12.

C O N C L V S I O. LXXXI.

1 PRouocatus, † qui multis exceptionibus (de
quibus ſuprascriptum eſt,) quandoque ſe
tueri poteſt, non poterit tamen a prouocan-
te ipſe repelli: nam ab eo perſona ſua cenſetur ap-
probata, ut tradit Alcia. in cap.23. d. tracta. & ui-
detur ſentire Paris, in §. miles ſeu armiger, num.
2 lib.7. & Iul. Fer. conſil.74. nume.4. Iac. Hiſp.
2 c.6. libr.1. † Sicque perſona approbata non po-
teſt reprobari per no. in l. ſi quis teſtibus. C. de te-
ſtibus, & l. qui cum alio. ff. de reg. iur. l. ſi uxor in
fi. ff. de adulter. cum ſim. & per Paridem in d. §.
nobilis pro cauſa circa fi. & §. duo milites lib.7.
Vbi tamen prouocans ſit maior, poterit campio-
nem ſubijcere ut ſupra concl.34. & expreſſe ponit
Paris, in d. §. miles ſeu armiger. licet cum hac con-
cl. tranſeant ſimpliciter docto. putarim tamen ip-
ſe limitandã, & declarandã, ſcilicet non uendicare
3 locum † ſi noua exceptio ſuperueniret: quia pro-
4 miſsio † intelligitur, Rebus ſic ſtantibus, & noua
cauſa non ſuperueniẽte, ut in d. l. ſi quis teſtibus,
& per Salice. ibi. & per dicta per Alciatum in c.
22. & per Paridem in §. duo milites, lib.7. qui ui-
detur decidere hãc exceptionem competere, tam
prouocato quam prouocatori; & tetigi ſupra con
5 clu.74. Limitarem & ſecundo † in prouocato; qui
criminoſus & infamis reperiretur, de quibus ab-
unde dixi ſupra concl.74. ſi hæc fuiſſent ignota
prouocanti, nam cum duellãdi actus ſit militaris,
nobilis & generoſus, ac honorabilis, ab infamibus
non exercendus, ut ſupra conclu.15. Reatusque ex-
cludat omnem honorem, ut ibi, & ſæpe dixi: &
6 ignorantia & † error in facto alieno non noceat.
Sed iuſta & probabilis præſumitur, & excuſat l. fi.
ff. pro ſuo, ſique uideatur errare talis prouocans
criminoſum uel infamem ſibi incognitum, ex er-
rore ſuo non debet induci cõſenſus: immo debet
impediri & tolli l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om.
iudi. non enim uidentur conſentire qui errant ut
ibi. & l. nihil conſenſui. ff. de reg. iur. in fi. Hinc di-
cit Io. And. in c. quod ſemel in fi. de reg. iur. in 6.
7 † eam reg. quod ſemel placuit, nõ habere locum
quando adeſt error facti, nec uidetur obſtare tex.
in d. l. qui cum alio, ubi contrahens cum alio, uel
eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis eius;
quia per exempla glo. contractus ibi diſſoluitur,
non autem inducitur, ſicque in caſu noſtro diſſol-
uitur Duellum. Vel reſponde, quod ibi in contra-
ctibus agit, hic in delictis: in quibus tanq̃, odioſis
ſtricte abſque extẽſione procedatur: ut ſupra con
8 clu.9. † & in delictis non habere locum illam l.
9 tradit Decius ibi per plura. † ſic tradit non habe-
re locum in quaſi contractu, prout in caſu noſtro,
in quo quaſi contrahitur, ut ſupra concl.76. Nec
obſtat tex. etiam d. l. ſi uxor, quia ibi & in alijs
iuribus aderat ſciẽtia. Immo videretur dici poſſe,
quod ſi quis ſcienter prouocaret criminoſum, &
10 infamem † nihilominus pœnitentia ductus; non
teneretur pugnare, poſſetque contra talem prouo
catum excipere eadem ratione, quia criminoſi &
infames non admittantur ad prælium, ſed tãtum
perſonę integræ & nobiles, ut ſupra: Nec uidentur
repugnare adducta in contrarium, ſcilicet quia
nõ poſsit reprobari approbata perſona, nam non
uidentur procedere in caſu noſtro dicta iura, quia
expedit, & publice intereſt, ut criminoſi detegan-
tur & puniantur, l. eum qui. ff. de iniur. cum ſim.

&

11 † & ratione publicę utilitatis, approbati poſſunt reprobari, l. ſed. & reprobari in prin. ff. de excuſ. tu to. & per Salice. in d. l. ſi quis teſtibus. Quare prouocatus talis criminoſus, & infamis, patietur exceptionem ut inde poſsit etiam puniri. Vel dic in his quæ improbantur a iure, non habere locum di

12 ctam reg. † quod ſemel placuit: nec illa, quod approbata nō poſsint reprobari, ſecundū Io. And. in d. reg. quod ſemel circa fi. at nos ſumus in Duello reprobato a iure, & criminoſis, & infamibus reprobatis duellare de iure, ut dixi abunde in prin. huius tracta. & concl. 74. ergo poterit reprobari, etiā ſcienter criminoſus prouocatus: & propterea abſolute, & non inepte Iac. Hiſpa. d. cap. 6. uidetur arguere, quod ſaltem ad iudicem Duelli ſpectet, ex officio ſuo, & pro honore ordinis militaris, talem non integram perſonam, ratione ſupra aſsignata, repellere.

SVMMARIVM.

1 *Prouocandus agit contra prouocaturum furentem; vt aut Duello experiatur, vel vt ſibi concedatur familia gladiatoria, expenſis illius.*

2 *Duello recepto, offendētes ſe inuicē, proditorie agūt.*

CONCLVSIO. LXXXII.

1 Ddmittitur † quandoq; prouocandus, non ut excipiat tantum, ut in ſuperioribus; ſed ut procedat etiam contra prouocaturum, aliquando furentem, & comminantem ſe Duello experturū, & in eum impetum facturum: ut ſcilicet iſte prouocaturus, monitus certa formula moribus obſeruata agat: cum non ſit æquum, ut ipſe prouocādus, continuo in armis detineatur. Quod ſi non fecerit, poteſt in maiore cogi & appeti: uel a communi ſuperiore poſtulari, ut prouidere uelit: cuius erunt partes, ut iubeat prouocaturum ſeruare formam duellicā, ubi ſeruanda ſit: quibus neglectis, prouocando familiam gladiatoriā concedere debet, quæ pro eius defenſione prouocaturi expēſis, inuigilare debeat, ut notabiliter ſcripſit Alci. tracta. ca. 13. allegat glo. l. fi. C. de erroga. mili. ano. lib. 12. facit l. diffamari cum ſim. C.

2 de inge. manu. † Sed admiſſo Duello non licet ſe interim offendere, ut & pro Alcia. ibi. c. ſeq. alias proditionis & uiolatæ fidei, quis reus efficeretur.

SVMMARIVM.

1 *Multa habēt locū in prouocato, quæ in prouocante.*

CONCLVSIO. LXXXIII.

1 Vbſequēter † in prouocato multa procedunt & ſunt obſeruanda; de quibus in prouocante ſupra locuti ſumus, quæ ratione ordinis, breuibus repetamus: Vt ſcilicet non liceat prouocanti, quod prouocato non permittitur, & contra: vt ſupra concl. 27. Tranſmittatque prouocatus literas quas dicunt cartellos, & reſponſiones ſuas actori, & præſentet Iudici, ut ſupra concl. 23. & 43. Iudex in caſibus permiſsis pugnam admittat, ne notatus remaneat, ut in cōclu. 25. qui & quandoque campionem ſupponere poterit in caſibus conceſsis: ut in conclu. 34. cum ſeq. & poterit ſuſcipere defenſionem illorum, quorum quis tenetur iniuriam propulſare, ut ſupra concl. 33. Iurabit quoque de calumnia, ut in concl. 44. habetur. Et tandem ſummo mane debet cum prouocante ingredi ſtadium, alias reſtitutio temporis de fluxi ob moram ſuam, concederetur actori, ut ſcribitur in concl. 45.

SVMMARIVM.

1 *Armorum electio prouocato competit de ratione, late, num. 3.*

2 *Campi & Iudicis electio, prouocanti relinquitur.*

4 *Scire, & debere ſcire, æquiparantur.*

Incautum, & inæquali pugna non licet alium capere, ibi.

5 *Noniter eſſet ſtatuendū, ſuper electione Armorum.*

6 *Equi electio conſiſtit in poteſtatem prouocati.*

7 *Equi licet non contineātur appellatione Armorum; ſunt tamen ad vſum belli.*

CONCLVSIO. LXXXIIII.

1 Armorum † electio, Iudicis, loci, & tēporis; ex conſuetudine, & Federici Imperatoris conſtitutione, ædita in Regno Siciliæ: alias prouocato cōpetebat. Ea ratione, quia fauēdum eſſet reo, qui præter omnem ſpem: & quodammodo inuitus ad pugnam trahitur, & qui alioquin præparatis dolis, poſſet circumueniri. Ideo cum in uno grauetur, ut ad certamen rapiatur, in hoc debet ſubleuari, ut talis electio ei tribuatur: tradit Paris in. §. actor ſeu prouocator lib. 1. & meminit Iac. Hiſpa. in cap. 3. lib. 3. & Alcia. cap. 6. & Iul. Fer. conſil. 6. num. 5. Hodie tamen ſecundum memoratos docto. Paride prætermiſſo, electio armorum, ex obſeruata conſuetudine, per prouocatum

2 retinetur. Iudicis vero, & loci, ſeu campi, relinquitur actori ad exonerandum reum ipſum, ſeu in fauorem (ut crediderim) prouocantis, ne deludatur ſine iudice: vel quia a reo tardius quæreret, inueniriq; per eū non poſſe aſſeueraret, ut etiam ſupraſcripſi concl. 42. de quibus per Decium d. conſi. 487. & 686. & Alcia. dict. ſuo conſil. car. 8. & ante eos per Bal. de pace ten. in pri. col. 7. difficile enim eſt quandoque inueniri Iudicem, & locum. Addit in hac concl. ſolus Alcia. d. c. 6. moribus receptum eſſe, quod ſatis ſit, ſi in ipſo ſtadio certior fiat prouocator, qua armorum ſpecie congredi prouocatus uelit. Licere tamen prouocanti ſe ſuis armis: quæ plura ad id præparauerat, defendere, dum ſint eiuſdem paritatis: unde accipio, cōſuetudine obſeruari, ut per prouocatum tranſmittatur in genere notula armorum, diuerſi gene-

ris, prouocanti, dę quibus ſe habeat prouidere:
Hæc concluſio, ut tradit Alcia. ſecundum aliquos
declaratur, in eo, qui hac fiducia, manifeſta iniu-
ria aliũ affecerit: quod ſi ea de cauſa prouocatus
fuiſſet, armorum electionem, ad ſe pertinere præ-
uidebat, ut eo caſu cogatur, tanto tempore pro-
uocatorem pręmonere, ut in eo armorum ludo, ſe
aliquantulum exercere poſsit; quæ nunquam,
aut perraro contingere exiſtimo. Quis enim eſt
tam fatuus, & temerarius, ut alium, propter fidu-
ciam electionis armorum ſibi competituram, in-
iurijs prouocet? uel eſto qui hoc excogitaſſet,
3 id tamẽ & manifeſtare uoluerit. † Ceterum in hac
concl. plurimum ſemper admirari cõſueui, cur ſit,
qua ve de cauſa prouocatũ: ſiue ex iã dict. Conſt.
Federici Aenobarbi, ſiue ex conſuetudine, tot fa-
uoribus proſequantur: ut reperire Iudicem, & lo-
cum, ad onus prouocantis reijciatur, ſitq́ue in il-
lius facultate certum facere prouocantem eo tem
pore ſolum, quo uterque pugnator in arenam de-
ſcenderit, quo armorum genere utendum ſit: &
quod grauius eſt, electio armorum ſibi conceda-
tur, in qua & ſuperabundare plurimum commo-
dum ſentire ſolet reus, cum non paruo præiudicio
& dãno prouocantis: qui vltra inæqualitatem, ex
tali modo perueniendi ad certamen ipſum, reſul-
tantem: maximis etiam expenſis, eadem cauſa in-
certitudinis, & electionis armorũ attributæ pro-
uocato, prægrauari ſolet: cum tamen & ratio na-
turalis, & legalis, diſponat in iudicijs. Sed in hoc
maxime duellico, ſeruandam paritatem, & æqua-
litatem, non eſſeq́ue concedendum vni pugnato-
rum, quod alteri non permittatur, vt ſæpe dictum
eſt: vnde & talis lex Aenobarbi iniqua, & recepta
cõſuetudo, videtur irrationabilis: & tanto ma-
gis, quia ipſe prouocatus, ex delicto ſuo conſequi
videtur huiuſmodi commodum, & lucrum, con-
tra diſpoſitionem. l. itaq́ue fullo. ff. de fur. Nam
clarum eſt in hoc certamine, quod frequentius fit
cauſa honoris, & ad purgationem obiecti crimi-
nis (vt ante primam cõcl. dictum eſt) Prouocatum
primo inferre iniuriam prouocanti, qui cogitur ea
de cauſa (ne iniuria affectus, & notatus remaneat)
ad certamen conuolare: ſicq́ue & iniuriatus actor
efficitur, & multis incommodis eodem tempore
afficitur, quod videtur maxime inconueniens:
Nec iudicio meo illa ratio in prin. huius concl. aſ-
ſignata, valere, aut tollere hæc obiecta uidetur:
quod ideo concedatur electio & alia pręmiſſa
prouocato; quia inuitus, & præter omnem ſpem,
ad pugnã trahatur, & quia præparatis dolis poſſet
circumueniri. Nam reſponderi poteſt, ſi inuitus ad
pugnam uocatur, & præter omnem ſpem: ſibi im-
putare debet, qui alium iniuria laceſſiuerit: & co-
gitare debuit, non impune ſibi licuiſſe alteri iniu-
riari, alterumq́ue offendere. Notorium enim eſt,
quod permittitur iniuriato prouocatio, & conce-
ditur pugna: quia non debet alteri per alterum
iniqua conditio, contumelia, & iniuria inferri: vt
notiſsimi iuris eſt. Ex quibus pariter claret, quod
non dicitur poſſe circumueniri, qui iã potuit ſci-
re, & præcogitare ſe eſſe conueniendum ex deli-
4 cto ſuo. † nam ſcire, & debere ſcire, æquiparantur.
l. quod te. ff. ſi cer. peta. Præterea ſi iſta circunuen-
tio conſideretur in electione armorum, quænam
ratio, & cauſa circunuentionis conſideranda ma-
gis ſubeſt in prouocato iniuriante, quam in pro-
uocante iniuriato: ſicq́ue potius admitti debeat,
vnus multũ pręmeditatus & exercitatus in armis,
cum quibus pugnandum eſt: alius vero impara-
tus & inconſideratus. Profecto non decet ex tem
pore & incautum quemquam alium capere, &
inæquali pugna, ut ſup. concl. 8. explicauimus
5 † Qua de re exiſtimarem recte ſtatuendum eſſe,
vel conſtitutione principis: uel conſuetudine in-
ducendum: quod talis armorum electio innote-
ſceret utrique parti eodem tempore. uel utrique
parti eſſet incognita, per Iudicem forte poſtea ma
nifeſtanda. Nam & alias in longobar. quali. quis
ſe def. deb. l. ſi quis cum altero, & l. mentio: Fu-
ſtes & ſcuta, erant arma pugnatorũ, quę debebant
eſſe æqualia, & præſtanda a Iudice ſecundum Io.
Lign. in. §. circa ſeptimum num. 8. unde inquit Iac.
Hiſpa. lib. 3. ca. 6. apud Hiſpanos, apud quos pro-
hibita ſunt duella, cum quãdoq́ue de facto ad illa
peruenitur; partes ſciunt ante tempus prælij, qui-
bus armis pugnandum ſit: quamobrem eo pacto
tolleretur magna pars moleſtiæ pugnatoribus, &
6 omnis inæqualitas, pręſertim prouocanti. † No-
tandum tamen in hac concl. illud etiam erit, quod
ſicut in armis ſeruanda eſt electio prouocato: ita
ſi miles eſt, & voluerit eques pugnare, hoc pacto
prouocans debebit eques pugnare; & econuerſo,
ſi pedes fuerit prouocatus, prouocans miles, &
eques, poterit prouocatus, quia defendentis eſt
electio, pedes pugnare, ſecundum paridem in. §.
qui alteri lib. 1. & ita obſeruat cõſuetudo; vt pro-
uocatus indiſtincte eligat, uel non eligat equum.
7 Nam † licet equi non contineantur appellatione
armorum, ut docet Paris, in. §. duo pugnabant, lib.
8. nihilominus ſunt ad vſum belli, & inſtrumenta
bellica, ut ibi per eum; & recte inquit Virgilius:
Bello armãtur equi, Bellu hęc armenta minantur.

S V M M A R I V M.

1 *Arma quæ ſint eligenda num. 2. 11.*
3 *Arma plura, an ſint eligenda.*
4 *Enſe ſolo pugnantes, an reprobandi.*
5 *Enſe imprimis cinguntur milites.*
6 *Enſis alienatio eſt graue crimen.*
7 *Enſis amiſsio arguit aliquem victũ, in Duello gloriæ.*
8 *Enſis datur Imperatori, vindici in iram male agentium, & laudem bonorum.*
9 *Armati vna parte, alia inermi, non improbantur.*
10 *Armatus & eques, quis rectius Duello ſe præbet; quam peditum more.*
12 *Conuenta in electione armorum ſeruanda.*

CON-

CONCLVSIO. LXXXV.

ARma autem qualia ſint eligenda quomo-
docũque ipſorum electio ad prouocatum
ſpectet: aliqua per tempora fuit uariatio;
1 † Cum apud Longobardos, Fuſtibus, & Scutis,
præterquam de infidelitate pugna committere-
tur, ut in eorum ll. in tit. quali. quis ſe def. debe. in
l. quibuſcunque & in l. ſi quis dixerit; & in l. ſi fue-
rit, & in l. mentio exprimitur: ibique in l. nullus
campio, habetur: quod arma ſua, quæ conueniunt,
non autem herbas, quæ ad malefacia pertinent,
quis habere ſuper ſe debet: ut & per Paridem in. §.
duo pugnare lib. 8. idem legitur de fuſtibus, & Scu
tis in l. ſi quis cum altero, de teſtibus. in ea. longo.
ſecundum glo. autem, in. §. non eſt conſuetudo,
de alien. feu. pater. Certamẽ fit militaribus armis,
ſicque intelligendam d. l. quibuſcunque, comme-
morat: quod refert, & proſequitur Paris in. §. con-
tingit lib. 4. poſt And. Iſer. ibi, & Iac. Hiſpa. lib. 3.
cap. 6. tangit aliquantulum Iul. Fer. conſil. 10. nu.
5. addens conſuetudinem militum, & nobilium
obſeruandam: quam latius tradit receptum Alcia.
2 cap. 39. † ut ſcilicet ex omni genere armorum
optio fieri poſsit, quæ iuſtis militibus in acie vſui
ſunt: quo nomine inquit eſſe, Pugiones. Gladios,
Enſes, Spathas, Clauas, Ferreas, Rompheas, Pila,
Lanceas, Fuſcinas; de quibus ante Alcia. uidetur
locutus Paris in. §. arma, d. lib. 4. non eſt igitur ali-
quo pacto recedẽdum a militaribus armis, in hoc
ſingulari certamine, ex conſenſu omnium auto-
3 rum, & inducta conſuetudine: † Pluraque arma,
non vnam tantum ſpeciem; & longa, & breuia,
deferri poſſe ibi receuſet Paris: licet in d. §. contin
git, dicat quod a principe campi recte ſunt repro-
4 bati † qui inermes, ſolis enſibus certare conuene-
rant, quaſi lenonum more congreſſuri: ſicque
aliquantulum uidetur ſibi contrarius Paris, quem
tamen ſequitur Iac. Hiſpa. d. ca. 6. & Alcia. d. cap.
39. Qua in re, non adeo hunc pugnandi, ſolis enſi-
bus, modum improbandum de iure cenſeo: (ubi
conſuetudo non ſit in contrarium) non enim tur-
pis uidetur, ita ut lenonibus, magiſquam militibus
5 conuenire uideatur: † cum in primis enſe cingan-
tur milites: vt uidetur tex. in l. pen. ff. de teſta. mili.
& hoc ponit glo. in l. pen. ff. ex quibus ca. ma.
inter ſex neceſſaria, quæ ad eſſe militis inducta
ſunt: & propterea inquit ibi Bal. quod glo. non fe-
cit mentionem de calcaribus & alijs inſignijs, niſi
de enſe: ſicque ut per d. glo. tradit idem Paris in. §.
an Duella num. 7. lib. 1. militi cingitur enſis cum
creatur, in ſignũ, quia vti debet enſe, allegat etiam
tex. in prohem. inſti. in prin. unde & eo. lib. §. ad
pugnam, refert Neapoli obſeruatum. Quod enſis
erat Iudex, uindex, & teſtis inter proſequentes in-
6 iurias: & offenſas, facit quia † ſi inter alia arma
miles alienauerit gladium, graue crimen eſt, &
deſertori ſimilis eſt. l. qui commeatus. §. arma. ff.
de re. mili. unde ſecũdum Paridem in. §. an ſi pro-
7 uocans dum, lib. 8. † perdens enſem in bello, ui-
detur ſuccumbere pugnando cauſa oſtentationis
8 & virium. Facit, quia gladius † ſeu enſis fingitur at-
tributus Imperatori a Deo, uti miniſtro ſuo, uin-
dici in iram, ei qui malum agit: & ut illud exerceat
ad vindictam malefactorum, ad laudem uero bo-
norum, ut alibi diximus ſupra in. §. 1. uerſi. Gla-
dium. & idcirco non uideo, cum inter alia arma,
enſis magno in honore, & uſu habeatur frequen-
tiori apud nobiles & milites: quomodo ineuntes
certamen, etiam illo ſolo, debeant, aut poſsint im-
probari a Iudice campi. Et propterea percõtatus
quandoque milites, dicunt, non fieri talem im-
9 probationem hodie. † Similiter nõ uidentur poſ-
ſe improbari; qui certa parte corporis armati alia
inermi, certamen ineunt: dummodo arma ſint mi-
litaria; cum plura, & unam tantum ſpeciem de-
ferri poſſe dixerit Paris d. §. arma: quicquid ſcri
pſerit in d. §. contigit, aliter ſentiens in hoc caſu:
& eum ſequitur Iac. Hiſpa. d. ca. 6. Valet enim ar-
gumentum de parte, quo ad partem: quod de to-
to, quo ad totum. l. quę de tota, cum ſimil. ff. de rei
uendi. & in toto pars continetur, iuribus uulgatis:
10 † Conuenire tamẽ magis & ipſe exiſtimo, ad de-
cus & ornatum equeſtris militiæ conſeruandum:
nobili & generoſo uiro, ut eques, & loricatus ad
pugnam deſcendat; Habitus enim plurimum po-
teſt, & præſumptionẽ facit, ut talis quis pręſuma-
tur, quali in habitu reperitur, celebris eſt tex. in l.
item apud labeonẽ. §. ſi quis virgines. ff. de iniur.
& eſt in Adagio: Veſtis facit uirum: quam quod
mercenariorum peditum more aliquis prodeat:
ut omnium opi. receptum eſſe teſtis eſt Alcia. d. c.
39. qui tamen tradit talem congreſſum ſolius en-
ſis, non poſſe per perduellem recuſari. Veruntа-
11 men licet † ſagitarum, Arcuum, & Sclophorum
uſus apud milites frequens ſit, exiſtimauit tamen
Alcia. id genus armorum eligi non poſſe. Atqui
conſuetudine, hęc omnino improbantur: quod &
ea ratione comprobari poterit, quia in talibus
congredientibus non videtur poſſe eluceſcere vir-
tus & ſtrenuitas illa, quæ decet ueros nobiles &
milites. & Inſuper tales uidentur uelle congredi
magis acti aliquo furore & deſperatione, quam
ad propulſandas iniurias: & honoris & exiſtima-
tionis ſuæ cõſeruandę cauſa: In præmiſsis tamen
conſuetudo ſemper erit obſeruanda, ut ſupra con-
cl. 13. dixi, Poſtremo notandũ erit ſm̃ præfatos
docto. ſi inter perduelles conuentum ſit, ut pugna
12 fiat aliquo armorum genere: † quod conuenta
ſunt obſeruanda; nam & alibi diximus ſupra con-
cl. 12. inter certaturos conuenta eſſe obſeruanda.
Arma aũt ſi ceciderint aut frangantur, an iterum
pręſtantur, dicemus inf. de Iudice, concl. 92.

SVMMARIVM.

1 *Pugnantes, alter alterum præuenire poteſt in percuſ-
ſionibus: licet prouocatus cõſultius videtur agere,
expectans ſe inſultari.*

Prouo-

2 *Prouocatus poteſt deludere prouocantem ſubterfugiendo.*
3 *Tempus pugnæ, eſt vnius diei.*

CONCLVSIO. LXXXVI.

Congrediuntur deinceps his omnibus diſcuſsis,& apud iudicem uentilatis,perduelles; manumque conferunt; in percuſsioni-
1 buſque, & † inſultu alius aliū præuenire pōt, licet conſultius acturū prouocatū aliqui affirment, ſi prouocatorem inſultantem expectet, ad hoc ut iuſtificet,quod tanquam inſultatus accedat; & fere inuitus, ſicque prouocator uti deum tentans diuino iudicio debeat ſuccumbere:ut iam dictum
2 eſt concl.48. † Deludere autem poteſt prouocatus prouocantem,currendo,ſubterfugiendo,ſæpe canendo ab inſequente, euitando ictus, & vulnera,ita quod finita die prouocator probare non poſsit,qui hoc promiſit : ſicque uictus is dicatur:
3 ipſe uero victor; † quia pugna eſt bellum vnius diei,ut per Paridem in.§.an ſi prouocans dum lib. 8.& ſupra concl.45,Pœnitere tamen poteſt prouocatum,ante,uel poſt litem conteſtatam, abolitione impetrata,ut ſupra concl.26. dictum eſt; an uero liceat prouocato mutare querelā ante litem conteſtatā,uel poſt,dictū eſt ſupra concl.28.in fi.

Pars Quarta.

DE IVDICE.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis partes neceſſariæ ſunt in Iudicio duellari.*
2 *Duellum impertinenter fit ſine iudice.*
3 *Non coronabit niſi qui legitime in agone certauerit.*

CONCLVSIO. LXXXVII.

1 Iudicis partes, quæ in multis uerſantur,neceſſariæ ſunt in hoc iudicio,† & ſingulari bello;cum tribus perſonis conſtituatur, Prouocante : Prouocato : & Iudice:ut ſupra conclu.2. ſcripſimus. Neque enim iuſtificari poteſt abſque ſuperioris autoritate , ſeu iudicis, a quo dependet iuſtitia belli, vt dictum eſt ſupra concl.24. & 55.
2 † Sicque pugna illegitime & impertinenter committitſine iudice ,& in locis remotis,&ſolitarijs, & alla Macchia, pront apud aliquos dicit: Hincq; ad propoſitum conuenire videtur dictum Apoſto
3 li cap.2.ad Thimot.† qui inquit, non coronabitur niſi qui legitime in agone certauerit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex competens certaminis, quis ſit.*
2 *Iudices qui poſſint concedere duella, qui ſint.*

CONCLVSIO. LXXXVIII.

1 Iudex,† autem competens huiuſce negotij ille eſt,quem ſibi elegerit prouocans, vt ſupra enarrauimus concl.84.& Latius concl.42. iam diu enim ſic recepit conſuetudo: & ideo cum Paris in §.actor,& §.ſæpe,li.1.& §.nobilis lib.2.nu.5.cōpetentē iudicē diuerſimode dixerit, eū q̄ a ,puoca to eligit, uel q̄ ſit proprius iudex ipſius prouocati: utputa in milite prouocato , Magiſter militū, uel dux exercitus, ſub quo quis militat, quia actor ſequatur forum rei.l.2.&.l.magiſteriæ.C. de iuriſd. om.iudi.amplius hæc hodie non uidentur ſibi locum uendicare . Exiſtimo tamen ſi inter aliquos milites,ſub eodem Duce exercitus, Magiſtro, uel tribuno militum merentes, contigerit controuerſia par,decenſque , & præclarius forc(niſi adeſſet cauſa iuſta ſuſpicionis)q̄d tales cēſerent admitterenturque in iudices competentes, ex quo iure communi uidentur eſſe ſub eadem iuriſdictione: dictis & ſimilibus iuribus ; & eo pacto frequens uſus militum eſt, ſingulare certamen inire : Atqui ſi milites perduelles diuerſi exercitus contendant, iudex competēs ille erit, quē prouocans elegerit. Verum ſæpe obſeruatum eſt , quod in conſpectu duorum exercituum, ad pugnam ſingularem deuentum ſit,ut docent etiam exempla antiqua Valerij Coruini , & Torquati, & alia recentiora ſatis
2 nota . † Qui autem iudices poſsint concedere Duella, diſſeruit Paris,in.§.quia Della, lib.1.ſcilicet Papam: Imperatorem: Regem,& alios principes non recognoſcentes ſuperiorem: & populum liberum,qui haberet regalia:& quemlibet, qui poteſt bellum indicere: & Duces exercituum & qui habent ex conceſsione,ut ſequitur Iul.Fer.conſi 1. 20.per plura . Per arbitrum tamen pugna non uidetur poſſe iudicari, ut in cōcl.24.& 55. diximus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet primo cum conſilio peritorum, perduelles, & eorum controuerſias audire, & videre proceſſum agitatum.*
2 *Iudex debet partes ad concordiam hortari.*

CONCLVSIO. LXXXIX

1 Cura inde conſtituti Iudicis, ubi ad eum deuentum ſit,illa eſt: † ut cum conſilio procerum , & militum,& aliorum uirorum probatiſsimorū,audiat primo perduelles, eorumque controuerſias, uideatque proceſſum agitatum : ut ſupra concl.43.tam ſeparatim & alterius tantum: quam coniunctim amborum: negociorum enim merita partium aſſertione panduntur ut in.l.fi.C.
2 ſi per uim uel ali.mo. † Et elaborabit plurimum, ut aduerſantes , ad pacem & concordiam hortetur,deducatque: quandoquidem ſcriptum ſit, nil aliud curare debet prætor , quam ut partes ſint in concordia l.1.§.inde quærit.ff.de no.ope.nuntia.

cum

cum glo.& l. congruit.ff. de offi. præſi. in prin.c.
diſcordantes.90.diſt. ubi.glo. cum ſim.& dictum
eſt ſupra in hoc.§.tertio, concl. 10.de qua pace
procuráda tangit Paris, in.§.an ſi duo ſubditi,&.§.
an rex.num.6.lib.1.& Iul.Fer.conſ. 15. col. 1.&
Iac Hiſpa.lib.2.cap.1.Prædictaque omnia in cura
Iudicis reponit Paris. At nos de pace, & concor-
dia perduellium procuranda,& inducenda ſigilla-
tim inf.dicemus in ult. parte.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet conſiderare apte qualitatem, honores, gradus, loca, tempora, & cauſas certaminis.*
2 *Iudex niſi ex maxima cauſa, concedat Duellum.*

CONCLVSIO. XC.

VBi non ſit locus paci, & concordię inter
1 perduelles, † Iudex accurate conſiderare
debet qualitatem, honores, gradus, loca, &
tempora, & cauſas certaminis & controuerſia, ſe-
cundum allegata ſupra, præſertim Iul. Fer.d.con-
2 ſil.15. † Et non niſi ex maxima cauſa, & graui,
concedere debet Duellum, vt dictũ eſt ſupra con-
cl.51.& 67.& in re de qua non conſtet, & obſcu-
ra.exiſtentibus tamen indicijs; item non debet
cõcedere ubi militent aliæ exceptiones, de quibus
ſupra ſcripſimus in.2. parte de prouocato, concl.
54.cum pluribus ſeq. & tandem cõceditur pugna,
præſtito per perduelles iuramento ut ſupra concl.
44.&.83.habetur. Fiunt tamen perſæpe capitula
de more apud iudicem, ante pugnam ineundam,
per certaturos obſeruanda: a quibus nefas ſit rece
dere, ut ſcripſi ſupra concl.12.

SVMMARIVM.

1 *Iudex aderit in campo Duelli cum conſiliarijs: vt videre, & audire poßit pugnantes; & iudicare quis ſuccubuerit.*
2 *Bannum ſit quod nullus ingrediatur campum, &c.*
3 *Bannum iudicis ſeruandum eſt.*
4 *Epiſcopus loci poteſt prohibere Duellum; licet dominus temporalis conceſſerit.*

CONCLVSIO. XCI.

COnceſſo Duello, conceditur quoque locus,
& campus ad prælium deſsignatus,& aptus;
1 ut ſupra concl.45. † in quo aderit iudex
cum conſiliarijs ſuis, in iure & re militari eruditis
& uerſatis, ut ſupra concl.89. & per Paridem in.
§.pone lib.8.qui diligenter, & clare, proſpicere &
audire poſsit utrunque pugnantem, ad hoc ut tan
dem iudicet quis ſuccubuerit, ut legitur apud Io.
Ligna.in eo.tracta, de Duello. §. circa ſeptimum
num.8.& Iac.Hiſpa.lib.3. cap.4.& Iul. Fer. con-
2 ſil.6.nume.12. † Emittiturq́ue inde Bãnum man-
dato iudicis, quòd nullus campum certaminis in-
grediatur præter Duellantes, Magiſtros, ſeu(vt di
cunt) Patrinos & ſolitos ingredi, atque nullus tu-
multum faciat, qui ſit impedimento duellantibus,
3 vt ibidem per Hiſpanum, & Ferretũ. † Quod qui-
dem Bannum ſeruandum eſt, argumento l. proſpe
xit cum glo.ff. qui & a quibus. lex enim vtcunque
dura ſeruanda eſt, vt ibi: & ad aliud propoſitum
obſeruandum dixit Paris in.§. duo milites libr.2.
4 num.1. In hac concluſione notari poteſt, † quod
licet dominus temporalis conceſſerit Duellum,
nihilominus Prælatus, ſeu Epiſcopus, qui præſidet
in ſpiritualibus ciuitati, uel loco, in quo pugna
committenda erat, poterit ex iuriſditione ſua hoc
prohibere, quandoquidem ſecundum iura cano-
nica, omnino prohibenda ſint duella: non obſtan
te conſuetudine, ut in prin. huius tract. dictum eſt,
& in ſpecie tradit Paris in.§. an ſi dominus lib.1.
ea ratione, quia talis prælatus uendicat ſibi iuriſdi
tionem in laicos; ex quo tractatur de periculo ani
marum,& de concernentibus peccatum iuxta no.
in.c.2.de no.ope.nunci.& per Bar.in l. priuilegia.
C.de ſac.Eccleſ.

SVMMARIVM.

1 *Arma ſiue frangantur, ſiue cadant, alia non exhibentur.*
2 *Cadentes non eriguntur.*
3 *Arma ſunt loco probationum, & inſtrumentorum.*
4 *Ferire licet, reſumentem arma, & equum aduerſarij; quia ſunt inſtrumenta hoſtis.*

CONCLVSIO. XCII.

QVia in congreſſu certantium, frequenter
euenire ſolet quòd Arma eorum frangun
tur, & cadunt, dubitatumq́ue eſt, an alia
præſtanda eſſe, exhibendaque à iudice permitten
dum ſit: idcirco Paris in §. an Duello lib 4. & Io.
Ligna.in §.circa ſeptimum nume.9.in hoc conue-
1 niunt, † vt ſiue cadant, ſiue frangantur, ſint om-
nino deneganda, ſeruata imprimis conuentione
& conſuetudine, ubi vigeat & mouentur inter cæ-
2 tera illa ratione: quia † & ipſi cadentes non eri-
guntur. & hæc diuino iudicio contingere creden
dum ſit. Illa etiam ratio legalis mihi videtur poſſe
3 aſsignari, quia † arma ſunt loco teſtium, inſtrumen
torum, & probationum iudicij ciuilis, vt ſupra
concl.2.& 3.in quo imputandum eſt illi, qui in his
deficit: cum quilibet teneatur probare intentio-
nem, & exceptionem ſuam ad victoriam com-
parandam, l.2.&.l.in exceptionibus.ff.de proba-
tio. Hanc etiam concluſionem tenet Alcia.ca.42.
4 vbi & illud addit, † licere ferire reſumentem arma,
& equum aduerſarij, quia ſunt inſtrumenta hoſtis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet expectare finem belli; qui inſpiciendus eſt, alioquin alius aditur iudex.*
2 *Iudex non debet diuidere pugnam, etiam ex clementia: aliter iniuſte ſe habet. limit. nume.3.*
4 *Iudex parcens victo, tenetur victori ad expenſas; idem in iudice diuidente duellum num.5.*
6 *Iudex diuidens pugnam, debet illam in priſtinum ſta-*

tum

tum eadem die reducere, vt pugnam perficiant.
7 *Iudex vbi diuiſit certamen, quaſi mortui, vel victi, an poſſit condemnare victum vſq; ad illam horã.*
8 *Sententia q̃l nulla, q̃ manifeſtũ errorẽ iuris cõtinet.*

CONCLVSIO. XCIII.

1 IVdex debet † expectare exitum, & finem belli, qui inſpiciendus eſt, arg. l.rem non nouã, cum ſim. C.de Iudicijs. Paris in.§.duo milites nu. 4. lib. 2.& in.§.datur lib.8.per plura, Iul.Fer. conſil. 4.cc.fi.& proinde conſil.7.in fi.tradit, ſi iudex noluerit expectare finem Duelli, alius pro iuſtitia eſt
2 adeundus; † & ideo nec pugnam diſſoluere, aut certantes diuidere decet, quamuis ex aliqua clementia, & pietate moueri poſſet: alioquin iniuſte facere uidetur, ut per Paridem in. §. an ſi duo faciant circa fi. lib. 2. &. §. duo equites in fi. &. §. duo pugnarunt lib. 8. qui limitat non procedere quando pugna fit cauſa virtutis, & gloriæ; non honoris & infamiæ: quia tunc finis eſt mors, uel (ut aiunt) diſdicta ut per eum in. §. poſt hæc, lib. 2.
3 Sublimitare Paris uidetur in d. §.an ſi duo, hanc limitationem, ut ſcilicet Iudex non poſſit diuidere pugnam, etiam cauſa uirtutis, quando eſſet conuentum, quod pugnaturi currerent tot uicibus, uel eſſent aliter pacti, cum conuenta ſint obſeruanda, ut alias dixi ſupra concluſ. 12. Præmiſſam concluſionem principalem tenet etiam Iac.
4 Hiſpa. lib.4.cap.21. † Verum ſi iudex abſque conſenſu uictoris parceret uicto, uidetur teneri uictori ad expenſas per eum factas ſecundum Paridem in. §. officialis lib. 8. ea ratione, quia non poteſt tollere ius tertij, niſi pretio dato. An autem inprincipali concluſione, iudex non expectans exitum belli, pugnamque diuidens, teneatur prouocanti ad expenſas, & ad aliquam ſatisfactionem ex quo non permiſit eum probare intentionem
5 ſuam, † exiſtimarem teneri, quia clarũ eſt, ꝙ iniuſte ſe habuit, ꝑ pa iniuſtus iudex facit litẽ ſuam, & tenetur parti ad intereſſe arg. l.fi. C. de pœna iud. qui.ma.iud. cũ glo.& inſti.de obliga.quæ ex quaſi
6 delic. naſ. in prin. † Vbi contingat iudicem diſſoluere, ſeu diuidere certamen (a quo tamen rectius, & prudentius abſtinere poterit) ubique inde non poſſit reducere partes ad concordiam, illas in priſtinum ſtatum, ut erant, antequã diuiderẽtur, reponere iubebit, ut pugnam abſoluant: ut tradit Paris in d.§.duo equites circa fi. quam tamen repoſitionem eadem die poſſe per Iudicem fieri declarandum eſt, cum ulterius non detur noua dilatio, & per prouocatum non ſtetit, qui ideo ultra diem ſtatutam, non poteſt amplius cogi ad pugnam, ut poſui ſupra concl. 75. circa prin. Atqui ex ſententia Paridis in d.§.duo equites, ſi ille q̃ uidebatur morti proximus, & quaſi uictus, cuius intuitu, & pietate iudex diuiſit certamen, recuſauerit ſe reponere in priſtinum ſtatum, condemnandus eſt ut uictus, uſq; ad illam horam, † qua diſſolutum fuit
7 Duellum, & per conſequens aduerſarius declarabitur uictor, per contumaciã alterius cum declaratione ſtatus rei, & certaminis, & prout iudici, cũ conſiliarijs ſuis uidebitur, quæ etiam uidetur ſentire Paris in.§.duo milites ad pugnam li.9. quæ equidẽ declaratio circa ſtatum rei, & pugnæ fienda per iudicem ſatis placet, ſecundũ caſum d.§. duo equites, non autem in caſu d.§.duo, quia actor illa die debebat probare, alias uictus dicitur, ut ſupra con clu. 49. Sed non placet, ut eo modo quo ſupra qs declaretur uictor, quia hoc eſt contra naturam huius certaminis, in quo tantum per contrariam confeſsionem ſeu (ut dicitur) diſdictam, aut mortem, uictoria paratur uincenti, ut ſupra concl. 48. Item non apte uidetur iudex uelle pronũtiare circa uictoriam, qui iam in hac cauſa, non expectato fine, diuidendo, iniuſte ſe habuit, unde manifeſtũ iuris errorem continere uideretur ſententia ſua,
8 † quæ ideo eſſet nulla, l.1.&. 2. C. quando prouoca. non eſt neceſ. Soci. reg. 354. Imo propter talẽ condemnationem, ipſi iudices quandoq; fuerunt prouocati ea de cauſa ad certamen per cõdemnatiũ, & ꝓ hac mea opi. faciunt dicta Paridis in. §. an ſi cum duobus lib.8. ubi tñ dicit, ꝙ talis exiſtens in caſu uictoriæ, habebitur in maiore honore apud milites, quod non eſt improbandum.

SVMMARIVM

1 *Iudex debet condemnare, vel abſoluere partes in Duello, pro iuſtitia.*
2 *Iudicandi munus, neceſſitatis eſt.*
3 *Iudex quando fit pugna, vel quando quis eſt contumax, aut mortuus, quomodo pronuntiare debeat, alio comparente, & num. 5.*
4 *Iudex vbi adſit impedimentum, ſtatuit alium diem ad prælium.*
6 *Crimen cum morte extinguitur, limit. num. 8.*
7 *Armorum terror vbi eſt, dicitur mors imminere.*
9 *Iudex debet condemnare victum in expenſis.*
10 *Iuramento victoris ſtandum, pro expenſis factis in Duello.*
11 *Victores extollendi, qui victos abſque expenſis etiã conſecutis, dimittunt liberaliter.*
12 *Victus donatus iudici, an poſſit cogi ad ſe redimendum.*

CONCLVSIO. XCIIII.

1 POſtremo † Iudicis partes erunt in hoc iudicio per ſententiam abſoluere, uel condemnare, prout uictoria ſe ſe obtulerit in altero congredientiũ, aut ſuccumbẽtiũ. Tenetur enim iudex in cauſa, & q̃ſtione in qua cognouit, ſñiam ſuã proferre ſecundum iuſtitiã, deũ præ oculis habendo. l. de qua re. ff. de iudicijs, ubi Bart. & doctO.& ꝑ Soc. reg. 198.& Iul. Fer. cõſ.4. in fi. † iudicãdi.n. munus neceſsitatis eſſe uñ. l. munerũ. §. iudicandi. ff. de mune. & hono. & in auth. ut iud. nõ expecta. ſac. ius. cũ ſim. quãuis aliqui imperite dicãt, ſufficere, ſi iudex abſque ſñia declarauerit ſtatum cauſæ, & prælij abſoluti, quæ prorſus aliena a uero

exiſtimanda ſunt, & propterea deuenire ſolet iudex ad ſententiam, in altero de duobus caſibus,
3 † ſcilicet quando fit pugna & alter pronuntiatur
victor, aut victus: vel quando quis contumax, aut
mortuus fuerit ante Duelli diem. In primo caſu,
ubi fit pugna, iudex pronuntiat, & declarat quiſquis is fuerit, ſiue prouocans, ſiue prouocatus, qui
aduerſarium ſuperauerit, eũ victorem, aut victum
alium, & uti calumniatorem reprobatum, & reprobandum, autore Paride in. §. an duella num. 6. lib.
1. & in. §. qualiter, lib. x. & conſuluit Iul. Fer. conſ.
6. in fi. per iura etiam Longobarda, inter alia per.
l. recolimus, de homic. lib. homi. & conueniunt adducta ſupra concl. 2. præſertim Io. Lign. in d. §. circa ſeptimum num. 1. in ſecundo caſu, ubi aliquis
certantium contumax fuerit, pro comparente pronuntiandum erit: vt ſi fuerit contumax prouocatus, & non comparuerit: habeatur pro cõtumace,
confeſſo, & victo: dicaturq; iniuſtam fouiſſe querelã, decernendo ipſum eſſe militem reprobatũ, &
reprobandum, & de cętero diffamatum, & a militũ
pugna repellendum, & alia quæ more militum obſeruari ſolent. Prius tamen ipſe comparens, die ſtatuta ingredietur campum, cum vexillis, & armis, vt
par eſt: ibiq; expectabit uſq; ad ſtellas, & occaſum
ſolis, aduerſarium, tribus factis proclamationibus
in meridie: vel prout Iudici placuerit, ꝙ paratus
eſt prælio; & illo in contumacia perſeuerante, occidente ſole, iterum voce præconia vocato contumace, petit ipſe comparens, ad honorem ſuum, &
in ſui fauorem pronuntiari: vnde iudex pronuntiare ſolet pro comparente, cum conſilio procerum, & militum, & aliorum peritorum in hoc negotio, quæ ſimiliter, & econuerſo obſeruanda ſunt
in prouocante contumace, ut late proſequitur per
verba apta, Paris in d. §. qualiter: & Iac. Hiſpan. in
cap. fi. lib. 4. & Iul. Fer. conſil. 19. nu. 4. &. 5. & clarius conſil. 12. & per Alcia. cap. 15. & militant adducta ſupra concl. 25. In hoc tamen ſecundo caſu,
ſi proponantur iuſtæ excuſationes, & legitimum
impedimentum non comparentis, per nuntium,
vel Araldum, vt ſupra concl. 46. &. 61. admittun-
4 tur, † præmiſſa matura cognitione per iudicem
proinde ſtatuet aliam diem, tali impedimento ceſſante, ad prælium abſoluendum, ſm̃ præfatos do-
5 cto. præſertim Pari. d. §. qualiter. † Ruſſus in hoc
ſecundo caſu, cum quis conſtituta die, iudicio nõ
ſteterit, quia mortuus ſit, maior inſurgere videtur
dubitatio, quænam debeant eſſe partes iudicis, parato altero pugilum ad pugnam, & accuſante contumaciam non comparentis, & aſſerente illum
præ timore, & ex conſcientia facinoris, & litis temere & improbe aſſumptæ, & diuino iudicio defunctum, petenteque ſe victorem declarari: Paris
in. §. ſingulari lib. 3. hunc caſum late, & ſatis obſcure proſequitur: nec aperit expreſſe, quænam debeant eſſe partes iudicis in ferenda ſententia, &
hoc negotio terminãdo. Videtur tamen in id inclinare, quòd ſi quis ſine morbo, uel ſine febre, die
ipſa belli, vel præcedenti, ex improuiſa, & ſubitanea morte correptus ſit, præſumatur præ timore
belli, & pugnæ futuræ mortuus, ſicque imaginatio mortis proxima actui mortis, mortem cauſet,
ac ſi perquiſitione facta per præconem, vel (vt dicitur) Araldum, quis mortuus reperiatur ante tẽpus belli, illius memoria excuſetur a contumacia
propter mortem, quia homines mortales ſunt. l.
corruptionem. C. de vſufruc. & mortes repentinæ multis ex cauſis hominibus contingere poſſit, vt in aut. vt fac. no. conſt. cc. fi. Ego in hoc articulo, quem alij docto. (quod viderim) non tangunt, quicquid ſenſerit Paris, de iure reſpondendum exiſtimo; quomodocunque mors, & quandocunq; etiamſi die ipſa belli interceſſerit, & quod
plus eſt, licet etiam quod quis præ timore belli fato functus eſſet, non tamen hunc contumacem;
confeſſum, aut victum, & aduerſarium victorem,
per iudicem pronuntiandum eſſe. Nam cum in
hoc iudicio, arguitur, & procedatur ad exemplum
iudicij ciuilis, præſertim criminalis, vt ſupra concluſ. 2. &. 3. ſuccedit quod iſtud Duellum, ſiue huius accuſatio & querela, ſoluatur morte alterius
perduellium, ſiue accuſatoris, ſiue accuſati: &
per conſequens prouocatoris, ſeu prouocati, vt
videtur expreſſum in rubro, & nigro, C. ſi re. vel
accu. mort. fue. & præſertim in. l. 2. pen. & fi. vbi
6 Salice. † cum morte enim crimen, & pœna extinguitur, & accuſatio ſublata eſt; etiam reſpectu accuſatoris vt ibi, & alibi ſæpe dicitur. Succedit etiã,
quia cum per mortem tantum, aut reuocationem
ſeu (vt dicitur) diſdictam, victoria ſit declaranda,
vt ſupra concl. 48. non videtur, ꝙ ita mortuus poſſit conſiderari ſuperatus, aut (vt dicitur) diſdictus,
cum nondum ingreſſus fuerit certamen, nec ſub iudice, aut cum aduerſario cõgreſſus fuerit. Nec re-
7 pugnant obiecta Paridis, vt ſcilicet, vbi † ineſt armorum terror, dicatur imminere mors, & imaginatio faciat caſum, quia enim aduerſarius ſub iudice
quicquã non tentauerit, nec armorum terror, nec
imaginatio poteſt haberi in conſideratione, cum
etiam fictio magis in his militet, quam veritas: &
ideo cum etiam repentinæ mortes multis ex cauſis
contingere poſsint, vt ipſemet Paris fatetur,
non poteſt argui, præ timore belli, contigiſſe. l. neque natales, cum ſim. C. de probatio. Poſſent tamẽ
8 forſan excipi aliqui caſus, † in quibus memoria
damnatur, & crimen morte non extinguitur, vt læſæ maieſtatis, Hęreſis, & aliorũ, de quibus p glo. &
Salice. in. l. 1. C. ſi reus uel accuſ. mortu. fu. & ille
caſus, cum quis conſcientia delati admiſsique criminis, metuque futuræ ſententiæ; ſibi manus intuliſſet, quòd magis præ alijs militare uideri poſſet: ubi de eo conſtaret, ut. C. de bonis eo. qui
ſibi mortem conſc. l. 1. &. 2. & per Salice. in d. l.
pen. C. ſi reus uel accu. & faciunt dicta per Franciſ. Luc. in tract. de fiſco. & eius priuilegi. in. 3. parte num. 1. ut in eis opi. Paridis poſſit procedere: cũ
tamen maxime urgeant ſupra adducta, etiam in
præmiſsis caſibus, ultimo forſan excepto: Eo addito, quod in hac materia non proceditur de
ſimili-

ſimilibus ad ſimilia, Sed tantum ſecundum veritatem, & non ſm fictionem, quia odioſa ſunt duella, & diſplicent legi, & ideo reſtringenda, non aūt extendenda, ut commemorauimus ſupra concl. 9. propterea cogitādum eſt. Vltimo in hac conclu ſione, licet Paris in recitatis locis nō meminerit nec verbum fecerit de condemnatione expēſarum fienda per iudicem, contra ſuccumbentem. Io. tñ Lign. in ſpecie in. d. §. circa ſeptimum num. 11. tra
9 dit. † Succumbentem, in expenſis aduerſario eſſe condemnandum, ad ſimilitudinem iudicij contentioſi. l. properādum. §. ſinautē. C. de iudicijs. c. finem litibus, extra, de dolo & contu: Alio tamen in loco Paris, ſcilicet in. §. an ſimiles, vel nobilis num. 5. lib. 9. innuere videtur, expenſarum rationem eſſe habendam, dū inquit, ſe putare, uictorē victum poſſe detinere ad tempus, ad hoc, ut pecunia ſe redimat, pro expenſis factis in Duello, id clarius affirmat in. §. pone quod aliquis ſe, eo li. 9. vbi vt docet, iniuſte mouens bellum, vel prælians, tenetur ad omnia damna & expenſas, ei cui bellum mouit, ſecundum Innocent. in. c. fi. quod me. cā. & in. c. ſicut, & c. fi. de iureiur. ſequitur Marti. meus Laudenſis in tracta. de bello. q. 1. Plus quoque ad-
10 dit Paris, † Standum eſſe pro damnis, & expenſis iuramēto victoris, per d. c. fin. talem quoq; redemptionem, dū priuatus carcer non exerceatur, conſentiunt Iac. Hiſpa. c. 12. lib. 4. & Alci. c. 43. & Iul. Fer. conſ. 9. Inter primi nominis, milites reponen-
11 dos tamē ibi ait Alcia. eos *. † qui victores, victos, liberaliter dimittunt, & quandoque muneribus afficiunt. In hac tamen condemnatione expenſarū dubitare videtur Paulus Ligna. in appoſtillis ad Io. proauum ſuum in eo. §. circa ſeptimum, verſic. vndecimo quæro, dicit enim ponderandum non leue eſſe, dicere, quòd victus non debeat in expenſis condemnari, cum iurauerit de aſtu: & quaſi fuerit condemnatus ex præſumptionibus, ſcilicet ex Duello: vnde iudex debet eſſe mitior per dicta Bal. in authe. generaliter. C. de Epiſc. & Cleri. Nihilominus cenſerem ab opi: recitata, quam plures, & numero, & auctoritate maiores, ſecuti ſunt, non eſſe recedēdum, quæ ex eo cōfirmatur, (quod tollere, & diluere etiā obiecta videtur) quia Duellum eſt experimentum veritatis, & innocentiæ, diuinoque iudicio, & quia iniuſtam cauſam quis amplexus fuerit, victus cenſeatur, vt ſupra conclu. 6. & per Alcia. in d. c. 43. in prin. Declara tamen ſupradicta, ut quando quis donatus eſſet iudici, non
12 † poſſit cogi ad ſe redimendum per ipſum iudicem, quia ſcriptum ſit: Gratis accepiſtis, gratis date, et concludit Paris in. §. aliquis in Duello lib. 9. per tex. vbi Bal. in. l. ab hoſtibus. C. de capti, qui tamen tex. & dicta Bal. non videntur probare intentionem Paridis, quia ibi captiui ab hoſtibus, virtute militari fuerunt liberati, ſic diſponente foſſa iuris; at nos non ſumus in caſu neceſſario, & forma legis: ſed voluntario hominis, qui donando ius quod habet in captiuum, aduerſarium ſuum transfert in iudicem, qui re donata, ad libitum, tanquam de re ſua, uidetur poſſe diſponere, toto tit. ff. & C. de donatio. nec gratis dare, quod gratis accepit, cogitur aliquis, ſaltem de præcepto. l. cum de indebito. ff. de probatio. Vel dic illud dictum diuinum loqui non in temporalibus ſed in ſpiritualibus, & cura infirmorum: quandoquidem Chriſtus docebat Apoſtolos, dicens, Euntes prædicate, dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorum, infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eijcite, unde infert, Gratis accepiſtis, gratis date: aliter committeretur Simonia. ut per totum tit. de ſimon. Verum quomodo uictus habendus ſit, an ſeruus, uel captiuus, ſeu deditiius, quidue in ueſtibus, armis, & equis mortui, ſit agendum, uidebimus infra, de uictoria.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio regulariter admittitur a ſententia per iudicem Duelli lata limit. num. 2. 3. 4. 5. 6. Contrarium dicitur, num. 12.*
7 *Appellatione prohibita officium iudicis implorari poteſt, & ſupplicatio admittitur.*
8 *Suplicatio quando admittat, prohibita appellatione.*
9 *Appellatio deuoluitur ad ſuperiorem iudicantis vbi adſit; ſin minus ad æqualem.*
10 *Iudex appellationis Duelli, ex quibus actis iudicet, & quos mores loci ſeruet. nume. 11.*

CONCLVSIO. XCV.

1 APpellatio † regulariter a ſententia lata per iudicem certaminis, uidetur eſſe admittenda, cum & in maioribus, & in minoribus negotijs liceat appellare. l. & in maioribus. C. de appellatio. cum ſim. Decius conſil. 34. uol. 1. & per Paridem puteum in. §. modo queritur. cum. §. ſeq. lib. xi. cum quo remiſſiue tranſit Iac. Hiſpa. in c. fi. in fi. lib. 4. Et in cauſis criminalibus, prout uidetur materia noſtra uerſari, eſt tex. in. l. 2. C. quorum ap. non recipi: & in. l. addictos. C. d epiſ. audi. Proinde inquit Iul. Fer. conſil. 7. in fi. ſi iudex non miniſtrauerit iuſtitiam, erit alius iudex adeundus; tunc etiam cum noluerit expectare finem Duelli, per allegata per eum. Iſtam tamen conclu-
2 ſionem limitat Paris in d. §. modo. † ut non procedat, ubi Imperator, uel Rex Franciæ, ſiue alius Rex, & ſeu Princeps, & Dux monarcha in regno ſuo tuliſſet ſententiam. l. 1. ff. a quibus appel. non licet, cum ſim. quibus conuenit id quod dixit Soci. in reg. 24. in 9. fall. quòd a ſententia lata per eum, qui non recognoſcit ſuperiorem, non appellatur: & dixi inf. late. §. 4. uerſic. 20.
3 † Crediderim pariter appellationem eſſe prohibitam in illis caſibus, in quibus in iure receptum eſt, nō admittendam, de quibus per Soc. in d. reg. 24. ubi ponit. 32. limit. & per Lafran. in tracta. de interlocu. & appellatio. §. quæro in quibus, & per Nepo. de monte Alba. in tracta. de exceptio. §. ſupradictum eſt. Verum tunc maxime prohibitā ap-
4 pellationem puto, † quando ſnia lata eſt contra

I 2 conui-

conuictũ,& propria voce confeſſum:d.l.2.C.quorum ap. non recip.& per Soc. ibi,ſal.4.& Lafran, ibi in.4.ſal.& per Decium in.c.cum ſpeciali.§.porro col.2.de appellatio. ubi tradit ſecundũ oẽs,ꝙ in confeſſo rñ,vel c onuicto tantum, conceditur appellatio ex cauſa: Quæ confeſsio vt plurimum per victorem,a victo extorqueri ſolet: ubi victus non occidatur: cum finis huius belli, ſit mors, aut (vt aiunt)diſdicta: vt ſæpe diximus, quæ procede
5 re videntur &̃ in ficta confeſsione, † vt puta veri contumacis,ſtatuta die non comparentis, vt ſupra conclu. proxi. Verus enim contumax non appellat,l.properãdum.§.ſi autem reus. C. de iudicijs, cum ſim.Soci.d. reg.24.ſal.6.& per Nepo.de monte Alba.in d.§.ſupradictum eſt, num. 7.vbi ponit quis ſit verus,quis ſit fictus contumax, & faciũt di
6 cta Corn.conſ.17.nu.5.uol.3.† Addit Paris etiam tunc prohibitam appellationem qñ quis ſorte, & fortuna,eſſet deuictus in Duello, non tamen eſt iudicatus a iudice competenti, quia a ſñia fortunæ, nõ poſsit appellari,per dictum Bal.in.l.fi.in prin. C.cõmunia de lega.cũ fortuna ducẽ deum habeat,
7 ſit inexorabilis,nullumq; nouerit ſuperiorem: quę in ſe vera ſunt: vt etiam Bal.ſequitur Philip. Fran. in rub.de appellat. nu. 10. & Corneus conſi.143. num.10.vol. 4. nihilominus nõ videntur poſſe ad caſum noſtrum adaptari,quia ſit Iudicium,& ſententia in hoc negotio ferenda eſt per iudicem electum,ad complementum certaminis,vt ſupra con clu. proxima, qui præſupponitur in hoc caſu non iudicaſſe:unde ubi non adſit ſententia,non poteſt conſiderari de appellatione interponenda, uel admittenda, aut non, cum non entium nullæ ſint qualitates,l.eius qui.ff.ſi cer.pet.Vbi tamẽ placeat ſequi opi. Paridis declarari poſſe uidetur ex dictis Philip.Fran.& Cornei d.conſil.143.num.10. ut ſci licet poſsit haberi recurſus ad ſuperiorem,ubi ad-
7 ſit enormis læſio. † Sic quoque in caſibus in quibus diximus appellationem eſſe prohibitam, officium iudicis implorari poteſt,ut per Hippo. marſi in.§. opportune,in practica crimi.num.52.prohibitus enim appellare, non prohibetur ſupplicare, glo.in.c.ex literis ubi Abb.de reſti.in integ.authe. quæ ſupplicatio.C.de precibus Im.offe.ubi Iaſ.in 4.no.cum multis relatis. Declaratur tamen proce
8 dere,† quando appellatio prohibetur reſpectu Excellentiæ Iudicis,ſecus ſi iure communi ſit prohibita,beneficio ætatis,uel fauore matrimonij, quę ſequit Io.Olden.in trac.de ſenten.& re iud.i prin. num.17.& Marſilius in d. §.oportune, nume. 68.
9 † Appellatio aũt ſecundum Paridem, ibi deuoluitur ad ſuperiorem illius qui iudicauit, ſi aliquem recognoſcat, l. Imperatores, de appellatio. cum ſim. ad quem, uel alium æqualem,ubi non adſit ſuperior, qui recognoſcat, condemnatus deferret literas teſtimoniales, qualiter omnia geſta fuerũt, & per uiam querelæ, etiam ꝙ appellatio non admittatur,petet cãpum tutum, ad iterum pugnandum (de quo rñ infra dicam) & ad probandum ſententiam eſſe iniuſtam: vnde ille cum conſilio procerum determinabit,requiſito altero,& negotio uentilato,id quod iuſtum fuerit. † Iudex inde iſtius appellationis,ex primis,& nouis actis, debet iudicare,ita vt partes (maxime pars appellans,quę forſan uidebatur ſuccubuiſſe; & ex clementia iudicis fuerit facta ſeparatio i certamine) ſe reducat ad primum ſtatum,in quo ſe habebat,tempore diſſolutionis Duelli: ad hoc vt iudex omnia videre, & conſiderare poſsit: & inde iudicare. Si tamen pars appellans nollet iterũ pugnare,ſed diceret, iudex male pronũtiauit, velletq; hoc probare per teſtes, vel per peritos huius negotij, ſimilemque aliam probationem,audiendus eſt, qa pugnandum non eſt,ubi aliter probatio haberi poteſt, vt ſupra
11 concl.62. † Seruabit quoque inde mores,& conſuetudines ciuitatis, & fori primi Iudicis, & pugnantium,& exercitus eorum,ut hæc omnia, commemorat Paris in d.§.modo, per adducta per eũ, qui mihi videtur bene locutus, vt videri latius poteſt. Inquit tamen ibi aliquos tenere, non eſſe locum appellationi in duellis: quæ opi. ſibi videtur iniuſta: ſed nihilominus ſuſtineri poſſe aliquis quoque diceret, quia diuino iudicio, & fortuna, quæ cum in omni re, tum maxime in bello dominatur,teſte Cæſare in commẽtarijs, victoria,& & condemnatio ſequi cenſeri poteſt,vt,ſ.concl.6. vnde, non poſsit admitti appellatio, vt in proximis dictum eſt. Illud etiam me magis monet, quia in hoc certamine ſingulari non datur noua dilatio vt ſup. concl. 66, & quis,præſertim prouocatus, diuiſo duello, alio in loco certare non tenetur, ut,ſ.concl. 75. in prin. vnde dum Paris videtur ſentire, iterum eſſe pugnandum, vt proxime dixi, non videtur recte ſenſiſſe: ſed declarari poteſt, vt voluerit intelligere quod iudex appellationis adeatur, pro iniuſtitia ſententiæ primi iudicis:non vt aduerſarius pugnare iterum cogatur. Non eſt tamen recedendum ab opi. Pari. in alijs præcedentibus,niſi conſuetudo aliter ſe haberet, quandoquidem militet iuris comunis diſpoſitio,vt ſupra,quòd appellatio procedat in omni negotio regulariter, & in hoc Duello proceditur ad exemplum iudicij ciuilis contentioſi, præſertim criminalis, vt ſupra concl. 2. &. 3. & licet diuinũ iudicium, & fortuna ex ſeſe repellant appellationem: eam non repellit factum, & iudicis voluntas iniqua, in ſententia ſua; in qua pars potuit facillime grauari, licet quoque non detur noua dilatio, quæ prouocanti, non probanti ſtatuta die, denegatur, tamen cum prouocanti, & prouocato poſsit per iudicem inferri aliquod grauamen, ſiue iterum pugnandum ſit, ſiue non, par eſt, vt de iniquitate ſententiæ admittatur appellatio, & cognitio. nam & illud dici poteſt, quod per appellationem non quæritur, vt noua dilatio, & ſic nouum bellum inducatur, ſed an iam cæptum ſit perficiendum, vel potius vt ſuper eo rectius cognoſcatur, & pronuntietur.

Pars Quinta.

DE VICTORIA.

SVMMARIVM.

1 *Victor quis dicatur,*
2 *Prouocans, quomodo, & quando pronuntiĕtur victor, & nnm. 8. & 10. & 13.*
3 *Diſdicta quæ ſufficiat ad victoriam, & nu. 5. & 7.*
4 *Diſdicta tacita habet eandem vim, quam expreſſa, & quæ dicitur, per exempla.*
6 *Diſdicta clara poteſt ab aduerſario extorqueri, vel recuſans interfici.*
9 *Prouocatus dicitur victor, qui ſe tantum ſubterfugiendo tueatur.*
11 *Non refert quid ex æquipollentibus fiat.*
12 *Duo caſus, vbi ſunt æquiparati, diſpoſitum in vno, cenſetur diſpoſitum in alio.*

CONCLVSIO. XCVI.

VICTOR quis, an uictus fuerit: ſiue
prouocās, ſiue prouocatus, præci
pua cura eſt apud iudicem ani-
maduertendū. Varij enim & di-
uerſi ſunt euentus certaminis:
alio quādoq; mō in actore, alio
in reo conſiderandi: & iuſto iudicio terminandi:
Cumq; hi prius nō prodeant, clareq; non manife-
ſtĕtur: niſi confecto bello, & rite, & recte, lata ſnīa
per Iudicē: ut ſ. cōmemorauimus in proximis con
cluſionibus, idcirco apte uiſum eſt hoc loco, poſt
iudicis partes ſubnectere, qui uictores, quiue uicti
pronuntientur, & habendi ſint. Capiendo itaq; pri
1 mo perſonam prouocantis, cum & aliter † dicitur
Victor, qui aduerſariū prius ſuperauerit, uel eius
perſonā ceperit, ſecundum Paridē in §. an ſi duo
2 pugnabant lib. 8; † Is tunc erit, & pronuntiabitur
uictor, qui prouocatum, ui armorum, ore proprio
fecerit (ut aiunt) recredentem, uel cogerit confi-
teri ſe culpabilem: uel uerum eſſe, quod contra eū pro
uocans detulerit: uel eſſe falſum, id quod prouo-
catus aduerſus prouocantem dixerit, aut prouoca
tū occiderit. Nec uidetur ſufficere, ſi prouocatus
capiatur, ligeturue, aut grauiter percutiatur, uel ſe
captiuum reddat: niſi coactus ſit uoce ſua confite
ri obiecta, ut latius dictum eſt ſupra concl. 49. cū
mors, aut diſdicta (ut dicitur) ſit finis cuiuſlibet
prælij: & omnis diſdicta, mors ciuilis dicatur, ſicq;
mors, & diſdicta æquiparentur: immo Diſdicta,
ſeu confeſsio ipſa uidebitur uituperabilior morte
ut ibi. Nec ſuffirit ēt ſi quis ſit in ſtatu uictoriæ, ut
puta, diſſoluto Duello appareat uictor, ut ſ. cōcl.
3 93. † Diſdicta tamē qualis eſſe debeat, quæue ſuffi
ciat, redditur dubiū ex uerbis Paridis, præſertim
in diſdicta tacita, nām in d. §. quidam accuſauit
lib. x. tradit non ſatis eſſe, ſi quis ligetur, capiatur,
percutiatur, aut ſe captiuū reddat: Sed quod requi-
ratur propria confeſsio, at in. §. quia finis eo. lib.
4 x. † diſdictam tacitā per exempla ibi per eum poſi
ta, eandem uim habere, quā expreſſam, affirmat.
Qua de re, ego puto Paridem rectius locutum in
d. §. quia finis, u. ſcilicet diſdicta etiam tacita ſuffi
ciat: uerbi gratia, ſm eum, ſi quis dicat, reputo
me a te uictum, qui foues iuſtitiā: uel dixerit, no-
li me amplius offendere, quia ſum tuus captiuus,
uel dedititius (& ut uulgo dicitur) Preſonerus: uel
oro noli me occidere, quia ſum in iuſte præliatus:
uel parce uitæ meæ: uel nolo amplius contendere,
uel de me age ad uoluntatem tuam, uel peto gra-
tiam, aut miſericordiam, uel pono me in manibus
tuis tanquam (ut aiunt) fallitus: uel ut homo mor-
tuus: uel renuntio defenſionibus: uel me tibi ſub-
mitto: uel renuntio querelæ, ut per Paridem etiam
in. §. euenit, &. §. duobus lib. 9. uel ſi dixerit, non
plus, quia mortuus ſum: immo etiā per uiam excu
ſationis talem diſdictam poſſe fieri, ibidem inquit
Paris: quæ ſit excuſatio quædam, quæ exonerat in
iuriatū; & ſatisfacit, inſtar diſdictæ: ueluti ſi dica-
tur quicquid dixi, aut feci, fuit (ut dicitur) inaduer
tenter factū, aut dictum: & pro uobis non dixi, ſed
pro alio: uel non feci ad ueſtram iniuriā, ſed caſu,
& fortuna, & impetu, & ſine ꝓpoſito. In his tamē
caſibus ſecundū Paridem ibi, eſſet manifeſta diſdi
cta, quando per aliquē ſuper his primo fuiſſet fa-
cta contentio, dicendo ſe bene feciſſe, illud affir-
mando: deinde ille ſe excuſaret, nā iſta diſdicta fit
ad modū torturæ, quia gladio ad id cogitur. iſtaq;
5 opinio Paridis, † ut ſufficiat tacita diſdicta, com-
probatur uno, & altero exemplo, quod alia exēpla
ſupra poſita ſecum trahit, uidelicet qn̄ quis ſe ca-
ptiuū præbeat, uel fateatur, ēt cū illis uerbis, Oro,
noli me occidere, quia iniuſte feci, ut autor eſt Pa-
ris in. §. an ſi prouocans in pugna, lib. 8. & Iul. Fer.
d. conſ. 13. & Alcia. d. c. 42. in fi. & Iac. Hiſpa. d. c.
x. &. x1. & ut ſupra d. concl. 49. & ita obſeruat con
6 ſuetudo. † uerū, ſi quis uoluerit extorquere diſdi
ctam claram & expreſſam aduerſario, poterit hoc
aſſequi, uel eū interficere, ſecundū Paridem, in
d. §. quia finis. Quod intelligerē procedere, in oc
cidente in conflictu ꝑlij, non ex internallo, ſecūdū
tex. in. l. 3. in fi. de ſicarijs, & alia adducta per Pari
dē in. §. an ſi miles lib. 9. Capi enim pōt, & captiui
ſeruantur, nō occiduntur ſm cū per tex. in. l. liber
tas. §. ſerui. ff. de ſta. homi. Iſta tn̄ diſdicta nō uen-
dicat ſibi locum, † qn̄ diſdicens (ut uulgo dicitur)
eodē tempore occiderit aduerſariū, antequā talis
diſdicta fuerit acceptata, tacite, uel expreſſe: uel nō
apparet cōfeſsionē eſſe factā, ut puta ſi quis uoci-
ferauerit ſe deuictum, aut dixerit, io mi rendo, &
ſine interuallo, percuciat, & occidat aduerſarium,
quia exitus belli expectandus eſt: & uerba, & pro
teſtatio ſunt contraria facto, ut per hæc, & per
alia plura concludit Paris. §. duo nobiles, &. §. cū
inter. lib. 8. qui uidetur recte, & bene locutus.
8 † Vbi autem prouocans die conſtituta, prædicta
non adimpleuerit, erit, & pronūtiabitur uictus,

parta penitus victoria prouocato, ita vt nō ſolum
abſoluatur, ſed etiam prouocatorem captiuum ha-
beat condemnandum, vti periurum, calumniato-
rem, conuictū, & confeſſum: Sicq; ſatis erit prouo-
cato præcauere ſubterfugiēdo ne uincatur die ſta-
ta, ut in d. cōcl. 49. ſcripſi: vnde manifeſta apparet
differentia inter prouocatorē & prouocatum, quo
ad victoriam reportandam. Nam prouocator non
9 dicitur uictor, aut probaſſe, niſi uicerit. † Prouoca-
tus autem dicitur victor, qui ſe tm̄ ſubterfugiendo
tueatur, ſicq; ex præmiſsis poterunt multi caſus vi-
ctoriæ determinari. Vbi vero prouocās ſit victor,
vt ſupra dictum eſt, limitare hanc concl. videtur
10 Paris in. §. poſt hæc autem lib. x. † ut non procedat
quando prouocator obtulit prouocato, quòd gla-
dio coget eum, vt proprio ore ſe recredat (vt
aiunt) aut diſdicat, permiſeritq; prouocatus ſe po-
tius interfici, quam confiteri, & diſdicere voluerit:
Sed hanc limitationem non puto veram, ex quo vt
ibi ipſe tradit, & alibi dictum eſt: mors & diſdicta
equiparantur: immo in effectu, mors videtur quid
11 minus: † nam non refert quid ex æquipollentibus
fiat, præſertim quando caſus omiſſus habet eun-
dem effectum, cum in caſu noſtro maiorem, ve-
rum, & non fictum habeat, ſm̄ Iaſ. in. l. gallus. §. &
qui ſi tm̄ num. 20. cum ſequen. ff. de lib, & poſt.
quæ reg. etiam ſibi vēdicat locū in conditionibus,
l. ſi mater, cum ſim. C. de inſti. & ſubſti. quādo con-
ditio ponitur pp effectum de quo agitur. vt cōſul-
uit Corne. conſil. 158. nume. xi. uol. 1. conuenit ēt
12 illa reg. † quando ſunt duo caſus æquiparati (pro-
ut ſunt in terminis noſtris) ut id quod diſponit in
uno, cenſeatur diſpoſitum in alio. l. quis ſeruo,
cum ibi no. C. de furtis, & per Corneum conſil.
13 114. nume. 9. volum. 1. † Similiter talis, vel ſimilis
victoria non proderit prouocanti, vel prouocato,
quando quis non ex cura & diligentia ſua, ſed alte-
rius acclamantis certior factus contra proclama-
ta & banna ſuperioris, aduerſariū deuicerit, vt vi-
det ſenſiſſe Paris in. §. ſucceſsit lib. 8. ea ratione, &
per alia ibi adducta, quia campus certaminis, non
poteſt dici ſecurus & liber, cum alio acclamante
fuerit violata ſecuritas.

SVMMARIVM.

1 *Victoria acquiritur in Duello ſi qs extra ſigna certa-*
minis eiectus ſit, uel aufugerit, n. 4. limita n. 2. & 8
3 *Poſſeſſionem non acquirit, qui ita nactus eſt, vt eam*
retinere non poſſit.
5 *Fuga omnis eſt diſdicta.*
6 *Fugere a facie inimici, eſt maxima infamia labes.*
7 *Fuga an faciat plenam probationem delicti.*
8 *Fugiſſe non dicitur, breui tempore reuerſus.*

CONCLVSIO. XCVII.

Victoria tamen quandoq; alterutri perduel-
lium contingerere ſolet, aliter quam per
mortem, vel diſdictā vt ſ. ueluti ſi (pſertim)
emiſſo banno per Iudicē, ne quis certātium exeat
campum, pugna non perfecta (vt moris eſt) ſub pæ-
na capitis. Et vt deuictus cenſeatur, qui exierit (qđ
Bannum vtcunque durum ſeruandum eſt ſecundū
1 Pari. in. §. duo milites, num. 1. lib. 2.) † extra limites,
& ſigna loci certaminis, a iudice pro non modico
beneficio cōſtituti, iuxta tex. in. l. athletas in prin.
ff. de his q no. infa. & ſi aliqs aduerſariū ppulerit,
vt apud Paridē legit, in. §. duello parato lib. 2. nu.
5. & 6. & §. duo pugnabant in fin. lib. 8. qui ita de
conſuetudine ſeruari inter milites atteſtatur. In eā
dem opin. deſcendit Paris in d. §. duo milites nu.
3. arg. eius qui a poſſeſsione expellit, vel vi deijci-
tur. l. ſi quis vi. ff. de acquir. poſſeſ. & l. 1. §. ui poſ-
ſidere. ff. de vi & ui arma. cum ſim. Hæc tamen cō-
cluſiō ibi per eum limitatur, † niſi quis ſtatim, eo-
dē impetu campū recuperet, & reingrediatur arg.
l. viii. ff. de iuſti. & iu. & l. 1. C. unde ui, ſed uidetur
melior tex. in. l. 3. §. cum igitur. ff. de ui & vi arma.
& magis ad propoſitum in. l. non uidetur. ff. de ac-
3 qui. poſſ. † ubi non videtur poſſeſsionem adeptus,
qui ita tractus eſt, vt eam retinere non poſsit. Simi-
4 liter quoq; victus iudicādus eſt † alter congredie-
tium, qui extra ſtadiū aufugerit, pro cōfeſſo enim
habetur, vt affirmat Paris in d. §. duo pugnabant,
5 per iura per eum ibi allegata, † nā omnis fuga, eſt
diſdicta, & dictum de vna cēſetur de alia dictum:
immo maius eſt dedecus in fugiente, quā in diſdi-
cente, coactus enim hic, ille ex puſillanimitate, &
iniuſtitia, ſuccubuiſſe exiſtimandus eſt: quando-
6 quidem † non reperiatur etiam maior infamiæ la-
bes in diſciplina militari, quam fugere a facie ini-
mici, ut pulchre tradit Paris in. §. circa lib. x. Sicq;
ſecundum eundē Paridem, fuga conſideratur vt de-
lictum, quo caſu opinor eum uoluiſſe inferre in d.
7 §. duo pugnabant, † quod faciat plenā probationē
delicti per tex. in. l. 3. §. emanſor. ff. de re milita. &
Bar. in. l. admonendi num. 35. ff. de iureiur. & in. l.
lege Cornelia. ff. ad ſillani. Quæ proſequitur magi-
ſtraliter Paul. Gril. in tracta. de relaxa. carce. in. c.
de fuga incarcerati in prin. per plura. Limitari quo-
8 que hanc concluſionem ſugę arbitrarer, † ubi quis
ſtatim intra arenam reuerſus fuiſſet, ut dictum eſt
proxime in expulſo extra eam: fugiſſe † enim non
dicitur qui breui tempore reuerſus eſt: l. quicquid
calore. ff. de reg. iur. §. pauonum cum ſim. inſti. de
re. diui. & tradit Corneus conſil. 198. nu. 19. uol.
2. Eodem modo uictus iudicabitur aliquis, ubi cō-
tumax ſtatuta die ad certamen extiterit: uel mor-
tuus fuerit, prout tñ ſupra declaratū eſt concl. 94.

SVMMARIVM.

1 *Particularia infinita ſunt, & non ſtabilia.*
2 *Vniuerſalis demonſtratio, eſt præſtabilior parti-*
culari.
3 *Vniuerſale cognoſcens, cognoſcit particulare: non*
econuerſo.
4 *Vniuerſalium eſt ſcientia, ſingularium vero ſenſus.*

Con-

CONCLVSIO. XCVIII.

PLurimi quoque ſunt caſus, qui varij, & diuerſi contingere poſſunt, ex quibus victoria, ſeu victor, aut victus quis demonſtrari & diiudicari poteſt; quorum multos determinauit Paris eo tracta. de Duello. præſertim lib. 8. quos examinare non ſolum nimis curioſum eſſet, ſed etiam prolixius quam propoſuerim, breuitatis cupidus,
1 diſtraheretur. † Particularia enim infinita ſunt, & non ſtabilia, vt docet Philoſophus Rhetori. lib. 1. Minuſque hoc profecto videtur neceſſarium: ex quo ex concluſionibus generalibus, ſeu vniuerſalibus in hac materia præſertim proxime poſitis ſupra, & in prima parte, & a iure cõmuni, & in primis a conſuetudine prodeuntibus, poterunt omnia pruden-
2 ter, & iuste conſiderari & determinari. † Vniuerſalis enim demonſtratio, præſtabilior longe eſt
3 particulari; † Cognoſcens enim vniuerſale, cogno-
4 ſcit particulare, non econuerſo; † Nam vniuerſalium eſt ſcientia, ſingularium vero eſt ſenſus, vt probe docet idem Philoſoph. poſteriorum lib. 1. cap. 20. l. ſemper in generalibus. ff. de regu. iur. propterea ad effectus, & victoriæ commoda properare aptius eſt.

SVMMARIVM.

1 *Victoriæ effectus multiplex: & circa iuſtitiam, & honorem.*
2 *Gloria premium ampliſſimum, inter omnia præmia virtutis.*
3 *Honoris metus ſeu infamia, maior eſt quã mortis.*
4 *Victoris deductio fit cum omni gaudij genere.*
5 *Honos aliter conſideratur in victore cauſa honoris; aliter cauſa gloriæ.*
6 *Cadere ex equo, in pugna gloriæ, quod maius dedecus, excepta morte.*

CONCLVSIO. XCIX.

EFFECTVS itaque victoriæ multiplex eſt;
1 Sed ille in primis, † vt victor iuſtam foniſſe, deduxiſſeque cauſam: & diuino iudicio aduerſarium ſuperaſſe cenſeatur, vt habetur ſupra in concl. 4. & 6. Proximus huic alius eſt, ad honorem, & gloriam referendus; Appetunt enim omnes honorem, non tantum elegantes, & viri induſtrij, & boni: verum etiam ignaui, vt apud Philoſoph. legitur Ethico. lib. 1. c. 5. & politico. libr. 2. cap. 5. ex ſententia Homeri. Nec mirum, cum honor ſit ciuilis fere vitæ finis, vt d. cap. 5. Ethico. & cũ vincere ſit iucundũ, iucundiſsimorum quoque eſt honor, & gloria, teſte eo. Philoſoph. libr. 1. c. 11. Rethorico. Sic conuenire videtur quod tra-
2 dit. M. Tullius in oratione pro. T. An. Milone, † vt ſi ex omnibus premijs uirtutis, ſit habenda ratio præmiorum, ampliſsimum præmium ſit gloria; quæ ſit vna, quæ breuitatem uitæ conſolatur, poſteritatis memoria; quæque efficit, ut abſentes adeſſemus, mortui uiueremus. Sic quoque tanti facit gloriam, & honorem iureconſultus Paulus, in l.
3 iſti quidem. ff. quod me. ca. † ut uiris bonis metum honoris, ſeu infamiæ, maiorem eſſe debere, quam mortis, affirmauerit: quæ comprobantur
4 per Decium conſil. 686. num. 8. uol. 4. † Hinc eſt quod uictor ſolet domum, cum tibicinibus, & uario cãtu, omnique gaudij genere deduci, ut etiam
5 meminit Alcia. eo trac. de ſing. certa. c. 45. † Honos tamen aliter conſideratur, in pugnante cauſa exiſtimationis, & dignitatis conſeruandæ, ut declaratum eſt in abſoluenda uictoria ſupra, præſertim concl. 96. aliter obſeruatur in pugnantibus gloriæ, & oſtẽtationis cauſa; ut in Armillatis ſcripſit abunde Paris, in. §. ſuperius lib. 9. iunctis his quæ ſcripſit in. §. duo in ſingulari lib. 8. ubi habetur qualiter, & quomodo cum maiori gloria quis uincat, aut dedecore uincatur, quibus adde quod idem Paris, in. §. facta, & §. datur lib. 8. concludit.
6 iure belli † nõ poſſe eſſe maius dedecus in pugna equeſtri, circunſcripta morte: quam ex equo cadere, vel deijci, ſecũdum conſuetudinẽ militarem.

SVMMARIVM.

1 *Victoriæ effectus verſatur etiam circa damna, & expenſas; & vt victus vlterius non audiatur, nu. 2. & ſic captiuus, qui dicitur, preſonero della fede, num. 4.*
3 *Prouocans ſuccumbens, an accuſet prouocatum in iudicio contentioſo de eodem crimine.*
5 *Captiuus quis ſit omnino victoris, non alterius.*
6 *Arma, equi, & alia bona victi, quomodo fiant victoris; & num. 8.*
7 *Spoliatio victi eſt prohibita.*
8 *Non inſultandum victis, nõ cõuiciandum mortuis.*
9 *Victor a victo conſuetum obſequium conſequitur: non tamen vt lædatur eius æſtimatio.*
10 *Victus ſub priuato carcere non retinetur.*
11 *Captiuũ non licet occidere, quãdocunq; ſe dediderit.*
12 *Occidere licet in conflictu, & ardore belli.*
13 *Captiuitatis ius an poſſit cedi.*
14 *Captiuus, dimiſſus ſub fide, redire tenetur.*
15 *Captiuus, dimiſſus ſub fide, negans ſe victum; quomodo vendicabitur.*
Patentes literæ fiunt de victoria, ibi.

CONCLVSIO. C.

POſt honorem, & gloriam, uincenti comparatam: aliud quoque cõmodum ad utilitatem
1 ſpectans ſuboritur; † & damnorũ ſcilicet, & expenſarum condemnatio: & earum iactura aduerſus uictum conſequenda: ut poſuimus ſupra
2 conclu. 94. † Item ſic uictus, amplius non audiretur, aut admitteretur ad pugnam cõtra victorem: nam cum tanquam periurus, & infamis repellatur a quocunque alio, vt ſupra concl. 74. multo fortius, a ſuo victore: authẽt. multo magis. C. de Epiſ.
3 & cleri. † Sed illud eſt dubium: an prouocans ſuccumbens, poſſet accuſare in iudicio contentioſo,

de eodem crimine victorem: Io. Lign. in §. circa septimum, nu. 12. videtur hoc tenere, niſi aliud conſuetudo induceret: quam obſeruandam omnino puto: at tamen illa etiam non vigente, dicas ut dixi ſup. concl. 65. Cæterum & illud præſtan-
4 tius emolumentum aſſequitur victor, † vt victum captiuum habeat, & quaſi ſeruum, & mancipium, arg. l. hoſtes. ff. de capti. ponit Paris in. §. an ſi miles alium lib. 9. &. §. an ſi miles vel nobilis, eo. lib. vbi tamen tradit num. 7. &. 10. quod tales non perdunt libertatem, nec teſtamenti condendi ius ſeu (ut aiunt) factionem, nec efficiuntur ſerui victoris, ſicut nec capti in bellis publicis, per doctri. Bar. in l. fi. ff. de captiuis, & in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu. & per Bal. in rub. de treug. & pa. & p Alcia. c. 43. ubi, qd inter Chriſtianos non ſeruentur iura captiuitatis & poſtliminij, quo ad perſonas: propterea taliter captiui facti in Duello, appellantur uulgo, Prēſoneri della fede, ex dictis Paridis ibi d. nu. 7. &. 10. cum allegatis per eum. & per Iulium Ferretum conſi. 9. num. 3. & Iac. Hiſpa. lib. 4. cap. 12. qui hiſpano ſermone, preſonieros della fe, tales nuncupari dixit: Vſque adeo victor in victū, victoria vtitur: vt licet victus ſe captiuum reddiderit alterius, etiam domini, ſeu patroni vi-
5 ctoris, nihil proſit: † ſit enim captiuus omnino victoris, vt per d. l. hoſtes, & Bar. ibi, vt etiam per l. in laqueum. ff. de acqui. re. do. concludit Paris, in. §. an ſi armiger. lib. 9. qui videtur hoc limitare vbi victor eſſet famulus illius domini, quod non cre do verum: nec probatur aliquo modo, & reg. eſt in contrarium ut ſupra. nec proteſtatio talis nocet victori, cui ius victoriæ acquiſitum, non poteſt auferri, etiam per principem. l. reſcripta, vbi Docto. C. de precibus impe. offe. & in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pub. Verum an arma, & bona mortui, uel captiui, poſſit victor occupare, ſibique uendicare: Paris, in. §. an pugnans cum aliquo lib. 6. videtur aliquantulum obſcure locutus. Alcia. d. c. 43. in prin. affirmat permiſſum eſſe ui-
6 ctori; † Arma, uexilla, ephippia, equos, armillas, ſibi habere. Cuius opinionem ſequor, ubi hęc ad campum, per uictum ingredientem allata fuerit, In ſignum enim uictoriæ, quemcunque hæc arripere ſibi poſſe crediderim. Sic de torquato légitur: ut recte torquē aureū milliti gallo abſtuliſſe uideretur: fuit enim Torques aureus ſolidum præmium uirtutis, teſte Cicero. de re militari. car. 2. & Carolus Rex Siciliæ, deuicto Rege Vngariæ, Elephantis caput, & pectus, ab eo ademptum, gentilitijs ſuis inſignibus addiderit, ut docet Paris, in d. §. an pugnans: & Alcia. d. c. 43. idem oſtendit in Ottone uicecomite, qui ex Galea, uiperam euomentem uix natum infantem ſanguineum, Saraceno in Aſia, per eum ſuperato, ademptam: ſuis inſignibus adiecerit; nam præmiſſa omnia ſunt inſtrumenta bellica: quæ, cum non ſine flagitio amittantur, ad oſtendendum uictum hæc amiſiſſe cum dedecore, uictor poteſt illa ſibi habere, ut l. 2. ff. de capti. & ita ſeruari de conſuetudine

tradit Paris apud Italos, in d. §. an pugnās, in prin. quicquid ibi circa fi. dicat aliquos vltramontanos ſentire; quod arma, bona, & veſtes, & equus vendicantur per Iudicem belli; qui ea partitur miniſtris pugnæ, conſentiens Paris in his, quādo victus occiditur. Sed ego non uideo cauſam differentiæ: in hoc, ſiue quis efficiatur captiuus tantum; ſiue occidatur, cum iſti duo caſus: mors & captiuitas, æquiparentur, ut ſupra concl. 96. & omni caſu ad gloriam victoris, & dedecus uicti oſtendendum tendant. Nec obſtat dictum Paridis, cum iuribus allegatis; dum inquit quod bona capti in bello diſtribuuntur per Ducem exercitus. Non enim procedit: qa in ſingulari certamine, nō eſt permiſſum congredi, ubi bonorum ſit controuerſia; nec ob id potuit indici bellum, per iura ut ſupra concl. 68. nec bonorum eſt habenda ratio, ut ibi; propterea nec per iudicem, nec per uictorē, ſunt bona uſurpanda: niſi in inſtrumentis bellicis, uictori, gloriæ gratia, conceſsis. Vnde pariter infertur, quod alia bona uicti non efficiuntur uictoris, aut alterius,
7 uicti enim ſunt. † Sic quoque infertur ſpoliationem uicti eſſe prohibitam arg. l. 2. §. aduerſus. ff. de ſepul. uio. ut arguit Paris, in d. §. an pugnans cum alio, num. 3. lib. 9. Hoc etenim uidetur maxime
8 impium: unde recte in adagio habetur: † Non inſultandum uictis, non conuiciandum mortuis. Exiſtimarem tamen ſi aliqua bona uicti reperirentur per uictorem in loco certaminis: poſſe illa retinere, & in ſequeſtrū ponere, ad hoc, ut ſibi pro damnis, & expenſis factis, ſatisfieri poſſet: quia ſi hoc permittitur in retentione ipſius uicti, ut ſupra concl. 94. quanto magis concedendum eſt in rebus illius d. aut. multo magis. Rurſus redeūdo ad perſonam captiui, quærunt docto. quam poteſtatem uictor in eum habeat: & in eo conueniunt, ut ultra retentionem ob expenſas, & damna, de quibus, ſu-
9 pra, † conſuetum poſſet obſequium, quam ſeruile miniſterium, non contrarium aut iniuſtum debeat a uicto percipere, aut exigere, arg. l. locum. ff. de uſufruc. & l. libertos. C. de obſeq. & tradit Paris in d. §. an ſi miles uel nobilis, in prin. ſequitur Iac. Hiſpa. in d. c. 12. nec diſſentit Alcia. d. cap. 43. & Iul. Fer. d. conſil. 9. unde non ſunt iniungenda uicto ea quæ lædant eius æſtimationem & dignitatem, aut nobilitatem, & quę ſint cōtra bonos mores, illicita, aut ludibrio digna. Teneri tamen uidetur uictus preſtare auxilium uictori ſi iniuſte opprimeretur, aut pugnaretur, & in bello licito, & iuſto, ut per plura argumento uaſalli concludit Paris, in d. §. an ſi miles uel nobilis. Nec ita ſunt
10 cuſtodiendi uicti, † ut priuati carceris uictor ſubijciſſe crimen cenſeri poſsit l. 1. C. de priua. carce. & per docto. ubi. ſupra. Minus quoque licet uictori ſæuire in uictum captiuum per eum rece-
11 ptum † ut eum occidere poſsit ex interuallo, ut inquit Paris, in d. §. an ſi miles alium lib. 9. immo quandocunque quis ſe reddiderit, non poteſt occidi: ut ibi tradit Paris tenere Cy. in l. libertas. §. ſerui. ff. de ſta. homi. quod credo uerum, ex quo idem,

idem effectus reſultat uictori ex captuitate, qui ex
morte, ut ſupra concl.96.idem conſuluit Pau.de
Ca.conſil.193.uiſo proceſſu col.2.quem ſequitur
Hipp.mar.in l.1.num.4.ff.ad l. Corn. de ſic. quo
argumēto uidetur non bene ſenſiſſe Paris ibidem,
dum concludit. Quod tamen licebit occidere
captiuum ex interuallo, quādo ſe reddiderit pro
homine mortuo: nā eſto qđ hoc pacto quis ſe ca-
ptiuum fecerit, cædes tamen prohibita eſt, quæ eſt
contra preceptum diuinum, Non occides: & con-
tra bonos mores. Et omnino captiuitas, quę &
diſdicta eſt, morti æquiparatur, vt in d.concl.96.
12 † Sed quamuis in cōflictu, & ardore belli, licitum
ſit occidere, ubi in captiuum quis ſe non dede-
rit, non tamen alio loco & tempore, occidere li-
cet, argu.l.ut uim.ff.de iuſti.& iu. ſecundum Pari-
dem ibi. Nec pactio talis ualida eſt, tanquam con-
tra bonos mores, & pręcepta diuina.c. non eſt
obligatorium de reg.iur.in.6. cū ſim. Iuxta præ-
13 miſſa occurrit illa.q. † an ius captiuitatis poſsit ce
di, & in alium transferri, anque in filium uictoris
tranſeat, Paris in.§.an ſi quis fuit, & in.§. an ſi quis
ſe reddidit lib.9. in filio concedi tranſmiſsionem:
in extraneo ceſsionem negat. Ego puto quod
ceſsio in extraneum non teneat, prout ipſe tenet,
etiā in liberto, & uaſallo per d.l.inuitus cum glo.
ff. de fideico. liber. & per d.l.1. C. de Epiſ. audi.
quia mercatura hominum non eſt fienda: & uide-
tur ex eo comprobari, quia tales captiui non fiunt
ſerui, ut ſupra dictum eſt in prin. huius conclu.
qui alioquin poſſent alienari d.l.libertas.ff.de ſta.
homi. quod autem tranſmiſsio captiuitatis in fi-
lium ualeat, prout tenet Paris, non credo uerum,
quia fere ex priuilegio quodam uidetur conceſ-
ſum uictori, ut uictum captiuum habeat: ſicque
tale priuilegium uidetur conceſſum perſonæ
uincentis, unde priuilegiū perſonale (quod in du-
bio præſumitur) non tranſit ad hæredes.l.priuile-
gia, & l.in omnibus cauſis id obſeruatur, ubi De-
cius.ff. de de reg. iu. & tanto magis quando pri-
uilegiū eſt cōtra ius cōmune, ut per Deciū ibi, &
uidetur caſus noſter. & ſecūdum ius cōe res quæli-
bet præſumitur libera vt per Iaſ.in l. ſi prius nume.
40.ff.de no.ope.nuntia. Veruntamen Paris poteſt
ſaluari in eo, vbi dicit tale ius tranſire ad filiū, quo
ad hoc ſaltem, vt captiuus pecunia ſe redimat, ob
dampna, & expenſas factas per partem, in hoc enim
magis erit actio, & perſecutio propriæ rei, & dam-
ni, quam priuilegium iuris captiuitatis, quia non
eſt dubium actiones tranſire ad hæredes, & actiue,
& paſsiue. vt, C.de hære.actio.cum ſim. Quia vero
captiui ſæpe ſub fide dimittuntur, quandoque et
datis obſidibus, ſicut redire debeant. Hoc quoq;
regulariter erit obſeruandum, cum pacta ſemper,
& fides etiam hoſti ſit ſeruāda.l.conuentionū, ubi
14 Bar.ff.de pac.c.noli.23.q.1.cum glo. † vt quis vi-
ctus & captiuus, dimiſſus, redire teneatur. Mulri
tamen ſunt caſus quos ponit Paris, quaſi per om-
nem librum nonum ſui tractatus, & tangit Alcia.
c.44.in quibus quis tenetur, uel non tenetur redi-
re; ad eos, breuitatis gratia, omiſſos, quilibet cu-
rioſus accedere poteſt: Illum non omitto, in quo
quærit Paris ibi in §. an deuictus: Num ſuperatus
15 † & captiuus, dimiſſus ſub fide, negans ſe uictum
& captuum, poſsit iterum ad certamen prouocari;
& concludit ur poſsir, vel etiam uictorem, uendi-
care eum poſſe coram Iudice, ut captiuum, omit-
tendo viam armorum, coram quo ſunt notarij. Vn
de fiunt patentes literæ de uictoria conſecuta. Cir
ca quæ proculdubio, opinor, omnino bene ſenſiſ-
ſe Paridem, de uendicatione fienda uia iudicis. At
credo eum male ſenſiſſe: dum iterum prouocatio-
nem admittit: quia ex quo præſupponit de ui-
ctoria cōſtare apud iudicem, & notarios: clarum
eſt, in re tam clara & certa per teſtes, & inſtrumen
ta, non eſſe concedendum Duellum, ut ſupra con
clu.62.& 63. ſcripſi: & ulterius, qa uictus a Duel-
lo tanquam periurus & infamis repellitur, ut ſu-
pra & concl.74.

Pars Sexta.

DE PACE.

SVMMARIVM.

1 *Finis belli eſt pax: negotij otium.*
2 *Pax pro temporali mortalium ſalute dulcis eſt.*
3 *Bella ſunt ſubeunda, neceſſitate tantum cogente.*
4 *Pax multa Bona inducit, vt ibi per exempla.*
5 *Filius dei, in ſacris literis, raro quis vocatur: prout pacificus.*

CONCLVSIO. CI.

1 CVm finis † Belli ſit pax, Negotij ocium; te-
ſte Philoloph.Politi.lib.7.cap.15. Negotia
namque ſuſcipimus, ut otium habeamus:
Bellum gerimus, ut in pace degamus: Nemo enim
expetit bellum gerere gerendi gratia belli: neque
bellum ob bellum parat; uidebitur enim crudelis
quidem & ſanguinolentus penitus eſſe, ſi faciet
amicos, hoſtes: ut pugnæ, cædeſque fiant: ut docet
idem Philoſ. Ethico. lib. 10. c.7. & habetur in.c.
noli.23.q.1. Ideo poſt uictoriam bello partam;
2 ſubſequitur de pace differere, † quæ pro tempo-
rali ſalute mortalium dulcis eſt: ita ut capto miſe-
ricordia debeatur, maxime in quo pacis perturba-
tio non timetur, ut inquit Auguſti.in.d.c.noli. Ve-
rum cum quilibet, pręcipue princeps, debeat eſſe
pacificus, & procurare, & ſeruare pacem, tanquam
hæres Chriſti: ut in prohœm. decretalium, in uer.
Rex Pacificus, ubi no. Abb. & per Ant. Corſe. in
tracta.de priuileg. pacis in prin. & alibi ſcripſi,
3 cumque non niſi neceſsitate † cogente, uel iuſta
petendo, uel iniqua recuſando, bella ſint ſubeun-
da, ut legitur in d. c. noli. propterea uidendum
quoque eſt in hac ultima, parte, cum etiam in ſu-
perioribus omiſſa ſit, ne ordo propoſiti, & Inter-
cepti

cepti Duelli ſubuerteretur quomodo diſcordiæ,
& hoſtiles animi perduellium, ſedari: eorumque
controuerſias componere inter ſe poſſint; etiam
antequam ad bella concurrant; quod præcipue ad
curam, ſolicitudinemq; Iudicis indicentis bellum
ſpectat, ut ſupra concl. 89. dictum eſt: At quis in
hac re, magnopere nõ elaborabit? cum pax ſit ma
ximum bonum; & ut inquit Bal. de pace ten. §.
4 pen. num. 116. per iura ibi per eum adducta, † Pax
multa bona inducit: Diſcordias remouet: Tran-
quillam quietem adducit: Statum ciuitatum, ac ho
minum auget: Honeſtatem affert; Diuitias prępa-
rat; Dei, ac Regum, gratiam tribuit: Superbiam
uniuſcuuque excludit: Auaritiam repellit: Hono-
rem honoratis adiungit, Mundum honoratis pręparat:
ad Deo ſeruiendum, animum cuiuſque in-
citat; & tandem Pacis confirmatio eſt ipſa iuſtitia.
Sic quoque Io. Lup. in tracta. de confęd. princi-
pum, nume. 8. inter alias commendationes pacis,
dicit: impoſsibile eſt, ubi non ſit pax, iuſtitia ſit ex
utraque parte contendentium: quia ex ſententia
Eſaiæ, cap. 32. erit opus iuſtitiæ pax: quid plura:
cum non ſolum Beati, ſed etiam filij Dei uocan-
tur a Redemptore noſtro Pacifici: ut d. c. noli. &
5 Matthæ, c. 5 habetur, † nec uſquam, aut perraro,
aliquem in ſacris literis, filium Dei uocari, forſan
contingat: Libenti ergo animo unusquiſque ad
pacem, & concordiam properare debet.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poßit cogere partes ad concordiam, & pacem, & num. 2. 3.*
4 *Offenſus non poteſt cogi ad faciendam pacem.*
5 *Iudex poteſt prouidere, ne ſcandala eueniant, vt per exempla, ibi.*

CONCLVSIO. CII.

INuitus tamen, aut coactus ad pacem, an quis ſit
1 trahendus, dependet ab illa. q. † an Iudex poſ-
ſit cogere partes ad concordiã, & pacẽ de qua
p. Bar. in l. cõgruit. ff. de offi. præſi. & docto. & Iaſ.
in. l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cer. peta. & per
Abb. & docto. præſertim Feli. in rub. de treug. &
pa. ubi ponit reg. negatiuam cum ſeptem fal. &
per Boniſacium, de maleſic. in rub. de pace, col. 2.
& per Ant. Corſe. in d. tract. de priuileg. pacis, nu.
17. cum ſeq. & per Paridem in. §. an ſi duo ſubdi-
ti, &. §. an rex uel, lib. 1. Et certe uidẽtur uario mo-
do locuti docto. Nihilominus ex ſententia eorum
præſertim Feli. maxime compoſiti, & ordinati iu-
2 reconſulti: † regulariter iudex non poteſt cogere
partes ad concordiam, niſi in criminalibus: niſi ſit
princeps, nõ recognoſcens ſuperiorem. Quod In-
tellige tamen, ut dictum eſt inf. §. quarto, uerſi. de-
cimoſexto: niſi lis magno tempore durauerit, &
adeo ſit intricata, quod facile extripari nõ poſsit:
niſi quando imminet timor armorum, & rixæ: niſi
ſit diſſenſio inter perſonas inſignes, ex qua reſp.
turbaretur: niſi diſcordia aliquorum tendat ad in-
commodum alterius: & niſi in treugua ex cauſa:
Verum quia in caſu noſtro reſolutio imprimis de-
ducẽda eſt ex ea limitatione: An in criminalibus
(prout præcipue materia Duelli conſideratur, ut
ſupra concl. 2. & 3.) poſsit ſuperior cogere par-
3 tes ad concordiam, & pacem. † quod admittitur,
antequam naſcatur delictũ; ſed eo conſummato,
debet iudex ſtudere ad uindictam: ne delictum re-
maneat impunitum, ut atteſtatur Feli. ibi col. 2.
fal. 1. cum allegatis per eum, per tex. in l. denuntia-
mus, C. de his qui ad ecc. confug. & in l. illicitas. §.
ne potẽtiores. ff. de offi. pręſi. ubi Bar. quod etiam
tenet Corſetus ubi ſupra: & quia ſecundum Feli.
ibi col. 1. ratio æquitatis non patitur, ut quis co-
gatur inuitus parcere iniurianti, niſi in foro pœni-
tentiali: de quibus ſcripſimus copioſius inf. §. 4.
uerſ. decimo quinto, an liceat quo ad odium: ſimi-
liter quo ad iuſtitiæ pęnam quis teneatur parcere,
ineundo etiam pacem, per publicum inſtrumen-
tum ad hoc, ut offenderis ueniam a principe con-
ſequi poſsit. & non teneri, determinauimus: Ideo
cum ut plurimum in hac controuerſia ad ſingula-
re certamen deueniatur, poſt illatas iniurias, &
4 ſic cõſummato delicto † porro offenſus non po-
teſt cogi ad faciẽdam pacem, ut dicitur tenere,* &
ſic intelligit Bal. in l. ex ſtipulatione. C. de ſenten-
tijs, qui in l. tranſigere. C. de trãſactio, ut eum re-
fert Feli. d. fal. 1. tenuit, quod ubi tamen delictum
ſit conſummatũ, punitum per eum, poteſt iudex
ſtudere concordiæ partium, & ſecundum Paulo
ante dicta, uidetur poſſe Intelligi dictũ paridis in
d. §. an ſi duo ſubditi in fi. dum concludit, de ſtylo
armorum, quando unus eſt iniuriatus, & quærat
ſatisfactionem honori, & famæ ſuæ, quæ non poſ-
ſet aliter fieri, quam per pugnam; tunc ſuperior
non poſſet illum cogere ad pacem faciẽdam, cum
macula honoris, ſiue dignitatis ſuæ: licet ibidẽ Pa
ris in ſuperioribus, & in d. §. an rex, num. 6. dixerit,
quod prouocantes ſe perduelles, per deteriorem
perſonæ, poſſunt cogi ad faciendam ſatisfactio-
nem aliquam, & pacem. Quæ exiſtimo intelli-
genda, & declaranda, ne ipſe contrarius illico ui-
deatur, ſecundum diſtinctionem memoratam: uel
niſi in principe non recognoſcente ſuperiorem ut
5 ſupra, nu. 2. quod raro ſit. † Poterit tamen Iudex
prouidere alio modo, ne ſcandala eueniant: ut po
nit Paris in d. §. an ſi duo ſubditi: ueluti, prohiben-
do, ne quis exeat de propria domo. l. fi. ff. de in-
terd. & releg. & prohibere rixoſum accedere ad
poſſeſsionem, & ne unus inimicus tranſeat ante
domum alterius, & alia ſimilia, de quibus late per
Io. Neuizanum in ſylua nuptiali, in uerſ. concluſio
ſupra ſcriptorum nu. 80. lib. 1. poſt. Iaſ. in l. quod
iuſsit, num. 17. ff. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Duelles volentes, ita vt vtriuſque honori conſulatur, pacem ineunt.*
2 *Magnanimitas circa honores verſatur.*

3 Magna-

3 *Magnanimus, & fortis eſt, qui ferre iniuriam abſque ſtudio vindictæ poteſt.*
4 *Vindictæ honeſtum, & magnum genus eſt, ignoſcere.*
5 *Iniuriæ proximi, ne memineris.*

CONCLVSIO. CIII.

1 VOlentes itaque, † æquis, & legitimis argu-
mentis adducti, altercantes ad pacem con-
deſcendunt, ita ut utriuſque honori, & di-
gnitati, in illa ineunda conſulatur: Illud enim in
primis inter omnes controuertitur, præcipuèque
in cura habetur: ne ex pace, turpiter aut cum de-
decore compoſita, eorum aliquis notatus rema-
neat: compenſationemque proinde iniuriarum,
exactius perquirunt, & anhelant: immemores, ea
quæ plæriſque eximia, & præclara uidentur, parua
ducere; ratione ſtabili, firmaque contemnere, for-
tis eſſe animi, & magnanimi: qui teſte Philo. Ethi-
2 co.4.c.3. † maximè circa honores uerſatur, Cum
3 † & magnanimus, & fortis quidem ſit, qui ferre
iniuriam, abſque uindictæ ſtudio poteſt: uel qui in-
iuria eſt potens laceſsiri, & non uindex, nec eſt
ſibi mali memor illati, ut docet idem Philoſ. in
lib. de uirtutibus, & d. cap.4. quem æmulatur M.
Tul. lib. 1. officio. & recte inquit, in oratione ad
Senatum, poſt reditum ſuum: Non eſt mei in-
iurias meminiſſe, quas ego etiam ſi ulciſci poſ-
ſem, tamen obliuiſci mallem: Sic præclare ſcri-
ptum eſt apud Senecam in libr. de formula ui-
4 tæ † Honeſtum & magnum uindictæ genus eſ-
ſe, ignoſcere: Sed ſanctius legitur in ſacris lite-
ris, & in cap. 1. 23. q. 1. Mihi vindictam, & ego
5 retribuam: & eccleſiaſtici. c. 10. † Omnis iniuriæ
proximi, ne memineris; & nihil agas in operibus
iniuriæ: Proinde vere magnanimi exiſtimandi
erunt, & beati, qui ita ſe habebunt: Quod rempe
ſtate noſtra contingere equidem difficillimum
eſt: adeo uirtutis ſtudia & officia, ſubuertuntur.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriæ, diſſimulatione tolluntur, veluti bibendo, ludendo &c.*
2 *Verba verbis, facta factis ſatisfaciunt.*
3 *Iniuria verbali, quomodo, & per quæ verba ſatiſfiat ab iniuriante.*
4 *Reuocare male dicta, & facta, ſapientis eſt.*
Fallax non dicitur apud Deum, qui ad veritatem reuertitur, ibi.

CONCLVSIO. CIIII.

INueſtigandæ igitur ſunt accuratius iniuriarum
compenſationes, ſeu ſatisfactiones, quæ vbi
1 † iniuriæ diſsimulatione non ſint ſublatæ, ue-
luti bibendo, ludendo, &c. ut per Iaco. Belui. in
practica iudiciaria num. 85. duplici modo conſide
randæ ſunt: uerbis aut factis, prout eodem modo
illatæ iniuriæ animaduertuntur, ut ſupra concl.
17. diximus, idcirco capiendo primo, quæ ad uer-
ba pertinent, quia moribus militum, & nobilium
2 receptum uidetur, † quòd uerba uerbis, reddi &
dilui poſsint: facta autem factis tolli debeant. Qui-
bus aſtipulari uidentur, quæ in reg. iuris. ff. in l. ni-
hil tam naturale, ſcripta ſunt: uidelicet nihil tam
naturale eſſe, quam eodem genere quodque diſſol
uere, quo colligatum eſt, ut uerbis, & conſenſu
contracta obligatio, contrarijs uerbis, & contra-
rio conſenſu tollatur: & ſic paria delicta mutua
compenſatione extinguantur, ſine exceſſu: ut ſu-
pra concl. 19. Sicque in libris Bibliacis ſcriptum
ſit. c. 21. Exodi, & Matthei. c. 5. Animam pro anima
Oculum pro oculo: Dentem pro dente, eſſe red-
dendum, & dictum eſt ſupra concl. 49: Conclud a-
3 mus quod ſi alieni illata ſit † uerbalis iniuria: ut
puta, ſi dictum ſit: Tu es latro: aut falſarius, & ſi-
milia: certe per oppoſita, & contraria uerba, pro-
lata ab iniuriante, cenſebitur iniuriatus exonera-
tus, & pro honore ſatisfactus: Dicendo hoc pa-
cto, Dixi te latronem, Dico nunc quòd non es la-
tro, ſed uir probus, ab alienis rebus continens, &
ita re noui, & noſco: Similiter dixi te falſarium:
Dico nunc te ueridicum, & uera fabricantem, non
falſa: poterit & illud addi, Pœnitet me dixiſſe te
falſarium, aut latronem: calore iracundiæ dixi:
peto ueniam, parcas mihi. Sed hæc uerba, ſine
alijs præmiſsis, minus ſufficerent, & minus ſunt
idonea (ut opinor) ad exonerandum iniuriatum
(licet petere ueniam uideatur diſdicta tacita, ut ſu-
pra conclu. 96.) Ratio eſt, quia iniuria eo modo
non tolleretur, quo inducta eſt. Item quia ira-
cundia non excuſat: & ſeu, pœnitentia ſola non
reuocatur iniuria, aut uituperium dictum, aut fa-
ctum: nec famæ iniuriati ſatisfit, ut habetur ſupra
concl. 18: Crederem bene ſatis eſſe, ſi iniurians di-
ceret. Dixi te latronem: dico quod nõ dixi uerum:
cum hęc uerba ſint omnino contraria, & oppoſi-
ta prius dictis. Nam & eo modo, ſi etiam reſpon
diſſet offendens tempore iniuriæ illatæ, utique
offenſus exoneratus remanſiſſet, quia compenſa-
tio uideretur facta, ut ſupra in concl. 19. Prętereà
cum per talia uerba inducatur (ut ſæpe utar hoc
uulgato uerbo) diſdicta, quæ ſufficit ſi ſit facta
etiam in ipſo ſtadio, ut ſupra concl. 96. cur non
cenſebitur ſatisfacere extra certamen? Porro per
alia uerba, Paris in. §. quia finis lib. 10. uidetur ali-
quantulum tetigiſſe iſtam ſatisfactionẽ, ſeu com-
4 penſationem, præſertim uerborum: † ut ſcilicet
diſdicta dicatur, & fiat per uiam excuſationis, ſi
quis dixerit, Quicquid dixi, aut feci, fuit impruden
ter, & (ut dicitur) inaduertenter factum, aut di-
ctum: & pro uobis non dixi, ſed pro alio, uel non
feci ad ueſtram iniuriam, ſed caſu, & fortuna, & ex
impetu, & ſine propoſito: unde ipſe infert hanc
eſſe quãdam excuſationem, quę exoneret iniuria-
tum, & quæ ſatisfacit, inſtar diſdictę, quæ tunc non
grauabit eſtimationem ſe excuſantis, ſicut diſdi-
cta: quę tunc eſſet diſdicta manifeſta, quando pri-
mo iniurians feciſſet contentionem ſuper dictis,

aut

aut factis per eum, dicendo ſe bene feciſſe, uel illud affirmando. Sed aduertendum eſt, quia (ut arbitror) per hæc uerba uidetur Paris uelle inferre diſdictam quandam tacitam, & quandam manifeſtam, propterea cum par ſit uirtus taciti, & expreſſi. l. cum quid. ff. ſi cer. peta. & idem operetur diſdicta tacita, ſicut expræſſa, ut ſupra concl. 96. dixi, merito ſecũdum eum, talis diſdicta tacita, uideretur ſufficere; licet poſſet offenſus dicere, ſe uelle diſdictam manifeſtam, magis quam excuſationem ut ibi. Sed dubito hæc uerba Paridis minus ſatisfacere ad tollendam iniuriam iam illatam; quia contrarijs uerbis non tollitur, ut ſupra; & quia qui poſt factã iniuriam ſe expurgat, parum mihi prodeſt; ut ſupra concl. 18. Veruntamen ſaluando Paridem, ubi quis in his fere pertinax inhærens, uoluerit amplecti ſummos apices iuris, a uiris magnanimis, & clementioribus negligendos, exiſtimarem etiam talia uerba, non obſtãte rigore poſſe ſatisfacere offenſo: ita quod omnino illa præcipue uerba non omittantur per iniuriantem, quę quãdam tacitam diſdictã innuunt; uidelicet non dixi, aut feci ad tuam iniuriam, ſed extra propoſitum. Illud enim uerbũ illatum, quod habet ſecum iniuriam, ueluti quando dico te falſarium, reſoluitur aliquo modo ꝑ hęc uerba oppoſita; ita ut iniuriam tollere, & noluerit inferre iniurians: ſicque uidebitur militare d. l. nihil tam naturale. Laudarem tamen ſi iniurians adderet etiam hæc uerba, uidelicet ſe male dixiſſe illum eſſe falſarium, uel quid tale, & ſe ad iniuriam offenſi non dixiſſe, ſed extra propoſitum: tamen dicta in præcedentibus, tutiora ſunt, offenſo. In præmiſsis, cum ut plurimum altercantes, ualde difficiles in reuocatione uerborum & iniuriarum ſe præbeant, illud uulgatum iactantes: Mors potius quam diſ-
4 dicta: † Arbitrarer ego ſapientis eſſe in melius mutare conſilium: & quod quis male, & perperam locutus ſit: quodque male fecerit, magnæ prudentiæ, & ſapientiæ eſſe reuocare, non enim dicitur fallax apud deum miſericordem Iudicem, qui ad ueritatem reuertitur: etiam poſtquam mentitur. c. magnæ. 22. q. 4. c. cum ceſſante de appellatio. c. qualiter & quando de accuſatio. c. apud. 32. q. 1. quę fere omnia commendant Iaſ. in l. ſi ex toto. §. ſi ita legatum num. 29. de leg. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Iniuria illata vbi ſit vera, quibus verbis ſatisfiat iniuriato.*
2 *Veritas immutari non poteſt, neque errore, neque mendacio, neque proteſtatione.*

CONCLVSIO. CV.

Cogitabam tamen in præcedenti concluſione, in eo caſu, quo ego dicerem aliquem falſarium, uel quid ſimile, & hoc conſtaret eſſe uerum, quia tamen non decet alterum alteri iniuriam inferre, niſi in caſibus de quibus locuti ſumus ſupra concl. 20. quod abſque ulla dubitatione, uerba proxime cõcepta: ſatisfacere debeãt,
1 nam ex quo † uera eſt iniuria, quia tu es falſarius,
2 † ueritas immutari nõ poteſt, neque errore, neque mendacio. l. aſſumptio in prin. ff. ad municip. item nec ueritas poteſt tolli aliqua proteſtatione. l. ſi forte. ff. de Caſtren. pecul. l. nemo põt, de leg. 1. & per practicam Papi. in for. lib. quo agi. ad reuocationem feudi, in uer. nec ſuperſtitibus in fi. nec decet aliter dicere & proteſtari, quam uerum ſit, ne quis mentiatur; a quo uir bonus cauere debet. Prudens ne mendacium dicat, ut ſupra concl. 19. num. 9. ideo iniurians non apte diceret; Dixi te falſarium, nunc dico te ueridicum, & uera fabricantem, non falſa; & propterea ſufficeret dicere, ad tuam iniuriam non dixi, & male dixi, & ex impetu, uel calore iracundiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Iniurians an debeat confiteri, quod triſtamente, (vt vulgo dicitur) iniurians intulerit.*
2 *Triſtamente illata iniuria quomodo dicatur.*

CONCLVSIO. CVI.

Aliqui tamen pertinacius, & accuratius ul-
1 tra procedunt, offenſi; quæruntque ut † iniurians dicat, quòd Triſtamente (ut uulgo dicitur) dixerit, aut fecerit talẽ iniuriã: q̃ uerba (ut credo) etiam ſecundum communem uſum lo-
2 quendi † ſignificant, & arguant, quoddam uituperium iniuriantis, quaſi is iniquiſsime, & proditorie, abſque ulla monitione, & requiſitione, de qua ſupra concl. 24. ſe habuerit, in iniuria inferenda: Sed ego improbo horum opinionem; cum enim offenſo ſatis ſit: ſi iniuria ſibi illata tollatur, & diluatur, uerbis legitimis, & idoneis. Ideo non refert, nec par eſt, ut aliqua alia iniuria, & forſan maiori, afficiatur offendens, facit. l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. & quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. l. non debet alteri. ff. eo. tit. alioquin etiam modus excederetur iniuriæ tollendæ, unde poſſet cenſeri quis ad uindictam, quam ad iniuriam propulſandam, potius id contendere, ut inf. concl. 110.

S V M M A R I V M.

1 *Iniuria illata proditionis ſuperioris, adulterij vxoris, & mentitæ, an verbis dilui poſſit quia graues ſunt & nu. 2.*
3 *Mentita qualiter reuocari poſſit quando eſt ſuper re qua poteſt eſſe, & non eſſe vera, & quando, ſuper crimine obiecto, illata.*

CON-

CONCLVSIO. CVII.

IN hac iniuria uerbali apud aliquos dicitur, ſi
1 aliquis fuerit † dictus proditor ſuperioris ſui,
item ſi dictum fuerit alicui, & obiectum adulte
rium uxoris ſuæ, & ſi aliquis quemquam mentiri
dixerit, cum omnino hæ graues iniuriæ, licet uer
bales ſint, exiſtimentur ex communi omniū obſer
uantia, deque proditione obiecta loquitur Alex.
tanquam de offenſa uerbali, qua nulla ſit grauior,
in conſil. 203. col. 1. uol. 2. quod non adſint uerba
ſatisfactoria, ad diluendas tales obiectas iniurias,
quia facto tantum tollantur, ut puta aliqua percuſ
ſione. Quæ ego non puto uera (circumſcripta con
ſuetudine) ut ſupra dixi concl. 19. circa fi. qua
de re, ſi per uerba oppoſita & contraria, ut ſupra
declaratum eſt, aliter dixerit, quā primo iniurian-
do obiecerit conuitium, in primis duobus caſi-
bus: uidelicet proditionis, & adulterij; non uideo
cur non debeamus dicere, ſatisfactionem & com-
penſationem habere locum poſſe: & ſi plures per
ſonæ dicantur offenſæ, dici poteſt quod pluribus
poterit ſatisfieri. † At in eo qui intulit iniuriam,
aſſerendo mentiri: maiori cura eſt aduertendum,
quia non leuis hæc iniuria itidem exiſtimatur, ut
in d. concl. 19. Nam ſi inferens, eam reuocat, uide-
tur fateri ſe ipſum mentiri; cum in conſequentiam
aduerſariū uera propoſuiſſe, conſentiat: ſicq; ſe fal
ſa ſciēter ſuſtinere uoluiſſe. Nil enim aliud eſt mē
tiri, quam ſcienter falſa intēdere, ut ibi dixi: & hoc
præſertim procedere eo caſu, quo quis diceret aliū
mentiri ſuper re, quæ poteſt eſſe & non eſſe uera.
unde ex tali reuocatione mentionis ſeu (ut dici-
tur) mentitæ illatę, uidetur fieri retaculatio contra
reuocantem. Et ulterius, uideretur quis fateri ſe eſ-
ſe talem, qualē primo iniurians eum dixerit, ſi for-
ſan ſuper aliqua contumelia ſit facta reſponſio,
per uerbum illud mentiris. Et ideo ad concilian-
dam pacem, mihi uidetur conueniens pro utriuſ-
que ſatisfactione, & ut uterque exoneratus rema-
3 neat, † quod ſi aliquis alterum mentiri dixerit ſu-
per aliqua re, quæ citra iniuriam poteſt eſſe & nō
eſſe uera; quod hoc caſu dicat offenſio, deceptum
ſe eſſe, & erraſſe in ueritate illius rei: & propterea,
errore ductum, ſe dixiſſe illum mentiri, & male ſe
dixiſſe, unde reuocat talia uerba, errantis enim nul
la eſt uoluntas. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om.
jud. l. cum teſtamentum. C. de iuris & fac. igno. At
ſi alter alterum mentiri dixerit ſuper aliquo crimi
ne, ſeu macula ſibi impincta, neceſſe erit, qđ hinc
inde eodem tempore diluantur iniuriæ obiectæ.
Vt ſcilicet primo iniurians (qui exempli gratia) di
xerit alterum latronem, dicat, dixi te latronem, di
co nunc virum probum, a rebus alienis abſtinen-
tem. Vnde reuoco talia verba, & dico me male di-
xiſſe, calore enim iracundiæ & ex impetu, talia di-
xi. Sic aduerſarius reſpondebit, Ex quo me virum
probum habes, & dicis, & non latronem, & abſti-
nentem a rebus alienis, & reuocaſti male dicta,
2 ego pariter dico, quod non intendo, quod tu men
tiaris. Ex quibus hinc inde ſublata erit iniuria: qa
in primo iniuriante, iniuria per eum illata, tollitur
reuocatione ſua: in ſecundo iniuriāte, per uerbum
Mentiris, uidetur ſublata eo ipſo quod prima ſu-
blata eſt: non ſolum per ipſam reuocationem mē
titæ, ex quo enim ſublata eſt prima iniuria; menti
ta (vt aiunt) illa non habet vbi ſubſiſtat, cum ad
inducendam priuationem, opus ſit præſupponere
habitum. l. decem. ff. de verb. obliga. nec habitus
iniuriæ reperiatur in primo iniuriante, ideo men-
tio non poteſt reperire illum habitum, propter
quem illata fuit.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria, quæ aliquando atrocior cōſideratur propter*
aliquam qualitatem, cum ſatiſfactione tollenda eſt,
habita ratione illius qualitatis.

CONCLVSIO. CVIII.

POſſet in præmiſsis dubitari, an ſatisfactiones,
& tales recōciliationes pacis, paſsim fieri poſ
ſint, etiam ſi iniuria fuiſſet illata aliquo mo-
do, & aliquo in loco, ex quo atrocior, ſeu maior
cenſeretur; veluti ſi in Theatro, vel in foro, vel in
conſpectu prætoris, quis affectus fuiſſet, ut legitur
1 in. §. atrox, inſti. de iniur. † Et puto tutius eſſe, ſi
in tali loco, vel æquali, fiat; ut rectius locum habe-
re poſsit compenſatio. Non enim eſt dubiū, quin
maior, & atrocior dicatur eſſe iniuria, ſi eo pacto,
& in pſentia pluriū, & in locis publicis fuerit illa-
ta, vt tenet Iacob. Belui. in practica iudiciaria, nu.
8. p d. §. atrox. cū alijs allegatis, & Abb. in c. 1. de
maledicis, & per Alex. in conſi. 203. col. 1. uol. 2.
& ſupra concl. 17. vnde par eſt, videturque conue
nire, ut ibi diluatur, per d. l. nihil tam naturale. ff.
de regu. iur.

SVMMARIVM.

1 *Iniurians, negans iniuriam intuliſſe, quomodo ad pa-*
cem reducatur.
2 *Negans, ſeu mendaciū dicens, quandoq; punitur.*
3 *Negans quis regulariter non punitur.*
4 *Aſſertioni noſtræ ſtatur cum iuramento, in his quæ*
conſiſtunt in conſcientia noſtra.

CONCLVSIO. CIX.

ALia maior inſurgit dubitatio; quō pax poſ-
1 ſit habere locum, † ſi ille qui dicitur iniu-
riam intuliſſe, hoc negauerit: an que, & qn
talis negatio releuet iniuriatum. certe non memi-
ni me legiſſe aliquem doct. hanc dubitationem tā
gentem, aut decidentem, quæ tamen de facto ſæpe
poteſt contingere. Quapropter exiſtimarem dici
poſſe ad tollendas omnes difficultates: Si iniuriās
contentus eſt, dicere, negando ſe primo iniuriam
dixiſſe, & dicat, non dixi te latronem, & ubi dixe-
rim, dico nunc, quod non es latro, & alia uerba

vt ſupra,certe res,& cõtrouerſia,recte videbiť hoc
pacto compoſita.Si autem perſiſtit tantum In ne-
gatione,aſſerendo ſe non dixiſſe iniuriam, de qua
agitur:putarem diſtinguendũ , ſi quidem conſtare
poſſet,omnino iniuriam per ipſum illatam:tũc pa
cem non aliter eſſe ineundam,niſi confitente ipſo
iniuriante hoc dixiſſe: & deinde aliter,& per con-
traria verba dicendo,& ſatisfaciendo,ut ſupra:nã
licet is turpiter negauerit,& neganti quãdoque pœ
2 na imponatur, † & propter mendacium quis pu-
niatur,vt habetur in.l.fin.ff.de rei vendi. vbi Bart.
& per Feli. in c.cæterũ, col.pen.de Iudicijs, & per
Iaſ.abunde in.l.ſicut autem.§.quòd autem.ff.de re
iudi.& in.l.quæſtionem num.4.C.de fideicõ. nihi
lominus nõ videmur eſſe in caſu noſtro,in aliquo
caſuum de quibus ꝑ memoratos docto. Immo vi-
detur regula eſſe in contrarium, in.l. nemo ex his
qui negant. ff. de reg. iur.vbi Decius col.fi.trãdit.
3 † quòd regulariter quis negans , non punitur, niſi
in caſibus expreſsis. Turpe tamen eſt (ut opinor) ſi
quis miles , vel nobilis , & alicuius exiſtimationis
vir mendacium dicat,cum vt dictum eſt concl.19.
Vir bonus præſtare debet ne mentiatur , prudens
ne mendacium dicat: Imo ſi quis eo modo ſcien-
ter negaſſe conuinceretur , forſan non ſine labe
& pœna mentientis tranſire dijudicãdus eſſet, iux-
ta ea quæ poſuimus dict. conclu. 19.nume.9.cum
ſeq. Vbi autem non poſsit cõſtare de iniuria il-
lata: tunc arbitrarer, ſi ille qui dicitur iniuriæ illa-
tor , delato iuramento iurauerit ſe non dixiſſe ta-
lem iniuriam obiectam,eidem eſſe credendum , &
4 ſuo iuramento ſtandum: † quia in his quæ conſi-
ſtunt in animo & conſcientia noſtra,ſtatur ſimpli
ci aſſertioni noſtræ, cum iuramento,vt docet glo.
no.in.§.namque in ver.dicit,vbi Iaſ.col.33. inſti.
de actio,& in.l.admonendi nu.310. ff.de iureiur.
& per Caro.Ruinum in.l.1.§. nuntiatio col.xt. de
no. ope.nuntia. vnde hoc caſu non erit neceſſaria
pax,cum nulla interceſſerit diſcordia . propterea
ſatis erit, ſi fiat talis declaratio per iuramentum, &
omnia in tranquillitate repoſita erunt . Ex abun-
danti tamen bonum erit, adhibere etiam oſcu-
lum pacis .

SVMMARIVM

1 *Facti iniuria,difficilius tollitur : acrior enim eſt ver*
bali .
Videtur tamen tolli pari, vel maiori percuſſione .
2 *Excedendus non eſt modus in tollenda iniuria , ne ad*
vindictam dicatur factum .
Vindicta reprobatur,ibi.
3 *Conſtituit quandoque ſe iniurians , in manibus in-*
iuriati , vt de ipſo faciat quicquid ſibi libuerit; de-
claratur tamen contra obſeruantiam aliquorum .
4 *Conſtituere ſe in manibus iniurati,eſt quid facti.*
5 *Conſuetudo contra.l.diuinam & naturalem , & con*
tra bonos mores,& irrationabilis, repellenda eſt.

CONCLVSIO. CX.

IN Iniuria quæ facti ſit, profecto maiori cura
eſt aduertẽdũ,Acrior enim eſt,quã quæ verbo
1 infertur,vt ſ. concl.17.in prin. † Vnde & diffi
cilius tolliť,vt docet Iac.Bel.i prac.Iudiciaria nu.
87. Vix enim inueniri põt modus,quo poſsit dilui
& tolli,ſm aliquos:niſi eadem, vel maiori percuſ-
ſione,aut vulnere:quod ſi factum eſt, veluti ſi quis
manu,aut fuſte percuſſus,aut vulneratus, repercuſ
ſerit aduerſariũ pari ictu manus,aut fuſtiũ, aut vul
nerum;crederem nõ eſſe dubiũ,hunc repercutien-
tem ab ea iniuria illata, ſubleuatũ iri. Videnť enim
oĩno ſibi vendicare locum dicta in conclu. 49. &
104.& diſpoſitio d. l.nihil tam naturale.ff.de reg.
iur.& illa reg.quæ habet,ꝙ delicta mutua,pari cõ-
penſatione tolluntur,vt ſupra conclu.19.& inquit
Bal.in.l.1.col.3.num.10.C.vn.vi.quòd in Duel-
2 lo,in æqualitate factorũ debet eſſe paritas.† Nec
recte fit, (error equidem eſt) ſi excedatur modus
in tollenda iniuria,vt ſupra concl.19.quandoqui-
dem non propulſandæ offenſæ gratia , & dignita-
tis ſuæ cõſeruãdæ , quiſquã id feciſſe cẽſeri poſsit:
ſed potius ad vindictã; quæ reprobatur , non ſolũ
per iura diuina & canonica,cap.1.cum glo.23.q.
4.Sed ẽt regulariter per ciuilia, vt habetur in. l.1.
cum glo.C.quando lice.vni.ſine iudi.ſe vindi. vbi
Salice.per tex.no.in.l.ſcientia.§.pen.ff.ad.l. Aqui
li.vbi legitur,ꝙ ferire conceditur illum qui uim in
fert,ſi tuendi dumtaxat, non etiam ulciſcendi cau
cauſa factum ſit:dũmodo ſtatim, ſeu (ut dicitur)
incontinẽti fiat, ſm glo.ibi & habeť in. l.ut uim.
ff. de iuſti. & iu. & in dubio qñ ad uindictã dicitur
factum ponit Bar.& docto. in.l.1.nu. 10.C.un.ui.
ubi dicit conſiderandã perſonarũ qualitatem,& fa
ctorũ,quodq; nõ põt dari certa doctrina. Et ideo
cum ex interuallo id prohibitum ſit, ſi ad ineundã
pacem deueniendũ foret , non eſſet permittendũ
ut quis aduerſarium repercuteret, etiã pari percuſ-
ſione,aut uulnere: & ad hoc optime facit d.l. non
eſt ſingulis.ff.de reg.iur.& ſi hoc non permittitur,
non erit ergo dare modum,quo,cum mutua ſatiſ-
factione & compenſatione poſsit pax induci .
Conſueuerunt tamen aliqui pacis ſectatores ad
excludendum Duellum , ſine quo non uidetur a-
pud milites iniuriatum iniuria facti poſſe aliquo
3 pacto ſatisfacere honori ſuo, † obſeruare in ſimi
libus iniurijs, realibus , & facti : ut iniurians po-
nat ſe in manibus & poteſtate iniuriati , ad hoc
ut de ipſo faciat quicquid ſibi libuerit : exhiben-
do etiam gladium ut poſsit ſibi amputare caput ,
ut ſunt uerba formalia Iac. Hiſpan. in eo ſuo tra-
cta. de Duello libro 4. in princ. circa fin. qui
ſine lege , ratione , & ſine autoritate , ſicco pe-
de tranſiens , inquit hanc compenſationem , &
talem ſententiam ſibi placere (ſi ſane , modo
fiat : nec iſtum modum aperit) unde obſcu-
ra reſidet & incerta huius opin. Quapro -
pter ego non ſolum laudo , ſed etiam com-
probo

probo legitimum, & idoneum eſſe hunc modum & morem, quo, pro ſatiſfactione iniuriati, iniuriās ſe conſtituit in poteſtate offenſi: declaratum tamen & intellectum aliter, quam aliqui una cum ipſo Hiſpano, hoc inducant, & procedere ſibi perſuaſum habeant: qui iudicio meo decipiuntur, ubi ſupponunt iniuriatum tum demum eſſe ſatiſfactum, pro iniuria reali & facti, ſibi illata: dummodo is qui ſe poſuit in eius poteſtate aduerſarius, nō poſſit ſibi perſuadere ſe eſſe tutum, ita quod iniuriatus nequeat illum pari percuſſione, aut uulnere afficere; Nam etiam plus dico, quod licet iniurians præſupponat, & ſibi certo perſuaſum habeat, nullam ſe paſſurum repercuſſionem, dummodo ſimpliciter ſe ponat in poteſtate inimici, ut captiuum: & (ut aiunt) Pregloniero della ſede, uel dicat, male feci in iniuria tibi illata, parce uitæ meæ, uel ſimilia uerba, ex quibus diſdicta (ut aiūt) tacita ſaltem reſultare poſsit, ut ſupra dictum eſt in concl. 96. nempe arbitror, compenſationem idoneam inductā eſſe, & ſatiſfactum fuiſſe iniuriato. Nam cū diſdicta ſiue tacita, ſiue expreſſa, ſicut mors, paret uictoriā contra ita diſdictum, cur non eadē ratione, & eodem iure, dicendum erit, iniuriatum ſatiſfactum fore, ineundo pacem. l. a titio. ff. de uerb. oblig. cum ſim. Nec repugnat, ſi opponatur illud, in quo muſsitant & murmurant plerique, dicentes, hæc ſunt tantum ſimplicia uerba, quæ non poſſunt tollere iniuriam realem: nam diſſoluūtur hæc obiecta, dicimusque, dato quod iſta tantummodo eſſent verba ſine admixtione factorum, pro diſdicta tamen accipiuntur, quæ æquiparatur morti ut d. concl. 96. ergo ſatiſfactio eſt integra. Sed ulterius, illud quod fortius eſt contendo. ſcilicet, hanc compenſationem & ſatiſfactionem eſſe: non tantum verbalem, verum etiam realem, & in facto

4 conſiſtere. † Nam cum quis ponit ſe in poteſtate iniuriati, clare conſtat, illud eſſe quid facti, quod concomitatē & declaratur etiam per præmiſſa verba, prout fit in ipſo certamine: ergo cum talis diſdicta oriatur, tam a facto, quam a verbis: habebit effectum eundem, & idoneum, quo ad ſatiſfactionem, pro pace ineunda: & ſic ceſſabit obiectum.

Non etiam refragatur ſi quiſpiam dixerit: iſta verba, & illud factum, quo quis ſe diſdicit (vt vulgo dicitur) & captiuum facit, non habet eandē vim, quam habet, quando in arena quis eo pacto conuincitur, quia ibi tunc poterit etiam interfici aduerſarius iniurians, immo etiā ex interuallo, quando ſe dediderit pro homine mortuo, ſecundum Paridem in. §. an ſimiles alium lib. 9. nam occurrimus huic obiecto, ea ſolutione, de qua hic nu. 2. & ſupra facta eſt mentio conclu. centeſima: videlicet, non licere neque ſtatim, neque ex interuallo, occidere, aut offendere captiuum, ex ſententia Cy. in d. l. libertas. §. ſerui. ff. de ſta. homi. quod ibi dixi uerius uideri: & facit tex. in d. l. ſcientiam. §. pen. ff. ad. l. Aquil. cum ſimi. ubi ſtatim, non ex interuallo, licet repercutere, aut ferire, unde eodem modo in propoſito noſtro dicendum erit, & obſeruandum, abſque ulla offenſione iniuriantis. Exhibere tamen debet arma offenſiua, & recte, (ut exiſtimo) ubi petita ſint, ipſe iniurians iniuriato, more deditiorum: ex quo ſe in eius poteſtatem reponit, ut faciunt dicta in ea concl. 100. Obſeruatum tamen quandoq; fuit, eum qui iniuria affectus eſſet, uoluiſſe omnino pertinaciter iniuriantem poſitum in poteſtate ſua percutere, ſed male iudicio meo, per ſupra memorata: Et ubi conſuetudo in hoc uigeret, † crederem repellendam tanquam irrationabilem, & contra legem diuinam, & naturalem, & contra bonos mores, & nutritiuam peccati, per doctri. Bar. in. l. 1. C. quæ ſit lon. conſuetud. col. pen. & Abba. & docto. in. c. fi. de conſuetud. & Soci. conſi. 7. col. pen. uol. 1. Et in terminis noſtris uidetur tex. notabilis, approbans talem conſuetudinem, in. cap. contingit, 1. de ſenten. excommun. per quem memorabiliter tradit Bart. in. l. 1. §. uſq; adeo. ff. de iniur. non ualere quandam conſuetudinem, quæ eſt Piſis: quod offendens ponere ſe debeat in manibus inimici, qui poſsit ei facere ſignum in manu, uel in uultu, uel pati læſionem corporalem arbitrio ipſius inimici quæ (ut etiam nuperrime reperij) ſequitur & commendat Iaſ. in. l. qui iuriſditioni, col. 1. ff. de iuriſd. om. iud.

EXPLICITA MATERIA DVELLI, reſtat redeamus ad Ornatum Imperatoris vnde digreſsi ſumus.

SVMMARIVM.

1 *Imperator in fœneratoribus debet probibere vſuras.*
Fœnerari, eſt hominem occidere. ibi.

2 *Vſuræ ſunt probibitæ, ſecundum magis communes opi. hodie omni iure, etiam ciuili.*

3 *Vſura eſt crimen quoddam, licet criminaliter non puniendum, quod infamat.*

4 *Imperator debet etiam probibere Iudæos fœnerari: idem in alijs inferioribus, & Iudicibus, aliter incidunt in cenſuras eccleſiaſticas.*

4 *Aduocati, notarij, teſtes, intereſſentes, vſuris, in cenſuras incurrunt.*

5 *Papa poteſt diſpenſare, Iudæos vſuras exercere poſſe: ne Domini, quorum ſunt ſubditi, incidant in cenſuras. 11.*

6 *Papa ex cauſa poteſt limitare legem Dei; licet non poſſit contra eam diſpenſare.*

7 *Iudæi foris ſunt, & alio modo damnati.*

8 *Papa poteſt ſtatuere augendo, vel diminuendo verbum euangelica. l.*

9 *Papa licet non poſſit tollere ius diuinum in toto, non per hoc prohibetur, in parte.*

10 *Papa, in genere non poteſt permittere vſuras, ex cauſa tamen permittit.*

12 *Iudæi ſunt tolerandi, non exercentes vſuras.*
Papa vanam interpretationem Iudæorum improbat; legem tamen ipſam Moyſi laudat & veneratur.

13 *Imperator vel alius princeps, non poteſt expellere Iudæos, & alios infideles; niſi iuſta cauſa; nec forenſes.*

14 *Iudæum eſſe, cadit in delictum.*

VSVRAS DEBET TOLLERE.

QVARTODECIMO, (vt regrediatur, quæ diutius forſan & longius quã par erat, quamq; propoſueram, euagata eſt, & errauit oratio) ſicut Imperator prohibere debet congreſſus ſanguinolẽtos, duellicos, in quibus vulnera ſæpius, & miſerrimæ cædes patrantur, vt in præcedenti principali. 13. concluſio
1 ſione exarauimus: † ſic quoque non permittere, ſed fœneratoribus interdicere debet vſuris; nam vt refert Cicero in fine lib. 2. officiorum, teſte Catone; Fœnerari eſt hominem occidere, & tradit Ariſt. politi. lib. 1. c. 7. hunc præter naturam, eſſe acquirendi modum, & odibilẽ. Quod cum grauiſsimum eſſe perſpexerit Chriſtiana religio, præclare ſancitum eſt, in c. conſuluit, & per omnem titu. de uſu. & in. 6. & in cle. ex euangelio, præſertim Lucæ. c. 6. dicentis, Mutuum date, nihil inde ſperantes omnem vſuram: & ſuperabundantiam, in lege eſſe prohibendam: quæ omnino, per fidei Catholicæ dogmata, & ſecundum Apoſtolicam diſciplinam, euangelicamq; doctrinam: tradita obſeruare, obſeruarique iubere aſtrictus eſt ipſe princeps, vt conueniunt ſcriptores in hoc. §. III. concl. 1. & apertius recepta ſunt in. l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & fi. Cat. & in authen. de eccl. titu. in prin. & licet doct. præſertim Iaſ. in d. l. cunctos pop. nume. 48. in. 1. lect. &. num. 27. in. 2. lect. atteſtetur communiter teneri, vſuras iure ciuili, & conſenſu Imperatoris, fuiſſe permiſſas: id non recte affirmari poſſe crediderim, ex quo idem Iaſ. in. §. omnes col. 7. in-
2 ſtit. de actio. † contrariam opi. magis communem affirmat: in quam partem deſcendit Corneus conſil. 250. colum. 1. volum. 2. & conſil, 166. colum. 1. volum. 4. & Soci. conſil. 2. volum. 1. per glo. in authe. ad hæc. C. de vſu. & tex. in authen. de eccl. titu. in princ. cum glo. quibus addo tex. cum glo. in clem. 1. de vſur. & in. cap. non licet. x. diſt. & docet Ambroſius Vignatus, ex hac mea Laudenſi vrbe oriundus, in tracta. de vſur. nume. 30. in prin. Nec repugnant in contrarium oppoſita, videlicet Iuſtinianum aliquando permiſiſſe vſuras, vt in. l. eos. C. de vſur. quia ex iure poſteriori, per eum condito, in d. authen. de ec. titu. aliter ſtatutum eſt: immo etiam ante eum aliter ſancitum & receptum fuiſſe, in d. l. cunctos. per Gratianum, Valentinianum; & Theodoſium, Imperatores, ſatis conſtat: qui ex quo quæ ad religionem a Diuo Petro Apoſtolo Romanis traditã, & inde ab ipſo inſinuatam, verſari per cunctos populos Imperij voluerunt & mandauerunt: non videtur eſſe in obſcuro, eoſdem etiam voluiſſe, vſuras ab Apoſtolica ſede prohibitas exerceri, etiam ſub pœnis eccleſiaſticis, tanquam crimen
3 quoddam, † licet criminaliter non puniendum, ut per Iaſ. conſ. 153. uol. 4. col. 6. tñ infamiã inferens: ut per Bal. in. l. improbum. C. de infam. & Abb. in cap. inter dilectos. 3. no. de exceſ. prælat. quos ſequitur Bernar. Diaz Hiſp. in practica ca. criminali. in uer. uſurarij: quodque committitur contra Deũ, Canones, & bonos mores, ut per Iaſ. d. conſi. 153. col. 6. penitus tollere, ne alioquin contemptores ſacrorum Canonum, qui per eos imitandi erant, uiderentur: quod non ſolum effari, ſed etiam cogitare abſurdum & impium uideretur: cum inter alia, deceat Imperatorem Religioſiſsimum eſſe,
4 ut ſæpe dictum eſt. † Hanc aũt Catholicam concluſionem, uendicare quoq; ſibi locum contra Iudæos fœneratores, ſatis clarũ eſt, per tex. in. c. poſt miſerabilem. &. c. quanto. de uſuris, præſertim ibi in verſi. principibus: quo in loco traditum eſt, per principes, compellendos Iudæos, ad reſtituẽdas, & remittẽdas uſuras, Chriſtianis: immo hoc cõcedentes cõmunitates aliquorum locorũ, ſtatutaque inde condentes, & ipſarũ poteſtates, capitanei, rectores, cõſules, Iudices, cõſiliarij, aut alij quis officiales audẽtes facere, ſcribere, dictare, aut ꝙ ſoluantur uſuræ, uel ꝙ ſolutę cũ repetunt, nõ reſtituant plene, ac libere, ſcienter iudicare præſumentes, ſentẽtiam excommunicationis incurrunt, ut abunde legitur in dict. clem. 1. de uſur. & clare exclamat Archiepiſ. Floren. in tract. de uſur. in. cap. 1. §. 2. nu. 25.

2.n.1.25.cum ſeq.vbi peccare mortaliter,& in ean
dem cenſuram,per d. le.1. commemorat incurre
re, aduocatos, mediatores, notarios conficientes
inſtrumenta,teſtes, confeſſores abſoluentes ſcien
ter, & dominos temporales permittentes vſuras,
quandoque recepta aliqua quota, vel precio:& li-
cet Archiepiſ.expreſſe & in ſpecie, de iudæis ver-
ba non faciat, nihilominus arbitror quod d. cle.
1.etiam in Iudæis ſit interpretanda & intelligen-
da, ex quo & ipſi prohibentur vſuras repetere, ut
in d.c.poſt miſerabilem, &. c.quanto,& per Am-
bros. vig. in d. tract. in prin. nume. 22. cum ſeq.
vt expreſſe tenent Cardin. Floren. & Io. de Imo.
in d.cle.1.relati per Iaſ. in d.l.cunctos in. 1. lect.
nume.55.in ſpecie, Regem Aragonum damnan-
tes vti excommunicatum, qui iniuſte reciperet
tributum a Iudæis, ob tolerantiam exercendi vſu-
ras. vnde inquit Iaſ. hanc opi. tanquam veriorem
ſibi ſemper magis placuiſſe, & eam pariter tenet
in. 2. lect.num.33.in indiuiduo loquens in Impe-
ratore. Idemq́, tenet Vignatus in d.tract.nu.237.
& Martin. Laud. de principibus. q.437. & in tra-
cta.de fiſco.q.56.licet Pau. de Caſt. in conſ.380.
incip.non videtur expediens, illam cle. 1.non ha-
bere locum in Iudæis affirmare audeat: ſicque et
abſque aliquibus priuilegijs Pontificis, impune in
nuit licere recitatis perſonis, in eorum Iudæorum
vſuris conſentire,permittendo,iudicando,conſu-
lendo, & ſimilia (vt ſupra) peragendo. Idem te-
net Catel. Cotta ex opi. Bal. conſulentis in me-
mor. in dict. Iudæi. & quem Pau. ſequitur Alex.
conſil. 1. nume.32.vol.2. præſertim ſi adſint pri-
uilegia Pontificis, prout adeſſe Martini & Euge-
nij Pontificum oſtendit Pau. de Caſt. ibi. Verum
horum opi. minus tutam cenſerem, vbi non ad-
ſint ea priuilegia pontificia, ob publicam neceſ-
ſitatem in vſuras Iudæorum conniuentia, ad mi-
noraq́ue mala euitanda, indulgentia iudæis exer-
cere fœnora, eo in loco, & ſub eo domino, ſub
quo habitant: quandoquidem receptior videatur
5 ſententia, † vt vbi principes temporales nequeāt,
tamen Pontifex Max. poſsit diſpenſare, iudæos
vſuras exercere poſſe: ſicut tolerat meretrices in
ciuitate, propter maius ſcandalum euitandum,
ut teſtatur Iaſ.in d. 1. lect. nume. 57. & ipſe, li-
cet Papa non poſsit diſpenſare contra legem Dei,
& ſuper vſuris, cap. ſuper eo. de vſur. cum ſim.
6 † tamen ex cauſa poteſt limitare legem dei, licet
non indiſtincte, vt probatur in. cap. fi. de con-
ſuet.& in.c.fi.de ferijs, & per alia adducta:& po-
nit. Felin. in. cap. quæ in eccleſiarum. colum. 6.
de conſtit. & dicemus in ſeq. §. 1111. verſ. quin-
to. In hac tamen quæſtione idem Iaſ. in. 2. lectu-
ra. nume. 32. cum ſeq.exclamat ſe malle diſcere,
quam docere, & inuehitur in Pau. de Caſt. in eo
conſi. vti quem minoris conſcientię arguat:atque
ibi in his videtur hæſitare de poteſtate pontificis,
De qua tamen in. q. noſtra non dubito, per addu
cta ab Alexan. d. conſi. 1. &. 107. num. 12. vol.
2. & Pau. Citad. in tract. de iure patro. in.3.par-

te in.§.pto ſexta cauſa, qui per plura tradit, Pa-
pam poſſe diſpenſare contra legem euangelicam,
contra Apoſtolum, vbi ceſſat ratio illorum,
quæ ratio in caſu noſtro ceſſare videtur, ex quo
7 vt dicitur in.c.gaudemus.de diuortijs, † Iudæi fo-
ris ſunt,& alio modo dānati, vt præſertim per Iaſ.
in d.lect.1.& Alex.d.conſ.1.& 107.& optime cō-
ueniunt, quæ leguntur apud Ant. Roſel. in tract.
de concilijs in tit. Pontifex an poſsit contra Apo-
ſtolum nume. 3. & fortius quæ conſuluit Socin.
8 conſil. 28. volum. 1. nume. 1.10. † affirmans
Pontificem poſſe, non ſolum diſpenſare, ſed etiā
ſtatuere: augendo, uel diminuendo verbum euan
gelicæ legis. Pari modo aſtipulantur ſcripta Feli.
in cap. fin. circa fi. de maior. & obed. dum nota-
biliter ait, ſi fiat mentio de poteſtate Papæ, in
his quæ ſunt de iure diuino: non eſſe arguendum
9 de toto ad partem, dicendo, † Papa non tollit
hoc ius in toto, ergo nec in parte, vt per multa
10 exempla demonſtrat: ac in ſpecie infert, † Pa-
pam non poſſe generaliter permittere vſuras. Ve-
runtamen aliquando ex cauſa permittat, veluti
quod fructus non computentur in ſortem, ut in
cap. ſalubriter. de vſuris. & ad propoſitum com-
memorat Hippol. marſ. in. l. de uno nume. 12.
ff. de re iud. Principem ex cauſa, diſponere con-
tra ius diuinum. Qua re in propoſito noſtro
11 dici poſſe videtur, † a Pontifice recte diſpen-
ſationem conceſsionemq́ue emanare, indul-
gentem Hæbreis, exercere vſuras, ob neceſsita-
tem publicam, & ob minora ſcandala, cum in to-
to, neque indiſtincte eas permittat, & cum pec-
catum in tali diſpenſatione non incurratur per
aliquam partium, vt videtur clare & abunde
locutus, idem ſentiens, Io. Campezius in tracta.
de dote. quæſt. 49. non recedens ab opi. Pau. de
Caſt. in eo conſil. 380. vbi adſint priuilegia, vt
comprobat ab Eugenio & Martino Pontifici-
bus, Iudæis iam indulta. Qua de re, cum colle-
gium Notariorum huiuſce ciuitatis, aliqua re-
ligione motum, (ut opinor) cum eadem ego quo-
que aliquando afficerer: vnde nec iudicarem,
nec patrocinarer, in talibus cauſis nollet in-
ſtrumenta conficere, his ad Senatum Medio-
lani delatis, Statuit & iuſsit ille ordo, No-
tarios debere inſtrumenta conficere, & alia hu-
iuſcemodi: & ita obſeruatur: & in eo Sena-
tu audiuntur & determinantur quotidie con-
trouerſiæ, quæ cum Chriſtianis & Iudæis ſu-
12 boriuntur. At qui † tolerandi alioquin ſunt Iu-
dæi, non exercentes uſuras: Receptat enim eos
pietas Chriſtiana: & illorum ſuſtinet Cohabita-
tionem: ne tamen Chriſtianis ſint ingrati, ne ne
pro gratia, contumeliam: pro familiaritate, con
temptum reddant, ut habetur in c. qui ſincera. 45.
diſt.& in.c.& ſi iudæos. de iudęis, & legitur in tra-
cta. de poteſ. ſecul. & ec. c. 104. Hicq́ue conuenire
videtur, vt recenſeamus, morem illum, apud no-
uiter electos & coronatos Pontifices, hactenus
obſeruatum: Pontifex enim proceſsione eius co-

ronationis, Iudæos obulos habens, apud montem
Iordanum, Legem Moyſi ei offerentes, Hortan-
teſque vt illam veneretur: illis in hæc verba re-
ſpondet: Legem viri Hebræi Laudamus, & ve-
neramur, vtpote, quæ ab omnipotenti deo, per
manus Moyſi, patribus veſtris tradita eſt: obſer-
uantiam vero veſtram,& vanam interpretationem
damnamus & improbamus; quia ſaluatorẽ quem
ad huc fruſtra expectatis, apoſtolica fides, iampri-
dem adueniſſe docet, & prædicat, Dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum, Qui cum patre, & ſpiritu
ſancto viuit, & regnat Deus, per omnia ſecula ſe-
culorum: ut legitur in pontificali de ordin. & co-
13 ron. Rom. Pontif. & proceſ. car. 5 1. † Vnde Impe-
rator, aut Rex, non poteſt expellere Iudæos e ciui-
tatibus ſuis, niſi ex iuſta cauſa; aut eis auferre bo-
na ſua, vt teſtis eſt Oldradus, meus conterraneus
in conſil. 87. quem refert, & ſequitur Iaſ. in l. apud
Iul. §. conſtat de leg. 1. num. 29. Sed adde copio-
14 ſius eundem Oldrad. cõſ. 264. † & Marti. pariter
Laud. in tract. de principibus. q. 101. tametſi Iu-
dæum eſſe, cadat in delictum, vt docet glo. in d. §.
conſtat, approbat Marti. Laud. in eo tract. de prin
cipibus. q. 9. Idem quod in iudæis videtur dictum
in Saracenis, & alijs infidelibus. vt late per Io.
And. in Spec. de iud. per ſeptem fundamẽta. Non-
tamen debent principes Chriſtiani, permittere
Saracenos publice adorare Machometam, in ter-
ris ſuis Chriſtianis, vt per tex. in cle. fi. de Iudę. te-
net Martin. in d. tract. q. 363. Vbi. q. 585. colligit
Principem non poſſe ſine cauſa, expellere fo-
renſes habitantes in ſua iuriſdictione, licet a prin-
cipio potuerit interdicere ne venirent ſecundum
Bal. in c. 1. de for. fidel.

SVMMARIVM.

1 *Imperator conſultatione vti debet. 13.*
2 *Conſultatione vti, ſapientiæ ſignum eſt inconſulto agere, dementia.*
3 *Republica optime vtentes oratione prius; quam rebus, conueniunt.*
4 *Prudentia circa humana verſatur, in quibus habet conſultatio locum.*
5 *Prudentis maxime opus, bene conſulere.*
6 *Conſulendum cum mora; Celeriter deliberata agenda ſunt.*
7 *Conſultatio in ſeptem neceſſaria. 1. De ſacrificijs, ſeu religione: De legibus: De apparatu ciuili: De ſocietatibus, & Fæderibus; De bellis de Pace; De Pecuniarum prouentibus.*
8 *Papa ſolet ardua explicare in Concilio Cardinalium: valent tamen aliter geſta.*
9 *Imperatores Ro. in conſilium adhibebant ſenatores, equiteſque Ro.*
19 *Alexander Imperator, quo conſilio vſus, præſertim Iureconſultorum.*
11 *Areopagitarum grauiſſimum conſilium, Athenis.*
12 *Eloquentia Lacedæmone expulſa; Athenis orandi reſciſſa poteſtas: vbi Orator affectus mouere, vetaretur.*
Princeps habere omnia iura in ſcrinio pectoris, quomodo dicatur; ibi.
14 *Senatores ſunt pars corporis, Imperatoris.*

CONSVLTATIONE VTI.

QVintodecimo, quantum ad Im-
1 peratorem ſpectet † conſultatio
ne vti, docuit Ariſt. pluribus in
locis; ſed præcipue in ea epiſto-
la, quam Alexandro Magno,
vna cum lib. Rethoricorum pręſ-
ſcripſit. qui inquit, Rerum eſt præterea humana-
rum auguſtiſsimum, conſultatione vti: Quis enim
2 ſanæ mentis dubitarit, † ſi quis inconſulto quid
egerit, amentiæ quidem: ſin autem ratione duce,
ſapientiæ ſignum eſſe; vnde præclarius hæc inſi-
3 nuat; Intueri etiam licet eos † omnes, qui optima
inter Græcos rep. vtuntur; oratione prius quam
rebus, conuenire: quippe qui probe norint eam,
(quæ ratione, orationeque perſpectio vtilitatis, co
gnitioque fit) eſſe quandam ſalutis arcem: quæ
non manu facta: verum inexpugnabilis quidem
ſit, ſecuraque in primis opinanda: & alibi Ethi-
4 corum lib. 6. cap. 7. † prudentia autem circa huma
na verſatur, & in quibus habet conſultatio locum
5 † Prudentis enim hoc maxime opus eſſe dicimus,
bene inquam conſulere. Conſultationibus autem
duo maxime contraria eſſe oſtendit. M. Ant. Sab.
in 3. Eneade lib. 6. videlicet, Celeritatem, & iram:
quarum hæc parum ſcite quicquam fieri vult: il-
la temere, & inconſiderate, omnia præcipitat. Sic
Cicero de ſenectute ait; non enim viribus, aut ce-
leritate corporum, res magnæ geruntur, ſed con-
ſilio, auctoritate, & ſententia. & officiorum,
libr. 1. parua ſunt foris arma, niſi ſit conſilium do
mi. & Saluſtius: Non votis, atque ſupplicijs mu-
liebribus, auxilia deorum parantur: Sed vigilan-
do, agendo, bene conſulendo, omnia proſpera
cedunt. Et Horatius, Vis conſilij expers, mole
ruit ſua. Atque aiunt teſte Ariſtotele eo lib. 6. ethi
6 corum c. 9. † Celeri er quidem deliberata eſſe agen
da, cum mora autem conſulendum, quæ immi-
tatur idem Saluſt. qui inquit, priuſquam incipias
conſulto; vbi conſulueris, mature facto opus eſt.
Verum cum magnis de rebus deliberare contige-
rit, aſſumere debent & alios ad conſilium, diffi-
dentes ſibi ipſis, conſultãtes tanquam non ſuffi-
cientes, ad id diſcernẽdum; ut idem Ariſt. auctor.
eſt ethicorum lib. 3. c. 3. qui in eadem Rhetorica
7 ad Alex. ſub tit. quæ ſint conſultanda, † præmo-
nuit ſeptem eſſe numero propoſitiones, quibus
neceſſe eſſet conſultare, aut de Sacrificijs, & per
conſequens de Religione, aut de Legibus; aut de
Apparatu Ciuili: Aut de Societatibus, ac Fœderi-
bus: aut de Bellis: aut de pace: aut de Pecuniarum
8 prouentibus. † Sic Pontifex Max. ſolet ardua ex-
plicare habita deliberatione in concilio Cardina-
lium

lium teſte Abb. in.q.1.num.21. poſt conſilia ſua:
Immo debet requirere eorum conſilium, præci-
puc in arduis, ut tradit Philip. Franc. in. c. ad Apo-
ſtolicæ, in prin. num. 5. de re iud. in. 6. Valerent ta-
men geſta per Pontificem, abſque conſilio, ſecun-
dum Pau. de Caſ. in. l. humanum. in fin. C. de. ll. &
Barb. in tract. de præſtantia Cardinal. in. 1. parte.
q. 2. num. 7. & Feli. in rub. de conſt. in prin. qui at-
* teſtatur hanc eſſe communem* opi. ut dictum eſt
ſupra. §. 2. quæſt. 6. Sic apud Romanos, conſul-
tationes habitas, præſertim in rebus momen-
toſis, & ad exemplum pertinentibus, coſtat apud
Liuium lib. 9. ut etiam refert Gul. Bud. in annot.
ad. l. fi. ff. de Senato. in. 212. car. qui ibidem
car. 255. & Traiani, & Adriani temporibus, & pri-
ſcis illis ſeculis, hunc morem fuiſſe tradit; ut cum
9 Romani † Principes cauſas cognoſcerent, Sena-
tores, equiteſque Ro. in conſilium adhiberent;
ſententiaſque ex omnium opinione ferrēt. Infert
10 quoque † Alexandrum Imperatorem; auctore
Lampridio, numeroſiſsimum conſilium ſecum
habuiſſe; in quo Iureconſulti, non pauciores ui-
ginti fuerint: in quibus Fabius Sabinus: Domitius
Vlpianus: Iulius Paulus: Pomponius: Alphenus:
Florentinus: Africanus: Martianus: alijque diſci-
puli Papiniani: ſine quorum cętu, nullam unquam
legem ſanxit; de re nulla grauiore ſtatuit: ſed ita,
ut iretur, per ſententias ſingulorum, ac ſcribere-
tur, quid quiſque dixiſſet, dato ſpacio ad diſqui-
rendum, cogitandumque priuſquam dicerent: ne
immeditati de rebus ingentibus, dicere cogeren-
tur. Sic ſanctius concilium, quod ex delectis con-
ſtabat uiris: qui Apolecti appellabantur, apud
Aetoles, conſtitutum erat, ut refert Liuius lib. 6.
belli Macedonici. Sicque apud Athenienſes, con-
ſtituta erat reſp. quam grauiſsime, & conſultiſsi-
11 me † adminiſtrare ſolitos Areopagitas legitur,
apud multos auctores, quos recenſuit idem Bu-
dæus in ea l. fi. car. 247. cum ſeq. Quo in loco,
duo inter alia memorabilia. apud eos enixe ob-
ſeruata, meminit: equidem hic ſilentio non præ-
12 tereunda: Vnum, ut cum eloquentiam, lacedemo-
niorum ciuitate expulſam: Athenis uero, ueluti
orandi reſciſſam poteſtatem, ubi orator affectus
mouere uetaretur, commemoret: ne iudicum ani-
mi a ueritatis luce, aliquando abducerentur: Al-
terũ, ut ſi qui moribus, alioquin intolerãdis, antea
fuiſſe uidebant; ſi quouis modo, forte ad Areopa-
giticum conſilium, obrepſerant: tum demum
temperare ſibi ſolitos eſſe: & tanquam loci genio
afflatos, ex ingenio ſuo migrare: adeo omnibus
numeris grauitatis, & ſeueritatis profectus cēſor,
& Conſiliarius, exquirebatur Areopagita: Sic
quoque ſe adhibere proceres, & Conſiliarios, prę-
ſertim in condendis legibus, profitetur Impera-
tor, in d. l. humanum. C. de. ll. ubi Bal. & Doctor.
in prohæm. inſti. in. §. cumque hoc, nam in ea. l.
inquit: Quod cum conſilio noſtro fuerit ordina-
tum, id ad beatitudinem noſtri Imperij, cogno-
ſcimus redundare: conueniunt dicta in tex. & glo.
c. 2. 84. diſt. Hinc eſt; ut dicatur, Principem habere
omnia iura in ſcrinio pectoris, quia in curia ſua
& auditorio ſuo, habeat multos iureconſultos, ac
doctores, ut atteſtatur Salic. in l. omnium. C. de
teſta. & Marti. Laud. in tract. de principibus. q.
354. & 361. & uetus celebratur Adagium: Sapien
tes ſunt Tiranni, congreſſu ſapientum. & tradit
Abb. in. c. tamen ex literis num. 4. de integ. reſt. Si-
militer tradit Paris Puteus, in tract. de duello in. §.
13 an rex lib. 1. in omnibus, † Principem Prudentum
conſilio uti debere, præſertim in bello: plura ad-
ducens, inter alia tex. in. c. quid culpatur. 23. q. 1.
idem affirmat Martinus Laud. in tract. de princi-
pibus. q. 154. unde ut etiam recte oſtendit Impe-
rator in l. quiſquis in prin. C. ad l. Iul Maieſ. quãuis
unus tantum ſit, tamen Illuſtres uiros in conſilijs,
& conſiſtorio ſuo, adhibet; nec non & Senatores
14 † quos itidem partem corporis ſui eſſe aſſeue-
rat quæ commendat Ant. Roſellus in. §. hanc ſen-
tentiam fore ueram nume. 10. in tract. de poteſ.
Imp. ac Pap. & Iaſ. in l. placet num. 9. & 10. C. de
Sac. Ec. præmiſſa tamen omnia, de honeſtate, non
autem de neceſsitate, adducuntur in principe ſe-
* cundum cõmunem* opi. ut per Feli. in d. rub. de
conſti. Quæ autem ad conſiliarij munus ſpectent,
uide multa per Martin. Lauden. in trac. de conſi-
liarijs princip. ubi Principem de numero conſilia
riorum, & caput Senatus dicit. q. 1. & q. 30. tradit
prælatos, ut puta Epiſcopos, Principem in conſi-
ſtorio ſuo adhibere, etiam ad condendas leges: ex
quibus per accedens, ſequatur mors, non fiant ta-
men irregulares, per auct. Bal. in auth. habita. C.
ne fil. pro. pat.

SVMMARIVM.

1 *Imperator debet eſſe facilis in eius aditu, citra tamen contemptum Maieſtatis.*
Imperatorem non poſſunt prius adire ſubditi, quam ſi id impetrent a præſide.
2 *Imperatorem ſalutare, non omnibus datur.*
3 *Imperatori, & Papæ, & Maieſtati Regiæ ſolum flectuntur genua.*
4 *Papa oſculatur in pede.*
5 *Imperator in familiaritatem ſibi coniungit viros egregios; Plebem vero per fauorem & gratiam, in obſequio retinet.*
6 *Imperator debet eſſe benignus in reſponſionibus, & congreſſu ſuo.*
7 *Philippi Caroli. V. Imp. Filij, placidus congreſſus, & reſponſio facta auctori.*
8 *Philippi Caroli. V. Imp. Filij, virtutes.*
9 *Titi Imperatoris virtutes.*

ADITV FACILIS.

1 SEXTODECIMO † ad Imperatorem, uſque
adeo faciles aditus priuatorum, ita quoque
liberæ querimoniæ de aliorum iniurijs eſſe
debent: ut is qui dignitate principibus excellit fa-
cilitate

cilitate infimis par eſſe uideatur præclare de Gn.
Pompeo ſcripſiſſe conſtat Ciceronem, in oratio-
ne pro illo habita. Sic apte in adagio receptum
eſt: Magiſtratus audiat iuſte, & iniuſte: quę equidẽ
arguuntur in l. obſeruandũ. ff. de offic. præſ. ubi in
adeũdo ſe, facilẽ Pręſes prouinciæ prębere debet:
ſed non ut contemni ſe patiatur, ne ue in ulterio-
rem familiaritatem prouinciales admittat: quia ex
conuerſatione æquali, contemptio dignitatis na-
ſcitur. Sic in pontifice, & prælatis ſcribitur, ut Hu
militas nimium non ſeruetur, ne regendi franga-
tur auctoritas. C. quando. 86. diſt. & dicemus inf.
lib. 2. c. 1. in uer. Humilis. §. 1. Obſeruare autem
debent ſubditi, ut non prius principem adeant
pro ſua cauſa, quam præſidem prouinciæ, uel Epi-
ſcopum interpellent, alias puniuntur ea pęna, qua
Iudex interpellatus iuſtitiam denegans. §. ſi quis
2 uero. in auth. ut diff. iud. ubi. Ang. † Hinc eſt quod
non niſi clariſsimis aliquantulum: & ſic alijs di-
gnioribus aſſurgit, ut habetur per glo. in. l. 1. C. de
ſenten. pas: de qua re tamẽ dixi, & dubitaui in ſeq.
§. 4. in uerſ. ſiue concluſione ſexta. in uerbo. di-
camus poſtremo. Hinc eſt etiam, quod non omni-
bus datur ſalutare principem. ut per Marti. Laud.
in tract. de principibus. q. 141. & habetur in glo. l.
1. C. de ueter. & in l. 1. C. de ſilenti. lib. 12. ubi Io.
3 Plat. utrobique no. ex dictis Ang. ibi: † Nullum
debere genua flectere coram aliquo, quam prin-
4 cipe, & maieſtate Regia, uel corã Papa † qui oſcu
latur in pede, iuxta glo. in l. 1. C. de domeſt. lib.
12. atq; Ariſt. Politic. li. 5. c. 11. inquit ad Regẽ, uel
Regiam gubernationem ſimulantem, conuenire,
5 † Egregios uiros per familiaritatem ſibi coniun-
gere: Plebem uero, ac multitudinem per fauorem.
& gratiam in obſequio retinere: ex hocque neceſ-
ſum eſſe, non ſolum dominationem eius eſſe pul-
chriorem, & optabiliorẽ, ex eo quia melioribus
imperet, & non abiectis, neque affectis: neque ex
eo quod ipſe odio ſit, neque formidetur, ue-
rum etiã ex eo quod longiorem, & durabiliorem
6 eius dominationem fore cõtingat. † At placidum
utique, & Benignum in reſponſionibus, & con-
greſſu ſuo, ſe exhibere decet Principem, ut ex tex.
dict. l. 1. C. de ueter. arguit. Io. Plat. ibi, & proba-
tur in. l. ut reſponſum. C. de tranſactio. & in l. præ-
cibus. C. de. impub. & no. Pau. de Ca. in l. digna
uox. C. de ll. quanto quis eſt in maiori culmine, &
maieſtate, tãto magis decet eũ benignum reſpon-
ſum dare, & per Bar. in d. l. ut reſpõſum, qui quan-
doque, ſi propoſitio & interrogatio ſit turpis, uel
cõtra bonos mores: minus benigne rñdere poſſe
commemorat, ſequitur Io. Pla. ubi ſupra. Sic
quoque milites ſuos affabiliter, cõmilitones apel-
7 lat. l. 1. ubi Bal. in fi. prin. ff. de teſt. mil. † Ego pla-
cidiſsimum hoc anno qui ſalutis agitur. 1551. &
uere dignum Rege recipi reſponſum, a Philippo
Hiſpaniarum, Aliorumque Regnorum Principe
altiſsimo; Caroli quinti Imperatoris filio: dum is
* a Germania, a Patre ſuo pacta, *Hiſpanias repetit:
hacque in ciuitate Laude Pompeia Paululũ com-
moratur: cui ego, cum libellum de Duello, & Pa-
ce, ex hoc Pantheo, ſeu omnium Iudicum Tem-
plo, patri ſuo dicato, excerptum: ſibi quoque dedi
care propono: ubi ſuſcipere hanc tutelam quid
indignum non iudicaret: excepit ille, non ſolum
blando & ſuaui congreſſu, & ſermone: uerũ etiam
multa pollicitus eſt: quibus maxima cum ſpe, ab
ipſo me dimiſſum, pluribus audientibus, opinari
profecto poſsim: ut teſtis eſt inter alios, tũc hoſpes
meus Ill. Comes Oliuares, huius Principis Maior
Domus, (ut aiunt) qui me uenerabundum, in eius
colloquium induxit. Ecquis autem ex ingenti co-
mitate, tam Beneuolentiſsimi Principis, ſibi maio-
ra dari, quam pollicita fuerint, non arbitraretur?
cum itidem in cõfeſſo ſit, futurũ eſſe, vt uideamus
hunc præſtantiſsimum iuuenem, poſſe non ſolum
æquare, uerum etiam ſuperare uirtutes paternas.
8 † Ego equidẽ, dum perluſtro animi corporiſque
huius dotes, & formam per ætatem egregiam: cui
non minus ineſt auctoritatis, quam gratiæ, & præ-
cipuum robur, & memoriam ſingularem, & doci-
litatem ad omnes fere, tum belli, tum pacis artes:
& Armorum, & equitandi, quam ſcio exactiſsi-
mam peritiam: Latinæ linguæ, Italiæ, Hiſpanicæ,
Gallicæque: uel in dicendo, uel in reſpondendo,
promptitudinem: non poſſum hunc, non maxime
admirari: qui adeo omnium beneuolentiam con-
ſequitur, ut recte Tito Veſpeſiano, Imperatori
9 optimo, comparandus ſit, † qui amor, ac deliciæ
generis humani nũcuparetur. Mihi enim vr̃ & for
mam huius, & mores fere in omnibus referre, ſi
maxime Suetonio credimus, in vita Titi. ſi qdem
in conferendis beneficijs, in deſiderijs omnibus,
hominum animum, adeo tenaciter tenet hic, ut
ille: ut cum aliquem ſine ſpe a ſe nunquam dimit-
tat, Titi ſententia uti facile uideri poſsit, qua præ-
clare exprimitur, Non oportere quemquam a ſer-
mone principis, triſtem diſcedere. Sed & cumula
tius adimplere, & amplecti illud ſane officioſum
dictum deprehenditur, ſi quando aliqua die, nihil
cuiquam præſtitiſſe contigerit: ut exclamare au-
diatur, Amici, Diem perdidi.

SVMMARIVM.

1 *Imperator manſuetudinem debet amplecti, qua Dei ſeruatur imitatio & quæ eſt virtus.*
2 *Imperator omnino, ab iracundia cauere debet.*
3 *Ira viri, iuſtitiam Dei non operatur.*
4 *Imperator a ſæuitia, & immanitate, abſtinere debet.*
5 *Miſericordia eſt potior, omnibus ſacrificijs, non tamen vt nutriendis uitijs, quis parcat, ne ve parcatur vni, in diſcrimen multorum.*
6 *Cyri, perſarum Regis crudelitas, improbatur.*
7 *Adoubezech Rex, in crudelitate damnatur.*

MAN-

MANSVETVS DEBET ESSE.

SEptimo decimo, ex præmiſsis
1 infertur, illudque arguitur, † vt
Manſuetudinem in primis, am-
plectatur Princeps: per quam
ſolam Dei ſeruatur imitatio, vt
§. ſecundo in prin. Plane man-
ſuetudo, tanquam medium quoddam eſt virtus, &
manſuetus ac mitis, laudabilis eſt: qui perturba-
* tione vacare, & non ab effectu * duci: ſed pro his,
* & tanto * in tempore, iraſi ſolet, perinde atque ra
* tio iubet: * Peccare autem circa defectum magis
videtur, Non eſt enim vindex ipſe manſuetus, ſed
potius clemens, & ad ueniam propenſior dan-
2 dam, vt docet Ariſt. Ethico. libr. 4. cap. 5. † Ve-
rùm iracundia, omnino caueat Princeps: vitium
enim eſt, & Iracundus vſquequaq; & plurimum
excandeſcit, ſub reprehenſionem cadens: qui
ad exceſſum tendit, ut teſtis eſt idem Ariſt. ma-
gn. Moralium libr. 1. cap. 23. & Ethic. libr. 2. cap.
7. & nouit Jurecon. in dict. l. obſeruandum. ff. de
offic. præſ: qui inquit, neque excandeſcere in co-
gnoſcendo aduerſus eos quos malos putat: neque
precibus calamitoſorum illacrymari oportet ius
reddentem: quia id non eſt conſtantis, & recti iu-
dicis: cuius animi motum vultus detegit, & qui
ſummatim ita ius reddere debet, ut auctoritatem
dignitatis ingenio ſuo augeat. Sic quoque curan-
dum eſſe, ne ira cuiquam ſubrepat, faciatque ci-
tius omne, quod non licet, ſcribitur in. c. relatum
in fi. 5. q. 2. & legitur. 11. q. 3. in. c. illa: quod lauda-
bilis eſt cautela, in qua totum ratio agit, & furor
nihil ſibi uendicat: & ut dicitur in. c. ira, ibidem
ſeq. Ira ſæpe etiam innocentes ad crimen addu-
cit, quia dum iuſto amplius iraſcimur, & uolu-
mus aliena coercere peccata, grauiora commit-
timus, unde. c. 12. ad Roma. Apoſtolus ait: Non
uos uindincantes chariſsimi, ſed date locum iræ.
iccirco etiam ſcriptum eſt in. c. Epiſcopus præsbi-
3 ter. in fi. 11. q. 3. † Iram uiri iuſtitiam Dei non
operari. Ac inquit Poeta. Furor, iraque mentem
præcipitant. Et Salomon. c. 15. prouerbiorum. Vir
iracundus prouocat rixas: qui patiens eſt, mitigat
ſuſcitatas. Reſponſio mollis frangit iram: ſermo
durus, ſuſcitat furorem. Similiter ex præmiſsis
4 multo fortius † a Sæuitia & immanitate abſtinere
debet Princeps: cauereque ne uiolentius prorum-
pat. Quod fit ubi ab eo affectu crudelitatis, actus
in exceſſum trahit, ut tradit Ariſt. Ethic. lib. 2. ad
Eudemum: quique in lib. de uirtutibus, hanc eſſe
iniuſtitiæ partem commemorat: At iam ſæpe di-
ximus, Clementiſsimum Principem eſſe debere, ut
ſupra. §. ſecundo. In prin. num. 7. unde & illud car-
men, apud omnes decãtari ſolet, Regia crede mi-
hi res eſt, ſuccurrere lapſis: Et ueniam mœſtis ex
hibuiſſe reis, & Diuinius ſcriptum eſt Matthe. c. 9.
5 Miſericordiam uolo, non ſacrificium † quodque
potior ſit miſericordia, omnibus holocauſtoma-
tibus, & ſacrificijs, iure Pontificio recipitur in. c.
ponderet. in fi. 50. diſt. Non tamen, ut nutriendis
uitijs quis parcat & faueat, ne contriſtet peccan-
tium uoluntatem. c. qui uitijs. 23. q. 5. ne ue inſu-
per parcatur uni, in diſcrimen multorum: ne ve
ubi maior perturbatio timeatur. c. ſed illud. 45.
diſt. & c. noli. 23. q. 1. Ne ue adeo ſit manſuetus,
ut petentium inhiatione inuerecunda, ita Princeps
conſtringatur: ut non concedenda tribuat, iuxta
tex. in l. 1. C. de petit. ſub. & per doct. præſertim
Feli. & Decium in. c. quæ in Eccleſiarum. col. pen.
de conſtit. Vno quoque & altero exemplo, im-
probandam immanitatem, & crudelitatem, recen
6 ſere poſſumus: ſcilicet † Cyri Perſarũ Regis, plus ni-
mio ſtrages, & ſanguinis humani effuſionem ex-
petentis, qui cum per inſidias deductum Thomi-
ris Scytharum Reginæ filium, cum tertia parte co-
piarum interfeciſſet: ipſe quoque pari inſidiarum
fraude circumuentus, a Thomiri, una cum du-
cẽtis millibus perſarum, trucidatus eſt: caputque
eius amputatum, in utrem humano ſanguine re-
pletum, conijci iuſſum eſt, cum hac exprobratio-
ne crudelitatis, ſatia te ſanguine, quem ſitiſti.
ut legitur, apud Iuſtinum lib. 1. Eandem cladem
7 immanitatis, paſſus eſt † & Adonibezech Rex: qui
cum ſeptuaginta Reges, amputatis manuum ac
pedum ſummitatibus ſub menſa ſua, ciborum re-
liquias colligẽtes, detineret: pariter uictus, eadem
ſæuitia, detentus fuit: exclamante ipſo: Sicut feci,
ita reddidit mihi deus, ut habetur. c. 1. Iudicum.

SVMMARIVM.

1 *Imperator auditis partibus, accurate negocium, & veritatem perquirrere debet, & nu 5. 6.*
2 *Veritatem honorare ſãctum eſt, duobus amicis exiſtentibus, quæ profertur honori.*
3 *Veritatem qui ſpernit, Deum ſpernit.*
4 *Veritatis impedimenta ſunt amor, timor, & auaritia.*
6 *Veritas ne relinquatur, ſcandalum naſci potius permittitur.*

VERITATEM PERQVIRERE.

1 OCTAVO decimo † auditis parti-
bus Imperator accurate & aper-
te, negocium de quo agitur, &
veritatem perquirere debet.
Nam teſte Philoſopho Ethic. li.
1. c. 1. ad Theodectem: ad veri-
tatem nati ſunt homines: & vt plurimũ, veritatem
2 ſequuntur, & lib. 1. c. 6. Ethico. † Veritas honori
præfertur, & duobus amicis exiſtentibus, San-
ctum eſt honorare veritatem, quam prodere, & in
qua deficere aliquis non debet: non ſolũ palam,
mendacium loquendo: ſed nec etiam veritatem,
libere non pronunciando, vt in c. nolite timere.
3 11. q. 3. Deus enim eſt ipſa ueritas, & † Deum
prodit, & ſpernit: qui veritatem ſpernit; maxime
cum

cum non infirmitate, vel ignorãtia peccat.c.abijt.
ea.q.& habetur.Io.c.14.vnde celare veritatem pec
catum eſt mortale, ſecundum glo.pen. in c. non
4 ſatis.de accuſatio.† At veritatis impedimenta, in-
ter cætera illa ſunt: videlicet Amor, timor, & aua-
ritia, vt in c.accuſatores.3.q.5. Hæc cõcluſio iti-
dem probatur in locis, in quibus ad veritatem
perquirendam, magno opere elaborandum, expri
mitur, vt infra.c.iudicantem.30.q.5.& l. fin.ff.de
5 probatio. cum ſim.† Sed in principe, præcipua cu
ra eſt veritas amplectenda. l.1.C.de edict.lib.tol.
& per Decium in l.2. col.2.C.de eden. adeo vt id
ſcriptum ſit in. c. qui ſcandalizauerit. de reg.iur.
6 † Vtilius ſcandalum naſci permittitur, quam quòd
veritas relinquatur. Vnde, vt in ſpecie inquit Bal.
in l.fin. C. de ll. coram Principe requiritur exa-
minatio, & ventilatio veritatis, quia eſt de iure
gentium: quæ non poteſt deeſſe per tex.ibi, in ver.
cognitionaliter. De veritate autem, & vi verita-
tis, uide multa cumulata per Decium ubi ſupra &
per Io.Neuiz.in Silua nuptiali li.5.nu.12.cu ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Imperator pronunciare debet de cõtrouerſia, de qua exacte cognouerit.*

2 *Iudex bonus eſt quilibet, eorum, quæ recognoſcit.*

3 *Imperator citata parte, ſententiam profert: aliter nulla eſt. Peremptoria tamen citatio non eſt neceſſaria.*

Citatio eſt de iure naturali, & gentiũ, ſeu diuino. ibi.

Voluntas in principe, eſt iuſta cauſa.ibi.

4 *Sententia lata per principem, ex nimia breuitate temporis, reſcinditur.*

Probationes ſunt de iure diuino.

5 *Imperator non poteſt ferre ſententiam diffinitiuam, inaudita parte,*

6 *Imperatori mandanti contraria iuri naturali, non eſt parendum.*

7 *Imperator non tenetur ſeruare ordinem iudiciarium II.adeo vt nouas probationes recipiat, poſt concluſum in cauſa, & poſt ſententiam.*

8 *Imperator debet iudicare vt Deus: ſola veritate inſpecta.11.*

9 *Imperator de plenitudine poteſtatis, diſpenſatiue, ſolemnitates iuris omittit.*

10 *Imperator in dubio diſpẽſatione vti non præſumitur: quo caſu acta, & ſententiæ inualida ſunt, non ſeruata iuris ſolemnitate.*

11 *Imperator debet iudicare ſecũdum conſcientiam: ita quilibet princeps, qui in territorio ſuo eſt ſupra leges: aliter peccat.*

12 *Imperator poteſt iudicare vltra contenta in libello, & ſine ſcriptis: idem in Papa, & impartiri officium ſuum non petenti.*

PRONVNCIARE SECVNDVM CONSCIENTIAM.

1 Decimo nono † de re & controuerſia, de
qua exacte, vt diximus cognouerit Impe-
rator, de ea pronunciare debet: Nã vt oſten
2 dit Ariſt.Ethic.li.1.c.3.† benẽ quiſq; iudicat ea, q
cognoſcit, & ipſorũ bonus eſt iudex: hęcq; argui-
tur in l.de qua re. in prin.ff. de iudicijs, & c.cum
ſupec. de cau. poſ. & prop.ubi Abb. poſt glo. &
Soci. reg.198. congruit illud, Iudicandi munus
neceſsitatis eſſe l.munerũ.§.iudicandi. ff.de mun.
& hon. & in auth. ut iud. non expec. Sac. iuſ. ubi
Bar. & aperte obſeruauit Iuſtinianus in d.l. fi.C.
de.ll.ibi, ſi Imperialis maieſtas, cauſam cognitio-
naliter examinauerit, & utriſque partibus comi-
3 nus conſtitutis, ſententiam dixerit † Quam pari-
ter proferendam eſſe, citata tamen parte, ne alio-
quin nulla ſit, elicitur ex eo tex. ut per glo.in uer.
colimus. & clare exponit Bal.quem ſequitur Pau.
de Caſt.ibi.ea ratione: quia citatio fit ut pars poſ-
ſit ſe defendere, & citatio & defenſio eſt de iure
gentium, naturali, & diuino; quæ non poteſt per
Principẽ tolli.cle.paſtoralis. de re iudic.ubi doct.
cum ſim. de quibus per Soci.conſ.12.num.6.uol.
1.& Latius. cõſ.164. num.13. cum ſeq. uol.2.&
alibi, etiam quod procedatur de plenitudine po-
teſtatis, & cauſa ſit ciuilis, dum non ſit leuis. Ea-
dem tenet Hippo. Marſ.in.l.de uno num.11. cum
ſeq.ff.de re iud. niſi tũ adſit iuſta cauſa. Iuncta aũt
cauſa in principe præſumitur, ut ibi. num.14. &
uoluntas principis, dicitur iuſta cauſa, ut ibidem
per eum num.19.cum multis adductis.& per Abb.
in.c.quæ Eccleſiarum nume.9. de conſtitutio. &
Decium conſ. 292. uol.2.& Iaſ. conſil.38.col.fi.
uol.3.& latius dicemus inf.§.4.uerſ.Nono,&.24.
& quando citatio non requiratur, uide abunde
Marran.in Spe.in.7. parte nu.2.cum ſeq.fo.110.
Sed hic non omitto, quod parte non citata, fert
ſententiã contra detentatores terrarum Eccleſiæ.
Io.And.in.c.olim.de re iud. in nouel.Bal.in præ-
lud.feud. col. 14.Item in notorijs.ut ſupra.§.2.q.
5.in uer. Apoſtolicæ: Peremptoria tamen cita-
tio, non uidetur neceſſaria, ubi talis ſit iudex, qui
manu regia poſsit ꝓcedere, ut in d.cõſ.12. & per
Soci.in reg.352.fall.11.Sic quoque talem ſenten-
tiam eſſe nullam, ſine citatione, & tunc non eſſe
præſumendum pro Principe, conſuluit Iaſ. conſ.
177.uol.2. num.5.& Decius.cõſi.544. num.20.
4 uol.3.ubi num.18.cum multis relatis † etiam te-
net, quod reſcindatur ſententia, quando lata ſit
per Principem, uel Papam, ex nimia breuitate tem
poris, quia præſumatur ſine cauſę cognitione pro-
lata. Inquit quoque Mar.in Specul. aure. in.9.
diſtinct. princip.num. 10.fo.58. ſententiam eſſe
nullam, ſi lata ſit omiſsis probationibus neceſſa-
rijs, quia ſint de iure diuino. Matthei.c.18. &.c.
5 nouit.de iudici.Hinc dicitur † Principem nõ poſ-
ſe ferre ſententiam diffinitiuam, cõtra inauditam
partem, per d.l.fi.& And.barb.in trac.de teſtibus
in.1.parte num.45.addit tex.in.c. indicas.3.q.9.
Quod quoque ceſsit in prouerbium, aiunt ſi qui-
6 dem, Audi aliam partẽ, ſi uis recte iudicare.† Hinc
etiam eſt, ut dicatur Principi non eſſe obediẽdum,
7 qui ordinauerit contraria iuri naturali: † Verum
tamen, non tenetur Imperator, aut Papa, ſeruare
ordinem iudiciarium, & ſolemnitates proceſſus
poſitiuas:

poſitiuas: uſq; adeo, ut poſsit recipere nouas pro-
bationes, non ſolum poſt concluſum in cauſa, ſed
etiam poſt ſententiam, & ponit crimen, unde-
cunque clareſcat, licet ad hoc non fuerit actum. c.
in cauſis, ubi Innoc. Abb. & Feli. de re iudic. ſequi-
tur Bal. in d.l. ſi. & Ang. in d.l. Princeps. ff. de ll.
Iaſ. in l. 1. num. 8. ff. de cōſt. princ. & Marti. Laud.
in tract. de principibus. q. 92. Corn. cōſ. 312. num.
10. uol. 1. Soci. cōſ. 41. uol. 3. num. 3. cum relatis.
8 & docet Decius conſ. 463. num. 6. & 631. † Prin-
cipem debere iudicare, ut Deus, ſola facti ueritate
inſpecta, omiſſo ordine iudiciario, ut & per Iaſ. in
l. 1. num. 22. ff. de edendo. Hinc eſt, quod curia
Principis, non tenetur ſeruare ferias, ut teſtis eſt
Specul. in tit. de ferijs. §. 1. circa fi. per l. præſenti.
C. de his qui ad Eccleſ. confug. & ideo princeps,
poteſt citare, in die feriata, etiam in honore Dei,
ut per Bar. in l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius uoc.
& in Spec. Marram fo. 119. nu. 112. Hæc tamen
intelliguntur, quo ad forum, ſecundum Bal. in. l.
eos. §. ſuper. C. de uſuris. & Hip. Marſ. in. §. ſecun-
9 da nu. 70. in practica crim. nam † de plenitudine
poteſtatis, diſpenſatiue, uel de certa ſcientia, tales
ſolēnitates poſitiuas omittere poteſt, ubi expreſ-
10 ſerit: † cum tamen in dubio diſpenſatione, & præ-
dictis uti non præſumatur, ut ſupra hoc. §. tertio.
uerſ. ſeptimo dicitur: & ubi expreſſum non ſit, aut
aliter conſtet, ſententia, & acta inualida ſunt, ut
pulchre diſſerit Ant. Roſel. in tract. de concilijs, in
tit. qualis in cauſis debet eſſe forma num. 4. & 5.
11 † Immo debet Imperator, Papa, & quilibet alius
Princeps; qui in territorio ſuo ſit ſupra leges, &
cuius dictum habeatur pro lege, iudicare ſecun-
dum conſcientiam ſuam. alioquin peccaret ſecun-
dum Theologos, ut placuit Bar. in l. 1. in fi. C. ut
quę deſ. aduo. part. Felin. in. c. paſtoralis. §. quia
uero. col. pen. de offic. deleg. Iaſ. in. §. ſi minus col.
8. Inſti. de action. Franc. Luc. in tract. de fiſco, &
eius priuil. in. 1. parte num. 139. & per Decium in
conſ. 463. nu. 26. uol. 3. & Aymon. Crauet. conſ.
198. num. 7. & Marti. Laud. in tract. de Principi-
bus. q. 41. ubi tamen tradit, cauere debere Princi-
pem, ne conſcientia ſua ſic male informata, per. c.
1. de re iud. in. 6. Hoc autem recte cōſtitutum eſt:
quia Imperator, & Princeps, non præſumitur ali-
ter iudicare, quam Deus, ut dixi ſupra, & habetur
in. c. nouit. de Iudicijs, & in. l. 1. ff. de offic. pręfec.
præto. & per Ant. de Roſel. in d. tract. de concilijs
in d. tit. qualis in cauſis num. 27. Illud quoque ad
12 propoſitum adduci poteſt, ſcilicet † Poſſe Impe-
ratorem, & Papam, ferre ſententiam ſuam ultra
cōtenta in libello, ut docet Iaſ. in d. l. 1. ff. de eden.
num. 21. & Soci. in reg. 357. fal. 9. & originaliter
poſuit Spec. in tit. de act. & pet. §. ſupereſt. uerſ.
Sed nūquid. Bar. in l. Aemilius. in prin. circa. fi. ff.
de mino. Iaſ. cum multis in l. ainum num. 24. ff. ſi
cert. pet. Et fine ſcriptis. c. conſtitutus. 16. q. 1. &
Mart. Laud. de princip. q. 452. Atque ſimiliter
poſſe impartiri officium ſuum, non petenti. argu.
c. ſi motu. de præben. & tradit Abb. & doct. in. c. ea.
quæ. col. 1. de re iud. & infamia non præcedente,
inquirere: ut per Card. in cl. 1. q. 4. de offic. ord. &
ut ibi, & per Innoc. in. c. cum oporteat. de accuſat.
colū. fin. & dicemus infr. c. 9. §. 3. in rub. de inqui-
ſition. nume. 29.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator in iudicijs, non debet eſſe acceptor perſo-
narum, & ex mera iuſtitia. 2. ſecus in his quæ
fiunt ex mera gratia; & in modo corrigendi, & ex
qualitate perſonarum. 3. & in teſtibus:*
4 *Acceptio perſonarum fit, quando circa æqualia,
ſeruatur inæqualitas.*

PERSONARVM NON ACCEPTOR.

Vigeſimo, prope dicta in præcedenti con-
1 cluſione, ſubnecto, † quod Imperator in
iudicijs, & iudicando, non debet eſſe ac-
ceptor perſonarum: quo circa illud uulgo iactari
ſolet. eſt Iuppiter omnibus idem. & ſcriptum eſt
in Deuteron. c. 1. & 16. & alibi, & Mathei. 22. &
Lucę. 20. & ad Ro. c. 2. ita magnum iudicabis, ut
paruum: ſiue ciuis ille fuerit, ſiue peregrinus; quæ
repetita ſunt in. c. nouit. de iudic. & ponitur reg.
in. c. in iudicijs. de reg. iur. in. 6. & c. ſi. 3. q. 9. & in.
c. ſummo opere. 11. q. 3. & in. §. illud. in auth. de
Monach. cum gl. & §. nam ſi hoc. In authent. quib.
mo. nat. effic. ſui. & per Bar. & Pau. de Ca. in. l. j. in
prin. ff. de poſtul. ubi cōmemorat, in his quæ ſunt
de mera iuſtitia, neque apud Deum, neque apud
homines, eſſe debere acceptionem perſonarum:
2 † at in his quæ fiunt ex mera gratia, etiam apud
Deum, eſſe acceptionem perſonarum: Hinc eſt,
quod ubi ſunt plures ęquę idonei, poteſt Princeps
eligēdo, gratificari cui uoluerit, citra iniuriā alio-
rum, ut dicemus hoc. §. inf. uerſ. Vigeſimo quinto;
Acceptio tamen perſonarum, fit etiam in modo
corrigendi, & in qualitate perſonarum, ut tradit
Abb. in d. c. nouit. nume. 8. & Decius ibi col. 4.
quia nobilibus minor pœna imponitur: & hoc
reſpectu, plebei diuites, æquiparantur nobilibus;
3 † Item acceptio perſonarum, fit in teſtibus, ut per
Decium ibidem: & hanc reg. dicit declaratam ab
Abb. in. c. de multa. col. 3. de præben. ubi no.
4 ponit, † Acceptionem perſonarum fieri, quan-
do circa æqualia, ſeruatur inæqualitas; ubi autem
ſit inæqualitas, ueluti in perſonis literatis, quæ
non ſunt æquales cum alijs; ſi ſeruetur inæqua-
litas, non fiat acceptio perſonarum: Nemini enim
tamen odio habere debet Princeps, præſertim
Papa: licet criminibus, ſit crudelis. ut per glo. 1.
in. c. ſi inimicus. 93. diſt. & huic concluſioni con-
ueniunt dicta ſupra in præcedenti uerſ. quinto Im-
perator. & uerſ. ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator debet dirimere, & interpretari dubita-
tiones, in iudicijs contingentes. & num 4.*
2 *Interpretandi. ll. forma, quadruplex eſt.*

3 *Priui-*

3 *Priuilegium quomodo interpretandum.*

5 *Interpretatio priuilegij, vel ſtatuti, vel legis, eſt neceſſaria quæ tolli non poteſt.*

6 *Relatio, & recurſus fit ad Principem, in ambiguitate iuris.*

7 *Relatio ad Principem, aliquando eſt neceſſaria: aliquando temeraria: aliqñ vitioſa: aliqñ probabilis.*

8 *Imperator interpretatur æquitatem non ſcriptam, vbi ſcriptus ſit rigor iuris; Item interpretatur teſtantium voluntates.*

Principis volũtate depẽdens, reputatur impoſſibile.

DVBITATIONES IVDICIORVM INTERPRAETARI.

1 Vigeſima primo † debet Imperator dubitationes in iudicijs contingentes, interpraetari & dirimere. l. pen. cum glo. C. de. ll. l. & ideo. ff. eo. c. ſuper literis. de reſcrip. c. uenerabilem. de electio. & in. c. per uenerabilem. ubi Ab. qui fil. ſint leg. Eius enim eſt interpretari, cuius Principis eſt condere. l. fi. C. eo. tit. ubi Bar. & docto. & c. inter alia, de ſenten. excom. & per Corn. cõſ, 165. num. 18. uol. 2. Sic inquit Car. in cle. 2. col. 1. de re. iud. Papam ad conſultationem, reſpondere debere, & Iuſtitiam non debere denegare: alioquin peccare. & talis interpretatio in Papa procedit, etiam ſi dubietas. Sit circa Papatum, ut per Philip. Franc. in. c. 1. de renunciat nu. 2. Atque tradit Bal. in. l. cum antiquioribus. col. pen. C. de iure delib. Papam poſſe declarare, intentionem ſuam, & ſui prædeceſſoris. Et tradit Decius. conſ. 114. col. fi. Non poteſt tamen facere quod illud intelligatur contineri lex, quod in uerbis legis non continetur, ut inf. §. 4. uerſic. Secundo num. 6. Vnde cum de nouo iure, quod inueterato uſu non adhuc ſtabilitum eſt, dubitatio emerſerit; neceſſaria eſt, tam ſuggeſtio iudicantis, quam ſententiæ principalis auctoritas ut in d. l. pen. in qua dum glo. non recte ſenſiſſe aliqua in parte uidetur; dicendum arbitror ex

2 ſcribentium ſententia, præmittoque † quadruplicem eſſe formam interpræ tandi, ut oſtendit glo. in l. 1. §. qui operas. ff. ad Tertul. ubi Bar. & clarius docet Ant. Roſcl. in tract. de concilijs in rub. Pontifex. Max. ſolus num. 24. uidelicet declaratiuam, quando dubium eſt uerbum, ſeu æquiuocum; arctatiuam, quando lex generaliter loquitur; & extenſiuam, ſiue ampliatiuam: quæ tria etiam inferioribus iudicibus competunt. Quarta uero eſt abrogatiua, ſiue correctiua: quę non inferioribus iudicibus, ſed Pontifici Max. & Imperatori attribuitur. Vnde cum contigerit dubitatio, fit diſtinctio ſecundum Abb. & Decium in. c. cum ueniſſent. de iudicijs; ut ſi agatur de interpretatione priuilegij: duę concluſiones ponan-

3 tur. † Prima, ubi uentilatur principaliter, ſenſus & intellectus priuilegij ſedis Apoſtolicæ, recurrendum ſit ad Papam, quo ad concernentia ualiditatem eius, cum in tali caſu, qui actum tollerę non poteſt, non poteſt ẽt interpretari ea interpretatione, per quã ad correctionẽ deuenit; allegatur Oldrad. Laud. in. cõſ. 230. incip. urbanus: qua ratione infertur, quod ſtatuta inualida confirmata a ſummo Pontifice, quia ab inferioribus, tolli non poſſunt, a Principe, & ſummo Pontifice interpretari debent, per doctri. Bald. Angel. & Alex. & Iaſ. in l. ex facto. ff. de uulg. & pupil. Secunda cõcluſio eſt, ubi incidẽter ſit quęſtio, & ambiguitas, & uerba non ſint clara inter partes, ad ipſarum præiudicium, inferior poteſt interpretari priuilegium, vt inquit Bal. in l. hi qui. C. de appellatio. quibus adde Cattel. Cottam in ver. priuilegia in ſuis. memoralibus: Atqui in hac parte ex opi.

4 Abb. ſentit Decius ibi, † ſi tamen dubium erit arduum & inexplicabile, eſſe recurrendum ad Principem, quo ad interpretationem, quæ ſemel tantum fieri poſsit: & per plura abſolute tradit,

5 † interpretationem priuilegij, legis, uel ſtatuti, neceſſariam eſſe: & quodam modo, de iure naturali: quæ a ſtatuto tolli non poſsit. Sicque vltra caſum correctionis, videtur Decius itidem innuere, ad concluſionem noſtram, per ea etiam quæ dixit in c. 1. col. pen. de conſtitutio. & ante eum tradidit

6 Marti. Laud. q. 94. in tract. de principibus. † in ambiguitate iuris, eſſe recurrendum ad Principem, per allegata, præſertim per. tit. & l. j. & 2. C. de relatio. & adde Specul. in tit. de relation. plene, & Abbat. in c. 1. nume. 15. de conſtit. & dicemus infra. in. ca. de prætore. §. 2. in Rub. de ſentent. ſcilicet, quando iudex a ſe ipſo reſolui non poteſt: qui tamen prius, dubium quod occurrit, diligenter perſcrutatur, cui data ſit poteſtas interpretandi leges, & canones, prope dictum Innocen. in cap. cum ſpeciali. de appellatio. Cum tamen ſi dubitet, poteſt etiam inuitis partibus licet peritus ſit, committere cauſam conſulendam; & dicere ſe velle habere colloquium cum peritis & ſapientibus; atque vt a doctoribus conſulatur in cauſa. Hinc eſt quòd Bald. in l. j. C. de ll. & in Rubr. C. de rela-

7 tion. & Salice. in l. 1. column. 1. eo. tit. dicit, † Relationem, quæ aliquando eſt neceſſaria, aliquando temeraria, aliquando vitioſa, & punibilis, vt in l. 2. C. de ll. vbi Bald. tunc eſſe probabilem, quando dubium eſt ſuper intellectu alicuius puncti difficilis. Hæc tamen declarat Bart. in d. l. pen. & Salice. ibi: & gloſſa dict. l. Niſi iudex inferior habeat conſuetudinem, quam ſequatur; uel niſi adſint ſimilia; per quæ primo procedendo, dubietas poſsit tolli: cum tunc, contra opinionem gloſſæ, non adeatur ſuperior; etiam quod is ſit præſens: quia vltimus recurſus eſt ad eum: & abſurdum eſſet ex eius præſentia, vel abſentia ius diuerſum ſtatui. Verum cum dictum ſit, principem non eſſe conſulendum, quando mens & ratio legis eſt certa; & certum habet ſignificatum verborum, quibus ſtandum ſit, vt & per Bald. in d. l. pen. Declaratur hoc ſimiliter, niſi forte emergeret iniquitas; quia tunc conſulendus eſſet princeps, per tex. in l.

ille

ille aut ille §.cum in verbis, de leg.3. & l.proſpe-
xit.ff.qui & a quibus, ſequit̃ Marti. Laud.d. q.94.
8 † Interpretatur enim Imperator,& ipſum oportet
inſpicere æquitatem non ſcriptã,vbi ſcriptus ſit ri
gor iuris, vt habetur in. l. 1.C.de.ll.vbi Bart. Pau.
de Caſt.& Salic.& doct. Aequitatẽ tñ,cæteris pa-
ribus,a iudicibus ſequẽdã eſſe,veluti ſi neq; rigor,
neq; æquitas reperiatur ſcripta , vel ſi reperiantur
hæc ambo ſcripta,atteſtãtur.idem Pau.de Caſt.ibi
col.1.& in fi.per l.ſi ſeruus.§.ſequitur.ff. de verb.
oblig.Hic illud memorabile ſubijciendum eſt, ut
ſi qñ vſus attulerit,ad manſuetudinem,Imperato-
ris,& Principis relationes referantur. Relationes
enim Iudicum,libenter audit,ne adminiſtratorum
decreſcere videatur auctoritas,ſi eorum conſulta,
veluti prophanorum preces,ab illius adytis repel-
lantur,vt præclare ſcribitur in.l.fi.C.de offic. vica
rij. Subiungamus etiã principẽ interpretari, teſtan
tium voluntates,ſecundum Bal.in l.cum apud. C.
de com.ſcr.manum.& ſequitur Franc.Luc.in trac.
de priuileg.fiſci.nu.139. Sed & illud non omitta-
mus,quod ex quo iuxta præmiſſa a voluntate Prin
cipis multa dependent:ea quidem reputari impoſ
ſibilia,vt tradit Bar.in.l.continuus.§. cum quis.ff.
de verb. oblig.& not.doct.in.l.apud Iul.§. cõſtat.
de leg.1. ſequitur Deci. in. l. ea quæ raro.in fi.ff.
de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Imperator mandare debet,leges a ſe editas, & inter pretatas, ab omnibus æqualiter obſeruandas.*
2 *Armorum vſus debet eſſe omnibus interdictus , regulariter.*
3 *Fænora,vel vſuræ,tanquam impia crimina, ſunt pro bibenda.*
4 *Blaſphemia , & contemptus religionis in præceptis euangelicis,tollendus.*
5 *Conuiuiorum ſumptus immoderati , refrenandi ſunt.*
6 *Veſtium ornatus ſuperfluus coercendus , etiam quo ad clericos,& diſtinguendus,quo ad Iudæos.*
7 *Funerum impenſa exceſſiua,moderanda eſt, ne egrediatur iuſtam rationem.*
8 *Magiſtratus vendere , & emere:improbatur , & in Principe,& priuato.*
Princeps iudices ſibi ſimiles,eligere ſolet.
9 *Titulorum dignitatis,indignis aſcriptio, damnanda, repellatur.*
10 *Senatorius, & quæſtorius ordo,concedendus cuilibet Ciuitati , Dominij Mediolani , ita vt aliquis Senator habeat adminiſtrationem , ſedendo , aliquis ſit Honorarius,cum præturæ deſignatione.*
11 *Senatuſconſulta eſſent pro exemplis colligenda, & edenda,vt in Rotis:*
12 *Imperator poteſt tranſgredi. ll. propter atrocitatem delicti & ratione ſcandali euitandi,licet diſcedere: a communibus regulis.*

ABVSVS TOLLERE.

Vigeſimoſecundo editas, † interpraetataſq;
leges,æqualiter ab omnibus obſeruandas;
recte,atque ex ordine, Imperator edicere
& mandare debet. l. 3. & l. non dubium. C.de.ll.
quæ cum ad reip.adminiſtrationem,& iuſtitiæ cu-
ſtum imprimis pertineant, vt ſupra commemorau-
mus hoc.§.verſ. Quinto Imperator. & uerſic.ſeq.
profecto ad reprimendos quoque abuſus hominũ
& ſenſim in deterius prolapſos, aliquando mores
ſubditorum reuocandos ad verã politiã, & opti-
mam viuendi inſtitutionem , omnibus viribus in-
cũbere debet . Varijs enim modis aberrare & abu
ti,bene inſtitutis rebus, fere apud omnes cõtingit
nationes: Quandoquidem & ſi † Armorum vſus ,
prorſus ſit omnibus interdictus , præterquã in qui
buſdã caſibus,vt dicemus.inf.in.§.4.in verſ. Deci
mononono. euſque tamen proceſſit omnium au-
dacia,præſertim in hoc Dominio Mediolani, vt
nulla ratione,nulloque habito diſcrimine perſo-
narum,non ſolũ nobiliores,verũ etiã plebei, cin-
gantur enſe,& pugionibus,lanceiſq;,& omni telo
rum genere abutantur:& loricis,& tunicis ferreis ,
orbiculatim,& in annellos concathenatis,& con-
ſtructis induantur. † At quod grauius eſt, Fœno-
ra apud Chriſtianos, ita paſsim ,& fere in aperto
exerceantur: vt id quod Iudæis vix impunitum re-
linquatur,& ſcripſimus.ſupra. hoc.§. verſic. Quar
todecimo , Chriſtianis tolerandum ſit : immo
etiam aliqua fere cum dignitate , acceptum fera-
tur:tam & ſi improbum , & impium crimen omni
iure prohibendum ſit,ut in d.verſ.quartodecimo:
& iã apud Romanos,aliquando lata eſt lex Genu-
tia,auctore.l.Genutio Trib.plebis,ne fœnerari li-
4 ceret, vt teſtatur Liuius, & Aymarus hiſt. Iuris Ci-
uilis li. 2. Deteſtãdũ maxime & illud ſcelus quod
in religionem patratur, adeo inualuit: quaſi apud
omnes gentes, ſcilicet contemptus Dei Max. Di-
uorumq; oĩum,& ſacrorum,& immẽſa temeritas,
quæ Catholica,recteq; inſtituta dogmata,inceſſe-
re & increpare ſolet, vt audaces ſolũ,& fortes viri
habẽdi ſint,qui in Deũ,& Diuos blaſphemãt,exe-
crandaq; maledicta proijciunt:At illi vtiq; peritio
res habeantur,q carpunt,deluduntve præcepta euã
gelica,& diuina,de illiſq; ad perniciẽ,& omnimo-
dã ſtoliditatem: contendunt,male ſentientes & tẽ
pla,& delubra oĩa,ſacraſq; imagines, non ſolũ ve
nerari,& colere,ſed prorſus irridere,ſpernere, de-
turpare,& violare,omni ſtudio appetunt : imme-
mores earũ,quæ de his, non ſine graui ſupplicio,
cõſtitutæ ſunt,ſanctionum: vt habetur per Iuſtinia
nũ,in auth. vt nõ lux.con.nat.&. C.de ſumma tri.
5 & duobus.tit.ſeq.cum ſim. & in.c.non inuenitur.
23.q.4.† Cum graui autẽ iactura, parantur quoq;
conuiuia,grandiori ſumptu compoſita : in aliqui-
bus adeo gula ſæuit: uel ad captandam auram po-
pularem , ambitioſa occaſio inſtruitur , ut ampla
ſæpe patrimonia, præ nimio luxu , conſumpta

videãtur. Nec in his promulgatio interdum regis
Fanniæ, Didiæ, Liciniæ, emiliæ, Iuliæ, & Orchiæ,
profuit; quibus certus modus, & in urbe, & dein-
ceps in vniuerſa Italia conſtitutus, & conuiuarum
numerus præſcriptus erat; ita ut patentibus ianuis,
cænitaretur: vt prodita obſeruatio videri poſſet:
legeque ſumptuaria, & eius pœna quiſque tenere-
tur: vt Liuius, & Aymarus eo in loco, auctor eſt,
poſt Blondum: quin inquam exoletis, & neglectis
illis legibus, lautiores indies cœnæ, prandia, & co-
meſſationes ſubminiſtrentur; Quo circa recte ad
ducere poſſumus, illud ſcite dictum Catonis Cen
ſorij: Magna cura cibi, maxima eſt virtutis ĩcuria.
Sed de frugalitate & luxu priſcorum coercendo,
plura vide per Alex. ab Alex. Genialium dierum,
lib. 3. & xi. † Eadem itidem Luxuria, eodemq; de
trimento afficiuntur multi, qui vario, & multipli-
ci ornatu, aureo, ſerico, & purpureo utuntur, abu-
tunturq; (quod indecentius eſt) plebeij: & præci-
pue eius conditionis mulieres: quæ uix toleranda
eſſe, in nobilibus, & diuitibus affirmandum ſit, ut
conſtat ex his quæ ſcripta ſunt ſupra. §. 1. verſ. Pur
pureo, Imperatoria enim magis, & Regia, quam
priuata, huiuſcemodi indumenta cenſeri poſſunt.
Nam & lege Oppia, Romæ quandoque cautũ eſt:
ne qua mulier, veſte varij coloris vteretur, nec plus
ſemuncia auri haberet, nec iuncto vehiculo, in vr-
be, Oppidoue, aut propius inde mille paſſus, niſi
ſacrificij gr̃a veheretur: neuè ſuperfluo ornatu vte
retur, aut plus uncia, in auribus appenderet, ut legi
tur apud eundem Liuium, & Aymarum eo. li. Hoc
in loco ſuccurrit, licet ad cenſuram eccleſiaſticam
ſpectet, plurimorum etiam clericorum tranſgreſ-
ſio & abuſio, in ornatu corporis ſui, qui publice
uirgata, & partita induuntur ueſte: cum nihilominus
nus qua uita, & honeſtate, ſe habere debeant; ſatis
exploratum ſit. in tit. de uita & honeſt. cler. i. & qua
pœna etiam plectantur, ponit Bernar. Diaz in pra
cti. can. crim. cum ibi relatis, in uer. uirgata. Suc-
currit quoque hac in re, quòd ultra illicita com-
mercia, quæ cum Iudæis Chriſtiani, parum Catho
licæ ineunt religionis obſeruatores, illi adeo tole-
rati ſunt: ut abſque ullo diſcrimine, hiſdem utan-
tur Hebrei ueſtibus, & ornamentis, quibus & Chri
ſtiani: cum tamen conſtitutionibus antiquorum
principum, & recentiorum, cautum ſit, ut capitio
croceo, & in multis alijs differrent, ſecernerent-
turque a Chriſtianis hominibus. † Non modico et
diſpendio ducuntur funera apud aliquos: qui ea
de cauſa in ſumptibus, adeo immodice ſe habent,
ut parum abſit, ne facultates defunctorum, non
ſoluendo reddantur. Quibus recte occurere uo-
luit antiquitas. Scriptum enim erat in ll. duodecim
tabularum, primo in loco: In urbe ne ſepelito, ne
ue urito, ne facito rogum, Aſcia ne polito. Aſcia
enim polire monumenta ideo prohibitum erat, ut
ſumptibus parcerent, & funeris impenſas minue-
rent, quod alio in loco per eaſdem leges ſancitum
eſt, incipientibus, Impius ne audeto in fi. ibi, ſum-
ptum in illos, luctumque minuunto. ubi Aymarus
eleganter mores funerum, & ſumptus, ex de cauſa
factos, & laudationem a neceſſarijs, & alijs facta:
præcipue ab Auguſto, defuncta Iulia auia, & a Cæ
ſare, defuncta Cornelia uxore, & Iulia amita, com
memorat. & ppa ſucceſsit Vlpiani lex. ff. de relig.
& ſum. fun. in. l. ſi quis ſepulchrũ. §. pen. & in. l. at ſi
quis. §. hæc actio ibi, igitur, ut ſumptũ funeris arbi
traretur, pro dignitatibus, & facultate defuncti: in
quo equidem, nec teſtatoris uoluntas ſequenda
eſſet, ſi res egrederetur iuſtam ſumptuum rationẽ,
8 ut in eo. §. hæc actio. legitur. † Vnum quod non
ſolum in priuatis, uerum etiam in principibus, ma
gnopere ſit improbandum, non poſſum ſilentio
præterire: quicunque ſint, qui in hoc delinquant,
tempeſtate noſtra: cum in Ambitionẽ multi, adeo
impudenter erumpant: ut magiſtratus, honores, &
dignitates, fere ſub haſta, indoctiſsimi, & improbi
emere non erubeſcant, aut potius nõ expaueſcãt:
cum in pœnas deportationis, uel quadrupli, ple-
ctendi ſint: & dantes, & accipientes: at committen
tes ambitum, puniendos in centum aureis, & infa-
mes fieri, dixit Franciſ. Luca. de fiſco, & eius priui
leg. in. 2. parte uerſic. 42. Ac inquit Martin. Laud.
tract. de official. domin. q. 58. & quæſt. 95. Eum
qui dat pecuniã pro officio habendo, præſumen-
dum habere animum male faciendi: & puniendũ,
quærentem præſidatum prece, & ſuffragio amico-
rum, ſicut pretio, per gl. in. l. 1. ff. ad. l. Iul. amb. con
niuent enim in id quandoque etiam Principes, uel
Rectores, uel mulierum illecebris, & precibus, uel
auro allecti, neglectis quæ ſcribuntur. ff. &. C. ad. l.
Iul. de ambi. & per Abb. in. cap. 1. & 2. ne præl.
uic. ſu. & quæ iam Theodoſius in. l. fi. C. ad. l. Iul.
repe. obſeruari ſanxit: ut ſcilicet eiuſmodi uiri, ad
prouincias regendas accederent, qui ad honoris
inſignia: non ambitione, uel precio, ſed probita-
te uitæ, ſolent promoueri: quique legum erudi-
tione, & ſcientia præclari: quique cauſarum, & re-
rum experimento probati ſint. Proinde iuſtus
Princeps, iudices ſibi ſimiles eligere conſueuit: in
ordinato enim ordinator oſtenditur cap. 1. tan-
tis. 81. diſt. Quocirca preclare Alexander Impera-
tor, predicere ſolebat, ſe ideo nolle dignitates, &
Magiſtratus uendere, quia qui emerent, neceſſariũ
eſſet, ut uenderent, ad recuperandos pecunias iam
expoſitas, quod ad ſubditorum uexationem, mul-
tum redundabat, ſed infra dicemus latius. lib. 2. c.
1. §. 4. uerſic. 6. nume. 25. An hodie lex Iulia ambi-
tus habeat locum in curia principis, preſertim
Pontificis: anque is Beneficia, & eorum titulum
uendere ualeat. quod conceſſum uidetur. At quan
do liceat publicum officium, & dignitatem pete-
re, uide Bar. in. l. Barbarius. num. 1. ff. de offi. præt.
Poſtremo licet in multis alijs aberrare, & in uarios
abuſus incidere, apud pleroſq; cõtingat: illud tñ ſu
bijcere, haud indecens uidet, emendatione dignũ:
quod ſi ad compendium aliquid forſan non per-
tineat, recte tamen ſpectare uideatur, ad inſtitutio
nem morũ. & ornatũ, & exactũ ordinem rerũ po-
9 liticarũ, quibus bene utendũ ſit: † Nã eo inſcitiæ
&

& temeritatis, deuentum eſt, ut abſque ullo diſcrimine perſonarum, ſub titulis dignitatis alloquamur, & interpellemus: & ſcribēdo, indignos & immeritos, epithetisque adeo claris decoramus: ut nec principes, aut Duces, honorificentius interpellentur: Illuſtris enim quandoq;, aut ſpectabilis, aut clariſsimus, is appellatur; qui uix claris ortus natalibus, uixq; aliqua dignitate inſignitus ſit: cū quæ ad ſuperillustrium, Illuſtrium, Spectabilium, Clariſsimorum, & his inferioris gradus epitheta, inſcriptionesque pertineant, ſancitum ſit pluribus in locis, de quibus locuti ſunt doct. ſed præſertim Iaſ. in. l. 1. colum. 1. 2. & 3. ff. de offic. eius, & dixi ſupra in hoc. §. in materia duelli conclu. 77. ubi contra Decium teneo, non poſſe alios, quam Prin-

10 cipem, has dignitates conferre, uel legem: † Poſt hæc occurrunt duo, recte & ſapienter ſtatuenda per Imperatorem, arbitrarer, non ſolum ad cōciliandam fidem & beneuolentiam ſubditorum in hoc Dominio Mediolani, uerum etiam, quę ad ſplendorem probe gubernantis, & commodum priuatorum, præcipue conferunt, & conducunt, iuxta tradita in hoc. §. uerſic. quinto Imperator 1 Primum equidem, ut ius petendi, & conſequendi Magiſtratus, in urbe Mediolani; præſertim Senatorum, & Quæſtorium ordinem, & ſeu in quo procuratores Cæſaris munus ſuum ſuſcipiunt, concedatur quibuſcunque ciuitatibus, maxime Illuſtrioribus in ea prouincia ſitis: ita ut aliqui Senatores, ſedentes in ſella ſua, habeant, & honoraria; & ſtipendia congrua recipiant conſtituta: Aliqui ſine adminiſtratione, qui honorarij nuncupentur, ſecundum tex. & Bar. in. l. omnes. C. ut dign. ordo ſer. facit. l. fi. cum glo. C. de decurion. lib. x. qui ad regendas ſubiectas ciuitates decernantur, omnibus numeris probitatis, doctrinæ, & grauitatis, perfecti: adeo ut in deficientium Senatorum adminiſtrantium locum, recte atq; ex ordine, p tēpora ſuccedant: ut iā recte conſtituiſſe Fran. II. Sfortia Ducē Mediolani, tēpeſtate noſtra, ſatis cōſtat, nam ut tradit Mart. Laud. in tract. de fiſco. q. x1. Princeps debet diſtribuere onera, & honores, in dignitates, gradus, & facultates oīum. Et ait Auctor, Politico. li. 2. c. 1. Iuſtum eſſe, ut oēs ciues gerendi magiſtratus, participes fiāt: & idē eo. li. c. 9. inqt, ciuile eſt, ut plures ſint participes magiſtratuū, in nō parua ciuitate, ſic quoque par decensq; eſſe uidet in propoſito nr̃o, cū quęlibet ſimiliter ciuitas, & publicas oēs functiones, & omnia onera ordinaria, & extraordinaria ſubire ęque, & in fide, & obſequio ſe habere proſpiciatur: qđ optime ad exemplū itidem antiquarū apud Ro. remp. editarū. II. conſtitutū cenſeri poterit: quibus ius Latij Trāſpadanis datum erat, ut ſcilicet petendi magiſtratus gr̃a, ciuitatem Romanam adipiſcerentur, teſte Aſconio Pediano, poſt Liuium, & Ayma. hiſtoriā ü iuris ciuilis lib. 2. car. 206. At ciuitas mea Pompeia, primo colonia (quæ deinceps Imperatoria a Federico Aenobarbo condita, & inſtaurata, & ab alijs eius ſucceſſoribus, multis fauoribus priuilegijsque donata) vere digna dijudicanda eſt, q̄ eo honore, & munere honeſtanda ſit, ut iam plurimi Senatores Laudenſes, non parui nominis, euaſere in excellentiſsimo illo Senatu Mediolani. † Alterum porro erit, ut Imperator in eo Senatu, præcipiat Senatuſconſulta, & quodcunque ſub ſuo nomine cōſtitutū fuerit, haberi uel pro lege, uel ita ut recte, atque ex ordine, decreta oīa colligantur, ut ab eorū exemplari diſpoſitione, non deceat ſubditos deuiare, ſed illis potius adhærere, ſic etenim pari modo, uigent apud Rotam Romanam, & Neapolitanam ciuitatem, illa prudentum ſcita, & placita: quę deciſiones appellātur. in quibus tamē prope formam & terminos iuris; negocia, & litiū controuerſię finem recipiunt: nam & ſi quandoq; p pæquitatē non ſcriptam, ius ſcriptum liceat interpretari, ſoli principi, ut ſ. conclu. proxima: &

12 quandoque † placeat eidē, tranſgredi terminos legum, ob atrocitatē delicti, ut docet Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de fur. & Iaſ. in. §. ex maleficijs. col. 3. inſti. de actio. & ample Feli. in. c. 1. col. 15. de conſtitutio. & Iaſ. in. l. qui iuriſdictioni. nu. 5. ff. de iuriſd. om. iud. qui dicit hoc procedere in ſupremis iudicibus, ut in principibus, ita ut alij magiſtratus debeant conſulere ſuperiores. & Hipp. marſi. in practi crimi. in. §. diligenter, nu. 176. & 157. cū ſeq. Et q̄ndoque ratione ſcādali euitādi, liceat recedere a cōibus regulis: & multa concedantur, non concedenda, ut no. per Feli. in. c. nihil cum ſcandalo. de præſcriptio. per plura. & late per Barbat. in tract. de præſt. Card. in. 1. q. baſilica. nu. 37. & Deciū conſ. 15 1. nu. 6. uol. 1. & habet q̄n hoc procedat, in. c. qui ſcandalizauerit. de reg. iur. in glo. hęc tñ deciſa & abſoluta: iure, argumentis, & probabilibus rationibus oſtendere præclarum eſſet, & utile; quandoquidē Iureconſulti, & cæteri cauſarum actores, & patrocinatores, & ſubditi, certiorem utendi, & in iudicijs uerſandi formā reciperent: in qua ſępe cæcutiunt; cum q̄nque, & in ciuilibus, & in criminalibus cauſis, aliter ſtatuatur, quam ſcriptum ſit, conſtituiue poſſe, ipſi cogitauerint.

SVMMARIVM

1 *Imperator debet eſſe liberalis, & non auarus.*
Donare proprie, proprium eſt principis. ibi.
2 *Liberalitas habet modū in perſonis, & rebus: & extollitur fide, cauſa, loco, tempore.*
3 *Liberalitas duplex.*
4 *Liberalis quomodo ſe habeat: & quis ſit. & nu. 5.*
Prodigus quis ſit. ibi, qui eſt melior auaro.

LIBERALIS DEBET ESSE.

1 Vigeſimotertio. † Imperator debet eſſe liberalis, & ab omni auaritia aliena ut colligit Bald. ex. l. fi. §. penult. C. de cad. tol. conſueuit enim donare, idque proprie, proprium eſt principis, ut commendat idem Bald. in. l. & in legatis. in fin. C. ad l. Falcid. Vnde Romæ

quandoque, Marmoreæ inſcriptiones uiſę ſunt
vt refert Bartholameus Marlianus libro 4. de an-
tiquitatibus vrbis Romæ. in hæc verba. Potentiſsi
2 ma dos in principe, liberalitas, & clementia; † In
ipſa tamen liberalitate, adhibendus eſt modus, re-
rum, & perſonarum: Rerum, ut non omnia vni, ſed
ſingulis quædam præſtemur, vt pluribus prodeſſe
poſsimus, nam non vult dominus, ſimul effundi
opes, ſed diſpenſari. Perſonarum, vt primum iu-
ſtis, deinde peccatoribus: nam & ſi omnibus de-
beatur miſericordia, iuſto amplius. c. dominus. q.
fratrem. &. c. non ſatis. 86. diſt. vbi perfecta libera
litas, fide, cauſa, loco, tempore, extollitur: propte-
rea hiſtrionibus, venatoribus, meretricibus, & ſimi
libus donare, vitium eſt immane, non virtus. c. do
nare cum ſeq. ea. diſt. Hiſtrionibus tamen, qui non
ſunt in ſtatu peccati, & non vtuntur verbis, aut fa-
ctis illicitis, & temporibus, & in negocijs debitis,
ludum exercentibus liberaliter, vt nullum virtuti
faciant præiudicium, ſed ad iucunditatem; donar-
e moderate pro ſuſtentatione eorum, non eſt er
ror, vt ex conſilio. S. Thomæ, in ſecunda ſecundę.
q. 168. art. 3. ſcripſit Cardinalis Alex. in d. c. do-
nare. Qui, in venatoribus Illicitis, idē videtur ſen-
ſiſſe, ex mente glo. in. cap. qui venatoribus. ea. diſt.
3 † Duplicem autem eſſe liberalitatem, commemo-
rat in ea diſt. 86. in. cap. cum multa. in. §. liberalē.
Cardi. Propriam, ſecundum quam aliquis ſua dat
grauitate, pro vt recta ratio dictat, non reſpicien-
do perſonam pauperem, vel diuitem, ex ſenten-
tia philoſoph. Ethic. cap. 4. Alteram impropriā,
quæ generaliter comprehendit diuerſas virtutes,
in qua contineatur illa, quæ ſub ratione determi-
nata, veluti indigentiæ, exerceatur: quæ proprie
dicitur miſericordia, ſine qua, vacuum nomen
portabit epiſcopus, vt in dict. §. liberalem. in fi.
at conuenire omnino præmiſsis quibuſcunque,
excogitata per Philoſ. Ethic. lib. 2. cap. 7. & in eo.
4 lib. 4. cap. 1. exiſtimo, cum inquit, † Liberalis igi-
tur, honeſtatis cauſa dabit, & recte: dabit enim qui
bus oportet, & quod oportet, & cum oportet: tam
in paruis, quam etiam in magnis: & accipiet vnde
oportet, & quod oportet; ceteraque omnia obſer-
uabit, quæ dandi actum ſequuntur rectum, etiam
cum voluptate, vel ſine vllo dolore, & potius da
bit, quam accipiet: liberalis enim eſt, qui pro fa-
cultatibus erogat, & in quibus oportet: qui vero
exuperat, prodigus eſt. Prodigus tamen multo
melior eſt illiberali, atque auaro, quia prodigus
quidem compluribus prodeſt: illiberalis vero ne-
mini, ne ſibi ipſi quidem: † Atque liberalis par-
tes, ſilentio non prætereundas, dilucidius expli-
cat idem Philoſoph. de virtutibus, in hæc uerba,
liberalitatis autem eſt, erogare pecunias in lau-
dabilia, & largitio ad honeſtos ſumptos facien-
dos, & præſto eſſe ad auxilium in aduerſa for-
tuna, & non accipere, vnde non oportet. Eſt
autem liberalis, & circa indumenta nitidus, & cir-
ca habitationē: eſt & inſtructor per magnarū rerū
& elegantiū, & oblectationē habentiū: nulla cōmo
di ducta ratione, eſt & alter animalium, mirum
quid, aut ſuaue, habentium. Comitatur autem libe
ralitatem, morū facilitas, & comitas, & humanitas
& eſſe miſericordem, & erga amicos beneuolum,
& hoſpitalē, & honeſti ſtudioſum: de quibus quo-
que abunde diſſeruit Cicero lib. 1. officiorum, his
exorſus uerbis, Beneficentia ac liberalitate, nihil
eſt naturæ hominis accommodatius: At quantum
in Rege, eam commendauerit idem Cicero, in ora
tione pro Rege Deiotaro, ſatis conſtat, qui in-
quit, Frugi hominem dici, non multum Laudis ha-
bet, in Rege: Fortem, Iuſtum, Séuerum, Grauem,
Magnanimum, Largum, Beneficum, Liberalem,
hæ ſunt Regiæ Laudes,

SVMMARIVM.

1 *Imperator cauere debet a ſortilegijs,*
*Sortilegia alia Diuinatiua, alia amatoria, alia vene-
fica. ibi.*
2 *Sortilegij pœna quæ ſit. &c. num. 4.*
3 *Inquiſitores non ſe intromittunt, in non ſapientibus
hæreſim manifeſtam.*
5 *Imperator, Principes, & alij, conſulentes Aſtrolo-
gos, & Chromanticos, an incidant in crimen Sor-
tilegij.*
6 *Aſtrologię ſcientia, an ſit probibita vtroque iure, &
an in ea adſit peccatum.*
7 *Aſtrologia quid ſit, & vnde prodeat. num. 8.*
9 *Anima non ſubijcitur corporibus cœleſtibus.*
Sapiens dominabitur aſtris. ibi.
10 *Alchimia exercetur ſine crimine.*
*Tranſmutatio vnius ſpeciei in aliam, probibita eſt;
quæ tantum Deo conuenit.*
*Metalla omnia procedunt ex eodem fonte, ſcilicet ex
ſulphure, & argento vino.*

SORTILEGIA EVITARE.

1 Vigeſimoquarto † Imperator cauere debet,
a ſortilegijs, quorum tres ſunt ſpecies prin
cipaliores, ſcilicet Diuinatiua, Amatoria, &
Venefica, ut recte, atque ex ordine declarauit in
traditione ſua de ſortilegijs, Paulus Grillandus. q.
2 in prin. † quorumque pœnas, eodem ordine ex-
plicat ſigillatim in x1. q. prius diſtinguendo, quan
do ſortilegium ſapit hæreſim manifeſtam, quo ca
ſu, puniatur ea pœna, qua hæreſis puniri ſolet. Si
non ſapit eam eſſe, & tunc pœna, diuerſimode im
ponitur, in dictis tribus ſpeciebus, vt per eum, qui
ponit, quando hæreſis manifeſta committatur in
ſupradictis, allegando Panor. in. cap. 1. &. 2. de
Sortileg. & Old. conſil. 210. quem ſequitur Philip.
Franc. in. cap. accuſatus. §. ſanc. de hæretic. in.
3 6. ubi no. † inquiſitores non ſe intromittere, in
4 non ſapientibus hæreſim manifeſtam. † Pœna au-
tem imponenda, extra hæreſim manifeſtam, ſor-
tilegis, vel eos conſulentibus, de iure Canoni-
co, ex ſententia Abba. in dict. cap. 2. quem ſe-
quitur Grill. in dict. q. x1. nu. 10. & cum quibus
tranſit

tranſit Io. Bernar. Diaz in practic. crimi. canonica. in ver. ſortilegi. Cõſideranda eſt, in animaduerſione, ſecundum conditionem perſonæ, qualitatem facti, & animum delinquentis, ut quandoq; acerrima, quandoq; grauis, quandoque leuis inferatur: etiam ſi ad bonum finem, huic negocio, quis dederit operam. c. non liceat, ea. q. 26. & per Salice. inf. d. l. 4. vnde certa regula dari non poteſt, ut habetur etiam in d. 26. q. 5. per totum. At de iure Ciuili, grauior omnino pęna irrogatur, quæ vltimo ſupplicio, deſignatur. l. nemo. l. multi. & ll. ſeq. & l. 3. & 4. C. de malef. & matem. & comprobat Paul. Grill. in d. q. xi. num. xi. quapropter cum iſtud crimen non ſit mere eccleſiaſticum, tam Iudex ſæcularis, quam eccleſiaſticus poterit procedere: & erit locus præuentioni, teſte eodem Abb. in d. c. 1. Verum quia concluſio noſtra ponitur, præſertim in ea ſpecie diuinationis, in quam frequentius Principes, præ nimia curioſitate futura prænoſcendi, & incerta, & obſcura, incidere ſolent; conſulendo aruſpices, mathematicos, ariolos, & augures, caldæos, & magos, & cæteros huiuſmodi vates, quoa ob facinorum magnitudinem, vulgus maleficos appellat, vt in d. l. nemo, explicatur: dubitari non
5 inepte conſueuit, † an ſi Principes conſulant
Aſtrologos, Chyromanticos, & ſimiles, qui per ſigna cœleſtia, & curſum aſtrorũ, diuinationes profitentur: inter quos connumerari quoque ſolent, præſertim Ruſtici, Medici, & ſimiles, qui Lunæ, & & Stellarum motum; obſeruant in conſtructione domus, in ſegetibus, & arboribus plantandis, & in medicaminibus adhibendis. Cum ſcriptum ſit, ꝙ futura præſcire, ſolius Dei ſit: qui in ſui contemplatione, etiam Angelos, illa præſcire facit: vnde Eſaias. cap. 41. ait. Priora & nouiſsima nunciate mihi, & Dicam quod Dij eſtis: ac ſcriptum quoque ſit, omnia quæ facitis, aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes deo, vt legitur in. cap. 1. & dict. cap. non liceat. 26. quæſt. 5. & tangit Decius in. cap. nonit in. 1. no. de iudic. Dubitari, inquam, ſolet, an tales, ſiue conſulti, ſiue conſulentes, in hoc crimen corruant. Hanc dubitationem proponit Glo. in d. c. non liceat, & ſoluit, hæc non eſſe reprobata, niſi in eo caſu, quo quis crederet, ſuperioribus corporibus ineſſe neceſsitatem: quia non ſit dicendum, ſuperiora eſſe cauſas rerum, licet earum ſint ſigna: Abba. in d. c. 2. Similiter quę-
6 rit † nunquid ſcientia Aſtrologię, ſit prohibita
vtroque iure, & an eam exercentes, peccent; qui poſt Io. And. in eam opi. deſcendit, ut eam ſcientiam, non eſſe improbandam dicat, † quę ſit vna ex ſtudijs, & ſeptem artibus liberalibus: quarum profeſſores, iura præmio dignos dijudicent l. 1. ff. de vari. & extra ord. cognit. & in. l. eorum. C. de Malef. & mathema. ibi, nullis vero criminationibus implicãda ſunt remedia, humanis q̃ſita corporibus, aut in agreſtibus locis, innocenter adhibita
8 ſuffragia, &c. † Aſtrologiam quoq;, ex peculiariſsi
ma philoſophia mathematicarum ſcientiarũ, pro dire: conſiderauit philoſop. lib. 12. metaphiſi. c. 8. Hancque de ſubſtantia ſenſibili, ac ſempiterna ſpeculari: cæteras vero, de nulla quidem ſubſtãtia, veluti quæ circa numeros, atque circa Geometriã s Nec peccant verſantes in ea, dummodo non credant, neceſsitatẽ ineſſe, vt dictæ glo. veſtigia ſequitur Abb. ibi: qui auctoritate. S. Thomæ quoque nititur, in ſecunda ſecundæ. q. 90. arti. 5. quia non tollitur potentia Dei, quin poſsit aliter diſponere, quã aſtra indicent: neque tollit liberũ arbitrium: quod in ratione & mente hominis reſidet, tametſi quandoq; homines, ex diſpoſitione corporis, et propter influxum corporũ ſuperiorum, pro cliues videantur, in aliqua vitia. † Nõ enim aĩa ſubijcitur corporibus cœleſtibus. Vnde recte illud vulgatum iactari ſolet, Sapiens dominabitur aſtris, quia inclinant, non autem neceſsitant: & cum his tranſit Archid. in d. c. non liceat, & c. ſi quis clericus, & Pau.
10 Gril. in d. q. xi. nu. 22. † Sic quoque abſque crimi
ne, quilibet põt exercere Alchimiam: nam licet videat prohibita tranſmutatio vnius ſpeciei in aliã, quod tñ videtur tm̃ Deo conuenire. c. epiſcopi. §. quiſquis. d. 26. q. 5. tamen ſm̃ Oldradũ conſi. 79. quem ſequitur Abbas in d. c. 2. de ſortileg. qa vna ſpecies, non mutatur in aliã diuerſam, cum oĩa metalla procedant ex eodem fonte, videlicet ex ſulfure, & argento viuo. vnde ex plumbo efficiatur argentũ, ex ære aurũ: ex concurſu elementorũ, & influxu aſtrorũ uehemẽtiori, uehementius operãte, precioſiora gignũtur metalla: hocq; pacto ars imitatur naturã. Certe omnis error aberit, dũ modo ars magica, uel alia legibus odioſa, non intercedat ut præfati Docto. atteſtantur.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, & quilibet princeps tenetur, vbi officiales ab eis conſtituti, iuſtitiam facere neglexerit.*
2 *Officialis conſtituens, tenetur pro facto officialium ſuorum poteſt tamen eos exhibere.*
Officiales probata vita conſtituendi, non ambitione. ibi.
3 *Repræſalia alias prohibita, quando concedantur.*
4 *Bella iuſta diffiniuntur, quæ vlciſcuntur iniurias.*
5 *Princeps præſumitur ſcire, quod ſciunt ſui officiales.*
6 *Princeps bene præſumit de ſuis officialibus: niſi aliud appareat. ab officio tamen repellit eum, qui ſemel deliquit in officio.*
7 *Princeps, vbi ſunt plures æque idonei, poteſt gratificari cui vult.*
Ad Papam ſpectat, ſupplere negligentiam prælatorum ſuorum. ibi.

PRO OFFICIALIBVS SVIS TENETVR.

1 VIGESIMOQVINTO † Imperator, & quilibet Princeps, & communitas, & Iudex, qui per ſubſtitutos deſeruire, & munera ſubire põt, periculo ſuarum facultatum id facit, ita ut ſi ſubſtituti, & conſtituti officiales, iuſtitiam facere

neglexerint, ipſi teneantur, tex. eſt in. l. ad ſimilitu-
dinem, ubi Bal. no. C. de epiſ. & cleri. no. Bar. in. l.
nemině, & Ang. in. l. nullus. C. de decurio. lib. x. &
Bar. in. l. 1. §. familiæ. ff. de publica. & Iaſ. in. l. pen.
num. 9. C. de pac. ſecutus Lud. Rom. in conſ. 338.
incip. in caſu propoſitæ conſultationis. qui multa
iura ad hoc adducit, & inter alia illam regulã, quæ
2 habetur, † ut Officialis conſtituens, teneatur pro
facto, vel neglectu officialium ſuorum, cum do-
lus, vel negligentia, commiſſa ſunt circa ea, quæ
pertinent ad officium ſibi commiſſum, per no. in
d. §. familię, & alibi. Hinc eſt quod principes debẽt
tenere ſuas terras & loca ſecura, alias tenent emẽ-
dare damnum, datum a deprædantibus, ſecundum
Martin. Laud. in tract. de principib. q. 163. Atque
ſecundum Felin. in. c. poſtulaſti. col. 3. uerſi. prima
declaratio, de foro comp. vbi Dominus offen-
dentis aliquem infra territorium ſuum, ſi neglexe
rit eum punire, poteſt ei indici Bellum ab offen-
ſo, vel poſſunt indici repræſaliæ. Verum ex ſen-
tentia etiam Bart. in dict. §. familiæ, liberari eum
qui exhibeat officialem negligentem, vel dolo iu-
ſtitiam non reddentẽ, tradit ibi Ang. & propterea
accurate aduertere debent ſuperiores conſtituen-
tes officiales; ne hi ſocordes, ne ve improbatę vitę.
deligant, ambitioſę: & quandoq; præcibus impor
tunis, & precio, & muneribus impetiti, contra di-
ſpoſitionem. l. fi. C. ad. l. Iul. repetund. vt ĩ. hoc. §.
verſi. Vigeſimoſecundo. Hinc eſt ẽt, vt licet pigne
3 rationes (quæ uulgari elocutione, † Repræſaliæ ap
pellantur) alias ſint ꝓhibitæ, ut in auth. ut non fiãt
pignerationes. quæ poſita ſunt in. C. ne uxor pro
mari. & in auth. & omnino, & alibi; &. c. 1. de iniu.
& dam. da. cum ſim. & per Bar. in tract. Repræſa-
liarum. q. 1. nu. 3. & Io. a Canibus, eodem tracta.
nu. 2. 14. &. 10. in. 1. parte. Nihilominus ſi domi-
nus, gens, uel ciuitas requiſita, neglexerit, ſiue re-
cuſauerit, facere Iuſtitiam; conceduntur repræſa-
liæ, ut ibi per Bart. & Io. qui atteſtantur doctores
* communiter* in hanc ſentẽtiam inclinare, per tex.
inter alia, Auguſtini auctoritate, in. c. dominus no
ſter. 23. q. 2. interueniente tamen ſuperioris aucto
ritate, & quæ interponatur ex iuſta cauſa: quæ legi
tima dicatur, ſi dominus, gens, uel populus requi-
ſitus iuſtitiam facere, neglexerit; ex quo affirmat
Bar. ibi, num. 5. non ſolum Iure Ciuili. & Canoni-
co hoc eſſe inductum, ſed ẽt diuino; † qñquidem
iuſta bella ſolent diffiniri, quę ulciſcuntur iniu-
rias: ſi gens, uel ciuitas, petenda eſt, quæ uel uindi-
care neglexerit, quod a ſuis improbe factum eſt;
uel reddere quod per iniurias ablatum eſt, ut do-
cet Auguſtinus in d. c. dominus noſter. hocque idẽ
ſentire. S. Thomã recenſet, in ſecunda ſecundæ. q.
40. ca. 1. At quando alioquin repræſalię ſint pro-
hibitę: & quomodo concedantur, tradit Bart. Fe-
lin. & Io. ut ſupra. Nec uidetur, in pręmiſsis, ex-
cuſari poſſe Princeps, eo quia ignorauerit male
geſta, & non recte adminiſtrata, in loco conſti-
tuti officialis: nam negligentia eius, licet etiam
adſit ignorantia, ipſum non excuſat, ut oſtendit Fe
lin. in. d. c. poſtulaſti. col. 3. de for. compet. & vltra
5 iam dicta. † præſumitur princeps hoc ſcire, quod
ſciunt ſui officiales, præſertim in facto, quod ita
palam factum eſt, vt pars maior vniuerſitatis illius
loci hoc ſciuerit; vt talem ſcientiam præiudicare
docuit Io. Franc. Balbus. in tract. præſcript. in. 2.
parte, quintæ princip. verſi. Quarta quæſt. num. 4.
per doctri. Bar. in. l. nequid. ff. de incend. rui. nauf.
6 quam atteſtatur eſſe communem* opi. † Nec ob-
* ſtat ſi dicatĩ, quod princeps bene præſumat de of-
ficialibus ſuis: niſi aliud appareat. l. 1. circa fi. ff. de
offic. præfec. præto. & no. Iac. de Bello viſu in pra-
ctic. iudic. in titu. de quæſt. & qual. torm. num. 75.
nam reſponde, quod hoc poteſt conuenire, vt be-
ne præſumat, verum ex quo ipſi male ſe habuerint
& ſcire hoc præſumatur, ſicque contrarium, & ali-
ter appareat, quam pręſumebat, non eſt excuſan-
dus. Maxima itaque cura debet princeps magiſtra
tus, & officiales creare, idoneos: ut in d. verſic. 22.
atque omnino ab officio repellere eum, qui deli-
quit in officio, ſecundum Marti. Laud. in tract. de
7 princip. q. 331. † Et vbi ſint plures æque idonei,
poterit tunc gratificari, cui voluerit, citra iniuriam
aliorum, vt probatur in. l. ſi plura. vbi glo. & doct.
cum concor. ff. de relig. & ſump. fun. & per multa
comprobat Bart. Cep. in trac. de Imper. mil. delig.
in vlt. q. nu. 2. & conueniunt adducta ſupra, verſi.
Vigeſimo. Hoc in loco conuenire quoque poteſt,
vt ad Pontificem ſpectet, ſupplere negligentiam
prælatorum. vt habetur de ſupplen. neglig. præla-
to. vbi Abb. & Doctor.

§. IIII. DE PRAESTANTIA, ET POTENTIA IMPERATORIS.

§. IIII.

PRAESTANTIAM, ſupremamque
celſitudinem Imperatoriã, cum
in ſuperioribus quãdoq;, prout
occaſio ſe ſe offerebat, demõſtra
uerimus, præcipue in. §. 1. verſ. or
bem, & quæ repetemus in ponti-
fice abunde, inf. lib. 2. c. 1. §. 4. verſ. primo. Hoc ta
men loco, recte atque ex ordine, eam vti repetitã;
in eaque, aliqua quaſi conſulto iam prætermiſſa,
congruenter cum his ſubiicere; quę ad poteſtatẽ
Imperialẽ referenda ſint, apte viſum eſt: cũ altera
in alterã influat, ſeq; viciſsim reſpiciat. Qui enim
plurimum poteſt, is & pręſtare maxime videtur &
excellere. Idcirco illa, in quibus præſtat, & quę Im
perator poteſt, ſiue de ordinaria, ſiue de abſoluta
poteſtate; accurate perſtringamus. ac deinceps quę
non poſsit, ſubijciemus; cum aliquã de origine Im
peratoriæ poteſtatis, de qua hic forſan diſſerẽdũ
videbatur, iam dixerimus in. §. 2. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Imperator habet vniuerſale dominium, & ſupremã plenitudinem poteſtatis in temporalibus, ſicut papa in ſpiritualibus.*

2 *Impe-*

2 *Imperator ex certa ſcientia, omnia poteſt, ſupra ius; contra ius; & extra ius.*
3 *Cur ita facis, nemo poteſt dicere Imperatori, vel principi; in quo eſt pro ratione voluntas.*
4 *Sacrilegij crimen committitur, diſputare de potentia principis: ſed conceditur tamen, de ſcientia, & voluntate: quia errare poteſt, & quando poteſtas eſt limitata.*
5 *Imperator, ſeu princeps, eſt cauſa cauſarum.*
7 *Imperatoris ſuprema poteſtas, multis modis conſideratur; præſertim in ſibi reſeruatis quorum multa enumerantur.*
Reſeruata Papæ, & Imperatori, quæ ſint. ibi. Quæ cognoſcuntur, quia inferiores ſuper eis non ſtatuunt, num. 8.
9 *Reſeruata Principi aliqua ſunt, in ſignum ſupremæ poteſtatis: Aliqua in ſignum priuilegij ſingularis, ſuperioritate excepta.*
10 *Reſeruata principi, in ſignum ſupremæ poteſtatis non præſcribuntur; ſed reſeruata, in ſignum priuilegij, p præſcriptione immemoriali.*
Priuilegia, ſiue in ſignum priuilegij reſeruata principi, quæ ſint; remiſſiue.
Reſeruata principi, quo modo transferantur, & concedantur. ibi.

IMP. HABET DOMINIVM VNIVERSALE.

PRimo itaque præſtat Imperator, & in eo præ-
1 potens eſt, † vt apud eum ſolummodo ſit uni-
uerſale dominium, vt in d. verſic. Orbem; &
ſuprema plenitudo poteſtatis in temporalibus: ſi-
cut apud Pontificem, eadem eſt in ſpiritualibus;
quæ ſignificatur, per vſum palij. c. niſi, & c. ad ho-
norem. vbi Abb. de aucto. & vſu pallij: Alij enim
vocati ſunt in partem ſolicitudinis tantum, vt ibi.
2 & diximus in §. 1. verſ. Purpureo. † Hinc eſt vt ex
certa ſciẽtia, dicat oĩa poſſe ſupra ius, cõtra ius, &
extra ius, auctore Bal. in c. cũ ſuper, col. 1. de cauſ.
poſ. & propr. ſequit̃ Iaſ. in l. j. n. 2. ff. de cõſt. prin. &
tractum eſt ſupra. §. 1. in prin. q. 2. & propterea te-
ſte Spec. in tit. de legato. §. nunc oſtendendum
uerſ. 89. & Bal. alibi, quos ſequitur idem Iaſ. ibi,
ubi Princeps aliquid uult ex certa ſcientia, idque
3 proficere propoſuerit, † nemo eſt qui poſſit eidi-
cere, Cur ita facis. ut etiam conſuluit Soc. abunde.
conſ. 13. num. 28. & 35. uol. 1. & Iaſ. conſ. 95. col.
10. uol. 4. & Dec. conſ. 655. num. 24. uol. 4. in eo
enim eſt pro ratione uolũtas, ut dictum eſt ſupra.
§. 3. uerſ. Septimo. quæ tamen dicitur iuſta cauſa
in eo, ut ſupra. §. 3. uerſ. Decimonono num. 3.
4 † Quocirca nephas eſſe conſtat, diſputare de po-
tentia Principis, Sacrilegij enim crimen com-
mittitur. l. 2. C. de crim. Sacrileg. & Iaſ. in d. l. j. &
Marti. Laud. de princip. q. 2. & fere doct. omnes
ubi ſupra. nam ſecundum Bal. in c. Eccleſiæ San-
ctę Mariæ. col. pe. ut lite pen. quem refert Iaſ. ibi
5 & in l. reſcripta. C. de precib. imp. of. † cum Prin-
ceps ſit cauſa cauſarum, non eſt de eius poteſtate
diſputandũ, ſeu inquirendũ: cũ primæ cauſæ nulla
ſit cauſa. Primũ. n. qđ eſt, aliud ante ſe habere non
poteſt, & ideo iuſta cauſa: & ſibi placere quod iu-
ſtum eſt & uerum ſit, ſemper præſumitur in Prin-
cipe, qui uult omnes actus ſuos regulari a iuſtitia
Poli, & fori, ut in d. l. 1. per Iaſ. poſt Bal. & proba-
tum eſt ſupra in. §. 3. uerſ. Vndecimo. & abunde
6 dicemus inf. uerſ. Vigeſimoquarto † Aduertẽdum
tamen tradit Iaſ. ibidẽ poſt Bal. licere diſputare,
de ſcientia, & uoluntate Principis; quia Princeps
quandoq; errare poteſt. l. 3. ff. de ſup. leg. Addo
& tunc fas eſſe, diſputare de poteſtate Principis,
cum ſumus in caſibus, in quibus poteſtas eius li-
mitata ſit; qui plures ſunt, ut docet Alex. cõſ. 216.
in prin. uol. 2. quos autem caſus enumerauimus
ſupra. §. Tertio. per totum. & hoc, §. uerſ. Cum
multa. ſiue uerſ. Vigeſimo octauo cum ſequenti-
7 bus: At qui † hęc ſuprema poteſtas, & plenitudo
in principe, multis modis conſiderari poteſt, &
præcipue in his, quæ ſibi reſeruauit; prout in Pon-
tifice Max. octoginta nouẽ caſus enumerat Spec.
in d. §. nunc oſtendendum: de quibus inf. dicemus
lib. 2. c. 1. §. 4. uerſ. 2. & in Imperatore poſuit mul
tos Bal. in l. reſcripta. C. de pręci. Imp. offer. & Io.
Plat. in l. contra. C. de re. milit. lib. 12. Inter quæ il-
la ſunt, ut Imperator indelegabilia deleget, & ſic
adde principem, remittere cauſam ingreſſam cu-
riam, quæ alioquin eam nõ egreditur, ſecundum
Mart. Laud. de princ. q. 463. Legem tranſgredia-
tur diſpenſando; Rem iudicatam reſcindat, abſq;
appellatione: Ordinem iudiciarium præuertat:
Exilium reuocet; Gratiam iuſiurandi faciat: Ius
alterius quandoque tollat: Cauſam propriam cõ-
gnoſcat: Suppleat de plenitudine poteſtatis: Tabel
liones, & Comites Palatinos creet: Ferias repenti-
nas, Adoptiones, Arrogationes, Legitimationes,
atque Emancipationes infantis inducat. Admi-
niſtrationem generalem minoribus conferat bo-
norum ſuorum. Famam, Honores, Bona, & Na-
talia reſtituat; Veniam ætatis, & Ius aureorum an-
nulorum, liberationem damnatorum concedat:
Clauſula, Non obſtante, vtatur. Solemnitatem, vbi
præſens ſit adducat: & dolum tollat: legem cõdat,
quotieſcunque aliquid ſibi placuerit. Beneficia,
Priuilegia, & Reſcripta concedat, vario modo:
præſertim circa iuriſdictiones, immunitates, & di-
gnitates, & ſimilia, de quibus aliquid aliquando
dicemus copioſius. Et de venia ætatis, Arrogatio-
ne, legitimatione, loquitur etiam Bar. vt de reſer-
uatis in l. non ambigitur. ff. de ll. De ferijs, eſt tex. in
l. a nullo. C. de ferijs, vbi no. docto. & de liberatio-
ne damnatorum Salice. in l. cum indulgentia. C. de
ſen. paſſ. col. 2. & late dicemus inf. verſic. 17. Ac in
his tradit magiſtraliter Felin. doctr. in c. cum no-
bis, column. 3. de præſcriptio. ad eorum cognitio-
8 nem: † vt ſcilicet tunc non dicantur de reſeruatis
principi, quando ſuper talibus, poteſt inferior ſta-
tuta condere: quia ſuper reſeruatis, inferiores non
ſtatuunt per doct. Barto. in l. oẽs populi. in 3. q.
prin. verſ. pdicta uera qñ ſit ſtatutũ. ff. de iuſt. & iu.
&

& per alia. Quoniã aũt reſeruata principi duplici
modo diſtinguenda, & conſideranda ſunt (ut exi-
ſtimo) ẽt ex aliquorum ſententia; quamuis ut plu-
rimum doct. de his confuſe, & indifferenter, uerba
9 faciant; † Idcirco dicamus quædam eſſe reſeruata
principi, in ſignum ſupremæ poteſtatis, ſubiectio-
nis, & ſuperioritatis, & uniuerſalis dominij; ut eli-
citur ex multis recitatis in d. uerſ. orbem; & ex or-
dinatis per Io. Franc. Balbum, in tract. de præ-
ſcript. in. 2. parte, quintæ partis principalis. uerſ.
prima quæſtio, & uerſ. Secunda quæſtio: Quæ-
dam uero eſſe reſeruata Principi, in ſignum priui-
legij ſingularis, ſuperioritate excepta, ut in d. uerſ.
Orbẽ, & per eum in d. parte, uerſ. quarta quæſtio:
10 & Feli. in. c. cũ nobis. col. 1. de præſcrptio. † quæ
reſeruata, in primo caſu, præſcribi non poſsint;
Secundo autem, præſcribantur, ſpacio tanti tem-
poris, cuius memoria non ſit in contrarium; ut in
ſupradictis locis, & per Marti. Laud. in tract. de
principibus. q. 11. & . 171. & Alex. conſ. 74. nu. 6.
uol. 4. Sic quoque dicitur, ea quæ ſunt reſeruata
Principi, ſi diu principaliter conceduntur, tranſi-
re ſine ſpeciali conceſsione. quaſi ex diuturna con
ceſsione, uideatur Princeps, uelle illa communi-
care inferioribus, tex. eſt ſingularis in. c. quod
tranſlationem, ubi Innoc. & Abb. de offic. leg. ſe-
quitur Nicol. Boerius in tract. de poteſ. leg. a lat.
num. 80. & ſupra. §. 1. q. 1. Atqui ſi Papa, uel Im-
perator, aliquid concedit, de plenitudine poteſta-
tis: non tamen ille cui conceditur, habet pleniu-
dinem poteſtatis, niſi eam ſpecialiter conceſſerit
Papa, uel Imperator, ut concludit Mart. Laud. in
eo tract. de principibus. q. 107. Secutus Bal. in. l.
aquam. C. de ſeruit. & aqua: Veruntamen Felin.
in. c. quæ in Eccleſiarum. col. 14. num. 25. & . 26.
uerſ. ſed hanc. colligit, ut in generali conceſsione,
comprehendantur ſpecialiter reſeruata Principi,
qñ aliquis perpetuo conſtituit Princeps, & dñs
prouinciæ, ut ſunt Reges, Duces, & Comites: in
quo tamen cum dubitet, tunc abſque dubio pro-
cedere declarat: quando in priuilegio perpetuæ
inueſtituræ, adſunt illa uerba: ut quis poſsit facere
ea, in ſua prouincia: quæ nos, & Romani Reges, &
Imperatores, gerere poſſemus, de plenitudine po-
teſtatis. Item ſecundo, ſi in conſtitutione uicarij
perpetui, exprimit talia grauiora, quia intelligun-
tur, quæ conſueta ſunt exprimi. Tertio, in princi-
pibus, qui de facto uicem Imperatoris obtinent in
terris ſuis: Alioquin Felin. ibi concludit, conceſsis
aliquibus reſeruatis, intelligi ea conceſſa, exercen-
da cum cauſæ cognitione, non de plenitudine po-
teſtatis. Illud quoque notandum erit in præmiſ-
ſis; ut qui uſurpat ea quæ ſunt duntaxat in priuile-
gio conceſſa Principi, Tyrannus ſit, & morte pu-
niatur, ſecũdum Bal. in l. ſacri affatus. C. de diuer.
reſcrip. ſequitur. Martí. Laud. in tract. de priuileg.
& reſcrip. q. 32. In his item reſeruatis, cum multa
cumulari poſſent, ad demonſtrandam præſtãtiam,
& potentiã, & priuilegium Imperatoris, quorum
multa congeſsit ille Mart. Laud. meus, in tract. de
principibus, & in tract. de fiſco & eius priuileg. &
Franc. luc. ſimiliter in tract. de fiſco & eius priui-
leg. Nos ne tranſcribere prorſus, aliorum dicta
uideamur; aliqua tantum modo, ab ipſis delibata,
uel potius omiſſa, ueluti magis memoratu digna:
& quę magis tendant, ad oſtendendam ſupremam
poteſtatem, uniuerſalemque ſuperioritatẽ: quam
priuilegium ſingulare, ſuperioritate excepta, Im-
peratoris, enumerabimus.

SVMMARIVM.

1 *Imperator ſolus poteſt condere legem generalem, & interpretari. 4. non tamen eam poteſt condere, ex qua mundus turbaretur; & ſtatus Imperij: nume. 6. declara ibi.*

2 *Legem generalem, Po. Romanus, nec Senatus poteſt condere, niſi ex permiſſione Principis.*

Imperator poteſt diſpenſare, in his caſibus, in quibus poteſt condere legem.

3 *Poteſtas omnis Imperij, tranſlata eſt in Principem.*

5 *Legis condendæ forma, de voluntate, non tamen de neceſſitate.*

6 *Legis condendæ in vniuerſo poteſtas, non poteſt per Imperatorem in alium transferri, nec præſcribi.*

Imperator non poteſt facere, quod illud contineat lex, quod in verbis l. non continetur.

Iuriſdictionis ſupremæ Imperialis, in ſignum conſtituta, non transferuntur, ſicut nec præſcribũtur ibi.

7 *Legis natura eſt dare formam futuris, non præteritis negocijs: niſi de præteritis, & pendentibus ſit facta mentio.*

Imperator poteſt abrogare factum ſui prædeceſſoris; cuius lege non ligatur.

LEGEM GENERALEM SOLVS CONDIT.

SEcundo itaque loco proponimus, Imperato-
1 re ea eſſe pręſtantia, ac potẽtia, ut † apud eũ ſo
lum modo ſit poteſtas condendi, & interpre-
tandi legem generalem, etiam motu proprio. l.
humanũ. l. fi. in fi. C. de. ll. Bar. in auth. quas actio-
nes col. 2. in. h. C. de Sac. Eccleſ. & in l. non ambi-
gitur. ff. de. ll. ſequitur Iaſ. in l. ſi quis quemquam.
ff. ſi quis Caut. Decius conſ. 498. num. 32. uol. 3.
& de qua interpretatione locuti ſumus ſupra. §.
tertio uerſ. uigeſimo primo: Quod & ueteris iu-
ris conditoribus, a maieſtate Imperiali, cõceſſum
2 erat, ut ibi: † & propterea nec Populus Ro. nec
Senatus poteſt condere legem, niſi ex permiſsio-
ne Principis, ut declarat Bar. glo. ibi d. l. fi. aliter
& male ſentientem: nec uidetur diſſentire Bal. &
3 Salice. ibidem. Ea ratione, † quia omnis poteſtas
Imperij, hodie tranſlata ſit in Principem l. 1. ff. de
cõſt. prin. §. ſed & quod Principi, inſtit. de iur. nat.
c. uenerabilem. de electio. c. ad Apoſtolicæ. de re
iud. in. 6. cl. 1. de iureiur. & dictũ eſt alibi. Senatus
tamen Mediolani, ab Imperatore habet auctorita-
tem, conſtitutiones Dominij huius confirmandi,
inſtr-

infirmandi, & tollendi, ac cõcedendi quaſcunque diſpenſationes, etiam contra ſtatuta, & conſtitutiones: ut in conſtitutio. §. habeat. de Senat. Eodem modo in omnibus caſibus, in quibus Princeps poteſt legem condere, poteſt & facilius diſpenſare, ut tradit Marian. Soci. in. c. ad audientiam car. pen. de ho. uerſ. quinto. refert incertus Auctor. in tracta. de cri. læſæ Maieſ. q. 8. num. 10. Vſque adeo autem Supremus cõditor legis habe-
4 tur, † ut ſi in priuato loco diffinitiuam ſententiam Princeps tulerit, in controuerſia, de qua plene cognouerit, illa uim legis generalis habere cẽnſeatur d. l. fi. ubi doct. ſequitur Barbatia in tract. de præſt. Card. in. 1. parte. q. 2. num. 7. Iaſ. in. l. 1. ff. de conſti. prin. Immo, & Epiſtola emiſſa per Principem, habet uim legis, in omnibus caſibus, ut per Mar. in d. trac. de Princip. q. 54. Sic quoque ſi Papa reſpondet conſultationi, ius commune ſtatuit, ut per doct. & Deciũ in. c. 1. col. 4. de cõſt.
5 † Forma alioquin legis generalis condendę de uoluntate & honeſtate, non tamen de neceſsitate, antiquis legibus non inſerta, traditur per eundem Imperatorem in d. l. humanum, ubi doct. & Barbat. ut ſupra, & late per Felin. in rub. de conſtitutio. in prin. ut ſcilicet ab oĩbus tam proceribus ſacri palatij, quam glorioſiſsimo cętu patrum conſcriptorum, negocium tractetur: quod ſi uniuerſis, tam iudicibus, quam Imperatori, placuerit dictari, & ſic denuo collectis omnibus recenſeri, cum omnes conſenſerint, tunc demum in Sacro Imperatorij nominis conſiſtorio recitatur, ut uniuerſorum conſenſus, Imperatoris auctoritate firmetur: hocq́ue pacto promulgandas leges, profitetur Imperator in poſterum: quia quod cum eius conſilio fuerit ordinatum, ad beatitudinem Imperij, & propriam gloriam redundare, perſuaſum habeat: de quo locuti ſumus ſupra. §. præcedenti,
6 uerſ. Quinto decimo. † Hęcq́ue ſuprema poteſtas, condendi legem, in uniuerſo, limitatur ut non procedat; quando ex ea lege condita, turbaretur Mundus, & Status Imperij, ſecundum Card. Alex. in. c. ſi Papa. col. pen. 40. diſt. ut puta, ſi ſtatueret, quod homines uiuerent ſine. l. ut tradit Martin. Laud. in tract. de principibus quæſt. 48. ex auctoritate Albe. Roſ. & Hoſti. Item declaratur, ut tamen non poſsit Imperator inducere, quod illud intelligatur continere lex, quod in uerbis legis non cõtinetur, ut tradit Soci. per plura conſ. 13. num. 9. uol. 1. Item ea poteſtas generalis condendi. l. generalem declaratur tamen, ut quilibet Princeps, in territorio ſuo poſsit condere legem. ſecundum Bar. & Doct. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. ſequitur Martin. Laud. d. tract. de princip. q. 139. licet Ang. aliter ſenſerit, & male in. l. Imperium. ff. de iuriſd. om. iud. & clarius exprimit D. Aym. Crauet. conſ. 135. nu. 2. cum multis: loquẽs in marchione. & inquit Ruyn. conſil. 134. num. 9. uolum. 5. Comitem in ſuo comitatu, aſsimilari Principi potiuſquam præſidi. Item ea poteſtas talis eſt, ut illam nõ poſsit transferre in alium, ſicut nec cętera quæ cõſtituta ſunt in ſignum ſupremę iuriſditionis Imperialis. l. legatus. ff. de offic. procõſ. Sicq́ue conſequenter, nec eadem poſſunt præſcribi, ut diximus ſupra in. §. 1. uerſ. Orbem nume. 9. Vnde recte hic ſubijcere poſſumus, ſolum Papam poſſe confirmare ſtatuta laicorum, reſpectu Eccleſiarum, Feli. in. c. Ecc.
7 S. Mar. de cõſt. col. 2. † legis autẽ & conſtitutionis natura eſt, dare formam futuris negocijs, non ad præterita facta reuocari: niſi etiam nominatim, de præterito tempore, & adhuc pendentibus negocijs, cautum ſit l. leges & cõſtitutiones, ubi Bar. & doct. & præſertim Bal. qui alijs modis declarat. C. de. ll. & per Iaſ. in d. l. ſi quis quemquam. & per Abb. in. c. per uenerabilem, qui filij ſint leg. per. c. 1. de immu. Eccleſ. At hoc tamen in loco, Principẽ eſſe ſolutum legibus, ab ipſo etiam conditis: eo tamen modo, quo declaratum eſt ſupra in. §. tertio. uerſ. Septimo. & ſic poſſe abrogare factum prędeceſſoris ſui: & tanto magis ſibi prędiudiciale. l. 2. in prin. C. de uet. iu. enuc. & per Bal. de pace conſtan. in uer. amplius. faciunt dicta inf. uerſ. proximo. & uerſ. Trigeſimo: nam ſucceſſor non ligatur lege prædeceſſoris. l. nã magiſtratus. ff. de arbit. & per Corn. 278. num. 2. uol. 3. & dictum eſt ſupra. §. 3. uerſ. ſeptimo num. 1. atque etiam poſſe tranſgredi legum terminos, ob atrocitatem delicti, ut dictum eſt in d. §. tertio, uerſ. Vigeſimo ſecundo num. 12. ſimpliciter repetamus.

SVMMARIVM.

1 *Imperator poteſt tollere legem generalem, etiam per eum conditam, & ius ciuile, & iura poſitiua; & ſtatuta etiam iurata cum limit. & ſine cauſa, cum clauſula, non obſtante. 23.*

Principes lege fiſcali ſoluti ſunt: & utuntur priuilegio militum teſtando. ibi.

2 *Iuris poſitiui, quæ ſint; ibi multa exempla ponuntur,*

3 *Imperator, & non recognoſcens ſuperiorem, poteſt committere cauſam ſummarie. &c.*

4 *Imp. & Papa poteſt mandare quod cognoſcatur de petitorio, ſimul cum poſſeſſorio: & committere cauſam, cum clauſula, ſic facias; non alius inferior.*

5 *Imp. poteſt committere cauſam, appellatione remota, non alius inferior.*

6 *Imp. poteſt committere cauſam, remota ſuſpitione, & recuſatione iudicis.*

7 *Imp. poteſt delegare cauſas criminales, non alius inferior, regulariter; & admittere procuratorem in cauſa criminali.*

Delegatus Papæ, eſt ſuperior quolibet ordinario.

8 *Imp. poteſt cauſam pendentem in alio iudicio, ad ſe euocare.*

Cauſa quæ ſemel eſt in curia, nunquam exit.

9 *Imp. poteſt ſententiam diffinitiuam, alijs recitandam mandare.*

10 *Imp. poteſt ſententiam diffinitiuam, reuocare.*

11 *Imp. poteſt ex certa ſcientia, per priuilegium; concedere tertiam appellationem.*

12 *Imp. appellationem deſertam, poteſt inſtaurare: & ſententiam nullam confirmare.*

13 *Imperator poteſt ordinare, quod exprimenda habeantur pro expreſſis.*

14 *Imperator poteſt, & videtur facere ſupplicantem, habilem ad agendum, concedendo reſcriptum delegatorium.*

15 *Imperator, compaternitatem per procuratorem contrahit. contra ius commune.*

16 *Imperator poteſt tollere actiones, & exceptiones; quia ſunt de iure ciuili; declara vt ibi, pluribus modis.*

Defenſionibus ſuis, in criminibus renunciare reus non poteſt: limita. quinque modis.

17 *Imp. poteſt concedere minori, adminiſtrationem bonorum ſuorum.*

18 *Imperator, & eius præſentia, ſupplet defectum ſolemnitatum omiſſarum, iuris poſitiui: & omnem dolum excludit; etiam per verba generalia.*

19 *Imperatoris auctoritas, & ſpecialis conceſſio, tantum operatur quantum decretum inferioris.*

20 *Decretum iudicis, habet præſumptionem pro ſe, tam reſpectu rectitudinis, quam viſitudinis; declara ibi.*

21 *Imperator poteſt inducere, vt probatio minus legitima ſit valida.*

22 *Imperator poteſt concedere teſtandi facultatem, non habentibus.*

Poteſt tranſgredi. ll. propter atrocitatem delicti: & ratione ſcandali euitandi.

24 *Clauſula, Non obſtante; quando, & quomodo requiratur, & operetur, vel condendo ius commune, & nouum, contrarium iuri antiquo: vel condendo ius nouum, per quod derogandum ſit conſuetudini, & ſtatuto, num. 25.*

26 *Clauſula, non obſtante aliqua lege contraria; an requiratur in diſpoſitione, vel ſufficiat clauſula, non obſtante aliqua lege. num. 27.*

28 *Clauſula, non obſtante aliqua lege, quæ ſtatuta cenſeantur ſublata.*

29 *Clauſula, non obſtante, nullus inferior à principe vtitur.*

30 *Clauſula, ex certa ſcientia, idem operatur, quod clauſula, non obſtante e. & ibi effectus: & operatur idē quod clauſula ex plenitudine poteſtatis. 32.*

31 *Scientia principis, an poſſit probari per teſtes; & quando præſumatur.*

33 *Clauſula, ex certa ſcientia, eſt neceſſaria, in his quæ concernunt præiudicium alterius; alias ſufficit quomodolibet appareat, de ſcientia principis.*

34 *Clauſula, ex certa ſcientia, & motu proprio, an & quando operetur in præiudicium tertij.*

35 *Clauſula, ex certa ſcientia, non operatur niſi in his, quibus princeps præſumitur habere notitiam, vt in his quæ conſiſtunt in iure, non in facto; vt ſunt ſtatuta, pacta. &c.*

36 *Reſcriptum geminatum, habet vim clauſulæ, ex certa ſcientia.*

37 *Clauſula, motu proprio, operatur idem quod clauſula, ex certa ſcientia; & quæ operetur.*

38 *Clauſula, de plenitudine poteſtatis, quid operetur.*

39 *Principi non poteſt dici, Cur ita facis.*

40 *Clauſula, de plenitudine Imperatoriæ poteſtatis, quid operetur.*

41 *Clauſula, ſupplendo omnem defectum, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, quid operetur: & eum ea confirmatur ſententia nulla; ibi.*

Cauſæ cognitio vbi non interuenit, parum operantur clauſulæ in reſcriptis inſertæ.

42 *Princeps condendo ius nouum, lege generali derogando priuilegijs, quando videatur ea tollere.*

43 *Priuilegium ſpeciale, clauſum in corpore iuris, ſpecialiter eſt tollendum.*

IVS POSITIVVM TOLLI.

1 TErtio ſubijciendum eſt, vt quemadmodum Imperator, & Papa, poteſt condere legem generalem: & ius ciuile † eodem modo poſſit tollere, & contra leges, & iura poſitiui reſcribere, vt tradunt doct. & præſertim Bar. in l. fi. C. ſi cont. ius vel vti publi. per tex. in l. non eſt nouum. ff. de ll. & C. de iuſti. cod. facien. in fi. & per Alex. in l. 3. §. ſi is. col. 2. ff. quod quiſque iu. etiam quo ad effectus præteritos, ut ſupra verſi. prox. num. 7. & etiam ſecundum eum, ſi ſint magni præiudicij; & per Canoniſtas, pręcipue Decium in. c. quæ in eccleſiarum. col antep. de conſtitutio. qui inquit de facili, & ſine cauſa, principem non decet hoc facere; alioquin peccare affirmat Abb. ibi, quem ſequitur ipſe. Idem tener. D. Aym. Crauet. cōſi. 266. num. 2. Amplius tollere poteſt conſuetudinem, & ſtatuta, etiam iurata, vt docet glo. in. c. cum non deceat. in uer. effectus vbi no. Philip. Franc. de elect. in 6. qui hoc abſolute procedere videtᷣ velle: in dubio tamen in principe hoc non præſumitur. Tamen etiam ſine cauſa poſſe dicemus inf. nu. 23. Hanc concluſionem proſequitur etiam late Felin. in d. c. colu. 20. in 4. concl. per. c. propoſuit de conceſ. præb. cum ſim. & in c. 1. in 4. fal. col. 8. de conſtit. ampliando, & declarādo; & ea ratione, quia eſt ſupra ius, & Corneus conſ. 312. num. 10. & Soci. conſi. 41. num. 3. uol. 3. Illa tamen declaratio, hic non eſt omittenda, ſcilicet; principē non poſſe tollere ea quæ ſunt iuris ciuilis, ſi in ſe habeant æquitatem naturalem, ut ſentit Abb. in cap. per tuas col. 11. de arbit. & per Fel. in c. ad audientiam. 2. col. 5. de reſcrip. & Hippol. Marſ. in §. ſequens num. 39. in practic. crimi. in dubio tamen, non præſumitur uelle tollere iuris obſeruantiam, ut ſupra. §. 3. uerſ. ſeptimo, num. 3. & per quæ verba reſcribēdo tollat, uide remiſsiue in hoc. §. uerſ. Sexto. in fi. multa exempla. Declara etiam ſecundum Abb. in. c. peruenit. de adult. in Papa quo ad forum ſuum, & ſequitur ibi Felin. per plura nu. 12. Item declara ut Papa non poſsit tollere leges ſeculares, Imperiales, niſi ad ea quæ reſpiciunt peccatum, ſecundum Mart. Lau. in tract. de princip. q. 8. Ex præmiſſa autem concluſione fit, ut dici poſſit, Principem non poſſe facere legem, a qua ſibi recedere non liceat. l. ſi quis in prin. cū ſim. ff. de

leg.

leg.3. Facit quod lege fiſcali ſolutus cenſeatur.c.
& ſi neceſſe.de donar.int.ui.& uxo.ubi Io.And.&
Card.nec ibi diſſentit Abb. Similiter habet priuile
gium militũ, in teſtamẽto ſuo,ut per Mart.Lud.in
tract.de priuileg.& reſcrip.q. 13.& in d. tract. de
2 princip.q.369. † Exempla uero iuris ciuilis, & po
ſitiui,plurima ſunt; quæ ex legibus,plebiſcitis, Se-
natus conſultis,decretis Principum,& auctoritate
prudentum ueniunt, ut in l.ius ciuile.ff.de iuſt.&
iu. eaque unuſquiſque excogitare poteſt. Verum
tamen non intempeſtiue hic, aliqua annotari poſ-
3 ſunt,ut ſcilicet † Imperator,& non recognoſcens
ſuperiorem,poſsit committere cauſam ſummarie,
de plano, ſimpliciter, ſine ſtrepitu, & figura iudi-
cij,& uelo leuato,& extraiudicialiter, & iuris ordi
ne non ſeruato,&.c.ut eſt glo.in cle. ſępe. in prin.
in uer.mandamus de uer.ſig. cũ alijs adductis per
Marrantá In Spec.aureo.9.diſtinc.nu.3.car.58. ui
delicet Cardin.Io.de An.Feli. Alex.& Soci.in cõ-
ſilijs & Iaſ.in. l. nemo pót.col.t.de leg.1.ubi & il
lud tradit,hoc nõ licere legato,uel gubernatori,ut
ibi in apoſtillis & Felin.in. c.t.col.1. de reſcrip.
De pręmiſ.clauſulis,dicemus abunde inf. hoc lib.
in.c. de prætore.§.2.in rub.de clauſulis, ſumma-
rie.Marranta tamen ibi intelligit prædicta,habere
4 locum, ſi Princeps expreſſe hoc dicat. † Poteſt
quoque Imperator,& Papa, mandare Iudici, co-
ram quo agitur cauſa poſſeſſoria, ut ſimul etiam
cognoſcat de petitorio: cum quod prius cogno-
ſcatur de poſſeſſorio, ſit introductum mero iure
ciuili,& id uidetur etiam eſſe modici præiudicij,
ut conſuluit Alex. conſ.54. col.1. uol.5. ſequitur
D.Aym.Crauet.conſ. 182.num.14. Item utrque
poteſt reſcribere,& delegare, cũ illa clauſula, Sic
facias: cum alij inferiores ſolum poſsint,cum illa
clauſula, Iuſtitiam facias, ut tradit Bal.in.c.1.nu.
11. ſi de feud. ori. lis inter do. & ag. per doctrin.
5 Innocen.in.c.ſignificantibus.de offic.deleg. † Po
teſt itidem Imperator committere cauſam, Appel
latione remota: cum inferior nõ poſsit.l. 1.§.in-
terdum.ff.a quib.ap.non lic.ubi Io.de Imo.quem
ſequitur Barbat.in tract.de Card. leg.a lat.in 4.q.
num.1 cum ſeq: & per Marrantam late ubi ſupra.
in ſecundo actu principali,num.325.car.198.poſt
Salic.plene in l.ii.C.de ſenten. & Feli.in.c.1. col.
2.de reſcrip. & per Decium in.c.paſtoralis. col.1.
de appe. Nec obſtat quod Princeps nõ poſsit tol-
lere defenſionem.cle.paſtoralis. de re iud. quia ſe
cundum eum, illud procedit in defenſione, iure
naturali introducta,ſecus ciuili, ut eſt appellatio, &
ſimilea: & propterea ſecundum relatos per Barb.
6 ibi:ſimiliter,† Imperator,& Papa poteſt commit-
tere cauſam, Remota ſuſpitionis recuſatione, ut
✻ communem * opi. etiam affirmat eſſe Abb.in.c.
ad hæc.in fi.de reſcrip. & ibi communem quoque
exclamat,Zacarias in appoſtil.ad Abb.per multos
relatos: licet ipſe Abb. ab ea communi recedat; de
quibus multa cumular Felin.in.c.cum inter.col.5.
de exceptio.& Philip.Fran.in.c.poſtremo.de ap-
pell.Contrarium tamen uidetur, per multa tenere
etiam Barba.ibi,præſertim:quia ait,recuſationem
ſuſpecti iudicis, eſſe de iure naturali: quæ niſi cum
cauſa tolli non poſsit. Sed cum referat Hoſti.in d.
c.cũ inter.de excepti.ſcripſiſſe, ubi Princeps poſ-
ſit, hoc tamen eum non decere: igitur quicquid
✻ communiter * ſentiant doct. adherẽdum erit eius
opinioni;ne inde iniuria naſcatur,unde iura oriũ-
7 tur.l.meminerint.C. unde ui.† Poteſt pariter Prin
ceps, cauſas criminales delegare, cum regulariter
alius inferior non poſsit l. 1. ff. de offic. eius. ubi
doct.& l.ſolent.ff.de offic. proconſ. & leg. & per
Nepotemde monte Alba.in tracta. exceptionum.
art.3.num.28.aliter tamen eſt ſecundum Cano-
nes,ut per eum. Et nota hic Delegatum Papæ, ſu-
periorem eſſe quolibet ordinario.c.ſi.93.diſt.c.1.
94.diſt.& per Io.lig.in tract.de cenſ.Eccl.§.9.nu.
8.Atque poteſt Princeps, uel Papa,diſponere ali-
quẽ in cauſa criminali, poſſe comparere per pro-
curatorem; ut docet Ang.in l.pen.§.ad crimen.ff.
de pub.iudic.ſequitur Hipp. Marſil.in.§. ſequitur
8 num.16.in practic. Crim. Similiter † poteſt Prin-
ceps per reſcriptum proprio motu, ad ſe euocare
cauſam pendentem in alio iudicio.l.non aliter.C.
de Palatin. lib. 12.cap.ut noſtrum. ubi doct. præ-
ſertim Philip.Franc.de appel.in.6.num.4.&.10.&
ad hæc ait Decius, in.c.cum acceſsiſſent.col 7.de
conſtit.ſi cauſa ſemel: eſt in curia, nunquã nexit
niſi Papa eam remittat: & per alia plura,compro-
bat Guido Papæ. in tract. de reſcrip. num.38.&
conſuluit Corn. conſ.93.nu.6.uol.2. & Iaſ. conſ.
144. col. 1.&.2. uol.2. qui tamen hoc declarat
procedere,ſi cauſa erat apud inferiorẽ ſibi ſubie-
ctum, per.l.iudicium ſoluitur.ff. de iudic. Quod
quoq; declarat,ſi Princeps,uel Papa,hoc expreſſe
9 exprimat,ut ubi ſupra per Philip. † Sicut etiam po
teſt ſententiam diffinitiuam,alijs recitãdam man-
dare: immo etiam in omnibus quaſi negociorum
expeditionibus, Principes eo modo utuntur ſuis
Cancellarijs,& cõſiliarijs, de quibus dicemus inf.
uerſ.Septimo.in uerbo. Cancellarius: & ad præ-
dictam concluſionem allegatur tex.in.c. ſi.de re
iud.in.6.& tradit Io. Olden.in tract. de iure ſing.
in titulo, de priuileg.Illuſt. perſo.Item quod plus
10 eſt,† poteſt reuocare ſententiam diffinitiuam, ut
tradit Martin. Laud.in d.tract. de princip. q.3[illegible].
per.c.cum in litteris.de in integ.reſti.& no.in.l.1.
C.ſenten.reſcin.non poſſe: &.q.343.per Doctri.
Ang.in.l.1.C. de ſent.paſ.inquit,Imperatorem &
Papam, ſententias inferiorum, regulariter latas,
abolere, & annullare: Sed an quando tranſiuit in
iudicatum, dicá inf.uerſ.cum multa.ſiue uerſ.Vi-
11 geſimo octauo.nu.20. Sic quoque ex certa ſcien-
tia, per priuilegium poteſt concedere tertiam ap-
pellationem, alias prohibitam. ut tenet Philip.
Franc.in c.ſua nobis nu.13.poſt.Bal.& Io.de imo.
de appellatio.& per Soc.conſ.39.num.17.uol.4.
& conſ.158.nu.2.uol.2.ubi dicit, per reſcriptum
hoc non poſſe indulgere; ſed de plenitudine po-
teſtatis:per uiam priuilegij,ut uidetur etiam ſen-
tire Philip.ubi ſupra: Sed aliter,& fortius uidetur

ſenſiſſe

ſenſiſſe Iaſ. in l. Barbarius nu. 11. ff. de offic. pręt.
dum illud menti tenendum ſubijcit, ut ſi Papa, ſeu
Imperator, committat ſimpliciter cauſam, uidetur
appellationem admiſiſſe; non obſtante quod alias
tertio non poſſet appellari, per auctoritates allega
tas: quod quo ad conceſsioné, quæ per reſcriptum
poſsit fieri, dũ adſit ſciẽtia; uel clauſula, Nõ obſtan
te. vt inf. nu. 24. crediderim uerius; nã ſecundum
Philip. vbi ſupra, impetrando literas ſuper appel
latione ſimpliciter, non facta mentione de tertia
appellatione, literæ eſſent ſubreptitiæ, & nullæ:
12 vt in d. c. ſua nobis, & per alia: † Sic etiam appellã-
tionem deſertam poteſt inſtaurare vt conſuluit
poſt Bal. Corneus conſil. 200. nu. 4. vol. 1. & ſen-
tentiam nullam, & inualidam confirmare, vt atte-
ſtatur glo. per c. hic quippe. 3. q. 6. in c. quanto, de
tranſl. epiſc. & per Iaſ. conſi. 86. num. 10. uol. 3. ni-
ſi nullitas habeat uicium, non purgabile, etiam a
principe, puta defectum citationis, vt per Feli. in
13 c. eam quæ col. fi. de re iud. Item † poteſt princeps
ſtatuere, & reſcribere; quòd exprimenda habean-
tur per expreſsis, ad validitatem actus, a ſe geſti.
ut no. Ang. in l. omnes. C. de præſcrip. 30. anno. &
cum multis ſequitur Nicol. Boerius. in tractat. de
poteſ. leg. a lat. num. 106. & Socin. conſ. 63. nu. 7.
uol. 3. At ſi in contractibus, & in eorum renuncia-
tionibus, talis clauſula apponatur, hoc non proce-
cedit; ut exprimenda habeantur pro expræſsis. l.
ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio: nam
ibi ſigillatim expreſsio requiritur, ut inibi intelli-
14 git Fulgo. Alex. & Iaſ. ſecundum eum: † Itẽ Prin-
ceps poteſt, & uidetur facere ſupplicantem habi-
lem ad agendum, concedendo ſupplicanti, reſcri-
ptum delegatorium. ut no. Ang. in l. libertus ad-
uerſus, per illum tex. ff. de in ius uoc. ſequitur Iaſ.
15 in d. l. Barbarius nu. 11. ff. de offic. pręto. † Com-
paternitatemque per procuratorem contrahit ex
conſuetudine, licet aliter ius commune loquatur,
ut tradit Bal. in. l. 1. §. ne autẽ. C. de Cad. Tol. &
ſequitur Martin. Laud. declarando, in d. tract. de
16 princip. q. 439. † Poteſt quoque Princeps, tollere
actiones, & exceptiones, & ſic defenſiones; cum
ſint de iure ciuili. ut no. glo. Pau. de Ca. quem ſe-
quitur Alex. ibi, in. l. 3. §. ſi is pro quo. ff. quod
quiſque iur. per. l. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iur.
* & eſt communis * opi. ſecundum Felin. in d. c. quę
in Eccleſiarum. d. concl. 4. col. 20. quamuis con-
tractus, & obligationes ſint de iure gentium. l. ex
hoc iure. ff. de iuſt. & iu. ut per Alex. ibidem: Ve-
runtamen hoc limitatur per Felin. ibi poſt Abb.
& Ant. ut Princeps, propter hoc, non poſsit face-
re, quin mihi iuſtitia reddatur; nam reditur ad
primæuum ius, in quo non erant iuriſdictiones:
Sed manu regia omnia, & Iuſtitia adminiſtraba-
tur. d. l. 2. ff. de orig. iur. unde infertur ſecundum
eos; quod licet de iure ciuili non agatur, ex natu-
rali ſola obligatione, & nuda conuentione, de ri-
gore tamen, per uiam Iuſtitiæ talis, ſola natura-
lis habebit executionem, officio iudicis late, ſe-
cundum quod olim ex puro iure gentium admi-

niſtrabatur iuſtitia: & propterea ſecundum Inno-
cen. in d. c. quę in Eccleſiarum, & Bal. in Margari-
ta ſua, in uer. ſtatutum. uerſ. 4. non poteſt Impera-
tor prohibere implorationem officij iudicis: &
ſic tres ponuntur caſus in hoc primo, quando
aditur Imperator, pro executione obligationis na-
turalis, quia peccaret ſi non faceret illam exequi:
Secundus per uiam denunciationis Euangelicæ:
Tertius quando ſumus in terris Eccleſiæ, etiam in
foro ſeculari. Limitantur autem per Felin. prædi-
cta, ut procedat, quando actio innititur naturali
æquitati, quia non poteſt per reſcriptum tolli:
quia in impetrato, & concedente, inducit pecca-
tum: & ſic eſt contra ius diuinum. Sed ubi inni-
titur rigori, ueluti in Chirographo poſt biennium:
& in re iudicata contra ueritatem, reſcriptum ua-
let cum clauſula. Non obſtante: Declarat etiam
prædicta Felin. ibi ſecundum Ant. in foro ciuili:
quia magiſtratus, nõ tenetur ipſam obligationem
exequi. Limitatur quoque, ut licet Princeps poſ-
ſit tollere exceptionem, & per conſequens defen-
ſionem reſpicientem proceſſum, quæ eſt de iure
ciuili, ut ſupra: tamen hoc non procedat in crimi-
nalibus, uel in cauſa ſtatus, ſed in cauſis ciuilibus,
& pecuniarijs ſecundum doctri. Bal. in d. §. ſi is,
quam ſequitur Felin. in. c. dilecti. col. 4. uerſ. ſed.
no. de exceptio. & Hip. Marſ. in practic. crim. in. §.
expedita nu. 76. & Areti. in conſ. 163. nu. 14. cum
ſeq. & Franc. Curt. in appoſtil. ad Alex. in d. §. ſi is.
Immo nec pars ipſa (ut hic hoc ſingulare dictum
non omittam) non poteſt renunciare in crimina-
libus, defenſionibus ſuis: ut docet glo. in l. pactum
inter hæredem, ubi Bar. ff. de pac. & latius Iaſ. in. l.
pen. num. 18. C. de pactis. Qui tamen, primo limi-
tat, ut poſsit renunciare termino, ſecũdo, niſi reus
ſolemniter ſit confeſſus in iudicio: Tertio limitat
in eo qui euidenter ſit culpabilis: cum dicta con-
cluſio procedat in innocente. Quarto quãdo con-
ſtat aliquo modo qđ reus aliquas defenſiones ha
beat, alias ſecus. Quinto limitat in exceptionibus
declinatorijs fori; quibus poteſt reus in criminali-
bus renũciare, ut ibi per eum, ex auctoritate etiam
Bald. ſed nouem modis limitat Marſ. in l. unius. §.
cognitorum nu. 57. ff. de quæſtio. ubi plene per
eum. At omni caſu etiam de plenitudine poteſta-
tis non poteſt Princeps tollere citationem, licet
cauſa ſit ciuilis, dum non ſit leuis, niſi aſſuerit iu-
ſta cauſa, ut dictum eſt ſupra. §. Tertio uerſ. Deci-
17 mo nono num. 3. † Poteſt etiam Imperator, &
non alius, qui recognoſcat ſuperiorem, concede-
re minoribus adminiſtrationem bonorum ſuo-
rum, cum hoc ſit de reſeruatis Principi. l. 3. in
prin. ubi Bar. ff. de minor. Item ſicut Princeps
poteſt tollere ius poſitiuum, ubi adſit, ut ſupra. ita
18 e conuerſo, ubi non adſit poteſt ſuplere † nam ſo
la præſentia Principis, ſupplet defectum ſolemni-
tatum omiſſarum, iuris poſitiui, & omnem dolum
excludit. l. omnium. C. de teſta. ubi Bal. cum con-
cord. & per Franciſ. Luca. in tract. de fiſco. & eius
priuileg. priuilegio. 135. & per Corneũ cõſ. 200.
nu. 9.

nume. 9. volum. 1. & conſil. 127. nume. 9. volum.
2. & Card. in clc. 2. in ſecundo not. de re iudic.
vnde Abba. in. cap. 1. de tranſactio. nume. 5. dicit
Papam, ſupplere poſſe defectum omnium in
tranſactione, ſiue iuris, ſiue facti, & per Alexand.
conſil. 92. nume. 31. volum. 6. qui ait etiam, poſ-
ſe confirmare contractum nullum. & in conſil.
219. nume. 3. eo volum. qui etiam Papam poſſe
ſupplere defectus conſenſus, & ſolemnitatis requi
ſitæ in alienationibus rerum eccleſiæ affirmat: &
addere hic poſſe uidemur, ut ſufficiat Papam uti
uerbis generalibus, & vniuerſalibus, licet igno-
rauerit defectus in ſpecie. ut poſt Pau. de Caſt.
conſuluit Deci. conſil. 345. nume. 3. † Sic quo-
que principis auctoritas, & conceſsio ſpecialis
principis, tantum operatur, quantum decretum
inferioris: immo habens verbum ſuperioris, non
indiget uerbo inferioris, ut ſingulariter dicitur
in. l. 2. ubi Bald. & doct. C. quando dec. opus
non eſt: quapropter moris eſt in hoc dominio,
ut pro robore contractuum, & alienationum, præ-
ſertim minorum, & mulierum, recurratur ad
Imperatorem, qui ex ſententia ſui ſenatus, au-
ctoritatem & conſenſum ſuum adhibere ſo-
let, in ſupplicatis: ad tollendum, prout Decre-
tum tollit, beneficium. l. 2. C. de reſcin. vend. &
præſumptionem doli, & culpæ, & metus, & om-
nem ſuſpitionem; & ad hoc ut dicatur Palam fie-
ri id quod fit, & bona fide: ut per Iaſ. in titu.
qui feud. da. poſ. nume. 9. & 10. & per Martin.
Laud. in tracta. de principibus, quæſt. 283.
20 † Nam decretum Iudicis, habet præſumptionem
pro ſe, & pro eo præſumitur, tam reſpectu recti-
tudinis, quam ritiudinis, vt notanter tradit Spe-
cul. in titulo, de emptio. & uendit. §. nunc dicen-
dum. verſi. & breuiter. Conueniunt dicta Iaſ.
in conſil. 55. colum. 1. & 2. uolum. 1. & conſil.
229. colum. penult. volum. 2. & præmiſſa omnia
tenet etiam Fabianus de monte, in tracta. de em-
ptio. & uendit. quæſtio. 5. principali, nume. 102.
& 103. qui per multa iura inquit, ſemper eſſe vti-
le in contractibus, ſi interuenerit Decretum, ra-
tionibus de quibus ſupra. Præmiſſa tamen decla-
rentur, ſecundum Iaſ. in dict. nume. 9. & 10. in
Decreto Maioris Magiſtratus, veluti in Præſide,
& Prætore, non autem in magiſtratu municipali.
uel Pedaneo Iudice. de quibus uide Alciat. in tra-
cta. de præſumptio in. 3. reg. in. x. præſumptione.
Cum prædicta omnia intelligantur militare in
principe, quoad ſubditos; ſubijcere tamen poſ-
ſumus, vt etiam militent, & diſpenſare poſsit
cum filijs proprijs, ſicut cum alijs ſubiectis: non
tanquam pater, ſed tanquam princeps: quia di-
uerſæ qualitates poſſunt concurrere in eodem
homine, ut per Abba. in cap. per uenerabilem.
nume. 13. qui fil. ſint legit. In præmiſsis autem
illud notandum eſt, quod tradit. Bald. in. l. 1.
colum. penult. C. de iure aure. annu. ut Impe-
rator non poſsit interponere Decretum in Ar-
rogatione, inter non ſubditos: ſicut nec legiti-
mare, ut inf. dicemus hoc. §. verſic. Vigeſimo ti
nam ſecundum eum, legitimatio eſt ſimilis ar-
21 rogationi. † Item poteſt Imperator inducere,
ut probatio minus legitima, ſit valida, ſecun-
dum Socin. conſil. 28. nume. 11. volum. 2.
per tradita in cap. primo de conſuetud. & in
22 cap. 1. de probatio. † Atque poteſt concede-
re teſtandi facultatem, non habentibus. l. ſi
quando. in princ. C. de inoffic. teſtam. & So-
cin. conſil. 13. nume. 26. volum. 1. Poſtre-
mo poteſt Imperator leges tranſgredi, pro-
pter atrocitatem delicti; cum quoque ratione
ſcandali euitandi, liceat recedere a commu-
nibus regulis, ut diximus ſupra. §. 3. verſic. 22.
in fin. His exemplis, in hunc modum recitatis,
cum & alia ſimilia (ſi quæ ſunt) liceat cuilibet
curioſo per ocium exactius quærere: repeten-
do concluſionem noſtram qua habetur, quod
Princeps poſsit tollere ius poſitiuum: dicamus
hanc concluſionem non habere controuerſiam,
ubi inſerta ſit clauſula, non obſtante, &c. ut
communiter inſerendam, docet Bart. in dict. l.
fin. C. ſi cont. ius vel util. pub. per. l. ſi quis in
23 principio teſtamenti. ff. de leg. 3. † ac inquit
Deci. conſil. 436. nume. 14. & Socin. ultra re-
citatos ſcribentes, dict. conſil. 41. uolum. 3.
principem poſſe ſine cauſa tollere ea, quæ ſunt
de iure ciuili, cum clauſula non obſtante: &
de his aliqua dicantur inf. uerſic. Vigeſimo octa-
uo non poteſt, præſertim nume. 19. hoc. §. 4.
24 etiam in exemplo præſcriptionis. † Verum quia
docto. in dict. l. fin. & alibi, uario modo lo-
quuntur, quando, & quomodo requiratur, &
operetur clauſula, non obſtante, uel clauſula
ex certa ſcientia, uel aliæ ſimiles: ideo dicen-
dum, & diſtinguendum arbitror; ut ſi Impe-
rator, ſeu princeps, ad publicam utilitatem
condat ius nouum & commune, per quod de-
rogetur iuri antiquo contrario, non facta eius
mentione, cenſetur uelle illi derogare, abſque
aliqua clauſula, Non obſtante, uel ſimili: quia
præſumitur recordari iuria contrarij, cum ha-
beat omnia iura in ſcrinio pectoris, ut eſt tex. in.
cap. 1. de conſtitut. in. 6. & ita interpretatur
Bart. in extrauag. ad reprimend. in uer. non
obſtantibus, uerſic. ſed ſi ipſe, per tex. in. l. qui-
dam conſulebat. ff. de re iud. & dict. cap. 1. &
Pauli de Caſtro ibidem, nume. 4. & Felin. in.
cap. nonnulli. colum. 11. uerſic. Secunda re-
gula. de reſcrip. & Philipp. Franc. in dict. cap.
1. colum. 2. nume. 5. & 10. nec uidentur diſ-
ſentire recitati doct. Veruntamen in hoc pri-
mo caſu ſuboriri uidetur aliqua ambiguitas, &
controuerſia, ex dictis Bart. in dict. uerſic.
ſed ſi ipſe, & Pauli de Caſtro in dict. nume.
4. nam Bart. affirmat hanc concluſionem pro-
cedere, ut non requiratur clauſula non ob-
ſtante ut ſupra: etiam ſi præcederet aliqua clau
ſula, derogatoria, poſita in lege antiqua.
Paul. autem in hoc contrarium ponit: & etiam

tunc quando lex præcedens eſſet facta in priuilegium alicuius perſonæ. vt in. l. 2. §. lega. ff. de iudic. Sed ego puto opin. Bart. veriorem per iura, & rationes ſupra adductas, & hoc videtur ſenſiſſe etiam Salice. in dict. l. fin. colum. 2. verſi. Secunda eſt. C. ſi contra ius vel vti. publ. dum arguit, quòd vbi lex prohibet reſcriptum impetrari, vel eo vti: lex illa debet tolli, ſi contrarium conceditur eius legis, ſingularibus perſonis: ſecus ſi generaliter reſcriberetur, quo ad omnes, vel vnam prouinciam, vel ciuitatem, per glo. ſingu. in. l. exemplo. C. de decuri. libr. 1.

25 † Si vero princeps condat ius nouum, per quod derogandum ſit conſuetudini, & ſtatuto; tunc ſtatuta, & conſuetudines locorum particularium, non intelligitur princeps tollere, niſi hoc expreſſe dicat. vt in ſpecie docet Philip. Franc. in dict. cap. 1. de conſtit. in. 6. dict. nume. 5. & illa videtur poſſe aſsignari ratio: quia princeps non præſumitur habere ſcientiam, immo probabiliter poteſt ignorare ſtatuta, & conſuetudines locorum, vt inquit Bar. in. d. clauſula Non obſtantibus. circa fin. verſic. Tertio cauſa, & Martin. Laud. in tract. de priuileg. & reſcrip. quæſt. 5. & Bald. in dict. l. fin. qui hac ratione, idem tenet in reſcripto conceſſo a principe, contra ſtatutum, vel conſuetudinem. Hæcque concluſio multo magis habet locum, quando conſuetudines, & ſtatuta præcedentia ſunt derogatoria, neceſſaria enim tunc eſt clauſula, Non obſtantibus, vt no. in. l. quotiens. C. de precib. Imper. offer. & per Bart. in dict. clauſula Non obſtãtibus in prin. etiam per alia iura, & ibidem in fin. dict. verſicu.

26 Tertio caſu. † Atqui ſufficit tamen, ſi recitata clauſula, concepta ſit in hæc verba, videlicet Non obſtante aliqua derogatoria, vel prohibitiua, vel in contrarium faciente, & alia ſimilia, quia idem ſit, ac ſi fiat expreſſa mentio legum, & ſingulariter, & nominatim exprimeretur lex: neque enim neceſſe eſt, ut dicatur nominatim, non obſtante tali lege, vt tradit Bart. in dict. clauſula, non obſtantibus circa prin. per tex. in dict. l. ſi quis in principio. de leg. 3. & ibi no. per eum, qui idem affirmat in dict. l. fin. vbi etiam idem ſentit Bald. uerſic. ſed nunquid & Pau. de Caſt. col. 2. circa fin. & Iaſ. conſil. 75. volum. 1. ſequitur Bertachinus in tracta. de Gabellis in. 7. parte princip. nume. 28. & Guido Pap. in tracta. de reſcrip. per multa, nume. 23. cum ſeq. qui in fin. ex

27 uerbis Pau. de Leaz. † dicit ſufficere verba generalia, derogatoria, vel confirmatoria, actuum præcedentium, prolata ab eo, qui poteſtatem habet confirmandi, uel derogandi: dummodo de eius uoluntate conſtet, utcunque loquamur de priuilegijs, reſcriptis, conſtitutionibus, conſuetudinibus, uel contractibus: ac inquit Martin. Laud. in tracta. de priuileg. & reſcrip. quæſt.

* 3 1. communem* eſſe opin. ut ſufficiat clauſula, non obſtante aliqua lege: contra opin. Bart. qui uult quod requiratur clauſula, Non obſtante ali-

28 qua lege, quæ in contrarium loquatur. † Præmiſſis autem apte illud ſubijci poſſe uidetur: quod ad declarationem pertinet: ut per dictam clauſulam cenſeantur ſublata ſtatuta omnino contraria, non ea quæ per aliquam diſtinctionem, uel limitationem, poſſunt adiuuari: & illa contraria tolluntur, quæ non poſſunt cum lege noua ſuſtineri. Nam poteſt limitari, & diſtingui lex noua, per antiquas non contrarias: niſi tamen lex noua haberet clauſulam, Non obſtante aliqua lege: & ulterius adderetur, quæ generaliter, uel ſpecialiter in contrarium loquatur: quia tunc lex antiqua non diſtingueret, nec limitaret legem nouam, ut ibi per Bart. & in. l. ideo, ubi Alexan. ff. de. ll. † In hac clauſula illud etiam dicamus, ut cum ſit de reſeruatis principi, ut ſupra hoc. §. in princ. nume. 7. nullus alius, ea uti poteſt, aut eam concedere, qui ſit inferior a principe, ut placet Bald. in. l. reſcripta colum. 3. C. de præc. Imper. offe. ſequitur Marti. Laud. in tracta. de priuil. & reſcrip. quæſt. 29. per. l. nec quicquam. §. fin. ff. de offic. proc. & leg. & per Ange. in. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. ubi Iaſ. col. 1. & Felin. in dict. cap. nonnulli. colum. 32. De hac clauſula, multa alia poſſent cumulari, ſed breuitatis gratia, ſufficiat tetigiſſe magis neceſſaria, in propoſito noſtro. Facile enim erit cuicunque curioſo, ea perquirere apud auctores, præſertim Felin. in dict. cap. nonnulli. de reſcrip. & Guid. pap. in eiſdem tractatibus. † Hoc in loco eandem, ſi non maiorem uim, habere clauſulam: Ex certa ſcientia, ſatis uidetur conſtare: Operari enim quattuor effectus, auctor eſt Guido pap. in dict. tract. de reſcrip. nume. 26. Primo ut conceſsionem, ſeu reſcriptum ualidet: ubi alias non ualeret, per glo. ordin. in. cap. uenerabilis. de confir. utili. & ſic ſupplet defectum ſolemnitatum, ſed non ſubſtantialiũ, ut in deciſion. Rotæ. 234. incip. Papæ, in nouis: Secundo tantum operatur, quantum clauſula, Non obſtante tali lege. l. idem Vlpian. in fin. ff. de excuſ. tuto. ubi Bart. & per Bertachi. ubi ſupra, licet Decius aliter ſentiat, conſil. 341. nume. 10. allegando Baldum in præludijs Feudo. qui tamen hoc abſolute non dicit: Tertio inducit, ut princeps cenſeatur priuilegium, uel gratiam, conceſsiſſe cum cauſa, quæ ſemper præſumitur iuſta in principe, l. relegati in fin. ff. de pœnis: Quarto errorem, ignorantiam, uel inaduertentiam excludit, & repellit: uſque adeo, ut quis non audiatur, contra illud quod princeps fecit ex certa ſcientia: immo imponendum eſt ſilentium, per doctrin. Bald. in extrauagan. Imperialis Clementiæ, &

31 Decium conſil. 373. nume. 7. † Certa proinde ſcientia principis probatur, ſi iſta clauſula ſit expreſſa in litteris, alioquin non poterit probari per teſtes gloſſ. eſt ſing. in cle. 2. de reſcrip. ſequitur Lanfran. in tract. de interloqu. & appellatio. nume. 9. referens, idem ſentire gloſſ. in. cap. ſtatutum. de reſcrip. libr. 6. & Bald. in. l. fin. C. ſen-

ten.

ten. reſcin. non poſſ.& relati per Alexan.in.l.qui
dam conſulebat. nume. 10.ff. de re iud. vbi alle-
gat Rotam Ro. contra quam ſentit Decius con-
ſil.335. Verum quando aliquid expreſſe com-
mittitur, vel conceditur, licet non ſit inſerta
illa clauſula per Principem, præſumitur tamen
ineſſe, ſecundum gloſſ.Inno.Abba.& Felin.in.
c.præterea. §.1.de teſtibus cog. quia ſatis con-
ſtat ex ſerie conceſsionis de certa ſcientia,ut com
* munem * opi.poſt multos teſtatur Nic.Boher. in
tracta.de poteſt.lega.a lat.nu.78.Sic quoque ſuf-
ficere, ſi certa ſcientia eliciatur ex narratis, com-
* memorat communem*Felin.in dict.cap.nonnul-
li. in.4. Fal.columm.19. & late in.cap.cum inter.
colum.2. de exceptio. Præſumitur etiam ſcien-
tia, in factis notorijs,ſecundum Felin.in.cap.fin.
32 in prin. de iudic. † Adde quinto, hanc clauſu-
lam. Ex certa ſcientia, idem importare, quod
plenitudo poteſtatis, ut docet gloſſ. ſing. quam
ibi commendat Abbas. in cap. ad hæc. nume-
ro,7. de reſcrip. ſequitur Barb. in tract. de Car
din. a latere, in. 4. q. nume. 3. & Roma. conſil.
369. colum. 8. & Io. Anna. conſil. 81. nume.4.
& Decius conſi.272.nu.9.& Corneus conſ. 1.nu-
me.10.uol.3.Illud autem notandum eſt, auctore
Bald. in dict.l. fi. quem refert Lanfran.ubi ſupra.
33 † hanc clauſulam, Ex certa ſcientia, eſſe neceſſa-
riam, in his quæ concernunt præiudicium alte-
rius, alioquin ſufficit, quouis modo appareat de
ſcientia principis,per tex.in d.l.idem Vlpian.§. &
34 alij. ff.de excuſ.tuto.† Sed nihilominus hanc, &
clauſulam, Motv proprio, non operari in præiu
dicium tertij,tenet Decius conſi.544.nolum.3.&
Alci. quicquid ſenſerint in contrarium multi, per
eum relati,in tracta.de præſumptio.in.3.reg. præ-
ſumptio. 11.niſi tamen duobus concurrentibus,
uidelicet quando,princeps ſcit,uel ſcire potuit,de
præiudicio. tertij.& ſecundo,quod tollantur ea ſo
lum, quæ ſunt iuris poſitiui: alias requiratur etiã
clauſula,De plenitudine poteſtatis, de qua proxi-
me dicitur: Inquit tamen Soci.conſil.272. nume.
11.uol. 2. quod Princeps his clauſulis uti ſolet,
35 quando uult præiudicare iuri tertij. † Item non
operatur hæc clauſula, niſi in his, in quibus prin-
ceps præſumitur habere notitiam:ueluti in his quæ
conſiſtunt in iure, non autem in his quæ conſiſtũt
in facto: ut ſunt Statuta, pacta, & conſuetudines
locorum, ut tradit Bald.in dict.l.fi. C.ſentent.re
ſcin.non poſ.& Soci.cum multis relatis, in conſil.
164.nume.7.uol.2.& Marti.Laud.in tract. de pri
uileg. & reſcrip. q. 6. Poſtremo de effectu, & ui,
iſtius clauſulæ, uide abunde per Feli. in d. c. non-
nulli.col.13.cum ſeq.in.4.fal. de reſcrip. & in. c.
36 cum inter.colum.1.cum ſeq.de exceptio:† Reſcri
ptum quoque geminatum habere uim clauſulæ,
Ex certa ſcientia, ſenſit Io. And. & alij Cano. in
cap. porrecta.de confir. util. uel inuti. & Bald.in
dict. l.nec damnoſa.C.de precib. impe. offe.quæ
ſequitur Iaſ. ibi, & declarat, ut ſecunda Iuſsio,
& geminatio, habeat talem effectum, quando
in ſecundo reſcripto fit mentio de primo, per
doctrin. Bartol. in. l. 2. C.de perit. bo. ſubl.
37 libr. x.† Eandem ſimiliter uim: & idem operari
clauſulam, Motv proprio quod operetur clau-
ſula, Ex certa ſcientia, affirmare gloſſ.in cap.
ſtatutum. §. 1. in uer. literarum in fin.de reſcrip.
in. 6. tradit Decius in conſil. 137. nume. 2. uo-
lum.1.& relati ad Alciat. in dict. xt. præſump.
nume. 12. & Iaſ. in.l. nec damnoſa. nume. 5.
C. de præcib. Impe. offer. Et hæc clauſula tol-
lit, & purgat, uitium ſubreptionis. cap. ſi mo-
tu proprio. de præbend. in. 6. cle. Si Romanus.
de præbend. & per Corn. conſil. 313. nume. 10.
uolum. 4. Sed non inducit diſpenſationem, ut
per Philip. Franc. in dict. cap. ſi motu proprio:
nec tollit falſitatem cauſæ expreſſæ maximo Pon-
tifici: nec tollit ius alterius: nec operatur in præ-
iudicium tertij, ſecundum gloſſ. in cle. 1. de præ-
bend.& conſulunt Decius,cum relatis conſi. 407.
colum. fin. uol.3. qui quoque inquit conſil.341.
col.2.rite factum cenſeri, quicquid fit per princi-
pem,ſeu Pontificem,motu proprio:atque id ope-
rari,ut gratia late interpretetur: atq; ut probent,
uera eſſe quæ narrata ſunt,a prin.ipe:& ut in prin
cipe iuſta cauſa præſumatur, ut ibi per allegata per
ipſum. Item operatur idem quod ſecunda iuſsio,
ſecundum Philip. Franc. in c. cum ex eo.nu.5. de
38 priuil. in6.† Vis aũt clauſulæ, De plenitudine po
teſtatis,illa eſt: ut nihil poſsit opponi, quominus
conceſsio, ſuum ſortiatur effectum, doctr. eſt no.
Bald.in.l.2. col.7.uerſic. eſt autem plenitudo. C.
de ſeruit.& aqua, quam ſequitur Alciat.in dict.xi.
præſumptio.circa fi. & relati ad eum in conſil. præ
ſertim Decius,qui ſæpe hanc ponit reg.ut ſi prin-
ceps reſcribat cum hac clauſula, De plenitudine
poteſtatis, nihil opponi poſsit,quod annullet grã
39 tiam: † cum non poſsit dici principi,Cur ita fa-
cis: & addo eum latius locutum, in conſil. 198.
col.1.uolum.1.dum tradit principem,de plenitu-
dine poteſtatis,poſſe procedere, parte non citata:
& poſſe ſine cauſa, alicui auferre dominium, & rẽ
propriam: & cum Decio concordat Hippo. Mar-
ſil.in.l.de unoquoque.num.15.de re iud. quando
tamen ex cauſa proceditur, ſine citatione: & ibi
late ponit, quid operetur iſta clauſula, De pleni-
tudine poteſtatis:& per eum in.§.quæritur col. fi.
in practic.crim.at de citatione, & dominio dicas,
ut tetigimus ſupra.§.3.uerſic. Nono Imperator,
& uerſic. Decimo nono, & dicemus inf. uerſic.
Vigeſimo octauo.Docet quoque Bal.in cap.quo-
niam Abba.de offic. deleg. quem ſequitur Marti.
Laud. in tract.de priuil. & reſcrip.quæſt.51.clau-
ſulam, De plenitudine poteſtatis,ſignificare gra-
tiam ſuperlatiuam. † Atque de plenitudine Impe-
ratoriæ poteſtatis,importare plenam, & liberam
poteſtatem, ut cenſeatur princeps ſupra ius di-
ſpenſare, meminit Guido Papæ, in dict. tracta.
de reſcrip. nume. 27. cap.propoſuiſti. de conceſ.
præben. l. fideicommiſſa. §. quanquam de leg. 3.
clem. paſtoralis. in fin. de re iudic. Quid autem

ſit plenitudo poteſtatis, dictum eſt ſupra. §. 1. in
uerſ. Pallium. † Quando uero princeps utitur clau
ſula, in hac uerba concepta, uidelicet, Supplendo
omnem defectũ, ex certa ſcientia, & de plenitudine
poteſtatis, tam iuris, quam facti, & c. tollit omnes
defectus inductos de iure poſitiuo: non aũt defectus
iuris naturalis, tex. eſt in cle. ſæpe, in uer. cæterum
defectus. de uer. ſig. & in. c. illa, ubi no. Ant. But.
de elect. & cum multis conſuluit Alex. conſi. 79.
num. 19. uol. 1. ubi num. 20. ponit ſi papa appro-
bat actum, ex certa ſcientia, cum clauſula Supplen
tes &c. tollit defectum ſolemnitatũ, etiam ſub-
ſtantialium: non tamen defectum ſurgentem ex
cauſa naturali, uel ex impotẽtia papæ, uel alterius,
qui dictis clauſulis utitur: idem conſulit Soci. con
ſil. 120. nume. 4. uolum. 3. & Decius conſil. 516.
nume. 13. uol. 3. & conſi. 602. nume. 20. uol. 4.
& Iaſ. conſ. 86. nume. 14. uol. 3. idemq́ue Decius
conſil. 541. nume. 24. tradit clauſulam Supplentes
omnes defectus, non operari quando eſt expreſſa
falſitas, per doct. Abba. in. c. inter dilectos. de fide
inſt. & ſolum operari in expreſsis, & ſpecificatis
defectibus, per dicta Spec. in tit. de legato. §. nunc
oſtendendum, in uerſi. decimo octauo. & Alexan.
conſil. 52. in fi. uol 7. unde diſpenſatio ſecunda,
non facta mentione primæ limitatę, non ualet ip-
ſo iure. c. ueniens, ubi doct. præſertim Feli. de prę-
ſcriptio. & per Rot. in antiquis. conclu. 280. & per
Card. Paris. conſi. 74. lib. 4. & conſi. 85. lib. 1. quã-
doq̃ue huiuſmodi clauſulæ ſolum operantur, ubi
proceſſum fuit cauſa cognita: ſecus ſi abſque cau-
ſæ cognitione: auctoritate Rotæ deciſ. 230. incip.
Papa confirmando, & ſcribit Soci. conſi. 163. col.
3. uol. 2. & Dec. conſ. 407. cir. fi. &. 544. uol. 3. Itẽ
hæc clauſula, Supplet omnes defectus, iuris, nõ fa-
cti, ut per Martin. Laud. in tractat. de priuileg. &
reſcrip. q. 3. Vnde ſuccedit, quod princeps poteſt
confirmare ſententiam nullam, per reſcriptum,
ut oſtendit Guido Papæ, in tracta. de reſcrip. nu-
me. 37. & Iaſ. dict. conſil. 86. nume. 10. uol. 3. ut
etiam ſupra num. 12. Ex quo in recitatis clauſulis
immorari ſatis opportune uiſum fuit pro locuple
tiori interpretatione huius tertię concluſionis: an
& quando princeps poſsit tollere ius poſitiuum
ſeu in alijs diſponere. Redeundo igitur ad diuer-
ticulum, unde digreſſa eſt oratio; ſubnectamus,
42 † ſi Princeps condat legem generalem, & ius no-
uum, per quod derogandum ſit priuilegijs: priui-
legia non tolluntur, niſi de eis fiat ſpecialis men-
tio, ut dictum eſt in ſtatuto, & conſuetudine, glo.
eſt cum tex. in l. decurionibus. C. de ſilentiar. lib.
12. ſequitur Bald. de iuſti. C. fa. & in. l. non plu-
res. in fin. C. de ſac. eccl. refert & ſequitur Philip.
Franc. in. cap. 1. de conſtit. nume. 5. in. 6, per illum
tex. & per alia, in tantum ut ſecundum eum ibi per
glo. in cap. 1. in uer. cõſuetudine. de cap. mo-
naſt. in. 6. licet tollantur conſuetudines, & ſtatuta,
non intelligitur derogari priuilegio, quod dicit
not. Sic quoque ponit reg. Felin. cum. 6. fal. in. c.
1. colum. 9. uerſic. ſecunda, de reſcrip. & multa ad
ducit. & inter alia illud exemplum Bald. ut ſi prin-
ceps conceſsit mihi immunitatem, poſtea lege
generali uel priuilegio, imponit onera, non tollit
meum priuilegium: niſi de ipſo fiat mentio: quæ
reg. intelligenda eſt uera eſſe, & procedere in pri-
uilegio ſpeciali, non autem generali, quod gene-
rale eſſet clauſum in corpore iuris: quia de gene-
rali præſumitur princeps habere ſcientiam ſicut
de iure communi, ut faciunt dicta ſupra in hac
conclu. paulo poſt princ. & ita credo ſentire Fe-
lin. in dict. uerſic. ſecunda. in. 3. fal. & uidetur ex-
preſſe dixiſſe Philip. Fran. in dict. cap. 1. nume. 5.
& ſenſiſſe Bart. in d. extrauaga. ad reprim. in glo.
43 non obſtantibus, uerſic. Secundo uero caſu. † Sic-
que inſerunt mentionem eſſe faciendam de priui-
legio ſpeciali, clauſo in corpore iuris, ad hoc: ut
tollatur per legem nouam generalem, ut habe-
tur in authen. qua in prouincia. C. ubi de crim.
ag. opor. & in. l. hæres abſens in princ. ff. de iudic.
& per Ruinum in conſil. 89. nume. 3. uolum. 1. &
addo Felin. in dict. cap. nonnulli colum. 12. ſub
nume. 9. de reſcrip. qui inquit, de priuilegijs inſer-
tis in corpore iuris, eſſe faciendam mentionem, in
reſcripto, ſicut de iure communi, per dict. authen.
qua in prouincia, & ut ſupra, idem ponit Socin. in
reg. 229. fal. 22. per eadem iura, dum dicit Prin-
cipem reuocantem priuilegia conceſſa ciuibus,
non intelligendum reuocare priuilegia clauſa in
corpore ſtatutorum: Proinde ſecundum Bart. in
dict. uerſic. ſecundo caſu, ſi in lege dicatur, Non
obſtantibus priuilegijs, intelligitur in corpore
iuris non clauſis, quia non reuocantur, niſi ſpe-
cialiter diceretur, ad illa trahi: uel niſi talis lex
noua generalis, faciens mentionem generaliter
de legibus, & priuilegijs contrarijs, haberet ali-
quam rationem ſpecialitatis, propter quam poſ-
ſet tolli illud priuilegium ſpeciale, clauſum in
corpore iuris, ut etiam declarauit Philip. Franc.
in dict. cap. 1. nume. 5. & ideo confirmatur do-
ctrin. Bart. per Felin. in dict. cap. 1. de reſcrip. in
uerſi. Secunda nume. 12. docens cautelam: ut ſci-
licet priuilegiatus ſuper immunitate, faciat eam
inſeri in ſtatutis: quia noua impoſitio ei dero-
gans, non operabitur: niſi etiam faciat mentio-
nem de inſertione, allegat inter alia Bart. Ver.
in caut. 76. Domini & principes. Atqui ſufficere
re clauſulam derogatoriam, ſeu reuocatoriam
generalem; quoad tollenda priuilegia extra cor-
pus iuris poſita, oſtendit Bart. in dict. uerſi. Se-
cundo caſu, per tex. in cle. 2. de ſepult. unde reg.
ſupra firmata, ſcilicet quòd priuilegia per legem
nouam non tollantur, niſi de eis fiat ſpecialis
mentio: declaratur tamen, ut in priuilegijs non
clauſis in corpore iuris, ſufficiat generalis clau-
ſula reuocatoria, ſecundum Bart. quæ tamen
declaratio uidetur multum contraria, & nimis
reſtringere dictam reg. quæ generaliter loquitur,
quod ſit facienda ſpecialis mentio priuilegiorũ in
lege noua, niſi dicamus (ut dici poſſe exſtimo) ꝙ il
la ſpecialis mẽtio, reſoluatur eo pacto, quo reſoluitur
etiam

etiam in caſu quo, & quando tractatur de lege noua, per quam tollenda ſint ſtatuta, & conſuetudines locorum: in quibus ſufficiat, clauſula. Non obſtante aliqua lege derogatoria, uel prohibitiua, uel in contrarium faciente: abſque eo quod fiat mentio aliquarum legũ, ſingulariter, & nominatim, vt hic in ſuperioribus nu. 6. &. 7. dictũ eſt, dum diximus inter alia, ſufficere verba generalia derogatoria, vel confirmatoria actuum præcedentium, prolata ab eo, qui habet poteſtatem confirmandi, vel derogandi: dummodo, de eius uoluntate conſtet, utcunq; loquamur de priuilegijs, reſcriptis, conſtitutionibus, conſuetudinibus, uel contractibus. Quæ autem priuilegia poſsint tolli, præmiſſis modis, dicemus inferius, uerſ. Octauo. hoc. §. 4.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator, & Papa poteſt ex cauſa rationabili, & non aliter: ſtatuere contra ea, quæ ſunt de iure naturali, vel gentium; interpretando, non in totum tollendo.*

2 *Cauſa legitima ſtatuendi contra ius naturale, vel gẽtium, quæ ſit.*

3 *Cauſæ legitimæ ſtatuendi, contra ius naturale, & gẽtium; debent conſtare, aliter quam per aſſertionem Imperatoris.*

4 *Iure naturali, & gentium inducta: exemplis demonſtrantur.*

STATVIT CONTRA IVS NAT. ET GENT. EX CAVSA.

QVarto, poteſt Imperator, & Pontifex max. ex cauſa rationabili (non aliter tñ) ſtatuere contra ea, quæ ſunt de iure naturali, uel gentium: diſtinguendo, & interpretando; non in totum tollendo: quia immutabile, glo. eſt no. in d. l. fin. C. ſi contra ius uel uti. pub. ubi doct. & per doct. abunde, præſertim Abb. & Felin. in. c. quæ in eccleſiarum. col. 9. de conſtit. ubi idem tenet Decius col. 9. cũ relatis, & Cor. cõſ. 90. nu. 4. &. 313. nu. 3. uol. 4. † Cauſa aũt legitima ſm Felin. ibi per tex. in. l. item ſi verberatũ. ff. de rei uendic. eſt utilitas, & fauor publicus: vel ſi euitandum ſit ſcandalũ, vel ad pacem ciuilem inducendam, quas ponit Ang. in. l. Antiochenſium. ff. de priuil. cred. & in. l. bene a Zenone. C. de quad. præſcript. & refert Ale.
3 conſ. 101. nu. 15. & conſi. 136. nu. 13. vol. 1. † At de cauſis conſtare debere, & non eſſe ſtandum aſſertioni Imperatoris, ſeu principis, auctor eſt Decius conſil. 358. nume. 6. uol. 3. de quibus abunde dicemus inf. hoc. §. verſic. Nono: & verſic. Vigeſi-
4 moquarto, vberius. † Exempla autem eorum, quæ iure naturali, vel gentium inducta tolluntur, poſita ſunt, vbi ſupra: per doct. in citatione tollẽda, & dominio alterius auferendo, & ſimilibus, de quibus habetur in. l. 1. §. ius naturale, vſque ad l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iure. Verum ſine cauſa quoque in aliquibus caſibus, poteſt Imperator alicui dominium auferre: vt de omnibus dicemus inferius verſic. Vigeſimooctauo. ubi reg. tantum negatiuam, & forſan aptius firmabimus, prout in dict. glo. fin. limitando, & declarando eam breuiter, licet Abb. Felin. & Decius, etiam alteram & primam affirmatiuam, ponant: quæ mihi videntur in idem recidere: cum idem ſit, ut princeps ualeat derogare iuri naturali, ex cauſa: ac ſi dicatur, non poteſt derogare niſi ex cauſa.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator, & Pontifex, poteſt ex cauſa limitare, & interpretari ius diuinum: limita, nume. 4. 5. 6.*

2 *Papa poteſt diſpenſare in omnibus, præterquam in articulis fidei.*

3 *Bannitus, ſecundum ſtatuta, impune occiditur: an & ſecundum conſcientiam hoc procedat, & citra infamiam, ibi: limita in. 10. caſibus & alijs. 7. additis.*

IVS DIVINVM EX CAVSA LIMIT.

1 QVinto † Imperator, & Princeps ſæcularis, & tanto magis Pontifex max. poteſt ex cauſa, ius diuinum limitare & interpretari. Exemplum eſt in homicidio, probationibus, & teſtibus, & vſuris, & in iuramento, & matrimonio, & voto, ut dicemus inf. lib. 2. cap. 1. §. 4. ut docet glo. in d. l. fi. C. ſi cont. ius uel uti. pub. & Abba. in c. fi. de diuort. & in d. c. quæ in eccleſiarum. vbi Felin. copioſe col. 2. &. 6. & Deci. col. 5. & idem cõſ. 576. num. 9. & abundantiſsime Card. Paris. conſil. 68. num. 116. & ſeq. vol. 4. cum multis relatis, per eos, & Soci. conſi. 28. nume. 10. & conſil. 30. nume. 45. uol. 1. & in uſuris dictum eſt ſupra in. §. 3. uerſic. Quartodecimo. Proinde inquit Abba. in. c. ſuper. 2. de teſtibus. vbi Felin. principem poſſe ex cauſa tantum, ſtatuere, ut credatur uni teſti, in præiudicium alterius, ſequitur Iaſ. in. l. admonendi. nume. 191. & ſeq. ff. de iureiur. Licet Felin. ibi dubitet. & contrarium abſolute tenet dominus Io. Bapt. Plotus, Iurec. noſtri temporis præſtantiſsimus, Nouarienſis, in rep. l. ſi quando num. 762. C. und. ui: ſed ego contrarium uerius eſſe arbitror, ea ratione, quia ex cauſa Imperator uel Papa ius diuinum limitat, ut hic, & inf. lib. 2. cap. 1. §. 4. uerſic. Decimo. Non poteſt tamen papa diſpenſare, ut teſtis non iuret, in teſtimonio ferendo. ut per Felin. in. cap. conſtitutus. colum. 8. de reſcrip. ex auct. Aug. Ancon. ſequitur Hippo. Marſil. in §. diligenter, nume. 66. in pract. crim. Sed poteſt ſtatuere, ut teſtes infames, & inhabiles admittantur, ut dicemus inf. cap. 1. §. 4. libro 2. uerſic. 8.
2 † Papa uero poteſt diſpenſare in omnibus, præterquam in articulis fidei, ut per Felin. ibi, & alibi dicemus: Ideo licet lex diuina dicat, non occides: in multis tamen, homicidium permittitur, uelut
3 quòd † Bannitus impune occidatur, quia Bannitus eſt transfuga, & hoſtis ciuitatis, & ſic recte ſtatuitur, ad bonum commune ciuita-

tis, & iuſtitiæ, quodque habet locum in foro conſcientiæ, ubi non fiat ad uindictam: Hippo. tamen Marſil. in practi. cri. per dictum Bal. in l. decuriones. C. ex quib. ca. inf. ir. & per alia plura, in §. aggredior. nu. 12. tradit talem occidentem, eſſe infamem: & omne homicidium habere in ſe delictum, & dolum, quamuis permittatur à ſtatuto. quæ non placent, ex quo lex permittit ad bonum commune: ſicquè tenet Bar. ibi per Bald. allegatus: & dicam inf. hoc. §. uerſic. Decimo octauo. Declaratur tamen copioſe talis permiſsio occidendi, in nouem caſibus non procedere, ut per doct. præſertim Feli. ibi colum. 3. & Decium colum. 7. Primus caſus eſt ſi ſtatuatur Bannitum poſſe occidi ſine cauſa legitima, ut puta pro pecuniario debito. Secundus, quando filius occideret patrem Bannitum, quia non præſumitur ſtatutum, ſuper hoc cogitaſſe. Tertius, quando quis occideret Bannitum, pendente quæſtione ſuper ualiditate Banni, & apparente poſtca Banno eſſe nullo. Quartus quando Bannitus toleraretur in ciuitate, licet non ſit cancellatus de Banno; tolerantia enim talis ei preſtat ſecuritatem, ut etiam locupleti auctoritate oſtendit idem Marſ. in l. 1. nume. 10. ff. ad l. Corn. de ſic. & in l. fin. num. 163. ff. de iuriſd. om. iud. & in. §. aggredior. num. 28. in pract. crim. & Catellian. Cotta in memoralib. in uerſi. Bannitus qui. Quintus ſi occidatur non ritè Bannitus, ut addo Marſil. in l. de minore. §. plurimum num. 102. ff. de quæſtion. & in d. l. j. nu. 7. ff. de Sicar. Sextus ſi Bannitus occideret ſe ipſum, ut etiam per Marſ. in d. §. aggredior num. 17. Septimus ſi occidens ignorabat occiſum eſſe Bannitum, quia non uidetur tunc interfeciſſe ut miniſter reip. Octauus ſi interficiatur Bannitus extra territorium, in quo uiget tale ſtatutum, non enim ibi erit tutus interfector. Nonus, & ultimus quando ſtante etiam legitima cauſa mortis, fieret ſtatutum, permittens Bannitum poſſe interfici, ad rancorem uindictæ. Decimum caſum addit Decius, ut ſtatutum permittens occidi Bannitum, non habeat locum in eo, qui ſocium Bannitum proditorie occideret, ex ſententia Ange. ut puta ſi veneno quis occiſus fuerit: cum proditoriè occiſus dicatur. Addo undecimum, ut tale ſtatutum non habeat locum in occidente Bannitum, ex contumacia: ſed ex ueris probationibus delicti, ut ſingulariter docet Alex. in l. omne delictū, in prin. ff. de re mili. & commendat Hipp. Marſ. in pract. crim. in §. ſequitur. nu. 20. cum multis alijs. & alibi per eum. Addo duodecimo, ſtatutum non habere locum in muliere prægnanti Bannita, donec eſt prægnans, ut teſtis eſt idem Marſ. in ea pract. §. nūc uidendum. nu. 50. Addo Decimotertio ut non habeat locum in fratre occidente fratrem, ſecundum Hipp. in. l. j. nu. 200. C. de rap. uirg. Adde Decimo quarto, ut non habeat locum in occidente Bannitum, qui communi exiſtimatione reputabatur pro non bannito, ut idem Marſ. ponit ex ſententia Ang. in d. l. 1. num. 11. ff. ad l. corn. de Sicar. & alibi. Decimus quintus caſus, ſecundum eundem Marſil. ibi. nu. 3. poteſt addi in occidente Bannitū incarceratum: quia erat in protectione curiæ, vbi multa adducit. Decimusſextus ſm eum ibi. nu. 7. plura additur, in occidente Bannitum, q ſtatim eſt rebanniendus: veluti ſi obtinuit gratiā: licet adhuc nō ſit cācellatus: ſed cōtrarium uidetur tenere ibidem nu. 70. quem tñ cōcordare poſſe crediderim per dicta per eum in. §. aggredior. nu. 27. & . 30. vt ſcilicet occidēs ignorans aliquem ſtatim eſſe rebāniendum: excuſetur, ſecus ſi ſciuerit. Decimus ſeptimus quoq; caſus vr̄ addi poſſe, in occidēte Bannitum cōdemnatum, qui ducit ad mortem. ſm eundem Marſ. in eo. §. aggredior num. 41. côueniunt dicta ſupra in decimoſexto caſu: Atqui multa in hac materia videre potes, tacta per Marſi. diuerſis in locis ſuis. His caſibus per eos, & vt ſ. enumeratis, & diſcuſsis, tribus modis limitat̄ per doct. in hi hæc cōcluſio. quæ proponitur, ſcilicet Principē
4 poſſe ex cauſa limitare, & interpretari ius diuinū. Primo vt non procedat in materia, quæ nunquam fuit limitata, ſed quæ aliqñ fuit, & reperitur limitata: quaſi inde ſit ſemper limitabilis. Exemplum eſt, vt ſi ſtatutū permittat Bānitum occidi, non eſt ta-
5 men licitum, mulierem Bannitam adulterari. † Secundo ut procedat, dum modo princeps interpretetur ius diuinū ſtatuendo in his, quibus habet Iuriſdictionem, ſ. in rebus prophanis: cum in ſpiritalibus interpretatio pertineat ad Papā, per tex. in. c.
6 per venerabilem. qui fil. ſint. leg. † Tertio declaratur vt concluſio procedat, dum modo princeps exprimat cauſam rationabilem: quæ licet alias, hoc tamen caſu, & quando ſtatueret contram vniuerſalem ſtatum eccleſiæ, non præſumitur in principe: quia inferior non debet violare ſtatutum ſuperioris, ſine aperta cauſa, vt faciunt dicta ſupra verſic. proximo nu. 3. Abb. tamen in conſi. 84. vol. 1. nu. 7. ait, ſi princeps de facto reſcribat, præſumenda eſt in eo cauſa, ideo ſi mandet aliquem interfici, vel rebus ſuis priuari, ei parendum eſt. cogita ta-
* men, quia ipſe ponit hanc eſſe communem* opin. quem ſequitur Lud. Bolog. in addit. ad conſil. Io. de Anna. in conſi. 81. num. 5. idem videtur tenere Corn. conſi. 1. nu. 7. & . 17. vol. 3. ſed de his an cauſa ſit præſumenda latius dicemus inferius hoc. §. verſi. Vigeſimoquarto.

SVMMARIVM.

1. *Imperator, & Papa, poſſunt concedere reſcripta, cō, tra ius commune, interpretando, limitando, & in totum tollendo, immo eodem modo ēt ius diuinum.*
2. *Reſcripta qualiter inſcriptione purpurea, & ſubſcriptione Imperiali formantur; & quid hodie ſeruetur, etiam apud Papam.*
3. *Reſcriptum Imperatoris aut Papę, non valet ſine Bulla.*
4. *Reſcriptum quibus modis Impugnetur, & de materia, remiſſiue.*
5. *Reſcripta habent vim legis, inter quos conceditur:*

6 *Reſcri-*

6 *Reſcripto, vbi ſit data forma alicui negocio, ſi aliud ſimile emergat, poteſt eadem forma diffiniri.*

7 *Reſcriptum præſentatum in iudicio, fit commune vtrique parti: quod illi poſſit renunciari, eſt communis opi. cum limit.*

8 *Reſcriptum habet vim libelli in cauſis ſummarijs, non in ordinarijs.*

9 *Reſcriptum refertur ad ſupplicationem; & ad ea quæ proponuntur, adaptatur.*

10 *Reſcriptum intelligitur in dubio conceſſum, ſine præiudicio, & ſaluo iure tertij: & ſecundum iuſtitiam, & iuris obſeruantiam.*

11 *Imperator per quæ verba tollit iuris obſeruantiam.*

RESCRIPTA CONCEDIT ETIAM CONTRA IVS.

1 SExto prope eſt ut dicamus, † Imperatorem, &
Pontificẽ Max. poſſe cõcedere reſcripta: ſiue
ſecundum, ſiue contra ius commune: illud
interpretando: aut limitando: aut in totum tol-
lendo: immo etiam quandoque interpretando, &
limitando, contra ius gentium, naturale, & diui-
num: ut in ſuperioribus expoſuimus, præſertim
uerſ. 2. 3. 4. & 5. huius. §. cum clauſulis tñ aptis, &
idoneis, de quibus ſcripſimus in ſupra d. uerſ. Ter-
tio: & tradit Hoſt. in ſumma de reſcrip. §. quis
poſsit, Papam in ſpiritualibus, Imperatorem in
temporalibus, reſcriptum concedere poſſe, &
alium quemlibet, qui poteſt conſtitutionem fa-
cere, & habeat iuriſditionem: quia non quilibet,
qui poteſt cõſtitutionem facere, habet iuriſditio-
nem, ut ibi per eum. in tit. de conſtitutio. §. quis
poſsit. Reſcribere igitur, his quibus diximus mo-
dis, ad Principem Maxime pertinere, dictis in lo-
cis demonſtratur, & in l. pen. C. de diuer. reſcrip. &
in omni eo titulo, cum tribus præcedentibus, qua
2 in. l. habetur. † Reſcripta, inſcriptione purpurea,
cocti muricis, & triti conchilij, illuſtranda, fas eſſe
tantum modo dici, uel proferri, quę in chartis, ſiue
membranis, ſubnotatio Imperialis ſubcriptionis
impreſſerit; cuiuſque ſacri incauſti confectionem
nulli licitum ſit habere. Quæ licet ſecũdum glo. &
Salice. ibi, hodie in omnibus non ſeruentur, tamen
ab Imperatore noſtro Sereniſsimo; a Senatuque
ſuo Mediolani, eius nomine, prodeunt reſcripta,
inſcripta, & trãſmiſſa iudicibus, ſigno aquilæ, cum
duplici capite ſubſignata, & ſigillata, literis in eo
ſigillo ceræ purpureæ, loco forſan Conchilij, &
Muricis, in orbem impreſsis, iterum illius nomen
indicantibus, cum ſecretarij ſubſcriptione. Sic
quoque fore obſeruatur in reſcriptis Maximi Pon
tificis, ut ſigillũ, ſeu Bulla, in cera purpurea, oſten-
dat Diuĩ Petri & Pauli imagines, literis circumfu-
ſis: & in alia parte, ſit inſcriptum ipſius Pontificis:
de quibus, diuerſo tamen aliquantulum modo, lo
quitur Specul. de reſcrip. præſ. §. 2. uerſ. Fiat autẽ.
de quo meminit Mart. Laud. in tract. de priuileg.
3 & reſcrip. q. 33. † Vnde idem ibi. q. 21. ait non ua-
lere priuilegium, aut reſcriptum Papæ, uel Impe-
ratoris, ſine Bulla; per auct. glo. in fi. proœm. cle.
ſed cum Bulla, haberi pro inſtrumento publico,
colligit in tract. De princip. q. 314. per cle. 1. in fi.
de iureiur. De alia quoque ſubſcriptione, quæ per
Cancellarium Magnum Principis, in conſiſtorio
annotãda ſit, dicemus inſerius, ſeq. uerſ. in uerbo,
4 Cancellarius Imperatoris. † Sed ulterius impu-
gnatur, & dicitur inualidum reſcriptum multipli-
citer: uidelicet rõne Falſi, rõne formæ, rõne impe-
trãtis, ratione eius ad quẽ impetrãt, ratione defe-
ctus, ratione cauſæ, & alijs modis: de quibus abun
de locutus eſt ſpecul. in tit. de reſcrip. præſen. §. 1.
uſque ad fi. ſupponẽdo in quocunque dictorum
defectuum, copioſe, caſus, in quibus obijci & exci
pi poſsit, contra reſcriptum: cæterum materiam
reſcriptorum copioſius, & forſan æque accurato
ordine, tradidit ante Specul. Hoſti. in d. ſumma de
reſcrip. Diſſerendo quid dicatur, quis poſsit con-
cedere, quis impetrare, & contra quem, & ſuper
quibus, quas uires habeat in cauſis, cui præiudicet,
de ipſius interpretatione, quòd iuriſditionem con
ferat; quod executionem, quod continet ius com
mune, quod gratiam ſpecialem, & quę obijci poſ-
ſint contra reſcriptum, & quæ ſit pœna male in-
terpretantium, uel utentium: & copioſe habetur
etiam per docto. præſertim Feli. in tit. de reſcrip.
in decretali, & Guid. Pap. in tract. de reſcrip. &
Mart. Laud. de priuil. & reſcrip. quibus ſuis locis
reſeruatis, & ſuis auctoribus, hæc tantum liceat
5 cõmemorare: ſcilicet † Reſcripta habere uim legis,
& conſtitutionis, inter eos, inter quos concedun-
tur ſecundum Hoſti. inibi in prin. ut ſecundum
ipſa procedendum, & iudicãdum ſit. c. 2. & c. cum
dilecta. de reſcrip. & c. nouit. de appellatio. de
quibus per doct. præſertim Bal. & Salicet. in. l. 1.
C. de ll. & l. 1. C. quomodo & quando iud. & per
Felin. in rub. de reſcrip. in prin. per exempla: qui
6 declarat tamen † ut ſi data ſit certa forma diffini-
tioni cauſæ: & poſt emergat aliud ſimile nego-
cium, id poteſt eadem forma diffiniri per. c. licet.
16. q. 3. dummodo agatur de reſcriptis Principis,
non autem inferioris, etiam habentis poteſtatem
legis condendæ: Sic ad præcedentium propoſi-
tum, inquit Iaſ. contra Bar. in. l. ſi arrogator, num.
7 55. ff. de adoptio. † Poſtquam præſentatum eſt re-
ſcriptum in iudicio, efficitur commune utriuſque
partis. ita ut pars præſentans, non poſsit poſtea il-
lud reuocare, & ita cum multis affirmat eſſe tenen
dum) Sed Feli. in d. rub. num. 2. dicit magis com-
* munem * opi. eſſe, ut Imperator poſsit renuncia-
re. Limitat tamen quinque modis, quos etiam re-
ſtringit, ut ibi per eum. Iaſ. tamen opi. omnino
locum ſibi uendicaret, quando præſentatio reſcri-
pti eſt etiam facta in iudicio, & intimata parti,
ſecundum unam limit. Felin. ibi. ſic etiam proce-
deret opi. Iaſ. ſecundum alias limit. Felin. At cum
ut plurimum, reſcripta concedantur ad iudicia,
Delegando cauſas, inſtantiamque aliquando repa
rando, tollendo, aut coarctando, probationum
etiam tempora ampliando, aut reſtringendo. ap-
pellationem,

pellationem,& ſolemnitates iuris ſubmouendo,&
8 alia ſimilia diſponendo. In his notandum eſt † Reſcripta uim libelli habere in cauſis ſummarijs: ſiue de iure communi,ſiue ex forma reſcripti, non in ordinarijs, quia in illis requiritur libellus, ut concludunt doct. præſertim Bal.& Iaſ.in l.1.C. quando libel.prin.dat.& Lanfran.in tract.de petitio num. 24.& conſuluit Corne.conſil.92.num.3. uol.1.&
9 alibi. Placet & illud hic adducere, † uidelicet Reſcriptum referendum eſſe: ad ſupplicationem & ad ea quæ proponuntur adaptandum, ſecundum Bal.in.l.eam quam.col.2.C.de fideico.& Iaſ.in l. 1.num.7.C.de diuerſ. reſcrip.& alibi: adducit.l. ſi defenſor.§. qui interrogatus. ff. de inter. actio. &.c.inter dilectos.§.cæterum,& Bal.ibi no.de fide inſtr.& Alex. conſ.84.col.fi.uol.1.& alia.& addo Marantam in Spec.aureo in.4.parte,diſt.9.nu.6.
10 Illud etiam ſatis uulgatum hic addo, † ut Reſcriptum in dubio intelligatur conceſſum ſine præiudicio, & Saluo iure tertij,& ſecundum iuſtitiam.l. 2.§.ſi quis a Principe &.§.merito.ff.ne quid in loco publi.c.ſi quando. de reſcriptis. Idem ſtatutum eſt per Innoc.8.in reg.cācel.16.ubi interpres. & per Bal. in.l. monumenta.C. de lega.& Mart. Laud.de princip.q.147.& per Alciat. in tract. de præſumptio.in.3.reg. præſumptione.11. cum relatis,& multis ibi additis,præſertim Decio in conſilijs.& addo Corn.conſi.90.nu.8.uol.4.& conſ. 127.in fi.uol.2.& conſ.225.nu.6.uol.1.non etenim obſeruantiam iuris,præſumitur tollere,ut di-
11 xi ſupra.§.tertio.uerſ.Septimo. in fi. † At quādo, & per quæ uerba uelit eam tollere, uide copioſe Felin.in.c.1.in 8.Fal. num.15.cum pluribus ſeq. de conſtitution.ponendo exempla, ut ſi dirigantur ad Iudicem uerba Importantia liberam uoluntatem,uel Facultatem: uel ſi dicatur Committimus iudicio tuo,uel diſcretioni tuæ;uel prout tibi uiſum fuerit, uel uoluntati tuæ,uel conſcientiæ tuæ,uel Iuſtitiam facias;uel attenta ueritate,& Iuſtitia;uel ſola facti ueritate inſpecta:uel reiecta iuris ſolemnitate: uel arbitrio tuo: uel uideas quid iuris: uel procedas de facto:uel procedas de iure, & de facto:uel pronunties ſecūdum ſenſum tuum: uel ſecundum mentem tuam: uel ſecundum prudentiam tuam: uel præuia ratione: uel ſecundum cor tuum: uel ſecundum Beneplacitum tuum:uel ſecundum quod tibi uidetur, uel leuato uelo: uel manu regia: uel ſi dicatur, ſecūdum ſpiritū tuum: & alia ſimilia exprimantur. In quibus, & quando uideatur electa induſtria perſonæ habetur in.c.fi. ubi doct.præſertim Panor.de offic. deleg.& tangit Iaſ.in.l.1.num.29.ff.de offic.eius.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, & Papa concedere poſſunt priuilegia, ſeu beneficia; & ibi quis, & in quibus.*
2 *Priuilegiorum materia, remiſſiue.*
Confirmatio Principis, arguit conceſſionem realem.
3 *Priuilegium Principis in dubio, intelligitur conceſſum, ſine præiudicio tertij.*
4 *Priuilegium Principis, contra Principem latiſſime interpretatur, contra tertium ſtricte, & contra ius commune, & tunc Beneficium proprie dicitur.*
5 *Priuilegium, Beneficium, reſcriptum, mandatum, & diſpenſatio, quomodo differant; remiſſiue.*
Princeps in difficilibus, ſe difficiliorem reddit.

PRIVILEGIA POTEST CONCEDERE.

1 Septimo † Imperator,& Papa, ſimili modo, cōcedere Beneficia & priuilegia poſſunt: qui ſupra ius ſunt, nec aſtringuntur legibus, l.digna uox.C. de legibus.&.l. Princeps.ff.eo. Vnus tamen in ſpiritualibus, alius in temporalibus, regulariter;licet caſualiter Papa quo ad temporalia. Imperator uero nunquam quo ad ſpiritualia, ut docet Hoſtien. in ſumma de priuileg. & exceſſ. priuileg.§.quis poſsit. Poſſe quoque Epiſcopum, & fortius Patriarchā concedere priuilegium ibidem oſtendit. Et breuibus, quemlibet qui poteſt conſtitutionem facere, poſſe priuilegium, & indulgentiam dare, per ea quę dixit in.§.quis poſsit, &.§.qualiter conſtitutionibus.de conſtitutio: Priuilegium tamen generale ſolus Papa, & Imperator concedit,ut per Mart.Laud.in tract. de priuileg. & reſcript. q.91, per.c. per principalem.9.q. 3. Sed & Maioritas, & Dignitas, & prioritas temporis,dant priuilegium, ſecundum eum, qui in.§. cui,ibi ſeq.ſubdito regulariter, non alijs concedi priuilegium tradit: ponens reg. ut illi poſsit concedi priuilegium, quem conſtitutio concedentis arctare poteſt,aliquādo uero ēt illis, quos nō ara-
2 ctat. † Cætera aūt in hac materia priuilegiorū, uide abunde deducta per Hoſtien. in d. ſumm. de priuileg. qui differit, quid ſit priuilegium, quare dicatur: quot ſint ſpecies: quis poſsit concedere: cui concedendum eſt: quāto tempore duret, quid operetur, & qualiter amittatur. Vide etiam Specul.in tit.de inſtr.editio.§.nunc autem, & hic no. ſecundum Iaſ.in uſibus Feud. nu.26. omne quod emanat a Principe,poſſe priuilegiū dici,itē ſecundum Bal.in.l.cum in adoptiuis.§.fi.C.de adoptio. Omne priuilegium Imperatoris, appellatur liberalitas. Item confirmatio Principis, arguit conceſsionem realem,ſecū dum glo.ubi doc.in.c. ueniens,in uer.cōfirmatum.de trāſactio.& per Dec. conſ.262.num.8.uol.2. Verum non omitto ego
3 cōmemorare aliqua uniuerſalia,ſcilicet ut † priuilegiū,& Beneficium Principis in dubio, intelligatur conceſſum ſine præiuditio, & ſaluo iure tertij, ut ſupra in præcedenti uerſ.& per Ruinum
4 conſ.3.num.8.uol.5. † Item priuilegium,ſeu Beneficium Principis, interpretandum eſt latiſsime contra Principem. contra tertium ſtricte.l.fi. ubi Bar.ff.de conſt.prin.l.fi.C.de agr.& mancip. do. lib.11.& tradit Bar. in l.2.C.de bo. uac. lib. 10. ſequitur Marti. Laud. in trac. de priuileg. & reſcrip.q.7.Soci.conſil.160.uol.2.Deci.cōſil.453. uol.3.

uol.3.& Catelian. Cotta, in memoralibus ſuis, in
dictione, Priuilegia latiſsime : Sed late non inter-
prætatur, quando eſt contra ius commune ſecun-
dum Bar. in d.l.fi.de cõſt.prin.per.l.ſi quando.C.
de inoffic.teſt.& clare.per Pau.de Ca.in d.l.fi.qui
inquit tunc dici proprie beneficium, quando ſu-
mitur pro gratioſa conceſsione Principis, & non
eſt contra ius commune: quo caſu fit latiſsima
interpretatio ut ſupra. Si uero eſt contra ius con-
ceſsio, dicatur priuilegium, & ſtricte interpretatur
ſecundum d.l.ſi quando: Si uero conceſsio eſt ſe-
cundum ius commune, tũc erit Reſcriptum, quod
pariter ſtricte interpretabimur: ut ubi ſupra per
docto.de quibus abunde etiam loquitur Iaſ. in d.
5 l. fi. † ponendo differentiam in præmiſsis, & in
mandato, & diſpenſatione; & abundantius Feli.
in.c.cauſa,nq; pſertim colu.9.de reſcrip. & dicit
Dec.cõſ.392.nu.6.proprie dici Beneficia, gratiæ
conceſſæ præter ius commune, ſine alterius iniu-
ria, uel preiudicio. Poſtremo non eſt omittendum
memorabile dictum Alex. conſ. 195. nu.9.uol.2.
quod in propoſito cõuenire arbitror, ut Princeps
in difficilibus, ſe difficiliorem reddere dicatur.
His expoſitis, tribus modis inter alios, conceſsio-
nes Principum conſiderari poſſe exiſtimo; & ali-
qua in illis, uel frequentioribus ſubiungere: ui-
delicet circa Iuriſdictiones; Immunitates : &
Dignitates.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio omnis eſt Imperatoris, quam tribuit, ma-
giſtratus creando, &c.*
2 *Iuriſdictio quomodo concedatur ab Imperatore.
& num. 5.*
3 *Priuilegiorum forma eſt ſeruanda, & in finibus
ſuis tenenda.*
4 *Inueſtituræ tenor, potiuſquam natura Feudi, at-
tenditur.*
*Imperator poteſt alicui concedere, ut non recogno-
ſcat ſuperiorem. ibi.*
6 *Iuriſdictione ſuper aliquo caſtro conceſſa, non uenit
merum Imperium, licet ſit dictum, concedo omnem
Iuriſdictionem.*

IVRISDICTIONES CONCEDIT.

1 IVriſdictinnes amplectendo, † cũ omnis Iuriſ-
dictio ſit Imperatoris, ut faciunt dicta ſupra
in.§.1.uerſ. orbem; Ille enim eſt qui eas tri-
buit, Magiſtratus ereando, uel confirmando, uel
præſtando auctoritatem creandi, uel confirman-
di; ut tradit. L. Feneſtella. de magiſtr.20.c.16.ita
quod etiam minima Iuriſdictio non poteſt con-
ferri, niſi auctoritate Principis, mediata, uel im-
mediata.§.iudices.de pace iur.fir. &.ff. de iuriſd.
om.iud.l. & q.a. cũ ſim. & per Bal. in tit. de allo-
dijs, in prin.num.2.ſequitur Alex.in.l.1.in fi.ff.de
iuriſd.om.iud.& idem per Bal.de pace Cõſt.in.§.
in iuridictione. Sicque iuriſdictionem ordinariam
ſolus Princeps, uel rex, uel uniuerſitas, uel conſue-
tudo, uel præſcriptio, conferre ſolet, ut not.in.c.1.
de offic. ord. & per Io.Franc. Pauin. in tract. de
offic.& poteſ.cap. ſed. uac. q.2.parte.1. Princip.
2 num.2.† Illas inquam iuriſdictiones transfert ex-
preſſe, & cum clauſulis inſertis in ſimilibus priui-
legijs, de quibus ſcripſimus ſupra hoc.§.uerſ. Ter
tio. ueluti ſi Imperator in priuilegio concedat om
nem iuriſdictionem, & territorium, ſicque expreſ-
ſe, & merum, & mixtum imperium transferat, &
ſimplicem Iuriſdictionem, ſub ciuitatibus; ſeu
ſub caſtris & oppidis exiſtentem, ut aliquando
uidi aliqua priuilegia cũ clauſulis, Non obſtante,
ex certa ſcientia, & motu proprio, & de plenitudi-
ne poteſtatis, &c. prædicta omnia cõprehendere.
3 unde † tunc obſeruãda erit forma priuilegiorum,
non enim excedunt caſus ſuos; & in finibus ſuis
ſunt tenenda l.ius ſingulare.ff.de.ll.c. ſane, de pri-
uileg.ẽt ſi in corpore iuris ſint clauſula, ſecundum
Io.Cald.in trac.de interdict.in.1.parte uerſ.circa
quintum: ac inquit Pet. Antibolus in tract.de mu-
neribus in.3. parte num. 33.priuilegia Imperato-
ris, omnimodo ſeruanda eſſe, ſicut ſonãt, ubi pro-
prio motu ſunt conceſſa; & ante eum Iaſ.in l.ha-
4 beat num.16. C. de Sac. Eccl. Hinc eſt quod † in
conceſsione feudorum, ſiue illud in Regno, duca-
tu, aut Marchionatu, & deinceps conſideretur, te-
nor inueſtituræ, & uerba eius ſunt attẽdenda; po-
tiuſquam natura Feudi. c.1. de duo.fra. a cap.in-
ueſt. Decius conſi.208, uol.2. Soc.conſ.257. uol.
2.col.4. Aliud enim eſt quod concedat aliquid in
feudum iuriſdictionis, aliud ſi in feudum Comita
tus, Marchionatus, Ducatus, quæ dicuntur dignita
tes Regales, ut copioſe diſſerit Soci. cõſ. 165.uol.
2. Notandum autem eſt hic, per inueſtituram non
trãsferri poſſeſsionem, niſi fieret apud rẽ ipſam,
ſecundum legiſtas: ſecus ſecundum Canoniſtas, ut
per Bal.in.c.1. num.3. quid ſit inueſti. Transfer-
tur tamen dominium, abſque traditione per uer-
bũ Aſsignamus, ſecundum Dec. conſi.640.nu.6.
Sic quoque Imperator, poteſt alicui principi con-
cedere, ut non recognoſcat ſuperiorem, ut oſten-
dit Corſet.in tract. de poteſ.reg.in.5. parte.q.85.
per.c.quicunque.11.q.1. At an, & quãdo, in alium
transferantur plenitudo poteſtatis, & reſeruata
Principi; generaliter, uel ſpecialiter, tetigimus ſu-
5 pra Verſic.1. num.10. † Quandoque autem Im-
perator, ſeu Princeps, concedit alicui uniuerſali-
ter territorium; utputa ciuitatem, uel caſtrum: &
tunc quoque uidetur Iuriſdictionem concedere
uniuerſaliter, licet hoc non ſit expreſſum, ut docet
Bar.& doct. preſertim Iaſ.in l.1.ff. de iuriſd. om.
iud. Bal. in.l. pen. C. de bo. quæ lib.& conſuluit
Corn. conſ.189. num. 1.&.321. num.8. uol.4.&
6 Iaſ.conſil.45. col,3. uol.1. † Verum Iuriſdictio-
ne, ſuper aliquo caſtro conceſſa, non uenit me-
rum Imperiũ, licet in cõceſsione ſit dictũ, Conce-
do oẽm Iuriſdictionẽ, ut ſingulariter tradit Bal.
in.c.quanto.col.1.de iudici.ſequit Catel. Cotta in
memoralibus ſuis, in dict. Iuriſdictionẽ: At quan-
do

do tamen ualeat alienatio rerum, & Iurium Impe
rij, Eccleſiæ, Regni; & quæ continentur ſub no-
mine dignitatis, dicam inferius uerſ. Trigeſimo,
per totum.

SVMMARIVM.

1 *Munera ordinaria, quilibet ſubire tenetur, & ad ho-
ſpitem recipiendum; & qui Benigne ſoluit, fidelis,
econuerſo, rebellis quis reputatur; æqualis enim
debet eſſe conditio. 4.*
2 *Italia prouinciarum Domina, abſit, vt ſub tributo
dicatur.*
3 *Tributaria fiunt prædia, per Statuta, vt Laudæ.*
5 *Munera extraordinaria; non ita paſſim, quilibet
debet ſubire.*
6 *Priuilegia, Immunitatum, non ſunt ſeruanda, de-
clara, num. 7.*
*Imperatorem tenetur quilibet hoſpitio recipere, &
eius milites. ibi. licet priuilegiatus.*
8 *Clauſula priuilegiorum immunitatum, quomodo
concipi poſsint.*
9 *Immunitas ſimpliciter conceſſa, non extenditur ad
munera ordinaria, nec ad honores num. 10. nec ad
collectas impoſitas, propter neceſsitatem Belli:
etiam in clericis.*
11 *Munera ordinaria, & extraordinaria, quæ dicãtur.*
12 *Exempti portio, an accreſcat, non exemptis.*
13 *Munera, ſeu onera, habent bona omnium tacite obli-
gata Fiſco; ita vt omnibus creditoribus præferant.*

IMMVNITATES PRAEBET.

IMmunitates quoque delibando, hoc præmitta-
1 mus: † Quemlibet teneri ſubire munera, ſeu
onera ordinaria, & publicas functiones, & pen
ſitationes, & onus hoſpitis, in domo recipiendi.
quod patrimoniale eſt. l. & qui. §. munus. ff. de
mun. & hono. & per Salice. in l. 1. C. de Epiſc. &
cleric. & per Pet. Antib. in tract. de muner. §. 2. nu.
19. Deuotiſsimi quippe, & fideles nuncupantur:
qui debita tributa ſoluunt, hique benigne. Contu-
maces uero, & rebelles, qui non ſoluunt, rigide
ſunt tractandi. ut in l. omnes omnino. C. de anno.
& trib. lib. 10. ubi glo. cum concordantijs, & ibi
Bar. & Io. Plat. & in l. 1. C. de immu. nem. conced.
eo. lib. & Petrus Antibolus in tract. de muneribus
in. 3. parte. num. 25. Hoc tamen declaratur habere
locum in prouincialibus locis: non autem in Ita-
2 licis. † Abſit enim ut dicamus, Principem, & Do-
minam prouinciarum; Italiam, eſſe ſub tributo,
ut cecinit glo. in l. fi. C. ſine cen. uel. reliq. & Sali-
3 cet. ibi col. 1. † Per ſtatuta tamen fieri poſſunt, &
fiunt tributaria prædia apud Italos (prout in ciui-
tate mea Laudæ ſtatutum eſt) ut per Soci. conſil.
12. uol. 4. & Io. Plat. ubi ſupra. qui in l. in frau-
4 dem. eo. tit. † colligit in ſolutione tributorum, pa-
rem omnium, & æqualem eſſe debere cõditionem
ut ſcilicet quilibet ſoluat, non ut æqualiter ſoluat:
ſed prout quiſque poſsidet, per glo. fi. ibi, & tex. in
l. cum poſſeſſor. ff. de cenſibus: ſed hodie uideo Ita
liã, fere totam ſub tributis poſitam, ſiue per ſtatu-
5 ta, ſiue potius Principũ iuſſu. † Munera aũt extra-
ordinaria, non ita paſsim ab oĩbus præſtantur: ad
ea enim Prouinciales non tenentur, ut in d. l. om-
nes omnino. no. Io. Plat. & Bar. in d. l. 1. dũ cõclu-
dit conſiliarios ciuitatis, & officiales, non teneri
ſoluere munera, ſeu onera extraordinaria. Vſque
6 adeo autem, ordinaria munera ſubeunda ſunt, † ut
priuilegia, ſeu reſcripta ab eis, immunitatem & ua-
cationem præſtantia, inualida ſint, & non obſer-
uanda, quia ſunt damnoſa fiſco: & alij grauaren-
tur ex hac conceſsione, ut in tex. d. l. in fraudem, &
in. l. uacuatis. C. de decurio. & l. omnium. C. de ue
ctig. & commiſ. cum ſim. ubi Bar. & Io. Plat. Non
tamen abſolute, hæc reſcriptorũ inualiditas, ita
accipienda eſt, ut Potentiam Principis hoc caſu
corruere patiamur: cum multa obſtent iam dicta
in hoc. §. 4. uerſi. tertio: quarto, & Quinto, & ſex-
7 to. † Nam reſcripta, priuilegia, ſeu Beneficia Prin
cipis, concedentia immunitatem & uacationem a
muneribus, & oneribus, tam realibus, perſonali-
bus, quam mixtis: & tam ab ordinarijs, quam ex-
traordinarijs, omnino ualent, ubi princeps ea con
ceſſerit. l. 1 C. de his qui a prin. uac. accep. ubi no.
Io. plat. & no. in d. l. uacuatis, cum clauſulis, Non
obſtante & ſimilibus derogatorijs, de quibus mul-
ta ſcripſimus ſupra hoc. §. 4. uerſi. Tertio, & in ſpe
cie ponit Bertachi. in tract. de Gabellis, in. 7. parte
num. 28. & Alex. conſil. 33. num. 8. uol. 5. tradit ta
men Plat. in d. l. 1. tria eſſe neceſſaria, ad hoc ut im
munitas cõceſſa teneat. Primo ut princeps eã con
cedat, cum alius non poſsit concedere immunita-
tẽ gratioſam, ut ibi & alibi: & Mart. Laud. in tract.
de princip. q. 330. ſed limita ut decuriones in caſi
bus poſsint, ut dicemus infr. c. x. de decurionibus,
num. 93. Secundo quod aſsignetur aliqua iuſta, &
rationabilis cauſa, quæ principem moueat, ut in
dict. l. 1. ibi, ueris, ac probatis cauſis, annotatio
noſtra conceſſerit. Tertio quod ſit tempora-
nea, ſed ſecundum Plati. inibi etiã perpetuam im-
munitatem, cum clauſulis derogatorijs, conce-
dit princeps. Priuilegiati autem non excuſantur
quin teneantur hoſpitio recipere Imperatorem,
& eius milites in repẽtino eius aduentu, ut teſtatẽ
Salice. in d. l. 1. qui etiam clericos uidetur com-
præhendere, & abſolute ponit Antib. in d. tract.
in 2. parte num. 19. allegatur d. l. 1. & l. neminem.
8 C. de ſac. Ecc. † Aduertendum tamen eſt, in dictis
clauſulis priuilegiorum, etiam in hoc caſu im-
munitatis conceſſorum, quomodo concipiantur
verba quia ut diximus ſupra hoc. §. verſ. 3. num. 6.
& 7. aliqui ſentiunt, ſufficere clauſulam, Non ob-
* ſtante aliqua l. & hæc videtur communis * opi. ali
qui eſſe addenda ſecundum Bar, etiam illa uerba,
In cõtrarium faciẽte, aliqui plus addunt: ut clau-
ſula ſit concepta in hæc uerba, Non obſtante tali
lege, & ſic ea lege, in indiuiduo expreſſa, ut puta in
caſu noſtro, ſi dicatur in priuilegio, Non obſtan-
te. l. omnium. C. de uectig. & comiſ. & l. in frau-
dem,

dem, & l. uacuatis, & alijs ſim. ſupra allegatis, ut
uidetur ſenſiſſe Bar. in l. omnis. C. de aqueduct.
li. 11. & authen. hoc inter liberos C. de teſta. quem
refert Bertachin. in d. num. 28. qui tamen comme
morat in practica, etiam in caſu noſtro obſeruari,
ut ſat is ſit apponere clauſulam, Non obſtante
aliqua lege in contrarium faciente, ſecundum opi.
Bar. Vnde ad abundantiorem cautelam, Impetratores
priuilegiorum accurate aduertant, ut clauſulas
potentiores, & pinguiores apponi faciant,
eorum priuilegijs, ad tollendam omnem dubita-
9 tionem, & omnem obiectionem. † Conceſſo autē
priuilegio, ſi ſimpliciter cōcedatur excuſatio,
& immunitas, ab oneribus, ſeu muneribus: non
porrigitur ad munera ordinaria, niſi ſit dictum,
ſed ad extraordinaria duntaxat. l. hi qui. & l. in ho
noribus. §. qui muneris. ff. de uac. pub. mun. l. unica.
ubi Bar. & Io. Plat. C. de uac. pub. mun. lib. 10.
& per Bar. in l. hi qui. ff. de iure immuni: & Marti.
Laud. in tract. de priuileg. q. 76. & propterea ut do
cet Bar. ibi & Marti. ubi ſupra. q. 79. ſpecialiter, &
diſtincte, debet in priuilegio fieri mentio, de mu
neribus realibus, & perſonalibus, mixtis, & ordi-
10 narijs, & extraordinarijs. † Nam in ſimplici conceſſione,
immunitas a patrimonialibus non com
præhenditur; nec etiam compræhenditur immunitas
ab honoribus. l. cui muneris. cum ſim. ff. de
muner. & honor ſecundum Bart. ibi. Hic quoque
ſubijciamus doctri. Iaſ. in l. ſi. ex toto num. 7. uſq;
ad fi. ff. de leg. 1. qui memorabiliter affirmat eſſe
* opi. magis cōmunem,* ut ſi ex priuilegio alicui ſit
conceſſa immunitas a collectis: ſi augetur, uel no
ua collecta inducitur propter bellum: immunitas
ad id non extendatur, illa etiā ratione ſecundum
Bal. in l. iubemus nullam in 1. no. C. de Sac. Ecc.
quia a neceſſitatibus imminentibus propter bellum,
nullus excuſatur, etiā clericus. Quæ no. propter
tempora noſtra. & conſuluit Alex. conſ. 216.
num. 20. uol. 2. in clericis tamen aliter tenet Iaſ.
11 in l. placet. num. 16. de Sacr. Eccl. † Munera autem,
quæ dicantur ordinaria ſatis clarum eſt ex
d. l. j. cum ſim. C. de uac. pub. mun. ubi Bar. & Io.
platea: ut ſcilicet ea ſint, quæ à principe uel a lege,
aut ſenatuſconſulto, & conſtitutionibus principum,
iniunguntur, & tradit Bart. in d. l. hi qui; &
quæ habent perpetuam & determinatam formam
ſecundum Alex. ibi, & Io. Plat. in d. l. omnes omnino,
& in d. l. 1. & Deci. conſil. 48. uol. 1. Extraordinaria
uero ſint alia, & quæ per magiſtratus
ex improuiſo, & extra ordinem imponūtur, ſecun
dum iura, & doctores recitatos: de quibus & alijs
abunde uerba faciunt ſcrib. in. l. placet. C. de ſac.
ec. & Bertachin. abundantius in tract. de Gabellis,
præſertim in. 1. parte nume. 10. & Petrus Antibolus,
& Gul. a Cun. in tract. de muner. Quotidiana
12 etiam quæſtio hic occurrit, † an Priuilegium immunitatis
conceſſum, præiudicet alijs, qui de uniuerſitate
ſubeunt onera, ita quod portio exempti
accreſcat alijs: & non detrahatur per principem.
Abba. & Felin. colum. 8. in. c. accedentes. de præ-
ſcriptio. diſtinguendo uidentur concludere, quod
Imperatore, & Papa, cōcedente priuilegium, portio
exempti accreſcat alijs. In regibus, cæteriſque
principibus, contrarium ſentiūt. Spec. uero in tit.
de cenſib. §. nunc dicendum, quem ſequitur Petrus
Antib. in tract. de munerib. in. §. 4. num. 10.
tenet abſolute poſſe vniuerſitatem ſe excuſare.
idem ante eum tenet Pau. de Ca. in l. ab omni-
* bus. ff. de leg. 1. & hæc videtur communis* opi. ut
dicitur in apoſtillis ad Feli. ibi & Iaſ. in l. auus nepotis,
num. 8. ff. de pactis, declarata: quia ſi princeps
qui inducit onus, eſt ille qui concedit immunitatem:
& tunc priuilegium contra principem interpretatur:
quando autem agitur de onere impoſito
a communitate, ſoluendo ſuperiori, & quan
do ſoluendum eſt ſalarium alicui per commune
13 tunc aliter eſt: † Poſtremo ſilentio non eſt prætereundum,
egregie dictum Bal. in tit. de pace cōſt.
§. nos Romanorum, circa fi. ſcilicet pro collectis,
& tributis bona cuiuſcunque eſſe tacite hypothecata;
& nullum creditorem poſſe habere ius anterius,
quam habeat fiſcus, per Doctri. Cyn. &
Bal. in l. 1 C. ſi prop. pub. penſit. & hæc refert, &
commendat Carol. Cotta, in ſuis memoralibus
in ver. collecta.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, & Papa, confert gradus dignitatum; qui ſuper eos ſunt.*
Doctorem ſolo verbo Imp. & Papa creat; & nouam dignitatem, & nobilitatē etiam poſt mortem.
2 *Dignitates ab alijs aliter, & diuerſimode exiſtimata, ſecundum Philoſoph.*
3 *Maior domus, ſiue magiſter domus, primus officialis conſtituitur, in curia principis.*
4 *Maior domus, maxima eſt poteſtas, apud Gallos: ſecunda fuit apud Romanos; qui Præfectus Prætorio dictus num. 6. In Francia Magnus Coneſtabilis dicitur.*
5 *Præfectus prætorio, idem qui Tribunus celerum, & alias, Magiſter æquitum.*
6 *Præfecti prætorio poteſtas, & num. 4.*
7 *Præfectus prætorio, Illuſtris eſt: qui cum excellentia excellentiſſimus, Illuſtriſſimus, Glorioſiſſimus, cū Celſitudine & ſublimitate, & maxima poteſtate & Magnitudine, & Magnificentia; appellatur.*
8 *Conſules, excellentiſſimi dicti.*
Patricij excelſi dicti; ibi.
9 *Illuſtris, Illuſtriſſimus dici poteſt, aliquando.*
Illuſtres habent ordines; ibi.
10 *Spectabilis, reuerentiam debet aliquando ſpectabili.*

DIGNITATES CONFERT.
PRIMVM IN MAIOREM DOMVS.

1 Dignitatum † gradus, ſimiliter conferre poſſe Imperatorem, & Pontificem, nemo eſt qui neſciat: Hi enim ſunt ſupra omnes apices, etiam ſuperilluſtrium, ab ipſiſque omnes
honores,

honores, tanquam a fonte, profluunt, ut diximus ſupra in. §. 1. in uerſicu. orbem nunc.4. & in §.tertio.in tract. Duelli.conc.77.nu.4.uſque adeo ut Poſsint, ſolo uerbo creare doctorem. ut teſtis eſt Martin. Laud. in tract. de princip.q.207. & creare nouam dignitatem, ut ibidem per eum. q. 325.ſicut unico uerbo creare quem, & pronunciare ſacerdotem, immo etiam Epiſcopum. ut per Felin.in.c.1.col.7.in.4.fall.de conſtitutio.& ibi in rub.col.pen.ubi dicit per uerbum FIAT prolatum, gratiam conferri profectam. Verum etiam poſt mortem poteſt Papa aliquem nobilitare, & ſibi dare militiæ gradū.ut per Bar.in l.1.C. de dig. li. 12.& Abb.in.c.a nobis.2.de ſen.ex.com.& hic etiam ſubnotari poteſt, Homines eum honorare debere, quem princeps honorat. ut per l.1.C.de domeſtic. & protect. colligit Mart. Laud. in eo tract.de princip.q.206. Verum & dignitates conferre poſſunt Reges in Regno ſuo, in quo quilibet dicitur monarcha,ut per Soci. cōſ.165.col.2. uol.2. Proinde quo nam pacto in Rege, ac Principe, Duce, Marchione, Comite, & alijs inferioribus,& ex altera parte in Cardinali, Patriarcha, Archiepiſcopo, Epiſcopo, & alijs inferioribus: dignitates impartiant, & conferant, uero in ſine dicemus. Hic nō omitto,ſecundū Ari. li. hic.

2 c.3.lib.5.& ad Eudemū lib.4.† Dignitatē alijs aliter æſtimatam;vt Democratici,ideſt populares, libertatem; Oligarchici,ideſt pauci potentes,opulentiam; Non nulli nobilitatem: Optimates uero uirtutem eſſe affirment. Quo circa illas, quæ,ad uirtutem, ſeu nobilitatem, dignitates, hoc loco: quæque clariores cōceduntur, præſertim in ſacro ipſius Imperatoris Palatio,prout miniſter quiſque ex officio ſibi iniuncto, eidem deſeruire aſtrictus eſt, breuiter pertractare poſſumus: hoc præmiſſo quod ubicunque Princeps honorifice aliquē recipit, ille mittit cum acclamatione, & magno laudum ſuarum præconio: ſcilicet,uiuat talis.l.1.cum gl.C.de queſt.& ma.off.li.12.ſequitē Marti. Laud. in tract.de princip.q.132.Hæcq; acclamatio pariter in creandis Regibus,apud Iudæos,ut in Biblijs legitur.3.regum.c.1.obſeruabatur, in hæc uerba: Et canetis buccina,atque dicetis: Viuat Rex Solomon, Atque ſæpe in electis Imperatoribus,exclamatū traditur:ut de Alexandro Seuero, Lampridius refert.

3 ‡ Conſtituere itaque primo ſolet Princeps in Curia ſua, munus illud,ſeu officium quod uulgo in Italia,hodie Magiſtrū Domus: in Gallia uero, uel in Hiſpanijs, Maiorem Domus appellant: Huiuſcemodi quippe uiro, prudentiori electo, totius Domus Imperatoriæ Anchora & cura demandatur:

4 † Huiuſque poſt Principem, Maxima poteſtas,etiam prope Gallos eſſe uidetur ut ſupra.§.2.in.q.3.num.12.Legi apud Platinam, in uita Zachariæ Pontificis, ſcripſimus,in hæc uerba: Ex maiore namque Domus,qui poſt Regem, ſummus erat Magiſtratus apud Francos: Reges Franciæ deinceps à Pipino ſecundo, eiuſdemque familia,originem habuere: His alludunt, quæ annotauit Gul. Budæus in tit.ff.de offic. pręfet.pręt. pag.274.cum ſeq.qui inquit: Principes Romani, equitem unum Romanum, Prætoriæ cohorti, aut cohortibus etiam præfecerunt, & Prætorio ſuo, ideſt, Aulæ: quam lingua uulgaris,Hoſpitium Regis appellat: unde Præfectus prætorio hodie dici poteſt,qui magnus Magiſter Hoſpitij dicitur: multum tamen ab antiquo differens. Hunc autem antiqui Principes, potentia militari,ſecundum ſibi eſſe uoluerunt,& reliqua: inter quæ auctiorem Præfecti prætorio dignitatem indies factam commemorat,eo etiam memorabili exemplo Traiani Imperatoris,a Dione tradito;qui cum Præfectum pretorij cingulo donaret, dignitatis eius inſigni, ita dixiſſe ad eū fertē: Accipe hūc enſem: & ſi quidem recte,atque e rep.imperauero,pro me;ſin ſecus,in me utere.& de his, abunde etiam loquitur Alex.ab Alex.Genialium dierum lib.4.c.23.duos aliquādo conſtitutos,ab Commodo Imp. referēs; eam poteſtatem diuiſam, tutiorem arbitratus. Alciatus uero in annot. C. de præfec. præt. lib. 12. auctore Caſsiodoro Epiſtolarum lib.6.huius magiſtratus culmen oſtendit: ita ut nulla dignitas ei ſit æqualis. Atque idem Alciat. in tract. de ſing. cert.c.34. Præfectum prætorio, eum eſſe apud Francos teſtatur, quem ipſi Magnum Coneſtabilem uocant. Atqui idem Budęus in annot.l.ſi.ff. de Senato.pag.257.deſcribens patritios Franciæ, ab una parte:ab altera autem primores Regiæ miniſtros: uidelicet Cancellarium, Magiſtrum equitum, Camerarium, uel ſummum Admiſsionalem, & Pincernam Maximum, Magiſtrum Hoſpitij, ſiue Maiorem Domus; accipere uidetur, ſub eo nomine magiſtri equitum. Quod ęque ſatis conuenire uidetur, ex quo idem cenſetur, qui & præfectus prætorio, ut ſupra Nam ut etiam apud L. Fe-

5 neſtellam.c.x.&.22.de magiſt.Ro.legitur † Quales Tribuni celerum apud Reges,tales ferme apud Dictatores,magiſtri equitum fuere, id demum officij fuit Magiſtris equitū apud Dictatores, quod tandem Præfecto Pretorio,apud Cęſarem.Eadem ſentit Pomp.Lætus de magiſt. Ro.hęc addens,ubi Imperium declinare cœpit, Præfectus Pretorio nomen mutauit, Magiſter ſtabuli dictus. Sic & Budeus in tit.de offic. pręfec.præt.pagin.286.Magiſtrum militum, Conſtabulariū apellat, Principis ubique Legatum in re militari, quæ paulo præcedētia,commemorauit Pomp. Iurec. ſecutus etiam Feneſtellam,in l.1.§.1.ff. de offic.pręfec. præt.& in

6 l.2.§.poſt deinde.ff.de orig.iur.§. Secūdam enim poteſtatem poſt Principem, ſortitum Præfectum Prætorio,ibi traditur, ab eiuſque ſententijs appellari prohibitum fuiſſe. Et poteſtatem condendi leges, & inutiles remouendi, habuiſſe.l.2.&.4.C.de offic.præfec.præt. orien. Et ſolum Principem, & nonalium Iudicem, reſtituere minores aduerſus ſententias a Præfecto prætorio latas. l.1. in fi. ff. de offic. præfec. pręt. & per Io. Plat. in l.1.C. de præfec. pręto. Faſtigium itaque præfecturæ pretorianæ, maius uidetur quocunque alio, ut etiam

conſta-

conſtare videtur ex ordine titulorum lib. 12. C.
incipiendo a titu. de conſulibus, deſcendendo
vſque ad alios multos. His tamen obſtant, quę
dicam inferius, proximo uerbo. Cubiculi, nu-
7 mero 3. † Porro officium huiuſcemodi, Illu-
ſtri dignitate decoratur. l. penult. C. de offic.
præfec. pręt. orien. & in authenti. de appellat.
§. illo videlicet, & docet gloſſ. in rub. ff. de of-
fic. præfec. prət. & doct. pręſertim Iaſ. in l. 1.
nume. 6. ff. de offic. eius. Vnde Imperator al-
loqui, & litteris ſuis interpellare & decorare
ſolet pręfectum prętorio, titulis, & epithe-
tis pręclaris, Excellentiam illi attribuendo, vt
in. l. 1. C. de offic. pręfec. pręt. Af. & in. l. ne-
mini. C. de aduoc. diuer. iudiciorum. Immo
Excellentiſsimum eum, ac clariſsimum : ac Il-
luſtriſsimam, & Glorioſiſsimam prætorianam
poteſtatem, & præfecturam, appellando : vt
in. l. defenſores. C. de defenſ. ciu. & in authenti.
de appellat. & intra. §. illo, & l. j. C. de ſent. paſ. &
in auth. de non alien. aut permut. rebus ec. §. fin.
& in. l. ſecunda. C. vt dig. ord. ſer. libro 12.
Item celſitudinem, vt in authen. vt diui. ius. Ac
Sublimitatem, & maximam Poteſtatem, & magni-
tudine & Magnificentiā eidem aſsignat in. l. 3. &
l. fin. C. de offic. præfec. præt. orien. &. l. pri-
ma. C. de offic. præſ. præto. Afr. l. ſi quando & l.
8 nemo. C. de oper. pu. † Sunt tamen Conſu-
les excellentiſsimi & ipſi dicti. & Patritij ex-
celſi. l. penult. & final. C. de conſul. libro 12.
Ex quibus fit, ut recte etiam hodie, aliqui Illu-
ſtres viri, Illuſtriſsimi & Excellentiſsimi di-
cantur, prout in huius Dominij Mediolani, Ca-
roli Imperatoris. V. Vicem gerente, vel ut uul-
go dicitur, Locum tenente, & aliàs in eiuſdem
Dominij Ducibus, obſeruatum vidimus. Hos
tamen Duces, ab ipſo Carolo, Illuſtres tantum-
modo dictos, nuperrime uidi in confirmatione
cuiuſdam Priuilegij Feudorum, alias conceſſo-
rum, per Ioan. Galeatium Sfortiam, Viceco-
mitem, Ducem Mediolani; Magnifico D. Lau-
rentio Mozanicæ, eiúſque filio, Comiti Paulo
9 Mauritio Laudenſi. † Nec mirum ſit, ſi aliquis e
numero Illuſtrium, Illuſtriſsimus dicatur: cum
inter Illuſtres dentur ordines, alij alijs inferio-
res, ut habetur in. l. ſecunda. C. vt dig. ord.
ſer. libro 12. & arguit Alciatus in tracta. de ſing.
cert. cap. 33. ſicque poſitiuum, comparatiuum,
& ſuperlatiuum, videtur poſſe habere locum :
quod argumentum præſtare poteſt, in alijs quo-
que dignitatum gradibus, vt conueniunt dicta
Ioan. Plat. in l. prima. C. de Comit. rei mil.
10 libro 12. † qui inquit, eum qui ſpectabilis ſit,
alteri ſpectabili reuerentiam debere.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarius Magnus Imperatoris, habet poſt præ-
fectum præto. ſummam dignitatem.*
2 *Cancellarij Magni in Francia amplitudo, expli-
catur : & qualis eſſe debet.*
3 *Cancellarij officium, primus, Auguſtus ſuſce-
pit.*
5 *Quæſtor, qui candidatus Principis erat : Magnus
Cancellarius cenſetur.*
Vicecancellarius Papæ oſtenditur, ibi.
6 *Cancellarius magnus, qui Magnificus, Magnifi-
centiſſimus, Glorioſiſſimus, Excellentiſſimus,
Excelſus, & ſublimis appellatur : Illuſtris
eſt.*
7 *Principis præſentia, & latus, extollit actum.*
8 *Principis latus, excuſat aliquem a muneribus, &
honorandum præbet.*
9 *Cancellarij officium, alias tripartitum.*
10 *Conſiliarij principis ſunt illuſtres, qui & clerici eſ-
ſe poſſunt.*
11 *Bartholus fuit factus conſiliarius Federici Impe-
ratoris.*
12 *Proceres qui dicantur.*
13 *Conſiliarij Principis, quoſcunque alios præcedunt :
etiam ſenatores.*
*Conſiliarij, non idem ſunt cum Senatoribus: ibi, bis,
Imp. aſſurgit, & Cardinalibus.*

CANCELLARII MAGNI OFFICIVM.

1 CAncellarius Imperatoris, † qui & cum no-
mine Magni nuncupatur, ſummum ho-
die Honorum faſtigium adipiſcitur, poſt
Præfectum prætorio, ſiue Conſtabularium, vt
oſtendit Budæus in dict. titu. de offic. pręf. pręto.
pag. 286. ac inquit pag. 275. Huius autem præ-
fecti prætorio, in Francia inſtar eſſe, magisq́; ſimi
lē Cancellariatum, haud ab re arbitror: Hunc uos
inferiorem eſſe præfecto pretorio, argumentari
poſſumus, ab ordine titulorum poſitorum in.
ff. veteri, incipiendo a titu. de offic. præfect.
pręto. uſque ad titu. de offic. quæſt. & de offic.
prætoris. Budæus proinde dict. pag. 286. hæc
etiam commemorat: Homini quidem priuato,
& togato, nihil vltra ſperare licet: explicatq́ue
abunde huius officij Amplitudinem, in hæc
2 verba: † Hic eſt qui in omni ferme parte, con-
ſtituendæ reip. Principis uicem implere, aut
certe obtinere creditur : quique caput eſt ſan-
ctioris, & interioris conſilij : Cancellarię liberam
adminiſtrationem habens: qui morum, legumq́;,
perpetuum regimen recepiſſe videtur : quod
3 munus, † primus omnium Auguſtus Imperator
Romanus, accepiſſe ſibi delatum, non ipſe ſibi
ſumpſiſſe dicitur. Hunc denique id auctoritatis
eſſe oportet: cui omnes Magiſtratus honorum
ſuorum faſces ſubmittere non indignentur,
ſub huius enim iure, Imperioq́ue omnes no-
ſtræ prouinciæ ſunt : ut olim omnes erant
ſub conſulis. Huius ianua, ac veſtibulum
omni poſtulanti, omnibus horis patere de-
4 bet. † Hunc denique omnibus numeris gra-

nitatis , conſtantiæ , ſeueritatis , prudentiæ ,
temperantiæ , fortitudinis , integritatis , ab-
ſolutum eſſe uirum , vndecunque doctum ,
vndique placentem , omnium denique hora-
rum Magiſtratum eſſe oportet : earumque re-
rum ſeueritatem , multis condimentis huma-
nitatis , comitatisque commitigare. Sigillatim
quoque partes Magni Cancellarij , in Francia ,
enumerat Budæus ibi pag. 283. quæ illæ ſunt: Vi-
dere vt nulla principis conſtitutio, nulla ſanctio ,
nullum diploma, nullum reſcriptum, nulli codicil
li regij, non e rep. atq; etiam e dignitate reip. prin
cipalique exeant. Principis enim præſentis Vica-
rius, & peregre agēte Principe , interRex quodam
modo eſſe cenſetur: ac iure (vt ipſe arbitratur) No
mophilax, ideſt legum præſidium , iuris Aſylum :
Apud iuris interpretes vero , Magnus Cancella-
rius, non Longe a prædictis , ille eſt; ad cuius of-
ficium pertineat , ne de Cancellaria Principis ,
exeant litteræ male formatæ , imperfectæ, aut mi-
nus ſolemnes. Reſcriptaque , & diplomata , &
alia ſimilia debent ab eo eſſe ſubſcripta , vt docet
gloſſ. in ver. quæſtor. l. fin. C. de diuer. reſcrip.
vbi Bald. & Salice. per tex. in authen. vt diuinę iuſ-
ſiones habeant ſubſcrip. glorioſiſsimi quæſt. &
Iaſ. in. l. prima. nume. 6. ff. de offic. eius. & de alia
ſubſcriptione reſcriptorum diximus ſupra pro-
5 xima conclu. ſeu verſic. Sexto . nume. 2. † Quæ-
ſtor enim qui libris principalibus , in ſenatu le-
gendis , vacabat, vt in. l. prima. ff. de offic. quæſt.
dictus candidatus principis , ut etiam ſentit
Budæus , in annota. ff. de offic. quæſt. pag. 303.
Is Magnus Cancellarius dijiudicatur , vt con-
ſtare poteſt ex prædictis : & ſequitur Io. Mon-
taig. in tracta. parlamentorum nume. 5. cum ſeq.
qui prædicta comprobare videtur : & ab eo ſi-
gillum authenticum cuſtodiri , & exerceri , no-
mine Regio ; cuncta expediendo , ſicut Præſi-
dentes parlamenti, in cognoſcendo , & diffinien-
do, nomine curiæ loquuntur: & a Cancellia, Can-
cellarium dictum, vel alio modo, ibi declarat : de
qua re Budæus aliqua quoq; demonſtrat , ea pag.
285. & Guido papæ in tracta. de appel. nume. 30.
Apud Pontifices vero hoc munus, ſub nomine
Vicecancellarij demonſtratur, vt in prohœm. ſex-
ti deprehenditur : Idque ideo ſecundum Zabarel-
lum in cle. 2. de elect. quia antiquitus contenderet
de poteſtate cum Papa , vt refert quidam inter-
pres Reg. Canc. & conſt. Innoc. 8. in prohœm. ea-
rum pag. 15. qui ibi infert ideo Cancellarium Chri
ſti, appellari poſſe ipſum pontificem: & alia multa
dicit. De poteſtate vero Vicecancellarij ; & plura
quæ ad eum pertineant , habetur in reg. Cancel-
lariæ , Leonis. X. & Pauli. III. Pontif. & per ſu-
pradictum interpretem fol. 247. in fin. Reg. Can
cella. in titu. de poteſta. Vicec. & dicemus inf.
6 lib. 2. cap. 1. §. 4. verſic. 1. † Ia quæſtor , ſeu Can-
cellarius , qui Magnificus aliquando , & Magni-
ficentiſsimus , & Glorioſiſsimus appellatur , ut
in dict. titu. vt diui. iuſ. in rub. & nig. & dict. l.
fi. C. de diuer. reſcrip. & quandoque excellentiſſi
mus , ut eſt text. no. in. l. ſi quando. C. de appel-
latio. & quandoque Excelſus , vt inſti. de libert.
§. & dedititios, & in. §. illo. in authen. de appella-
tio. & intra quæ temp. & quandoque Sublimis
vt in. l. 1. C. de offic. quæſt. Illuſtrem gradum
omnino ſortitur , vti qui ſedet ad latus Principis
ut docet Iaſ. in. l. 1. nume. 6. ff. de offic. eius : &
in conſil. 93. volum. 3. loquens in Cancellario
Galliæ : & gloſſ. in rub. ff. de offic. quæſt. per tex.
in authen. de appellatio. §. illo. & addo tex. in l.
2. cum gloſſ. C. de petit. bon. ſubla. lib. x. & Io.
Montaig. ubi ſupra num. 2. facit l. 2. C. de offic.
7 quæſt. facit, † quia præſentia, & latus Principis, ex
tollit actum: l. omnium. C. de teſt. ſecundum Io.
Plat. in. l. 2. C. ut dig. or. ſer. lib. 12. qui etiam. l. j.
C. de præp. lab. lib. x11. notat cum eſſe honoran-
8 dum, & a muneribus excuſandum, † quem Princi-
pis lateris Comitatus Illuſtrat . Non eſt tamen
9 ſilentio prætereundum, † Scribæ officium (quod
obire creditur apud Principem , iam ſæpe dictus
Cancellarius) tripartitum fuiſſe , vt ſcilicet ſecun-
dum ea quæ dicta ſunt ſupra. §. ſecundo. verſic.
Electio Regis Rom. ex ſententia etiam Marci An
to. Sabellici, Archiepiſcopus Maguntinus; Germa-
niæ: Treuerenſis , Galliæ , Colonienſis, Italiæ no
mine , ſcribarum munus ſubirent : quod tamen
amplius , ab eis non exerceri crediderim , ut in
alijs electoribus dixi : quodque penitus vacare
apud Carolum. V. Imperatorem noſtrum , con-
ſtat : poſtquam e viuis migrauit , Mercurinus
Catinara , Cardinalis , vir prēſtantiſsimus , tem-
peſtate noſtra , huiuſce dignitatis claritate deco-
ratus. At hoc loco itidem dicere poſſumus, ſa-
10 tis apte, † Conſiliarios , & Iuriſperitos , in con-
cilium & Conſiſtorium Principis aſſumptos ,
& aſsidentes : qui etiam clerici eſſe poſſunt ,
veluti epiſcopi , & Abbates , authen. habita vbi
Bald. C. ne fil. pro pat. in. 1. no. & quos Comi-
tatus illius lateris illuſtrat , Illuſtri luce ſplende-
ſcere. l. quiſquis. in princ. C. ad. l. Iul. Maieſt.
& explicat Iaſ. in. l. quidam cum filium nume-
ro. 36. de verb. obl. & dict. l. 1. numero 10.
ff. de offic. eius. poſt Ang. idem tenet Martin.
Land. in tracta. de conſiliarijs principum , quæ-
ſtio. 17. ubi multa , quæ ad eos ſpectent , cu-
11 mulauit. Vnde infert. † idem Iaſ. Imperatorem
Carolum , aſſumpſiſſe Bartholum in conſilia-
rium : cui arma conceſsit : & hoc pacto, eum
Illuſtrem reddidiſſe , ut & per Corſet. in tracta.
de poteſta. reg. in. 3. parte numero. 16. &
per Alexand. conſil. 94. numero 2. volum. 1.
hæc pariter comprobantur per Io. Montaig.
12 dict. numero 2. &. numero 12. qui † hos Pro-
ceres , appellari tradit, per text. in authentic.
ſed & lis , & vnde ſummitur. C. de tempo.
13 & rep. ap. ac. † alios quoſcunque conſilia-
rios ; etiam Senatores (qui tamen non idem
ſunt) præcedere oſtendit Nico. Boerius in
tracta. de ord. grad. vtriuſque fori , in. 1. parte in
rub.

rub. de ordine Conſiſtorij Regij, nume. 34. atque nume. 46. ait Imperatorem, ab his ſalutatum, aſſurgere, & Cardinalibus.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtor is etiam eſt, qui hodie Theſaurarius appellatur, qui rem pecuniariam adminiſtrat.*

2 *Pecuniæ fiſcales, publicæ, patrimoniales, Imperiales, an ad idem tendant.*

3 *Theſaurarius Imperatoris, an Illuſtris: probatur quod ſic.*

4 *Quæſtori cum Imperatore ſuo, antiquitus erat magna neceſsitudo.*

5 *Quæſtor, ſiue Theſaurarius Principis, Comes rerũ priuatarum, & Ærarij dicitur.*

THESAVRARII OFFICIVM.

1 Quæſtoris alterius officium: illius ſcilicet, cui rei pecuniariæ adminiſtratio demandatur apud Principem, † qui hodie Theſaurarius appellatur, vt placet Budæo in annot. ff. de offic. quæſ. pag. 293. & 294. hoc loco ſubnectere apte poſſe videmur: licet eum antecedat magnus Camerarius: & qui dictus eſt quæſtor, quod inquirendæ, & conſeruandæ pecuniæ cauſa, creatus erat, ut auctor Iurec. in l. ſecunda. §. hiſdem temporibus, uerſic. deinde. ff. de orig. iur. ubi no. Doct. qui addunt, quæſtorum curam fuiſſe, legatos, Reges ue, Rom. venientes, pro dignitate pop. Roma. excipere, donis proſequi, obuiam ire, ægrotos curare: & ſumptu publico ſepelire. Cuiuſque quæſtoris munus ad honores, primus erat gradus, ſecundum eum ibi, ex ſententia Ciceronis: & conſtat ex dict. l. prima. ff. de offic. quæſ. Quæſtorem, & receptorem, uocari eum pariter Magiſtratum, ad quem publici redditus referuntur, qui apud eos conſeruati, ad ſingulas opportunitates, diſtribuuntur, tradit Ariſto. Politic. libro. ſexto. cap. ult. & licet Quæſtores, uarij generis fuiſſe legamus, ut in dict. l. 1. vbi Budæus: ſecundum quem aliqua de alijs attingemus inter. cap. 8. & de quibus quæſtoribus, affatim loqnitur Alex. ab Alex. Genial. dierum lib. 2. c. 2. & commemorat. l. Feneſtella de magis. Rom. c. 3. & Pomponius Lætus, in ſimili traditione, in titulo de Quæſtore, qui ait, his quæſtoribus licuiſſe ciues Romanos capite punire: & per Doct. d. §. hiſdem vbi ſupra, &. C. de offic. quæſ. &. C. de queſto. libr. x11. & in authen. de quæſtore, & dictum eſt ſupra in proximis. in ver. Cancellarius. Tamen hic loquimur de eo qui præpoſitus

2 eſt pecunijs Fiſcalibus: & ſic Imperatoris, † quamuis inter illas, & pecunias publicas, & Imperij, conſtituatur differentia, ſecundum Budæum in d. l. 1. ff. de offic. quæſ. pag. 298. ſed ex quo omnia tranſlata ſunt in Imperatorem, vt in. l. 1. ff. de conſti. princ. & ad eundem effectum, & commodum eiuſdem perſonæ tendunt: ſiue dicantur res, & pecuniæ patrimoniales: ſiue fiſcales, ſ. Imperij: ſiue Imperiales, ſiue dñicæ: ſiue ciuiles, ſiue priuatæ principis. & licet ſint duo æraria, videlicet vnum publicum fiſci: aliud priuatum, ſcilicet rerum priuatarum principis: cum omnia dicantur eſſe Cæſaris, vt prædicta declarat Io. Plat. in rub. C. de fund. patrim. lib. x1. & in. l. 1. C. de quæſt. & magis. offic. lib. x11. aliter ſentiens quam Budæus: & facit, quia procurator Cæſaris, & procurator fiſci idem eſt. ut inf. c. de procur. Cęſ. num. 4. hęc parũ

3 differre arbitror. † Verum an is inter Illuſtres ſit annumerandus, glo. tenet expreſſe quod non, in rub. ff. de offic. queſ. per tex. ibi in. l. 1. & tenet glo. ibidem in ver. plebeios, ſequitur. Io. Plat. in d. rub. C. de queſto. & magis. offic. Aliter tamen tenendum probabiliter cſediderim: quia tex. in d. l. 1. ff. promiſcue, & indifferenter tracta. de offic. quęſtoris. ſiue is candidatus ſit principis, qui idem & Cancellarius eſt: ſiue qui curam agat pecuniarum: ſiue qui maleficia perquirat, ut diſtingunt recitati ſcriben. & præſertim Feneſtella d. c. 3. nam ex quo principis candidatus, Illuſtris habetur, vt ſupra. in uerſic. Cancellarius. nume. 6. & diſtincte lex comprehendit, & abſoluto loquitur de quolibet quæſtore, nec aliter diſtinguit inter horum dignitatum gradus: nec nos diſtinguere debe

4 mus. l. de precio. cum ſim. ff. de public. † Facit qa magna neceſsitudo putabatur: inſtituto antiquorum, quæſtori cum Imperatore ſuo: cum quo communem prouinciam ſortitus erat, ac publicammuneris ſocietatem obibat: ut auctor eſt Cicero, de diuinatione, & refert Budæus d. pag. 293. ſicq; ex aſsiſtentia principis, magna præſumptio huius dignitatis inſurgere videtur, vt in ſuperioribus dixi, præſertim in Cancellario, & conſiliarijs principis.

5 † Sic quoque iſte quæſtor poteſt cenſeri, vt comes rerum priuatarum: qui etiam dicitur Comes priuati ærarij principis, quique arcam cuſtodit auri, & argenti debiti, ex rebus principis: qui eſt Illuſtris, ut per Io. Plat. in dict. rub. C. de quæſt. & magis. Facit etiam quia tituli, præcedentes titulum de officio prætoris, in. ff. de Illuſtribus loquuntur, vt dicit gloſſ. rub. illius titu. de offic. præt. a quo initium aſſumunt hi, qui ſpectabilium loco habentur: & ante titulum de offic. præto. præcedit immediate titulus de offic. queſt. & eodem modo ſit continuatio in titulis. C. libr. x11. Nec obſtat opi. gloſſ. in rub. ff. de offic. quæſ. & dict. l. 1. & auctoritas Io. Plateæ: quia loquitur ſine lege, nec probat ſuam opinionem. At ſi quis quæſtorem omnino e Spectabilibus cenſere maluerit, illi inter eos primus locus, ab ordine titulorum, videtur aſsignandus; ut ex memoratis elicere poſſumus.

SVMMARIVM.

1 *Cubiculi Principis præpoſitus, qui Gran Gianberlam dicitur: ponitur poſt Cancellarium.*

2 *Cubicularius magnus, Illuſtris eſt, non alij cubicula-*
rij: ſed forſan clariſſimi.
3 *Officium quantumcunque uile, collatum a principe,*
nobile reputatur.

CVBICVLARII OFFICIVM.

CVbiculi ſacri præpoſitus, qui vulgo Gran
Gianberlan, apud aliquas nationes appel-
latur: ſiue ſummus admiſsionalis: ſiue Ma-
gnus Camerarius, † proximum poſt magnũ Can-
cellarium, locum obtinet, vt poſt hunc eum deſcri
bit Budæus in annot. ad. d. l. fi. ff. de ſenato. pag.
257. & Alciat. in d. tracta. de ſing. cert. c. 34. Sed
hoc apertius conſtare a ſerie dictorum titulorum
lib. x11. C. crediderim: quandoquidem poſt titu-
lum de præfectis prætorio, immediate ſubijciatur
titulus, de præpoſitus ſacri cubiculi, & omnibus cu
bicularijs. Tantis tamen hi pollent fauoribus, apud
principes (quia ad hos, eorũ miniſterio patent adi
tus) ut parum diſtare a præfectis prætorio credan
1 tur, apud multos. † Sic & hi Illuſtres ſunt, ut in. l.
fi. eo. tit. de præp. ſac. cubi. lib. x11. & tradit Io. pla
tea ibi in. l. 1. &. 2. Alios tamen cubicularios, exce
pto præpoſito, nõ eſſe Illuſtres, nec habere dignita
tẽ, meminit idem Io. plat. inibi in. d. l. 2. licet offi-
2 cium nobile exercere dicantur: quia † Officium,
quantumcunque uile, ſi conferatur a principe, no
bile reputatur; per l. nemo. in fi. C. de digni. lib. 12.
& per Martin. Laud. in tract. de dignit. q. 31. atqui
fortaſſe Clariſsimi poſſunt haberi, argumento
ut infr. hoc principali uerſ. in uer. clariſsimorum
num. 2. Sic quoque Notarij, & Cocus principis, di
cuntur habere dignitatem, ſecundum Bal. in. ca. 1.
de feu. guar. & per allegata inf. in d. uer. clariſsi-
morum. In eo tamẽ (ut opinor) decipitur Io. plat.
qui affirmet, hunc propoſitum, etiam toti familiæ,
& aulæ principis, & auguſtæ præeſſe, per glo. 1. d.
l. fi. quæ hoc non dicit, & obſtant ſupradicta. Eſt
tamen animaduertendum quòd in l. 1. C. de præ
poſ. ſac. cubic. is præpoſitus cum præfecto præto-
rio, & magiſtro militum, uel peditum: & præfecto
urbis (hi tamen non ſunt miniſtri principis) parem
dicitur habere dignitatem, ſeruata reuerentia, &
prælatione temporis, poſt dignitatem, ut etiã tra-
dit Bar. ibi, & Io. plat. & per Martin. Laud. in tra-
cta. de dignit. quæſt. 48. &. 49. ſed maxime contra
ria his uidentur recitata ſupra, præſertim nume. 6.
dum diximus, hac princ. concl. in uer. Dignitatũ,
ſecundam poſt principem, præfectis prætorio at-
tributam poteſtatem: quod etiam a conſuetudine
receptum arbitror; & propterea ſolutio forſan
quadrabit, ſi dicamus, licet ĩter eos ſit par & æqua-
lis dignitas: Illuſtriſsimus tamen dici poſsit præ-
fectus prætorio: Illuſtrior uero dicatur præpoſitus
Cubiculi, cum inter illuſtres dentur ordines, ut ſu
pra dixi: uel ſi dicamus, quod ratione potentiæ,
maior omnino habendus ſit præfectus prætorio,
& dignior præpoſito cubiculi: cogitandum tamen
eſt, quia obiectum uidetur urgere. Aſsignatur ta-
men huius muneris functio Marchioni Brandibur
genſi, uni electorum, Regis Ro. ſecundum Plat. &
ſecundum glo. pen. in. c. ad Apoſtolicæ. de re iud.
in. 6. ut dixi ſupra. §. 2. in uerſic. Electio Regis. nu-
me. 3. Veruntamen hoc officium, ab eo de more
non exercetur: ſicut nec alia, alij electores obeunt
officia: uel Rex Pincernæ: uel Comes Dapum: vel
Dux enſem deferentis.

SVMMARIVM.

1 *Pincerna maximus Imperatoris, in iure quis fuerit*
non conſtat.
2 *Pincerna maximus Imperatoris, ſi non inter Illu-*
ſtres, inter ſpectabiles enumerandus.

PINCERNAE OFFICIVM.

1 PIncerna inde † Maximus, poſt præpoſitum
Cubiculi ſubnectitur, per Budæum in d. l. fi.
ff. de ſenat. pag. 257. de quo non fit mentio
per Alciat. in d. c. 34. de ſing. cert. Munus autem
hoc Regi Bohemiæ, pariter uni electorum attri-
butum eſt, ut in proxime dictis oſtenditur, tamen
nec in eo uerſatur ipſe Rex. At quis is fuerit in
iure, non mihi recte conſtat: qua ue luce Digni-
tatis fulgeat, propterea id totum conſuetudini
Imperatoriæ Curiæ, relinquendum eſſe: † & ſi non
inter Illuſtres, inter Spectabiles connumerari poſ-
ſe, arbitrarer: exemplo Comitis, ſeu Præpoſiti, aut
Tribuni Scholarum, qui ad epulas parandas, uel
ad curam Sacri Stabuli, uel Ornatum & curam
Palatij, in curia principis conſtituuntur; de qui-
bus habetur in tit. C. lib. 12. de comit. præp. & trib.
ſcho. ubi Io. plat. in rub. & l. 1. & dicemus inferius
in proximis.

SVMMARIVM.

1 *Seneſcalcus. qui Latine Architriclinus dicitur, quis*
ſit apud Legum latorem.
2 *Præpoſitus idem dicitur, quod Princeps.*
3 *Seneſcalcus Imperatoris, qui Architriclinus eſt, Spe*
ctabilis cenſetur.

SENESCALCHI OFFICIVM.

SEneſcalchus uulgo dictus, qui Latine Archi-
triclinus nuncupatur, cui in Palatio, munus
ſubminiſtrandi dapes iniungitur, quodque
Comiti Palatino pariter, uni ex electoribus Re-
gis Romanorum, iam fuerat aſsignatum, ſub-
ordinari poſſe uidetur. Viget enim, nec hoc offi-
cium in curia inane eſt: ab alio tamen quam ab ip
ſo Co. Palatino, ſuſcipitur: † Is ille uidetur, qui
apud legum Latorem, inter Comites, ſeu Præpo-
ſitos, & Tribunos, & primicerios (qui idem ſunt)
Scholarum, annumeratur: cum ad epulas paran-
das, & ſubminiſtrandas principi, præpoſitus ſit, ut
habetur in d. rub. & l. 1. & Io. plat. ibi. C. de Co-
mit.

mit.præp.& trib.ſcho.& in.l.2.C.de domeſtic. &
2 protec.lib.xii. † ſic & princeps dicitur præpoſitus ſecundum Io.Plat.in rub.de agen.in reb.eo li. & inibi in ea.l.1. hos etiam adorandi principem, antiquitus facultatem habuiſſe exprimitur. † Hunc eſſe ſpectabili dignitate decoratum, elicitur ex eo tex. ibi ſecundum Io. Plat.ex quo parem dignitatem, præcipitur habere cum Comite Aegypti, & Pontifice diœceſeos.

SVMMARIVM.

1 *Scutifer Magnus, qui & protoſpatarius dicitur, quod officium ſuſcipit.*
2 *Scutifer Magnus, inter tribunos ſcholarum, videtur poſſe reponi.*
3 *Scutifer Magnus Spectabilis exiſtimandus eſt: & quando Illuſtris.*
4 *Magiſter militum Illuſtris eſt: vocatus apud Gallos, Mareſchial, ſecundum Alciat.*
5 *Magiſter militum, & præfectus Prętorio, differunt.*
6 *Palatij Imperatoris Præpoſiti, curam habentes, quo ad ornatum, Spectabiles ſunt.*

SCVTIFERI MAGNI OFFICIVM.

1 Scutiferum Magnum † deinceps ſubjcit Alciat. d.c.34.de ſing.cert quem ipſe Protoſpatariũ nuncupat: ſed de eo non meminit Budęus in d.pag.257.in tit.de ſenat. Cũ huius partes illhuc pertineant,(ut audio) ut omnium Armorum, & equorum,& totius ſtabuli principis, curam habere
2 præcipiatur: † inter Comites, Præpoſitos, & Tribunos Scholarum, reponi & ipſe poſſe uidetur: ut ex exemplis æquiparatis d.l.1.C. de com. præp. & trib.ſchol.argumẽtari poſſumus, ibi.inter quos comites etiam Sacri ſtabuli, &c. proinde ſecundũ
3 diſpoſitionem d.l.1. † is ſimiliter Spectabilis erit. Dux autem Saxoniæ hoc munere fungebatur, tanquam & ipſe alius ex electoribus Regis Romanorum, qui portitor enſis carminibus illis uulgatis decantetur, ſecundum glo. pen.in.c.ad apoſtolicę, de re iud.in 6. Nec tamen ipſe hodie, hanc prouinciam ſuſcipit. At ſi huius ſcutiferi Magni officium extenderetur ad Comites, iuxta principem, ad eius cuſtodiam excubantes, & reſidentes, ſub quorum Regimine conſtituti ſunt milites; Illuſtria utique is cenſeri poſſet. l. nemo. uerſi. ſi uero, C. de re milit. lib. 12. præſentia enim & aſsiſtentia, apud Principem actum extollit, ut ſupra in uerſi. Cancellarius in fin. nam conuenire poſset, ut Magiſtro militum comparandus hoc pacto uidere-
4 tur, † qui Illuſtris eſt. ut in. l. 1. & 2. C. de offic. mag. mil. & per Io. Plat. in rub. C. de præfec. præt. ſiue ur. & mag. mil. lib. 12. quos Magiſtros militum Alciat. dict. cap.34. lingua Gallica Mareſchialos uocat, qui apud nos lingua Italica dicuntur (ut opinor) Maeſtri del campo: Nec dicamus hos eoſdem, qui & Præfecti prætorio, ut ſupra hac concl. principali uerſic. Dignitatum nume. 5. di-
5 ctum eſt. † Nam omnino differunt ut in dict. titu. de præf.præt.ſiue urbis.& mag. militum: ſic enim (ubi concedatur idem fuiſſe) per tempora, res, & nomina, immutantur, ut conueniunt dicta in. l. 2.
6 C.de offic.quæſ. † Hic & illud ſubnotandum eſt, eos qui primi ordinis comitiuam, cum præpoſitura meruerunt, curam habentes circa ornatum Palatij Imperatoris, Spectabiles eſſe: cum æquiparentur Comitibus epularum, & ſacri Stabuli, ut in d.l. 1.C.de comit.præpo.& trib. ſchol.

SVMMARIVM.

1 *Magiſter officiorum, ſpectabilis eſt: immo etiam Illuſtris dictus.*
2 *Magiſtri, ſeu proximi ſacrorum ſcriniorum Imp. inter quos ſunt Referendarij, & Primicerius, hoc eſt protonotarius; Spectabiles ſunt.*
3 *Comites conſiſtoriani æquiparati Proconſulibus, Spectabiles ſunt.*
4 *Medici ſummi principis, Archiatri dicti, Spectabiles ſunt.*
5 *Silentiarij, & eorum decuriones, ſpectabiles ſunt: & qui ſint tales, ibi.*
6 *Domeſtici Imperatoris, qui ſint: & quod ſunt ſpectabiles.*
Protectorum Primi cerij ſunt ſpectabiles, ibi.

SPECTABILES OFFICIALES QVI SINT.

Spectabilium gradum conſequũtur aliqui quoque alij, in ſacro Palatio Imperatoris militantes, & deſeruientes: ut conſtat ex ordine titu-
1 lorum.C.inchoãdo a tit.de offic.magis.offi. † qui & in glo.rub.ibi primus inter ſpectabiles præmittitur, licet glo.in.l.1.C.de ſilentij.lib.12. Illuſtrẽ dicat, ubi Io.plat.id ꝓcedere affirmat, ſi quis ſit Magiſter officiorũ, cũ adminiſtratione: idẽ ſcribẽs de comite Domeſticorũ, ſecutus glo. ibi, pro cuius opi. facit tex.in d.l.1.& fi.C.de ſilenti,&.l.fi.d.tit. C.de offi.mag. offic. ubi excellentiſsimus appellatur, prout & præfectus prætorio ut ſ. hac concluſ. in uerb. Dignitatum nu.7. Videtur tamen obſtare tex.in.l.2.C.de domeſt.& protect.lib.12. allegatus in glo.d.rub, C.de offi.magis.offic.& in.§.fin. in authen.de non alien.aut perm.reb.ec.qui oſtẽdit Comites ſpectabiles eſſe, cogita. Sic &.C.li.12. uidere licet, exordiendo a titulo de Primicerio,
2 uſque ad alios ſequentes. † Nã primo munus Proximorũ, ſeu Magiſtrorum ſacrorum Scriniorum, quorum officium erat triplex: ut per Io. Plat.in.l. fi.col.2.C.de decurio.lib.x.& in rub.C. de proxi. ſac.ſcrin. inter quos ſunt Referendarij, & in primis Primicerius, & Secundicerius principis, qui quidem Primicerius Præpoſitus eſt omnibus notarijs; & uocatur Protonotarius, cuſtodiens Archam, & inſtrumenta, & acta Imperij, & ſcrinium Curiæ, & ſolicitat, & regulat alios, ut per Io. Plat. ibi, & in rubr. C. de primic. &

ſecun.lib.12.hoc inquam munus ſplendore ſpe-
ctabilium emicat, ut ibi per.l.fin.& in rub. & l.r.
C.de magi.ſac.ſcrin. præclaram enim nobilemque
militiam Spectabilium, Tribunorum, notariorum,
& Magiſtrorum Scriniorum, qui quodam modo
Maieſtati ſuæ aſsidere dicantur, commendat au-
3 gendam Imperator inibi.† Eodem modo ſpecta-
biles ſunt Comites Conſiſtoriani: ideſt qui diu
ſteterunt in cõſiſtorio Principis: nam etiam Pro-
conſulibus æquiparantur, ut in l.1. C. de comit.
4 conſiſt. lib. 12. ubi Bar. & Io. Plat. † Similiter
quoque Summi Medici, Imperatoris: qui efficiun-
tur & ipſi Comites Palatini, ex quo primi gradus
Comitiuam adepti ſunt: qui & Archiatri ſacri Pa-
latij uocant, inter ſpectabiles deſcribuntur: ut ſci-
licet Ducibus, & Vicarijs Principis æquiparentur,
ut in rub.&.l.1.C. de comit. & Arch. Sac. Pal. ubi
Bar.& Io.Plat. lib.12. Alciatus tamẽ ibi in annot.
exiſtimauit, non de ſummis medicis loqui hunc
titulum, ſed abſolute de medicis Aulæ Imperato-
rie. Sed ego cum alijs àliter crediderim: quia in ſu
perioribus, & inferioribus titulis. C. ibi fit quoque
mentio de alijs ſupremis, ſeu Præfectis, ſeu Tri-
bunis, uelut de præfecto prætorio, de præpoſitis
ſacri cubiculi, de primicerio, de Comitibus, Præ-
poſitis, & Tribunis ſcholarum; & ſimilibus: Nec
uideo unde ipſe contrarium probet, immo ab ety-
mologia græca uocabuli, quam ipſe explicat, ut
Archiatrus, Medicus Princeps intelligatur: om-
5 nino fallitur. † Silentiarios itidem, & eorum De-
curiones, Spectabilium locum ſibi uendicare aſ-
ſerit Io. Plat. in rub. C. de ſilenti.& decur.eo.li.12,
& glo.1.in l.fi.eo.tit. per.l. omnimodo.§.fi.C.de
inoſ. teſt: Hi uero qui ſint apud eum, non bene
conſtat, cum ſecundum glo.ibi, Conſiliarij Princi
pis dicantur, ut affirmat etiam Martin. Laud. meus
in tract. de conſiliarijs principum.q. 14. quibus
comittantur ſecreta ſub ſilentio: alij uero alio mo
do interprætantur. Alciatus autem in fine tit. C.
de comitib.& Archiat.eo. lib.ex ſentẽtia Proco
pij, Perſici Belli.2. Romani inquit ad ea, quę quie
tis ſunt, in Palatio miniſtrum, Silentiarium uo-
6 cant: † ſicut Domeſticum, archanorum Princi-
pis conſcium. Conſtat autem hos etiam habere
facultatem adorandi Principem: & ſalutandi ad-
miniſtratores eius, ut in l. 1. illius tit. qui Domeſti-
cus, cum Protectore ſimiliter ſpectabilia eſſe uide-
tur. Subiungitur enim poſt titulum de ſilentiarijs,
& uidetur probari in l.2.ibi.C. de domeſt.& pro-
tect. ubi Primicerius Domeſticorum, & Protecto-
rum, Spectabilis cenſetur. Non ſine controuer-
ſia tamen hæc uidentur procedere, ut ſupra dixi
in hoc uerbo nume. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Primicerium protectorum, & Domeſticorum ſub-
ſequentes, vſque ad numerum. 10. clariſſimi ſunt.*
2 *Scriniarij poſt proximum ſacrorum ſcriniorum
ſunt Clariſſimi.*
3 *Notarij Imperatoris, habent Dignitatem.*
? *Cocus Imperatoris, habet dignitatem. ibi.*
4 *Imperator à Clariſſimis Salutatus, eis aſſurgit; im-
mo non.*

CLARISSIMI OFFICIALES
QVI SINT.

1 CLariſsimorum † pariter loco, aliqui Palati-
ni ſunt; ut puta qui poſt primicerium Do-
meſticorum, & Protectorum ſubſequun-
tur: vſque ad numerum decem. l.2. C. de dome-
ſtici.& Protect. ubi Io.Plat. qui obiter dicit, idem
eſſe Primicerium, Tribunum, Ducem, & Præpo-
2 ſitum.† Similiter & alios Scriniarios, poſt proxi-
mum Sacrorum Scriniorum, cõſtat eſſe Clariſsi-
mos, l.peculiari C. de prox. Sac. ſcrin. & per Io.
Plat. in rub. illius tituli: Dicamus poſtremo, Sa-
crum Palatium Principis, adeo dignitatibus om-
3 nibus eluceſcere, † ut uſque ad Notarios, & Co-
cum deſcendant; atque hi dignitatem aliquam
ſortiantur, vt ſingulariter dixit Ro. not. 648. col.
255. incip. numquid eſſe Cocum; per doctri. Bald.
in tit. de Feudo Guardiæ, ſiue in tit. quis dic. dux,
Com. Mar. in lect. no. ſequitur Feli. in Rub. de of-
fic.& poteſ. iud. deleg. & Franc. Luc. in tract. de
fiſc.& eius priuil. in fi. 1. partis. & Catellian. Cotta
in memoralibus, in dictione, Cocus, poſt Barb.
in tract. de præſt. Card. in 1. q. 1. partis nume. 40.
qui Secundum Ang. in l. cum ſalutatus, quæ eſt. l.
1. C. de ſenten. paſ. per text. ibi cum glo. inquit,
4 † Imperatorem a Clariſsimis ſalutatum, aliquan-
tulum eis aſſurgere, quod tamen non probatur,
nec credo verum: Nam ibi d.l.j. loquitur in præ-
fectis prætorio, qui ſunt Illuſtres, non tantum
Clariſsimi, vt ſcripſimus ſupra hac concl. verſ. Di
gnitatum, nume. 7. & ſi dicatur, ibi Clariſsimus
dicitur, Præfectus prætorio; Reſponde, hoc non
refragari, quandoquidem qui pluris eſt, vtique
tanti eſt. l. cum furti. ff. de in litẽ. iur. Bald. in l. 3.
C. de fur. Bald. in princ. quia dic. dux. Conſiliarijs
proinde ſuis, & Cardinalibus aſſurgit Imperator,
vt iam diximus ſupra, vti Illuſtribus.

S V M M A R I V M.

1 *Comites palatini, qui ſine adminiſtratione habent
dignitatem, abuſiue comites ſunt.*
2 *Comites proprie ſunt, qui ſunt de comitatu inueſtiti.*
3 *Comites Palatini habent priuilegia valida creandi
Tabelliones & ſimilia, prout in priuilegio.*
*Tabelliones ſiue notarij creantur auctoritate Imp.
vel Papa.*
4 *Comes Palatinus, non poteſt delegare poteſtatem
ſibi in priuilegio conceſſam.*
5 *Comites Palatini clariſſimi ſunt.*

COMITES PALATINOS
CREAT IMP.

COmites Palatini proinde, qui honoris di-
gnitatem aſſequuntur ſine adminiſtratio-
ne, in ſacro enim Palatio non deſeruiunt:
quique honorarij vocari poſſunt, vt conueniunt

no.in

no.in l.2.per Bar.& doct.C.ut dig.ord.ſer.paſsim
creare cōſueuit Imperator, vt quotidie videmus.
1 † Hos quoque abuſiue Comites appellat Bald. in
c.1.quis dic. Dux Marc.co.in prin.per illum tex.
2 † cum proprie dicantur Comites qui de Comita-
tu ſunt inueſtiti, ſecundum Bald.ibi: & tradit Pa-
ris Puteus in tract.de duello.§. an comes. libr.7.&
Iaſ.in l.id quòd, num.23.de leg.1.& Socin.conſi.
3 165.num.1.volum.2.† Talibus autem concedere
quoque ſolet Imperator priuilegia creandi Tabel
liones: Nam Creatio eorum fit auctoritate prin-
cipis, ſiue Pont.Max.ſiue Imperatoris, uel haben
tis poteſtatem ab eis, c.1.2.& c. cum. p. tabellio.
de fide inſtr.&.c. qm cōtra falſam.de probat.un-
de creditē eorū inſtrumētis,& ſic pelli mortuę(qđ
eſt unum de mirabilibus mundi) etiam in arduis.
ſecundum no. in.c.tertio loco. de probat. & ſcri-
pſit Io.a graſsis in tract. de ſubſtantialibus procu-
ratorij.in uer. publicus.Itē cōcedit facultatē dādi
tutores,legitimādi,arrogādi,emācipādi, & alia ſi-
milia faciendi; prout in eorum priuilegijs cōtine-
tur,quæ ualida ſunt; ut no.Bar. Bal.& doct.in.l.1.
ff.de tut.& cur. da. ab his, & per Soci.conſ.67.nu.
2.uol.1.& copioſe Iaſ.conſ.127.num.2.uol.4.ita
tamen ut in expreſsis habeant locū, ut docet Bal.
in l.cum in adoptiuis.§.quę in filio.C.de adoptio.
qui commemorat Bar. habētem tale priuilegium,
feciſſe apponere etiam poteſtatem, dandi ueniam
ætatis; quæ in eo priuilegio non comprehendeba-
tur:ut innuit etiam idem Bal. in d. c.1. quis dica.
4 dux.& dicemus inf.uerſ. Vigeſimo.hoc.§. † Atta-
men poteſtatem in eis priuilegijs, Comiti Palati-
no attributam, non poteſt ipſe alijs delegare, ut
per Alex.in l.1.num.7.& Iaſ. & doct. ibi.ff.de of-
5 fic.eius: quia ſit de reſeruatis Principi. † Hos au-
tem Comites Palatinos,Clariſsimos eſſe dijudica-
rem,ſicuti nec plus cenſentur proprij Comites, de
comitatu inueſtiti, ut per doct. in d.l.1.ff. de off.
eius.& dixi ſupra in.§.3.in materia Duelli. concl.
77.num.8.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegia reuocare poteſt Imperator, etiam ſine*
cauſa,& num.2. vbi Regula ponitur, vt procedat
in ſubdito, quæ limitatur tripliciter num.3.5.6.
Reuocatio quæ procedit in priuilegio, procedit in ſta-
tuto.ibi.
Priuilegia licet poſſit reuocare Imperator; decet tā
ē̄ in conceſſis perſiſtere: ſicut Polus in Cælo: ibi.
4 *Priuilegium, vel Statutum, quando dicatur tran-*
ſire in contractum.
7 *Priuilegia non ſubdito conceſſa, non poteſt Impera-*
tor reuocare, ponitur Regula; limitatur.9.modis
num. 8.9.10. 11.12.13. 14.15.16.
17 *Imperator reuocans ea, quæ tenetur obſeruare, fin-*
gitur circumuentus;& ſecunda cōceſſio contraria
primæ,non tenet.

PRIVILEGIA POTEST
REVOCARE IMP.

Octauo econuerſo dicamus, ut quemadmo-
dum Imperator poteſt priuilegia & bene-
ficia cōcedere, ut in proximis dictum eſt,
1 † eodē modo reuocare poſsit,etiā ſine cauſa,glo.
eſt fin.& magiſtralis in.c.decet, ubi doct. præſer-
tim Philipp.Franc.de reg.iur.6.ſequitur Feli.in.c.
1.col.2.de probatio.idem tenet Bal.in.l.qui ſe pa
tris.col.7.C.unde lib.ſequitur Decius in.c.quę in
Eccleſiarum.col.12.de conſtitutio.& Feli. ibi.col.
19.num.34.& Marti. Laud. in tract. de priuileg.
& reſcrip.q.34. loquens etiam in prædeceſſore:
D.Aymo.Craueta conſ. 176.nu.7. Vndè diximus
ſupra.§.3.uerſ. Septimo num.1. Papam nouiter
creatum, poſſe reuocare omnes gratias factas per
præceſſorem ſuum.& Decius in conſil.286.col.2.
&.3.uol.2.in ſimplici priuilegio, præſertim con-
ceſſo ſubdito,ut tenet etiā Iaſ.in d.l.non amplius.
§.ſi certum. col.2.de leg.1.& idem conſ.1. col.4.
uol.1.& Soci. conſ.25. num.16.uol.1.& conſ.4.
num.4.5.&.13.etiam ſi quæſitum ſit ius alicui:
dum non contineat tranſlationem dominij dire-
cti,uel utilis,& conſil.77. num. 13.uol.3. ſecutus
Bal. in d.l.qui ſe patris. Et quod dicitur in priui-
legio, procedit etiam in ſtatuto, ſecundum ſcrib.
uel aliquos eorū,hic allegatos,& ſupra, & inf.præ-
cipue Areti.& Feli.col.8.Dixit tamen memorabi-
liter Hoſt.in ſum.de priuil.& exceſ.priuil.§.quali-
ter col.1.Non decere Principem ſine cauſa reuo-
care priuilegia conceſſa:ne id leuitati, aut incon-
ſtantiæ aſcribatur: atque uenire contra factum
ſuum, & impugnare quod debet defendere, uidea
tur. Ac inquit d. Cotta,conſulente Bal. in memo-
ralibus ſuis,in uer. princeps uerus, Principem de-
bere in conceſſorum liberalitate conſtanter perſi-
ſtere, ſicut Polus in Cœlo, & dicere quod ſcripſi,
ſcripſi.Conueniunt dicta per Socin. in conſ.32.
nu.22.uol.1.& cum cauſa, poſſe reuocari tradit
etiā Hippo.Marſil.in.l.1.§.ſi quis nu.21.ff.de quę-
ſtio. Verum hæc propoſitio generaliter, & abſo-
lute poſita per memoratos interpretes; eſt tamen
intelligenda,& declaranda,vt eam declarant doct.
ſed præſertim Abb. Areti. & Felin. rectius, atque
magis ex ordine, quam alij, more ſuo,in.c. nouit
col.7.num.7. cum multis ſeq. de Iudici.ut ſcilicet
duæ reg.cum limitationibus, ſeu declarationibus,
2 ☞ ponantur. † Regula Prima ſit, Principem
poſſe reuocare priuilegium conceſſum ſubdito.
c.in noſtra.cum ſim.de iniur.& per doct.& in pri-
mis Felin. in d. c. nouit col.12. num.10. Cardin.
Pariſ.Pater,& præceptor meus conſ.2. num.120.
3 uol.4. † Prima limitatur ſecundum eum, & rela-
tos, ſi ius ſit quæſitum de iure gentium, & quia
tranſeat in contractum, nam tunc non poteſt re-
uocari ſine cauſa, vt & per Martin. Laud.in trac.
de priuil. & reſcrip.q.34.Paris, ubi ſupra nu.127.
ſecus ſi ſtetit in ſimplicibus terminis priuilegij, ut
puta

puta exemptionis, & immunitatis: & ideo Bal. in
d.l.q. ſe patris.col.7.uerſ.ſed ſi non eſt priuilegiũ,
docet: ſi eſt conuentio, non priuilegium; tunc non
poteſt reuocari, niſi ſecundum ipſius rei naturam.
l.fundi.C.de fund.patrim. lib.10. & ſubdit, ſcien-
dum, ſi Princeps recipiat precium, ſignificare uen-
ditionem; etiam ſi uteretur uerbo, Indulgemur, uel
ſimili. & Inquit Iaſ. in d. conſ.56. uol.1. Princi-
pem poſſe reuocare immunitatem, conceſſam ſub-
dito, etiam ſi tranſiuerit in contractum; niſi inter-
4 uenerit recompenſatio perpetua. † Atque priuile-
gium, & ſtatutum, tunc dicitur tranſire in con-
tractum, quando aliquid conceditur, non ſimpli-
citer, ſed commenſurandum, ob aliquod factum
aut dationem, uel præteritam, uel futuram imple-
tam, uel Implendam, ex parte eius cui conceditur,
declarat Feli. ex ſententia Areti. ibi, & Bal. in d.l.
qui ſe patris.col.7.circa quæ uide Soci. in conſ. 4.
num.6. & conſ.87.nu.12.uol.3. & Deci. in conſil.
292.num.7.uol.2. qui etiam poſt Bal. in l. ſi cum
mihi.ff.de dolo, corroborat non poſſe reuocari
priuilegium conceſſum; quod non pendet ex ſola
uoluntate concedentis, ſed ex iure alteri acquiſi-
to, propter eius factum. Declaratur inde per Feli.
ibi hæc limit. tribus modis; & Primo in ſeptem ca-
ſibus, in quibus princeps poteſt proprium contra-
ctum reuocare, de quibus ſcripſi ſupra.§.3. uerſ.
octauo. Secundo declaratur, ubi Princeps poteſt
tollere ius quæſitum ex cauſa, de quibus dixi in
hoc.§.4.uerſ. Quarto, & latius dicam in uerſ. Vige
ſimo octauo. Tertio declaratur in priuilegio con-
ceſſo non ſubdito, quia tenet non tanquam lex,
5 ſed tanquam contractus, ut dicam in.2.reg † Se-
cunda limitatio ponitur per Feli. ut hęc prima reg.
non procedat in inferiore a Principe, qui non po-
teſt reuocare priuilegium, per allegata per eum:
6 † Tertiam ponit limit. in priuilegio dato in remu-
neratione, ſubdito: quod eſt irreuocabile; facit
ſecundum eum, quia donatio remuneratoria eſt
irreuocabilis, etiam data ingratitudine.l. ſi pater.
ubi glo. & Bar.ff. de donatio: Animaduertendum
tamen proponit, remunerationem hoc ſolum ope
rari, ut non reuocetur ex ingratitudine, ſed ex alia
iuſta cauſa poſsit reuocari, ſicut alij contractus,
ut præſertim in.2. declaratione primæ limit. di-
ctum eſt: hanc limit. tenet etiam Marti. Land. in
tract.de priuileg.& reſcrip.q.34. quæ confirmatur
ex eo, quod relatio, & conſideratio, habita ad grata
ſeruitia, operatur, ut priuilegium tráſeat in uim
contractus, ut per aliqua oſtendit Guido Pap. in
7 tract.de reſcrip.nu.28. † Secunda autem Re-
gula ſit ſm Feli. ibi colu.9.nu.9.cum relatis abun-
de per eum, ut priuilegium conceſſum non ſubdi-
to, non poſsit reuocari; quia diſpoſitio legis pri-
uilegiantis non ſubditum, non tenet tanquam lex,
nam ſi eo modo teneret, non ligaret cõcedentem,
ut in.c.1. de conſtitutio in. 6. cum ſim. Sed tenet
in uim contractus; ideo eſt irreuocabilis, & arctat,
& cogit concedentẽ.c.1, de probatio. & addo Ia-
ſonem in.l. non amplius.§. ſi certum de leg.1. &

Decium conſil.307.nu.18.uol.3. & dixi ſupra in
8 d.§. Tertio, uerſ. octauo. † Iſta reg. limitatur pri-
mo per eum, ex doctri. Areti. ibi, & ante eum Bal.
in.l. qui ſe patris.C. vnde lib. quando per priuile-
gium eſt conceſſa iuriſdictio, nam poteſt tunc
9 etiam ſine cauſa reuocari. † Secundo limitatur,
quando priuilegium præter intentionem, læderet
10 concedentem. † Tertio limitatur, ſi priuilegium
naſceretur ex contractu ſimulato: quia tunc eſt re
uocabile, ut dicit conſuluiſſe Marian. Soci. conſ.
11 125.incip. Io. de Ariga de Luca. † Quarto limi-
tatur ut ex eiſdem cauſis poſsit priuilegium reuo-
cari, ex quibus poteſt reuocari donatio; niſi tamen
priuilegium eſſet remuneratoriũ, ut ſupra in.3.
12 limit.1.reg. † Quinto, ſi ſinguli priuilegiati con-
13 ſentirent reuocationi priuilegij. † Sexto limita-
tur, ſi maiores de populo priuilegiato, conſenti-
14 rent reuocationi priuilegij. † Septimo quando
priuilegium nondum eſt acceptatum. Excipiun-
tur ab hac limitatione duo caſus; Primus eſt in be-
neficio collato abſenti, ut in.c. ſi tibi abſenti. de
prębend. in.6. Secundus quando per priuilegium
reſtituitur Bannitus, nam prodeſt etiam ignoran-
15 ti. † Octauo limitatur ſi concedens uult interpre-
tari priuilegium, hoc etenim poteſt ſecũdum eum
per.c.1.de iura. cal. de qua interpretatione locuti
ſumus ſupra.§.3. uerſ. Vigeſimo num.3. Hæc ta-
men limitatio, dum ibi uidetur ſuppleri, ſeu decla-
rari per Philip. Simonettam, non habere locum,
quando Princeps uellet interpretari, ita quod pe-
rimeret priuilegium, non puto ea ueram: quia ex
quo Princeps, poteſt interpretari priuilegium:
quo ad concernentia ualiditatem eius, ut dixi in
d. uerſ. Vigeſimo, iſta non dicitur reuocatio priui-
legij ualidi, ſed interpretatio, & declaratio inuali-
di: quod eſt maxime diuerſum, ideo non recte in-
16 fertur l. Pap. exuli.ff.de mino. † Nono limitatur
ſi cauſa nouiter emergat, quia reuocatur priuile-
gium. Reliquit tamen ſuper hoc cogitãdum Felin.
quia hoc modo non eſſet differentia inter priuile-
gium conceſſum ſubdito, & non ſubdito. Verum
abſolute poſſe reuocari dicendum uideretur, ali-
ter dubitando quam Felin. ſi ex cauſa noua & iu-
ſta Princeps moueretur, ut dixi ſupra in.§.3. uerſ.
octauo. circa fi. & facit quia ex iuſta cauſa Prin-
ceps poteſt tollere ius tertij, ut dictum eſt hoc.§.
4. uerſ. Quarto, & dicam inf. uerſ. Vigeſimo octa-
uo nu.9. facit etiam quia Nationes omnes, & Re-
ges uidentur eſſe ſub Imperatore, & ſic aliquo mo
do ſubditæ. ut diximus in.§.1. in uerſ. Orbem: er-
go hac ratione, uidetur militare prima reg. hic po
ſita. Sed nihilominus cum in ſpetie determinatum
ſit; per doct. allegatos per Felin. & Deci. in.c. quæ
in Eccleſiarum.col.9.&.12.de conſtitutio. & per
Soci. conſ.164.nu.9.uol.2. & dicã inf. hoc.§.4.d.
uerſ. Vigeſimo octauo num.12. Principem ſeu ha-
bentem iura Principis, non poſſe etiam cum cau-
ſa, auferre rem ſuam non ſubdito: pari modo uide
tur dicendum, non poſſe reuocare priuilegium,
non ſubdito conceſſum: quia ex quo dicitur tran-
ſire,

ſire,in uim contractus, uidetur idem ſi reuocetur,
ac ſi tollatur ius tertij, non ſubditi : quod non po-
teſt tolli, etiam cum cauſa, ideo cogita: quia iſta li-
mitatio uidetur male ſuſtentabilis. In præmiſsis il-
17 lud notandum eſt, † quod ſi Princeps, etiam mo-
tu proprio, reuocat ea quæ tenetur obſeruare, fin-
gitur circumuentus, & non admittitur probatio in
contrarium, & ſecunda côceſsio contraria primæ
non ualet, ut tenet Decius in conſil. 292. in fi. uol.
2. ex ſententia Bal. per. l. prędia. C. loca. quomodo
autem, & quibus clauſulis tollatur priuilegiũ, uide
ſupra hoc. §. uerſ. Tertio. preſertim. nu. 42. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Feudorum conceſſiones, ſeu priuilegia, quando Imperator reuocare poſſit & num. 3.*
2 *Feudum, priuilegium; ſeu magis Gratia, & Beneficium dicitur.*
4 *Vaſallus poteſt renuntiare Feudo, etiam inuito domino: limit. 6. modis.*
5 *Dominus & Vaſallus, debent ſibi mutuam, & æqualem affectionem, & fidem.*
6 *Claudicatio, iniquitas appellatur.*
7 *Feudum dicitur contractus innominatus; immo magis nominatus continens beneficium num. 10.*
8 *Feudum non debet alicui auferri ſine cauſa, nec perditur, niſi in caſibus in iure expreſſis.*
9 *Feudationi tenetur ſtare ſucceſſor, cum prædeceſſore ſuo.*
10 *Papa non poteſt reuocare dignitates, niſi ex cauſa.*

FEVDA NON REVOCAT IMP.

IN hac octaua propoſitione, cum multa in re-
uocatione priuilegiorum ſint recitata breui-
ter, & enarrata : aptius quoque hic, quam alibi
ſubiungere poſſe uidemur, magis in ſpecie: & diſ-
1 ſerere, an & quãdo Princeps † poſsit reuocare, Feu
dorum conceſsiones, & priuilegia: uel ab ipſo, uel
ab anteceſſore ſuo prodeuntia; quod aliquando
obiter tetigimus in. §. 3. uerſ. octauo, & in hoc. §.
inf. uerſ. Vigeſimo octauo num. 14. in ea inueſti-
gatione, an princeps ex contractu ſuo obligatur:
anque dominium alicui auferre poſsit, ſine cau
2 ſa. Dubium faciebat, † quia Feudum, priuilegium
ſeu magis gratia, & Beneficium dicitur. c. 1. §. fi.
quib. cau. feu. amit. Bar. in. l. fi. in prin. C. ſi cont.
ius uel util. pub. Curtius Iunior. in tractat. Feud.
in. 1. parte princip. q. 11. & Soci. conſ. 4. nu. 6. uol.
3. unde ſecundum Bal. in. l. qui ſe patris. col. 7.
alias. 11. C. und. lib. quẽ ſequitur Iaſ. in. l. non am-
plius. §. ſi certum. ff. de leg. 1. Imperator poteſt re-
uocare priuilegia conceſſa ſubditis, per modum
gratiæ: ſecus ſi per uiam contractus, & dictum eſt
ſupra in præcedẽtibus, num. 7. immo expreſſe in-
3 quit Bal. in d. l. qui ſe patris, † Imperatorem poſſe
reuocare feudum, etiam ſine cauſa: quãdo eſt præ-
cario conceſſum. Poterat etiam dubitari ex eo ar-
4 gumento: quia ſicut. † Vaſallus poteſt renuncia-
re ſeudo, etiam inuito domino, ut eſt tex. in. c. 1.
* de uaſal. qui cõt. cõſt. loth. & eſt communis * opi.
ut tradit Curtius in d. tract. in. 4. parte principali,
uerſ. Trigeſimo primo : quæ opi. tamen limitatur
quinque modis per Felin. in. c. quæ in Eccleſiarum
car. ante pen. de conſtituti. & alio modo, & Sexto
per Curtium ibi: eodẽ modo uidebatur, poſſe do-
5 minum reuocare Feudum inuito uaſallo, † quia
mutua relatione dominus, & uaſallus ſibi debent
æqualem affectionem & fidem: ergo ad ſeruãdam
æqualitatem, ſi concedebatur renunciatio uaſallo,
6 debebat etiam cõcedi reuocatio domino; † Clau-
dicatio enim iniquitas appellatur arg. l. fi. C. de
fruct. & lit. expen. & hoc argumento in ſimili caſu
utitur Bal. in ti. de. no. for. fidelit. §. inueſtitura. nu.
7 3. & ſic hoc etiam procedere uidebatur, † licet
Feudum dicatur contractus innominatus, immo
* potius nominatus; ſecundum communem * opin.
ut teſtatur Curt. Iun. in d. tract. in. 1. parte. q. 9.
princip. num. 35. & Iaſ. conſ. 93. uol. 3. & contra-
ctus, ex poſt facto ſint neceſsitatis l. ſicut. C. de
de actio. & oblig. Sed nihilominus contrarium
concludendum eſt, ut eſt tex. apertus, ubi Bal. &
doct. in. c. 1. de nat. feu. nam ſine culpa, ſiue cauſa,
non poteſt Princeps, quem inueſtiuerit, priuare: &
tenent doct. præſertim Feli. in. c. quæ in Eccleſia-
rum col. 20. & Deci. col. 12. de conſtitutio. & Ate
ti. in. c. nouit. de iudic. & Iaſ. d. conſ. 93. loquens
8 in propria cauſa. † Nam ſecundum omnes, etiam
utile dominium, & ſic Feudum, non poteſt alicui
auferri ſine cauſa, ut allegatur doctri. Bar. in. l. 2.
C. de fund. patri. lib. 11. ac inquit Iaſ. in. l illam
num. 14. C. de collatio. Vaſallum non perdere
feudũ, niſi in caſibus a iure expreſsis: quos nume-
ro circiter quadraginta, enumerat abunde: & de-
clarat Curt. in d. tract. in. 4. parte; & ſecundũ præ-
dicta conſuluit Decius conſ. 544. num. 15. & cõſ.
606. num. 8. uol. 4. & Iaſ. conſ. 1. nu. 4. col. 6. uol.
1. & ante eos Alex. in conſ. 11. num. 6. uol. 6. &
* hæc eſt magis communis * opinio ut inquit Cra-
uet. de Antiq. temp. parte prima in primo num. 16.
9 & 17. † Hæcque concluſio ſibi uendicat locum,
etiam in ſucceſſore in Imperio, & Regno; qui tene
tur ſtare infeudationi prædeceſſoris, ut dictum eſt
in d. §. 3. uerſ. octauo. Nec repugnant proxime
obiecta, nam & ſi dicere poſſumus, quod caſus le-
gis ſit clarus, in caſu noſtro, in d. c. 1. de nat. feud. &
ideo nulla ſit habenda dubitatio. l. ancillæ. cum
gloſſ. ubi Bartol. C. de fur. dicamus ulterius, quod
quamuis Feudum Beneficium dicatur, ſeu gra-
tia: tamen tranſit in contractum ex conceſsio-
ne concedentis, & transfertur utile dominium.
10 † Et ſic erit contractus continens beneficium,
prout eſt donatio, quæ eſt contractus nominatus,
prout hac ſolutione utitur, & recte, Curtius iun. in
d. tract. in. 1. parte in. q. undecima. Parum etiam
refragatur dictum Bal. in d. l. qui ſe patris, quia
fatemur; ubi Feudum eſſet præcario conceſſum.
poſſe ſine cauſa reuocari, ex natura & uirtute
conceſsionis, & inueſtituræ; cuius Forma atten-
ditur,

ditur, vt diximus ſupra hoc.§.4. in verſi.ſeptimo,
in verbo, Immunitates. nume.3. Non etiam obſtat
dum dicebatur, quod ſicut conceditur renuncia-
tio vaſallo, eodem modo ſit concedenda reuo-
catio principi, & domino: quia diuerſa ratio vide-
tur poſſe aſsignari in vaſallo: videlicet quia is po
teſt renunciare fauori ſuo, qui pro eo principali-
ter introducitur, vt tradit Curtius in d.verſi. Tri-
geſimo primo. poſt Feli. in d.c. quæ in eccleſiarum
car. antepen. talis autem ratio ceſſat in domino.
Aliquádo tamen prohibita eſt renunciatio, etiam
in vaſallo, vt ibi per eos. Nec in hac concluſione
omitto referre Bal. in d.c.1. de nat.feud. q ab illo
tex. arguit, Papá non poſſe reuocare, ſeu ſupprime
re dignitates cóceſſas alicui, niſi ex cauſa magna.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſertioni ſolæ Imperatoris, & imprimis Papæ ſta-
tur: & an contrariam probationem recipiat nu.3.
declaratur. nume.4.5.7.8.9.*
2 *Princeps habens ſupremam poteſtatem, poteſt con-
cedere, vt credatur vni tantum.*
6 *Princeps habens poteſtatem legis condendæ, & non
recognoſcens ſuperiorem, habet priuilegia eadem
quæ & Imperator.*
9 *Aſſertio, & confeſſio Principis, contra eum probat,
etiam abſente parte.*
10 *Interpretatio in dubio fit contra Principem, ſeu
Fiſcum.*
*Princeps inſtitutus ab habente litem, non poteſt
eſſe hæres.*
*Principe inſtituto, in ſecundo teſtamento, non tol-
litur primum teſtamentum.*
*Princeps facilius remittit iuſ fiſci, quam pri-
uatorum.*

ASSERTIONI SOLAE
IMP. STATVR.

1 NOno, ſubiungere poſſumus, † Imperatorem,
& Imprimis Pontificem Max. ea eſſe præ-
ſtantia, ut nudo uerbo, & dicto, ſeu aſſertio-
ni ſuæ credatur, & ſtandum ſit: ſicut literis ſuis
narratiuis, quæ æquiparátur, etiam in præiuditium
alterius, ſecus ſit in alijs iudicibus inferioribus. c.
cum a nobis. ubi doct. præſertim Abb. & Feli. de
teſtibus. cle.1. ubi doct. de probatio. idem tenet
Marti. Laud. in trac. de priuileg. & reſcrip. q.57. &
Guido Papæ in trac. de reſcrip. num.35. & per Ol-
drad. in conſ.258. num.2. per cle. literis. de pro-
batio. & Decium conſ.445. num.58. Amplianiur
hæc, ut credatur Pontifici, non ſolum de geſtis ab
ipſo, & alijs, & uiſis poſt: ſed etiam ante Pontifica
tum, ut tradit gloſſ. in uer. promiſiſſent in. c. ad
Apoſtolicæ. de re iud. in.6. & in. c.1. de renunciat,
& utrobique Philip. Franc. & allegatur tex. in. c.
olim.1. de priuileg. ratio huius propoſitionis aſsi-
2 gnatur: † quia Princeps, habens ſupremam pote-
ſtatem, poteſt concedere alteri ut credatur ſibi ſoli
in quocunque negotio, per. c. quicunque. 11. q.4.
3 uerſ. omnes, Ampliatur ité iſta aſſertio, † ut etiam
recipiat probationem in contrarium: tunc quan-
do fit in facto proprio, ſed non in facto alieno:
nam tunc ſolum præſumitur uera, & tráſfert onus
probandi contrarium, in aduerſarium: ſicque re-
cipit probationem in contrarium; ut per Feli. in
d.c. cum a nobis. col.2. qui hoc pacto declarat di-
cta doct. & ante eum Pau. de ca. conſ.281. in fa-
cto. de quibus uide multa per Io. Lup. in tract. de
4 lib. Ecc. q.1. num. 4. † Declaratur inde, primo ut
licet credatur dicto Papæ, tamen ſi non recorda-
tur, poteſt ei (ſalua maieſtatis reuerentia) aliquis
reducere factum ad memoriam, ut ab errore reuo
cetur: ná plerunq; obliuione decipimur, ut tenet
Abb. ibi in d.c. cum a nobis. col.2. & ante eú Bal.
in.l. iuſiurandi. col.3. de teſtibus, & ſequitur Mar-
tin. in tracta. de princip. q.248. & Iaſ. in.l. admo-
nendi. num. 190. ff. de iureiur. atque hæc eo faci-
lius conceduntur: quia Pontifex, & quilibet iudex
ordinarius, præſumitur ignorare facta propria,
propter multiplicitatem negociorum, ut per Abb.
in.c. cum olim. num.3. de re iud. & per Corn. cóſ.
135. num. 3. uol. 4. unde idem Martin. Laud. in
tractat. de principi. q.44. inquit, licet Princeps ha-
beat omnia iura in ſcrinio pectoris, tamen poteſt
plerunque falli; quia memoria eſt labilis: & ad hoc
no. tex. cum. glo. in. c. præterea. 23. diſt. ubi habe-
tur, quod quo ad interpretationem intelligitur il-
lud dictú, ſcilicet Principem habere omnia iura in
ſcrinio pectoris; & ſequitur Felin. cum multis in. c.
5 nonnulli. col.27. de reſcrip. † Declaratur quoque
ſecúdo hæc concl. ibi per doct. per illum tex. in. c.
cum a nobis, & d. cle. 1. ut nó habeat locú in infe-
rioribus a Papa, uel Imperatore: ut etiam tenuit
Guido Pap. ubi ſupra. Felinus tamen in d.c. cum a
nobis. col.2. commemorat, quod licet ex opi. Car
di. conſ.154. incip. Redemptoris, idem ſit dicen-
dum in Imperatore & in alio, habente iura impe-
rialia; & non recognoſcente ſuperiorem, arg. c. per
uenerabilem: qui filij ſint legit. nó ſecurum tamen
exiſtimat illud dictum Cardin. ut procedat etiam
in Imperatore, & alio non recognoſcente ſuperio
rem. Quod ego abſque dubio teneri poſſe credide
rim; ex quo ſuprema poteſtas eſt in eo, ut ſupra in.
§.1. uerſ. Orbem: Nec eſt præſumendum eum illi-
citam, & iniuſtam aſſertionem eſſe facturum: ut te
tigit etiam Guid. ubi ſupra, & aperte Conſuluit
Corn. conſ.239. num. 36. uol.1. & clarius conſil.
199. num.4. uol.2. ubi tradit ſtandum eſſe aſſertio
6 ni, non ſolum Imperatoris, † ſed Regis, aut Prin-
cipis, habentis poteſtatem.l. condendæ, non reco-
gnoſcentis ſuperiorem, quia geſta horum reputan
tur facta Principis, & habent eadé priuilegia: put
loquitur conſulente etiam Bal. in Duce Mediola-
ni, cui commiſſa ſit plenitudo poteſtatis. & Decius
7 couſ. 544. nu.1. uol.3. † Declaratur etiam tertio,
ut credatur aſſertioni Imperatoris, & Papæ, & ut
ſupra: quando proceditur contra ſubditum; non
autem aduerſus non ſubditum, ut uidetur dubita-
re:

re,& deincepa inclinare in hanc partẽ Abb. in d.c.
cum a nobis. & uidetur ſequi Felin. in.c.ad audien
tiam.col.4.de præſcriptio.ſed Felin. in d.c.cum a
nobis,col.1.ſibi contrarius, oſtendit ſe aliter ſen-
tire,prout & ſibi contrarius aliter uidetur ſentire
Abb.in d.c.ad audientiam num.9.de præſcriptio.
ex mente Io.And.& primam opin. ſcilicet quod
non credatur, quando proceditur contra non ſub
ditum,tenuit conſulendo Socin.conſ.27.nume.4.
uol.3.uerum hæc opi.non uidetur tuta,ex quo ſu-
prema poteſtas conceditur in Principe, & non eſt
præſumendum iniuſtam, & illicitam aſſertionem
8 eum eſſe facturũ, ut iam dictum eſt. † Declaratur
quarto,ut non ſit credendum Principi, in his quæ
aſſerit, ex relatione alterius, & quod res ſit noto-
ria,ut con ſuluit Decius d.conſ.544.nu.26.&.27.
& conſ.576.in fi.&.602.num.13.Hæc tamen de-
claratio ſubdeclarari poſſe(ut opinor)uidetur, ſe-
cundum iam ſupra dicta hic in prima declaratio-
ne, ut quaſi in facto alieno facta aſſertio, trans-
ferat tamen onus probandi contrarium in aduer-
ſarium: immo ubi res ſit notoria, hoc tanto magis
procedat, atque credatur Principis aſſertioni, ut
uidetur probari in.c. uenerabilem.cum ibi no. de
electio.non enim notoria egent,etiam apud priua
tos declaratione aut inueſtigatione, ſecundum
Pau. de Ca.& Salicet.poſt.Bal.in.l.1.C. ne quis in
ca.ſua iudi.patent enim adeo,ut tantum allegatio
ne proponantur,ut aliqua etiam diximus, quæ hic
conueniunt,ſupra in.§.ſecundo, uerſ. Apoſtolicæ
ſe dis.Poteſt & iterum ſubdeclarari hęc quarta de-
claratio:quia creditur, & fit probatio, ſi Papa Pa-
pam in teſtem adducat, ut in.c.patet. cum glo. 9.
9 q.3. † Declaratur quinto loco, ut non credatur
aſſertioni Principis, quando tractatur de intereſſe
ſuo, ut eſt dictum And. de Iſer. in.c.1.in prin. ad
fi.in tit.quo temp.mil.ſequitur Decius cõſil.410.
num.10.& conſ.606. num.6.&.7. dum comme-
morat, non eſſe credendum Principi aſſerenti ali-
quem eſſe proditorem,& ob hoc feudum amiſiſſe.
At econuerſo, aſſertionem,& confeſsionem Prin-
cipis,etiam abſente parte, contra Principem pro-
bare,memorabiliter tradit Mart. Laud.in tract.de
principibus.q.260. quia perinde ſit, ac ſi facta
10 eſſet in iudicio. l. omnium. C. de teſta: † Sic, &
alias contra Principem,ſeu Fiſcum in dubio ſit in-
terpretatio. l.non puto.ff.de iure fiſci, & per De-
cium conſ.463.uol.3.num.5. quod tamen intel-
ligit uerum Ang.in.§.fi.inſti.quib.mo.teſt. infir.
ſi cauſa ſit mere lucratina, alias ſecus de quo per
Alciat.in tract.de præſump. reg.3. præſump.41.
Similiter per dictum.§.fi. habemus, in hoc Princi-
pem minus fauorabilem ſibi ipſi eſſe: quia ſi inſti-
tuatur hæres ab habente litem, inſtitutio non ua-
let, nec poteſt eſſe hæres: ut affirmat etiam Mar-
tin.in d.trac.q.355.Et ibidẽ.q.356.aliud quoque
Principi præiudiciale Subijcit,ut teſtamentum ſe-
cundum in quo eſt inſtitutus princeps, non tollat
primum: quia teſtes præſumuntur metu depone-
re,niſi omni exceptione maiores, Idem Martin. in
tract.de fiſco.q.31.ait Principem,facilius remitte-
re debere ius fiſci, quam ius priuatorum, per do-
ctri.Bal.in l.quicunque.C.de ſer.fug.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, Papa, & non recognoſcentes ſuperiorem
poſſunt in cauſa propria iudicare, remota etiam
ſuſpitione: poſſunt tamen ſe ſubijcere inferiori: limi-
ta quo ad non ſubiectos num.3.& ſublimita vt ibi:
& limita nu.4.Item poteſt eſſe teſtis in cauſa pro-
pria ſub num.6*

2 *Imperator, ſeu Princeps, conſultius, cauſam pro-
priam delegat.*

5 *Princeps qui eſt diues & potens, non præſumitur de
alieno velle ſibi iniuſte quærere: & non aliter iudi-
care, quam Deus.*

6 *Iudex in cauſa propria, & ſuorum, quando quis eſſe
poſſit: remiſſiue.*

IVDICANT IN CAVSA PROPRIA.

DEcimo,non inargute,præmiſſæ propoſitio-
1 ni ſubijcio; † Imperatorem, & Pontificem
Max. poſſe in cauſa propria iudicare, vt
colligitur ex tex. in.l.& hoc Tiberius. ff. de hęre.
inſti.& per alia concludunt doct.in.l.1.C. ne quis
in ſua ca.præſertim Bar. Bal. & Salice.qui inquit
Principem,poſſe de iniuria ſibi illata cognoſcere,
& punire,& ſic in criminalibus,& Abb.& Felin.&
Scrib.in. c.cũ ueniſſent. de Iudici. & Feli.in.c.1.
col.5.num.8.de probatio.& Marti.Laud.in tract.
de princip.q.108.& Bertachin.in tract.de Epiſco.
lib.4.in.5. parte num.19. Adeo, ut etiam ſuſpe-
ctus non poſsit recuſari.l.proxime.ff.de his quę in
teſt.del.& per Bal. in d.l.1. quem ſequitur Paris,
Puteus,in tract.de Duello. §.nobilis num.11. lib.
2.& per doct.præſertim Philip.Franc.in.c.poſtre-
mo nume.14. de appellatio. ubi ampliatur hoc
procedere,etiam ſi ſit conſanguineus: & iudex eſt
in alia cauſa, ut & per Felin.in.c.cauſis. de re iud.
hocque uidentur fere omnes affirmare; etiam in
quocunque Principe, & Ciuitate non recogno-
ſcente ſuperiorem. Ratio autem illa uidetur eſſe:
quia princeps nõ præſumitur aliter iudicare,quam
Deus.l.1.ff.de offic.præfec. præt.c.nouit. de ap-
pellatio.& per Ant. Roſel.in tract.concilio.q.13.
2 nume.27. Inquit tamen Salice. ibi, † Principem
honeſtius,& conſultius facturũ, ſi cauſam propriã
alteri delegauerit, per l. prætor.ff. de iuriſd. om.
iud.& tãgit glo.& Abb.in d.c. cum ueniſſent. col.
2.nu.6.& Marti.ubi ſupra.q.63. Nam & Papa, &
Imperator, poſſunt ſe ſubmittere iuriſdictioni
Inferioris,ut per Doct.præſertim Iaſo.in l. eſt re-
ceptum.in prin.ff.de iuriſd. om. iud.non poteſt ta-
men Papa ſe ſubmittere laico ſecundum commu-
nẽ,ut per Iaſ.ibi: niſi de plenitudine poteſtatis, ut
per Fel.in.c.Ecc.Sanc. Marię,de cõſtit. col.2. † li-
mitat hanc concl.primo Abb.in.c.nouit.nu.16.de
iudic.

indic.& Feli.in d. c. cum ueniſſent col.4.ut proce-
dat quo ad ſubiectos, non quo ad alios non ſubie-
ctos. qui ſit ita uidiſſe iudicari. idem tenet Soci.
conſ. 120.uol.1. ſequitur Marran. in Spec. aur.in.
6.parte.in uer.Secundus actus.nume.34.fo.176.
Subditi autem omnea uidentur, eo modo, quo
declarabimus inf. hoc. §. uerſ. Vigeſimoquinto.
Sublimitatur tamen hæc limitatio : quia ſubditus
Imperatoris, poteſt ipſum conuenire immediate
coram Papa, ratione peccati : & tunc per denun-
ciationem Euangelicam, ut in d.c.nouit: & tradit
4 Feli.in.c.1.nu.8. de probatio.† Limitatur ſecũdo,
niſi princeps, uel populus ſit reus : quia põt tunc
conueniri coram Papa, ſecundum Abb. in d.c.1.
de probatio. Sed iſta limitatio non uidetur uera,
ut oſtendit Feli.in d.c.cum ueniſſent.col.4. etiam
ex ſententia præceptoris ſui. Quod & ultra eum
5 mihi magis placet, † quia princeps præeſt legi, &
habet plenitudinem poteſtatis: & qui ſic eſt diues,
& potens, quod non eſt ueriſimile eum de alieno
uelle ſibi iniuſte quærere : ſiue agat.ſiue conue-
niatur,arg.l. meminerint.C. unde ui.& tradit Sa-
lic.in d.l. 1. num. 3. & facit ratio ſupradicta præ-
ſumptionis : ut non aliter credatur iudicare,
6 quam Deus. † Cæterum in alijs, quando in cauſa
propria: etiam in iniuria illata Iudici, liceat iudi-
care,uel in cauſa ſua, uel ſuorum, ultra allegata,
præſertim in. l. 1. C. ne quis in ſua cauſa, uide
Iaſ. in.l. qui iuriſdictioni.ff. de iuriſd. om. iud.&
Soci.reg.195.&.203.cum fal.In hoc Verſic.con-
uenire uidetur,ut dicamus Principem, & Papam,
poſſe quoque eſſe teſtem in cauſa propria.cle.1.
de probat. & tradit Feli. in d.c.cũ ueniſſent col.4.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, & quilibet alius princeps, non recogno-ſcens ſuperiorem, poteſt ſubditis imponere noua ve-ctigalia, ſeu gabellas; & quando non alius num.3. intellige tamen cum cauſa, num.6.7.*
2 *Imperij maximi eſt, imponere gabellas, ſeu collectas.*
4 *Imperator ſolus, poteſt munera extraordinaria impoſita, facere ordinaria.*
5 *Vectigal, gabella, & collecta, eſt eiuſdem generis.*
5 *Regibus honores, Tyrannis pecuniæ plus ſunt.*
8 *Imperator quod præcipit ferendum eſt, quod imperat, tolerandum eſt.*
9 *Regibus obtemperare, generale eſt pactum ſocietatis humanæ, ſed magis Chriſto.*
Tributum dabunt etiam omnes Reges Imperatori, niſi probent ſe exemptos.

COLLECTAS, ET GABELLAS, IMPONIT.

1 VNdecimo † poteſt Imperator, & quilibet
alius Rex, & Princeps, non recognoſcens
ſuperiorem, uel cui hoc conceſſum ſit, ſeu
cui conceſſa ſint regalia, imponere ſubditis ſuis
uectigalia, ſeu gabellas, ut in tit. C. nou. uectig.
imp.non poſ.præſertim in.l. non ſolent. ubi Sali-
ce. & doct. &.c. cum apoſtolus.&.c. innouamus.
ubi Abb.de cenſibus.& tradit per multa Bertachi.
intract. de gabel. in.1 .parte.a quibus imp. gabel.
2 nume. 1.&.13. nam ſecundum eum ibi, † hoc ad
ea quæ maximi Imperij ſunt,pertinet; per tex.in.l.
uectigalia d.tit.& Corſet.in tract. de poteſt. reg.
in.4.parte.q.48. & Soci. conſi.7. nume.2. uol.3.
Sic quoque commemorat Pet. Antib. in tract.de
muneribus in. 2.parte princ.§.reſtat.nu.1. & ſeq.
3 † nullum alium niſi Principem, poſſe collectam
indicere: ſaltem uniuerſalem. Diſtinguit tamẽ ibi
in alijs perſonis; ideſt in officialibus, conſulibus,
ſeu defenſoribus ciuitatum,& in decurionibus, in
collecta particulari, & idem in.§. quarto. in prin.
4 ubi tradit † Principem ſolum, poſſe indicere mune
ra extraordinaria,& ea facere ordinaria per tex. in
l.omnes penſitare.C.de anno.& trib.lib. 10.Hanc
concluſionem tradit etiam Corn. conſ.199.num.
5 11.uol.1. ubi & conſ. 142. num. 5. † aſſerit einſ-
dem iuris eſſe gabellam,uectigal,& collectã:Atque
ſit Iaſ.in l.placet num.22.C. de Sac. Ecle. ſolum
Imperatorem indicere poſſe munera ordinaria;
alios uero inferiores,extraordinaria tãtum. Quod
exiſtimo uerum,ſi non recognoſcant ſuperiorem,
6 & ſi eis conceſſum eſt, ut ſupra.† Prędictam con-
cluſionem tamen ſane intellige, quando cum cau-
ſa princeps grauat ſubditos ſuos, alioquin vbi non
ſit cauſa, ut puta defenſio ſtatus, & Regni ſui, tunc
non poteſt imponere onera ſimilia; immo eo caſu,
uidetur poſſe per Pontificem Max. deponi, ut ſu-
pra.§.2.q.6.nu.3.ex opi.præſertim Martin. Laud.
in tract.de princip.q.7.cum relatis per eum; qui in
tract.de fiſco.q.49.addit, ut ſi iniuſta grauamina
exigit a ſubditis, non præſcribat; quia id contin-
gat potius ex timore, quam ex debito, ex auctori-
tate Innocen. in. cap. ſi diligenti. de præſcrip.
Hocque iure merito permitti uidetur; quia Tyran
nus is habendus eſt, qui ad proprium commodũ,
non ad communem reſpicit utilitatem : ſic ut illa
in quibus plus habent, ſunt Tyrannis quidem pecu
niæ, Regibus autem honores; ut auctor eſt Ariſt.
Politic. lib.5.c.10.Quo circa.S.Thomas in ſecun-
da ſecundæ. q.65. column. pen. tradit ſi Princi-
pes a ſubditis exigunt, quod eis ſecundum iuſti-
tiam debetur, propter bonum commune conſer-
uandum, etiam ſi uiolentia adhibeatur, non eſt
rapina: ſi uero indebite aliquid extorqueant, rapi-
na eſt, ſicut & latrocinium : cuius dicta ad idem
tendunt per eum poſita per argumenta in tradit.
de reg. Principum. lib.3.c.11. &.c.20. in hæc uer-
7 ba, † Item princeps, pro bono reip. poteſt exigere
annuos cenſus, & tributa, & taleas: ſicut pro de-
fenſione, Regni, uel pro quacunque alia cauſa
pertinente rationaliter ad bonum commune ſui
dominij; dum modo non tranſcendat metas ne-
ceſsitatis. Vnde hoc etiam procedit, in clericis, &
prælatis, qui tenẽtur ſubuenire principi ſuo laico,
tempore neceſsitatis, ad utilitatem publicam, ut
docet Martin. Laud. in tract. de princip. q.433. &

ita

ita dicit ſe conſuluiſſe : quæ in præſentiarum non
diſcutio atque ſecundum Aug. in expoſitione eius
quod dicitur, Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: &
8 quæ ſunt Dei, Deo: † Quod præcipit Cæſar feren
dum eſt: quod imperat, tolerandum eſt. Et ipſum
quoque Aug. in cap. quæ contra. 8. diſt. ſcripſiſſe
9 conſtat, in hæc verba. † Generale quippe pactum
eſt ſocietatis humanæ, obtemperare Regibus ſuis:
ſed quanto magis Deo, regnatori uniuerſæ creatu
ræ. Verum quãdo hoc procedat, dicemus inferius
hoc. §. uerſi. Vigeſimo ſeptimo. Vnde ad propoſi-
tum noſtrum legitur apud. S. Ambroſium in. cap.
ſi tributum. & cap. ſequen. 11. quæſt. prima. Si
tributum petit Imperator, non ei negamus : ſi
enim cenſum filius dei ſoluit, quis tu tantus es, qui
putas non eſſe ſoluendum? Omnis enim anima,
ſublimioribus poteſtatibus eſt ſubdita. Immo
etiam omnes Reges, niſi probent ſe exemptos,
etiam pro capite ſuo, dabunt tributum Imperato
ri, ut eſt not. glo. in. c. Adrianus. 2. diſt. 63. Et ad-
de, notabiliter, eum læſæ maieſtatis teneri, qui tri-
butum, ſeu cenſum denegat ſoluere Principi, ut
infr. cap. 9. §. 3. num. 5. in rub. de læſæ maieſt. reis.
Ad hanc propoſitionem conueniunt dicta Oldra
di conſil. 104. loquente in ſubſidio Charitatiuo
impoſito a Papa, uel inferiore, & Iaſ. in. §. item
Seruiana, columm. 34. inſt. de action. Et Ripæ in.
l. 1. numer. 118. ff. ſolut. matrimo. qui inquit
poſſe Principem cogere ſubditos diuites, ut
ſibi mutent pecunias, pro defenſione patriæ,
contra hoſtes.

SVMMARIVM.

1 *Monetæ cudendæ facultas, ſoli principi competit, quod eſt de Regalibus : & quibus conceſſum.*
2 *Nummi, ſiue aurei, habebant ſculptam imaginem principis.*
4 *Moneta cudenda eſt ſpeciei probæ; & debiti ponderis, declara. ibi.*
5 *Monetam, licet bonam, ſine poteſtate; & Imperialem falſam effundentes, igne comburuntur.*
6 *Monetam tondens, liquefaciens, & falſam expendens, quomodo puniatur.*

MONETAE CVDENDAE, IVS HABET.

IN hoc verſiculo Vndecimo, cum de imponen-
dis vectigalibus, & alijs oneribus, ſcripta ſint
aliqua; quæ inter regalia principis annume-
rantur : & multa alia ſint his ſimilia, Principi
tantum ſpectantia : ut habetur in titu. quæ ſint
regalia. ubi docto. liceat, alijs omiſsis, aliqua
ſolum, quæ ad monetæ cudendæ poteſtatem
& materiam eius notabiliora pertinent., ſub-
1 notare. Idque in primis, † ut cudendi mone-
tam facultatem ſoli principi competere, po-
namus, ut ex auct. gloſſ. colligitur. in rubr. C.
de uet. numis. poteſt. libr. x1. & per Bartol. ibi in.
l. 1. & tradit Martin. meus Lauden. in tractat.
de monetis, in princ. loquens in Papa, & Impe-
ratore. & Franc. Curt. ſenior, in ſim. tractat. in
princ. & Fab. a Monte in tracta. de emptio. &
uend. in. 5. quæſt. principali, colum. prima. Qui
inquit, hoc eſſe de Regalibus, & publici iuris,
2 non priuati, per dict. l. primam. † Proinde ſolidi
ſiue aurei, ueterum principum ueneratione
formati erant, & uultus in eis æternales, & ima-
go principis inſculpta erat : quod etiam tem-
peſtate noſtra obſeruatur, ut in dicta. l. prima. &
l. fin. cum gloſſ. & per Bartol. in dicta. rubr. etiam
per illa uerba diuina Euangelij, OSTENDITE mi
hi numiſma, ut uideam, quæ imago ſit, an Cæ-
ſaris, an alterius. Hæc autem concluſio declara-
tur, ſecundum gloſſ. in dict. rub. & doct. in dictis
3 traditionibus. † ut ius cudendæ monetæ, nihilomi
nus habeant Reges, & principes, & ciuitates, qui-
bus conceſſum eſt a principe, etiam ſi ære cudan-
tur, ſecundum gloſſ. dict. rub. & Bart. in dict. l. j.
& doct. in dict. traditionibus : uel ſi ſibi liceat ex
longiſsima cõſuetudine, cuius initij memoria nõ
exiſtat. Intelligenda quoque eſt hæc concl. 4. ut
4 † moneta cudatur ſpeciei probæ, & debiti pon-
deris : adeo ut tam utilitatem afferat in forma,
quantam in ſpecie : hoc eſt, ut tantum ualeat au-
reus, ſi redigatur ad maſſam, quantum ualet in
forma : quia expenſa de publico fieri debet. dict.
l. j. ubi Bart. not. C. de ueter. numis. pot. & ſe-
quitur Fabian. ubi ſupra, per multa alia. Qui ta-
men inquit ſecundum Bart. conſuetudine non eſ-
ſe receptum, ut expenſa de publico fiat: quæ cum
Bart. tenet Martin. in dict. tracta. numero 6. & ali
quid plus addit : ut Rex, uel Dux, poſsit facere
monetam aliquantulum minoris æſtimationis,
quam eſſet materia, etiam deductis expenſis t
dum modicum lucrum, non magnum percipiat,
ſi indigeat, & pecunia extra regnum non ſpar-
gatur. Atqui aſſumpta principalis concluſio no-
5 ſtra, ita oĩno procedit, † ut flãma ignis puniant̃,
qui monetam, licet probam, fabricauerint : ſi
poteſtatem non habeant. Item qui Imperialem
falſam effundunt. l. ſi quis. ubi doct. præſertim
Salicet. poſt gloſſ. C. de falſ. mon. præterquam
quod maieſtatis læſæ crimen committunt, om-
nibus facultatibus fiſco applicandis. idem tenet
Fabian. in dict. 5. quæſt. princip. numero 7. pœna
tamen capitis tantum uidentur affici, qui non Im
perialem, ſed regalem, uel alterius inferioris mo
netam cudunt, ut ibi per Salicet. & Fabian. Sed his
uidetur obſtare, quia Reges, & Principes, non re-
cognoſcentes ſuperiorem, habent eadem priui-
legia Imperatoris, neque aliter iudicantur eo-
6 rum geſta, quam huius : ut dictum eſt ſæpe, præci-
pue ſupra hoc. §. verſic. Nono, nume. 6. † Ton-
dens autẽ, uel aliter diminuens monetã, tenetur
pœna. l. quicunque. ff. de falſ. mon. ut ſi liber, dam-

netur ad beſtias: ſi ſeruus, vltimo ſupplicio affi-
ciatur, ut comprobant ipſi ibidem. Qua uero
pœna plectantur liquefacientes, dolo & animo
occultandi, & annichilandi eam monetam, vel
auaritiæ cauſa, tradit Salicet. poſt Bart. ibi, eos
incidere in pœnam. l. Cornel. de falſis. vt. ff. eo.
l. in lege Corn. 2. reſpon. In expendentibus
autem falſam monetam, pœnam vel ordinariam,
vel extraordinariam aliquando, ibi ponit Salicet.
ex opin. Bart. de quibus vide etiam Curt. in dict.
tracta. numero. 20. Vlterius materiam moneta-
rũ, in multis uide per memoratos Doct. præſertim
Fabian. & abunde per Hippol. Marſil. in. l.
qui falſam in prin. & nume. 88. & 97. cum ſeq. ff.
de falſis.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, & princeps, poteſt Iudæos, Saracenos, & alios infideles in auxilium inuocare, præſertim cum aliter ſe tueri non poteſt; & ex neceſſitate, 2. & quæ requirantur, nume. 5.*
2 *Chriſtiani Principes non poſſunt habere Principes infideles in compatres.*
3 *Confœderatio cum principibus infidelibus, quando permiſſa, remiſſiue.*
4 *Infidelibus auxiliari licet in bello iuſto: ſed non contra Chriſtianos.*
5 *Infidelibus, quando licet indicere bellum Imperatori.*

INFIDELES IN AVXILIVM INVOCAT.

DVodecimo eadem fere ratione, qua tributa
& onera indicere & exigere poteſt Impe-
1 rator, & Princeps: † eodem modo poteſt
Iudæos, Sarracenos, Turcas, & alios infide-
les, a religione Chriſtiana alienos, abſque er-
rore, in auxilium accerſere & inuocare, præci-
pue cum aliter ſe tueri non poteſt, vt per plura
argumentatur Ioan. And. in addit. Spec. in titu. de
Iudæis, & Sarrac. quia vim vi repellere licet. l. vt
vim. ff. de inſt. & iur. cum ſim. & ex ſententia San.
Auguſtini; Canes in eccleſia, propter pacem ec-
cleſiæ toleramus. cap. quidam. 23. quæſtio. 4. &
exemplo domini, qui cum malis quandoque vin-
dictam facit. cap. fin. in prin. 33. quæſtio. 5. & San.
Pauli, qui propriam per milites Prætoris, defen-
ſionem quæſiuit. cap. ſex. in fin. 23. quæſtio. 3. ut
per prædicta, & alia, etiam conſuluit Oldrad. con-
ſil. 71. & tradit Abba. in cap. quod ſupra eo. de vo-
to. & Ait Paris Puteus in tract. de duel. §. an ſi. li. 2.
2 num. 3. † Vrgẽte neceſſitate id eſſe permiſſum. Sic
quoque proſequitur Corſetus, in tract. de poteſta.
reg. in. 5. parte. quæſtio. 83. conſentiens cum Ol-
drad. & Mart. Laud. in tracta. de bello. quæſtio. 3.
ut Chriſtianis licitum ſit, vti auxilio infidelium,
in bello iuſto: idem conſenſus eſt, in tracta. de po-
teſt. ſec. & ecc. cap. 13. & per Ioan. Lup. in tra-
cta. de confæd. princ. §. iſta quæſtio. nume. 3. cum
3 ſeq. & ibi per eum in. §. videatur, † quando con-
fœderatio alioquin cum infidelibus ſit permiſſa.
Nec hic omitto, Chriſtianos principes, non poſ-
ſe habere principes infideles pro compatribus
filiorum ſuorum, ut tradit Mart. Laud. in tract. de
prin. q. 226. c. in Baptiſmate. de conſec. diſt. 4. At-
4 que quod liceat † econuerſo in iuſto bello auxi-
liari infidelibus, eſt tex. in. c. Iulianus. xt. q. 3. & in
c. quid culpatur. 23. q. 1. & per Corſetum vbi ſu-
pra: non tamen aduerſus Chriſtianos, vt in d. c. Iu
lianus. & per Mart. de princip. q. 363. Hanc itidem
concl. p Io. And. & Oldrad. ut ſ. firmatã, declarat
& intelligit Feli. etiam ex illorum opin. habere lo
5 cum † tribus concurrentibus: Primo quod non ui-
geat bellum cum infidelibus, actiue, vel paſsiue:
Secundo dummodo inuocans iuſte offendat, uel
defendat. Tertio dummodo ſit neceſsitatis incui-
tabilis, vt per ipſum in. c. ad liberandam. col. 2. de
iud. & ſar. An autẽ liceat Imperatori, & alijs Prin-
cipibus Chriſtianis, indicere Bellum infidelibus,
regnaq; illis auferre, doct. in varias iuere opinio-
nes: quos abunde refert Ant. Corſe. de poteſt. reg.
in. 5. parte. q. 82. tandem ipſe ponit aliquos indubi
tabiles caſus: ut ſcilicet primo, ſi infideles ſint infe
ſti Chriſtianis: ſine dubio Bellum recte illis indi-
catur. Secundo in Hæreticis. Tertio in prouincia
Hieroſolimitana. Quarto ſi infideles peccarent
contra legem naturæ. Quinto in Sarracenis Hiſpa
niæ. Sexto in omnibus alijs terris, in quibus Re-
ges, & Imperatores Rom. iuriſdictionem habue-
runt. Septimo in infidelibus opprimentibus Chri
ſtianos, habitantes eorum terras. Octauo, ubi im-
mineat periculum fidei, vel fidelium, caſu quo
populus alicuius magni principis infidelis, con-
uerteretur ad fidem, & ipſe remaneret in ſua infi-
delitate: quia tunc ipſe non eſſet tolerandus. In-
de in alijs caſibus, bellum de rigore poſſe indici
infidelibus affirmat: de æquitate ſecus. In hoc
abſolute non placet opin. Corſe. licet in præmiſ-
ſis placeat: quia omnino ubi infideles non reco-
gnoſcant Imperatorem in Dominum uniuerſa-
lem, ad id cogi poſſunt, ut tetigimus. §. 1. uerſic.
orbem, numero. 10. & inf. §. 4. uerſic. Vigeſimo
octauo numero. 5. & faciunt quæ conſuluit Cal-
der. conſi. t. ſub tit. de treug. & pace.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, papa, vel alius princeps, poteſt alienare bona ſua dignitatis, in caſibus, remiſſiue.*

DIGNITATIS BONA ALIENAT, IN CASIBVS.

TErtiodecimo, quia ſœpe contingere ſolet, vt
Imperator, Papa, Rex, vel alius Princeps:
præcipue in caſu neceſsitatis, ad alienatio-
nem rerum, bonorum, & iurium, quæ ſub ea digni
tate

1 tate continentur, deueniat, † talem alienationem
poſſe fieri ponimus, in caſibus tamen de quibus
latius inferius dicemus hoc.§.in verſi. Trigeſimo.
nume. 4.& per totum.

SVMMARIVM.

1 *Imperator,& alij principes ſeculares, poſſunt in tribus caſibus, intereſſe concilio generali totius orbis. & in alijs.nume.3.5.6.vt audiant, & conſulant; non vt iudicent.*

2 *Concilij generalis congregatio, pertinet tantum ad Papam.*

3 *Imperator debet interponere auctoritatem in concilio generali, reſpectu cauſarum ſecularium.*

4 *Concilij generali congregando, qui ſint vocandi.*

6 *Concilio generalis conuocatio, ſpectat etiam ad Laicos, Papa exiſtente Sciſmatico aut hæretico, aut data negligentia Papæ, vel Cardinalium. numero. 7.*

Imperator,& alij principes, data negligẽtia, poſſunt iudicare Papam hæreticum.ibi.

8 *Concilio generali, poſſunt intereſſe principes ſeculares, per nuncios.*

9 *Concilio generali epiſcopi intereſſe debent, niſi legitime impediti.*

10 *Imperator indirecte poteſt compellere Cardinales, ingredi conclaue, pro electione Papæ.*

11 *Principes ſeculares, quando habeant poteſtatem, in eccleſiaſticas perſonas; remiſ.*

12 *Concilij generalis ſecularis conuocatio, ſpectat tantum ad Imperatorem.*

CONCILIVM GENERALE QVANDOQVE CONVOCAT.

1 DEcimoquarto, † Imperator & Reges,& alij
principes ſeculares poſſunt in tribus caſi-
bus, adeſſe Concilio epiſcoporum vniuer-
ſali totius orbis. † cuius alioquin congregatio, tan
tum ad Papam ſpectat.c. 1.& ſeq.cum glo.17. di-
ſtin.& gloſſ. in.cap.quod tranſlationem.de offic.
Leg.dicemus ſuo loco lib.2.§.4.verſi. Nono.cap.
2. Qui caſus illi ſunt, ſecundum gloſſ.fin.ubi Abb.
in cap.fin.de his quæ fiun.a præl.ſin conſ.cap. Pri
mo, ſi ſpecialiter inuitantur, per tex. in cap. Adria
nus.1.63.diſt.in fi. Secũdo ſi tractatur cauſa fidei,
etiam iure proprio,c. ubinam.96.diſt. & per Mar
tin.Laud.in tract. de princip.q.481. Tertio ſi tra-
ctatur de matrimonio, quia tales cauſæ eos tan-
gunt. cap. ad ſedem. 35. quæſt.5. Hinc infert, &
3 docet nos regulam, Abb. in dict. cap.fin. † quod
vbicunque in concilio generali tractarentur ne-
gocia tangentia laicos, ipſi poterunt intereſſe
concilio. Hinc eſt, quod Imperator debet re-
ſpectu cauſarum ſecularium, interponere aucto-
ritatem in concilio generali, tanquam ſupremus,
ut auctor eſt Anton. Roſel. in tracta. de concil.
in titu. quæ cauſæ poſſ. exped. in concil. gener.
nu. 6. Nõ omitto tamen hic commemorare, Abb.
dixiſſe in.c.graue, in fi.de præben. ſe non reperiſſe
in iure deciſum, nec a doct. nec a gloſſ. qui de-
beant interuenire concilio generali, repræſen-
tanti totam vniuerſalem eccleſiam, cum tamen
gloſſ. dict. cap. 1. in epiſcopis expreſſe loqua-
tur,& in d.c.fi. ubi ipſemet poſt Ioan. And. notat
in laicis: & uidetur text. apertus in cap. ad Appo-
ſtolicæ. in princ. de re iudi. in 6. ubi not. Philip.
4 Franc. † quòd in conuocatione concilij vniuer-
ſalis, quæ ſpectat ad Papam per totam dictam.
17.diſt. debent vocari prælati, & reges, & prin-
cipes ſeculares. Quod dictum tamen exiſtimo in-
telligendum in ſupradictis tribus caſibus, & ut
ſupra, in quibus quoque conuenit idem Abb. co-
pioſe in ſua q. 1. incip. epiſcopus, nume. 26. vbi
etiam tractat, an inuito epiſcopo poſsint intereſ-
ſe, & latius Pet. a mon. in Monarch. concil. in titu.
Concil. qui deb. inter colum.2. cum ſeq. qui atte-
ſtatur cum hac opin. Ioan. And. tranſire commu-
✠ niter *docto. in d.cap.fin. ac in negocijs eccleſia-
ſticis: & ubi agitur de correctione clericorum, lai-
cos omnino eſſe excludendos, arg.c.meſſana, de
clem. & melius in extrauag. Bonifac. de offic. or-
di.* debent: ſicque extra dictos caſus, laicos non
eſſe de neceſsitate vocandos. Illud tamen addit
5 ibi Pet. a mon. † ut etiam laici ad concilium ac-
cedere poſsint, pro petenda, uel defendenda iu-
ſtitia, cap. nouit. de iudic.& in cap.1.de ſponſ. ubi
Felin. in princ. Supradictos quoque tres caſus
proſequitur etiam Anto. Roſel. in tracta. de con-
cil. in titu. Vocã. qui ſint ſpecial. ad concil. nu-
me.6.& 7. ubi in tit. de præcedenti in fi. etiam ge-
neraliter proponit, quòd cenſuris, uel alijs pœ-
6 nis non obſtantibus † licite poterunt omnes fi-
deles intereſſe concilio, uel ipſum conuocare,
Papa exiſtente hæretico, uel ſciſmatico. Sic etiam
generaliter conſuluit Iaſ. dict. conſil.95.colum.2.
volum.4. omnes prælatos eſſe de Concilio,& Re-
ges, & Principes omnes ad illud eſſe vocandos:
quæ tamen intelligo procedere ſecundum proxi-
me dicta. Similiter vbi in electionibus epiſcopo-
rum contingat aliquam oriri diſcordiam, poteſt
illis Imperator intereſſe. cap. Valentinianus. 63.
7 diſtin. &.cap. nouit.§.non igitur, de iudic. † Rur-
ſus dicamus, Principes laicos, non ſolum intereſ-
ſe, uerum etiam conuocare poſſe concilium gene
rale, præſertim Imperatorem, tanquam cæteris
maiorem, arg. cap. fin. 65. diſt. data negligentia
Papæ, ſeu eccleſiæ, & Cardinalium, arg. cap. ha-
beo librum. cum ſeq. 16. diſtin.&.cap. principes.
23. quæſt. 5.& tradit Pet. a Mon. in ea Monarch.
concil. in titu. aucto. conuoc. concil. quis hab.
nume. 40. & ibi in titu. de concil. gener. congr.
numero 7. idem tenet Felin. in cap. quærelam
circa fin. de iureiur. & Iaſ. per plura dict. conſil.
95. columη.3. uolum.4.& Decius conſil.251. nu-
me.13. uolum.1. Nam & aliquid maius permiſ-
ſum eſt Imperatori,& alijs principibus, data negli
gentia: ut ſi epiſcopi, vel nequiuerint, vel nolue-

rint: ipſi poſsint papam hæreticum iudicare: quia ubi deficit poteſtas eccleſiaſtica, ad ſecularem eſt recurrendum, vt eſt gloſſ. in. cap. nec licuit. 17. diſtin. per cap. de Liguribus. 23. quæſtio. 5. & habetur, in tracta. de poteſt. ſecul. & ecc. cap. 61.
8 † Amplicantur ſupradicta, vt in eis caſibus poſſint principes ſeculares, etiam per ſolemnes nuncios ſuos, intereſſe Concilio generali. text. eſt in dict. cap. ad Apoſtolicæ. in princ. de re iud. in. 6. & docet Abba. in d. quæſt. 1. column. 14. in princ. tertij dubij, & numero 28. & Anto. Roſel. in dict. tracta. concil. in titu. forma vocan. concil. numero 13. &. 15. vbi videtur hoc etiam permiſſum, omnibus inferioribus ab epiſcopis: † cum hi tamen perſonaliter teneantur accedere, niſi ſint legitimo impedimento impediti: eandem ampliationem ponit Pet. a Mon. vbi ſupra, in dict. tit. Concilio qui deb. interes. numero 3. Declaratur vero hæc propoſitio, vt in præmiſsis caſibus, principes laici aſsiſtant, audiant, & conſulant, præcipue quando ſunt periti, arg. cap. ad ſedem. 31. quæſt. 6. &. cap. ad Apoſtolicæ. in princ. ut oſtendit Abba. in dict. cap. final. & latius in dict. quæſt. 1. column. 16. verſic. & tunc puto: non autem, vt iudicent: vocem enim conſultiuam, non, deciſiuam habent, ut etiam tradit Pet. a Mon. in dict. concil. qui deb. inter. numero 9. & communiter obſeruari ait Felin. in dict. cap. 1. in princ. de ſponſ. niſi a Papa aliter eis ſit conceſſum, vt ibi per eos. Corroborantur præmiſſa omnia, ex eo argumento, in quo potentia Imperatoris pariter demonſtratur:
10 † ſcilicet, quia Imperator poteſt ſaltem indirecte, veluti per ſubtractionem victus, compellere Cardinales ingredi Conclaue, vt deueniant ad electionem Pontificis, vt tradit Paris in dict. titu. de concil. gen. congreg. nume. 7. per text. in. cap. vbi periculum. §. præterea. de electio. in. 6. & habetur præſertim per gloſſ. in cap. licet. de election. & cle. ne Romani. eo. titu. §. porro. & idem tenet Steph. in. ſt. de poteſt. ſec. ſuper eccl. perſ. in. 4. reg. numero 49. ad quem accedere non erit inutile, ſi videre uolueris,
11 † quando ſeculares principes & Iudices, habeant poteſtatem in perſonas eccleſiaſticas: & econuerſo; per fallentias poſitas ad 4. regulas, quarum Prima eſt: vt clerici non poſsint de crimine, ſub iudice ſeculari conueniri. Secunda reg. idem in ciuili cauſa, etiam volentes. Tertia ut inijciens manus violentas in clericum, ſit excommunicatus ipſo iure. Quarta quod laici de negocijs eccleſiaſticis, non debent ſe intromittere. Cum
12 autem ſit & aliud. † Conciliũ generale mere ſeculare, videtur abſolute eius conuocatio: & auctoritatis interpoſitio, ſolum ad Imperatorem ſpectare, ea ratione: quia ille habet vocandi poteſtatem, qui habet uocatos ſubditos, l. ſi quis ex aliena. ff. de iudicijs. Nec papa in laicos, extra terras eccleſiæ degentes, ullam habet iuriſdictionem, cap. nouit de iudic. per quæ hæc tradit Anton. Roſel. in dict. tracta. de concil. in titu. quæ cauſ. poſ. exped. in concil. gen. numero 13. & facit, quia ſicut Imperator iura pontificis, ita nec Pontifex iura Imperatoris uſurpare debet cap. cum ad verum. 96. diſt. & dictum eſt ſupra in. §. tertio. verſic. Secundo.

SVMMARIVM.

1 *Imperator poteſt coronare omnes Reges. & numero 2.*
3 *Imperator poteſt conſtituere, & diuidere Regna, & prouincias: & ex cauſa unire nume. 5.*
4 *Regna condita eſſe, & diſcretas gentes iure gentium, quomodo procedat.*
5 *Imperator ſupplet negligentiam Regum, in iuſtitia adminiſtranda.*

REGES CORONAT.

1 Decimoquinto, † Imperator ea eſt præſtantia, ut ad ipſum ſpectet coronare omnes Reges: gloſſ. eſt præcipua in cap. in apibus. 7. quæſt. 1. cum qua tranſit ibi Archid. & per Martin. Laud. in tracta. de princip. quæſt. 130. Ea uidetur eſſe ratio; quia in temporalibus, dominus eſt totius orbis, quo ad uniuerſalem iuriſdictionem & protectionem, per gloſſ. in cap. Adrianus. 2. diſtin. 63. & omnes Reges, & principes ſunt ſub eo, ut abunde dictum eſt ſupra. §. 1. in uerſic. orbem, præſertim numero 8. quam glo. ſequitur Hipp. Marſil. in l. 1. numero. 99. C. de rap. uirg. & Ludo. Montaltus in tracta. de reprob. ſen
2 ten. Pila. arti. 4. numero 3. † niſi forte ſecundum eum non recognoſcant in ſuperiorem, Imperatorem. Quæ limitatio non uidetur mihi tuta, cum & ipſe cum dictione, Forte, dubitatiue loquatur: nam nullus Rex poteſt ſe eximere, ſaltem a iugo & præeminentia Imperiali, aliqua præſcriptione, aut aliquo modo: licet alia reſeruata contra Imperatorem præſcribantur, ut ibi: quo caſu procedere poſſet, ut talis coronatio apud aliquos Reges eſſet præſcripta; uel aliter conceſſa: prout apud Regem Franciæ obſeruatum hucuſque traditur, ut eius coronatio fiat per Archiepiſcopum Remenſem, ſimul cum conſecratione, & inunctione, ex oleo in ampulla e cœlo diuinitus (ut aiunt) demiſſa: & tradit Paris in. §. nobilis prouocauit. numero 10. in tracta. de duello, poſt Ioan. And. lib. 1. & Martin. Laud. in tracta. de princip. quæſt. 434. alioquin pertineret ad Imperatorem, ratione ſuperioritatis. † Facit quod aliqui tradunt ad eum quoque pertinere, conſtitutionem, & diuiſionem Regnorum, & prouinciarum, & ciuitatum, arg. l. ſi eadem. ff. de offic. aſſeſ. & Martin. Laud. dict. tract. de princip. quæſt. 455. & quæſt. 339. licet idem Martin. ibi. quæſt. 551. dicat Regalem dignitatem a Papa impetrari, qui ſolus cognoſcit an Rex debeat ungi. atque quæſt. 175. inquit, ſi nemo ſit qui ſuccedat in regno, quia nemo capax, licet adſit monachus, qui eſt incapax, tunc

magna-

magnates regni eligent: & confirmabit Imperator, uel Papa, per Bald. in cap. cum noſtrum, de elect. & conueniunt prædicta, & alias dicta in. §. 1. q. 1. præſertim. numero 9. Nec uidetur obſta
4 re. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. † ubi iure gentium diſcretæ gentes, regna cōdita, & diſtincta dominia dicuntur: nam hoc conceſſo, illud poſt aduentum Chriſti præſertim ſtatutum eſt, vt in unum, & ſic in Imperatorē mediate, & ſubordinate, a Deo poteſtas omnis terrena tranſlata ſit, vt in. d. q. 1. abunde dictum eſt. Vel dic vt per Bart. in d. l. ex hoc iure. Sic quoque non uidetur obſtare dictum Innocen. in. c. uenerabilem. de elect. quod ſequitur Ant. Roſel. in tract. de poteſt. imp. ac pa. uerſi. Secundo, in fi. in. 1. car. dum inquit, quod reges ſeculi ſubſunt Papæ: nam intelligendum eſt ſecundū ſupradicta; & in ſpiritualibus, non autem in temporalibus: & his conueniunt dicta Abb. in. c. licet ex ſuſcepto. column. 6. de fo. comp. quem ſequitur Felin. in. cap. cum non liceat. column. fin. de præſcrip. per text. not. in ca. irrefragabili. in. §. exceſſus, de offic. ordin. (quæ tamen non ſequitur, ſed improbat Ant. Corſe. in tract. de poteſt. reg. in. 5. parte quæſt. 98. & atteſtatur ita ſeruari in pra
5 ctica) † ſcilicet ut ſi Reges non recognoſcant ſuperiorem, & ſint negligentes in iuſtitia adminiſtranda, ſupplebit eorum negligentiam. Opi. autem Corſeti non placet, circumſcripta conſuetudine: ut faciunt dicta inf. uerſic. Vigeſimoquinto, ſicut, nume. 1. 2. In hoc uerſic. conuenire poteſt, ut dicamus, Papam uel Imperatorem, poſſe ex cauſa, duo regna ſubdita, ſibi unire, & eidem unum Regem præponere. ut colligit Martin. Laud. in d. tracta. q. 10. Item ſecundum eundem. q. 194. econuerſo, princeps poteſt prouinciam diuidere, ſi uidet eam tam magnam, ut commode per unū regi non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Imperator poteſt cogere partes ad concordiam in cauſa Ciuili, & criminali, limita. 2. 3.*

4 *Honor, magis q̄ mors, æſtimandus eſt; & cuicunque vtilitati præferendus.*

Honorem ſeu famam, grauius perdere, quam res: ibi.

5 *Princeps poteſt prouidere pluribus modis, ne ſcandala eueniant inter partes.*

6 *Iniuriatus & offenſus, in foro pœnitentiali, cogitur parcere offenſori; quo ad odium particulare.*

7 *Iniuriatus, & offenſus non cogitur in foro pœnitentiali remittere actionem iniuriarum, & facere pacem, per inſtrumentum, offenſori; vt poſſit implorare gratiam a principe.*

PARTES AD CONCORDIAM COGIT.

1 DEcimoſexto † poteſt Imperator & quilibet alius princeps, non recognoſcens ſuperiorem, ex plenitudine poteſtatis, cogere partes altercantes ad concordiā: ſiue in cauſa ciuili, ſiue in cauſa criminali, ut uidentur concludere doct. præcipue Felin. in rub. de treug. & pace: & alij per me allegati in materia duelli ſupra col. cl. 102. Nam licet regulariter, ut ipſi concludunt, Iudex non poſſit cogere partes ad cōcordiā: nihilo minus hoc fallit in aliquibus caſibus: & inter alios, in principe nō recognoſcēte ſuperiorē. Verum tn̄ ultra ea quæ dicta ſunt in d. concl. 102. arbitror cōuenire, hic exarandis, illa quæ dicta ſunt inf. uerſic. Vigeſimooctauo: an, & quando princeps poſſit iuri naturali, & gentium derogare, etiam tollendo ius tertij: nam in caſu noſtro, † ſi agatur pro concordia inducenda ex iuſſu principis, ut aliquis iure ſuo priuetur, ſatis conſtat hoc ei non eſſe permiſſum, niſi in caſibus ibi annotatis, cum cauſa, uel etiam ſine cauſa. Proinde ſi aſſumamus cauſam, in qua agitur de damno rerum, non poterit princeps partes cogere ad concordiam, ubi aliqua partium ſentiat damnum, & amittat ius ſuū: niſi in caſibus de quibus ibi, & d. conclu. 102. quia non poteſt derogare iuri naturali, aut gentium, licet interdum, poſſit cogere partes ad compromittendum, ut in d. uerſic. & per Felin. in dict. rub. de treug. & pac. column. 2. Si uero aſſumamus cauſam, in qua agitur de iniuria perſonali, & præiudicio honoris, & famæ alicuius, in quibus frequentius contingit principem elaborare, ut partes ad concordiam perducat: & præcipue in materia duellica, in qua, honor & exiſtimationis partium præſeruatio, maxime habetur in conſideratione, magis quam utilitas: & tunc uidetur idem ſentiendū.
3 † ut non poſſit princeps niſi ut ſupra: quia ſimiliter uidemur eſſe in exemplis iuris naturalis, & iuris gentium, cui non eſt regulariter derogandum. Quod conſtare affirmandum eſt, quia iure naturali conſtitutum eſt, ut quod tibi non uis fieri, alijs ne feceris; & hominē homini inſidiari nephas eſſe: unde in eo quod iniuria factū eſt, propulſatio, & perſecutio, non iure facti permittitur. l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. cum ſim. & facit titu. ff. & C. & extra, de iniur. Hinc eſt, quod iure gentium introducta ſunt Bella, quibus quis quaſi prouocatus, ad arma confugere debet, uel iuſta petendo, uel iniqua recuſando. & Bella gerendo, ut in pace degamus, ut per plura diximus ſupra in. §. tertio. uerſi. Vndecimo. Et propterea iuſta bella ſolent diffiniri, quæ ulciſcuntur iniurias, ut etiam ſcripſimus ſupra uerſic. Vigeſimoquinto. §. 3. numero 4. At qui etiam conſtat, ubi quis læditur, & iniuria affi-
4 citur, † pluris utique exiſtimandum, & magnifaciendum honorem, quam mortem. l. iſti quidem. ff. quod me. cau. & per Dec. conſil. 686. numero. 8. uolum. 4. & dixi in eo tracta. Duelli, conclu. 99. ſicque honor cuicunque utilitati eſt præferendus. l. Iulianus. ff. ſi quis omiſ. ca. teſt. grauius enim eſt perdere famam, quā res, ut A. C. 12. eet leſt. ſtes arguit, ad propoſitum noſtrum Corn. conſil. 162. num. 21. uol. 1. & propterea non poteſt princeps, cogere partes ad pacem, niſi in caſibus ut ſupra:

5 & ita vt plurimum vidi obſernatum. † Poteſt ta-
men ſuperior prouidere alio modo, ne ſcandala
eueniant: veluti, prouidendo ne quis exeat do
propria domo: & prohibere rixoſum accedere ad
poſſeſsionem: & ne vnus inimicus tranſeat ante
domumalterius: & alia ſimilia: vt etiam diximus
6 in d.concl.102.in materia Duelli: † Verum quia
in dict.conclu. 102.&.103.fit mentio,an in foro
pœnitentiali, quis cogatur inuitus parcere iniu-
rianti (quod omnino affirmandum eſt, quo ad
rancorem,& odium particulare ipſius offenſi, per
7 ibi allegata) † Notabilis dubitatio inſurgitan pari
ter quis cogatur in eodem foro quo ad hoc, vt re
mittat actionem iniuriarum, eamque penitus diſ-
ſimulet, neque proſequatur, pacem etiam ineun
do per publicum inſtrumentum, ad hoc vt eo pa-
cto, poſsit offendens gratiam, & ſeu reſtitutio-
nem a principe implorare, vt in ſeq. verſi. teti-
gimus. Quæ cum in facto contigiſſent, aliquando
cōſului eruditiſsimos Theologos, qui in hoc poſt
aliquas diſputationes, conuenerunt: vt receptior
& vera ſit ſententia, vt quis non cogatur: idque
abſque aliqua nota, ex auctoritate Diui Hier.per
me colligitur, relata in.c.officia, &.c.non eſt ini-
quitatis.23.quæſt.5.vbi officia vindictæ, poſſunt
implere boni,bono animo, quomodo lex,& quo
modo iudex: & non eſt iniquitatis, ſed potius hu
manitatis ſocietate deuictus, qui criminis eſt per-
ſecutor, vt ſit hominis liberator, & in.c.legi.23.
q.8.ait idem Hieron. non eſt crudelitas, crimina
pro deo punire, ſed pietas:unde ſi frater, amicus,
vxor, veritatem deprauare voluerit; ſit manus
tua ſuper eos,& effundes ſanguiné ipſorum. Con-
ueniunt recte quæ apud B Thomam leguntur in
ſecunda ſecundæ.quæſt.25.verſi.ad nouum: dum
docet Signa dilectionis ex præcepto, & ex neceſ-
ſitate charitatis, eſſe exhibenda in communi ini-
micis, veluti quòd quis teneatur orare pro toto
populo,& pro omnibus fidelibus:in ſpeciali vero
ſecus ſit, niſi in articulo neceſsitatis:illo argumen
to, vt ſi eſurierit inimicus, ciba eum,ſi ſitit, da il-
li potum. Cæterum ſi beneficia exhibeantur
inimicis, præter cauſam neceſsitatis, pertineat
ad perfectionem charitatis. Et hanc quæſt. in
terminis vt ſupra, videtur determinare Abba.in.c.
1.in fi.de maledicis.allegat. c.ſi quis contriſtatur.
90.diſt. Immo etiam, rancorem ſeu odium, non
teneri aliquem remittere niſi petēti, tradit ex not.
doct.Bar.in.l.ſi tibi.x.§.1.ff.de pact. per dicta Ma
giſtri ſenten.lib.4.diſt. 30. atque comprobat Ab-
bas Bartholū ibi inferentem: quod ſi infirmus di-
cat ſacerdoti, remitto iniuriam mihi illatam per
talem, cenſetur remiſſe odium, non ſatisfactionē
iniuriæ. Adde tamē Card.Alex.in d.c.ſi quis con
teſtatus.qui declarat; vt quis offenſus, a ſe ipſo in
animo ſuo,debeat remittere odium, licet offende
nis non petat: Immo etiam nolente eo ſatisface-
re, tenetur offenſus remittere odium, non actio-
nem iniuriarum. Faciunt quæ conſuluit Iaſ.conſi.
23.col.5.vol.1.& per Felin.in.c.de cętero. nu.10.
de reſtib. Item adde Ang. in tract. de maleſic. in
ver.comparēt, & in termino defenſionis, nu.28.
* vbi Auguſtin. communem * opin. eſſe atteſtatur,
vt ſi in foro pœnitētiali per iniuriatum ſit remiſ-
ſa iniuria, hoc prodeſſe in foro iudiciali.

SVMMARIVM.

1 *Imperator poteſt liberare damnatos, & eis indul-
gentiam, & plenam reſtitutionem concedere:
ſicut confiſcationem bonorum facere.*
*Papa ſolo verbo degradatos reſtituit: & ſolo verbo
abſoluit.abſolutio in.5. caſibus ipſi tantū cōpetit.*
2 *Reſtitutus ita habendus, perinde ac ſi delictum non
commiſiſſet:nume. 4.*
3 *Delicta,ſiue iniuriæ,duplici perſecutione vindicanē:
vna quæ principi, altera quæ parti competit: nec
vna tollitur per aliam:*
4 *Imperator non poteſt petenti veniam parcere, & cū
reſtituere: niſi pars offenſa ſuam iniuriam remiſe-
rit.*
*Imperator poteſt remittere pœnam applicandam fiſ-
co;non parti.*
5 *Imperator, vbi non liceat concedere gratiam, conce-
dit ſaluum conductum.*
*Princeps poteſt de innocentia damnati cognoſcere,
ſine appellatione:ibi.*
*Princeps propter multitudinem delinquentium, fa-
cilius indulget:ibi.*
6 *Imperator promouendo ſcienter inhabilem, cenſetur
cum eo diſpenſare.*
*Ignominioſa perſona, non debet ſtare coram princi-
pe. ibi.*
*Princeps non præſumitur velle diſpenſare, & promo
uere odioſos, & multipliciter criminoſos.*

DAMNATOS RESTITVIT.

Decimo ſeptimo, licet in reſeruatis principi,
ſimplici verbo, annotauerimus, ſupra hoc.
1 §. verſic. Primo, nume.7. † liberationem
damnatorum, & per conſequens indulgentiam:
immo & plenam reſtitutionem eorum, tam circa
bona, quam circa honores, & dignitates, & alia:
hic tamen ad præmiſſam concluſionem, illa ap-
tius, & vberius inſequitur: cum vbi partes alter-
cantes, actiones, iniurias ob conuicia, ob percuſ-
ſiones, ob vulnera, ob cædes, & ob alia dam-
na ſibi illata remiſerint (quod equidem pro-
be fit ad pacem comparandam, quæ multa bo-
na inducit, vt diximus in materia Duelli, ſupra
§. Tertio concluſi. 101.) conſueuerit quoque
princeps, & non recognoſcens ſuperiorem, par-
cere delinquentibus, & crimina abolere: eiſque
gratia, & clementia ſua (quæ maxime eum de-
cet vt per Martin. Laud. de princip. quæſtio.
104.) ſolus reſtituere bona publicata, exiſtima-
tionem, & in integrum, & in priſtinum ſta-
tum repoſitionem, ſeu reſtitutionem concede-
re

re poſsit : ut per Martin. ibi. quæſt. 426. ſicut ad eum ſolum condemnatio ſpectat. l. relega
ti in fi. ff. de pœn. & ſicut ſpectat bonorum conſiſcatio. l. j. C. ne ſin. iuſſ. princ. & per Mart. Laud.
in tract. de fiſco. q. 1. c. euthenium. 2. q. 3. & l. j. §.
de qua. ff. de poſtul. ubi Bar. & in. l. infamem in fin.
de pub. iud. vbi famæ reſtitututionem principi, &
Papę dat. & inquit Spec. in tit. de accuſatione. §. ſecundo, Papam ſolo uerbo degradatos reſtituere,
in verſi. qui autem. & in tit. de leg. §. nunc oſtend.
ac idem in tit. de citatione. §. iam col. pen. Papam
ſolo verbo abſoluere poſſe oſtendit. c. ſi aliquando de ſenten. excom. Abſolutionem autem in
quinque caſibus Papæ competere tantum, ait Innocen. in. c. nuper. circ. fi. de ſenten. excom. Scilicet in iniectione manus in clericum, in fractione
eccleſiæ, in falſante literas, in communicante excommunicato in crimine : in incendiario & tradit not. Salicet. in l. cum indulgentia. col. 2. C. de
ſenten. paſ. & Franciſ. Luc. in tract. de fiſco & eius
priuil. priuileg. 80. & facit totus titulus ille. C. &
2 ff. & Decius conſi. 445. num. 70. uol. 3. † qui inquit, delinquentem reſtitutum, ita habendum per-
3 inde ac ſi delictum non commiſiſſet. † Verum
quia delictorum perſecutio duplici actione, & uindicta, oriri ſolet: una priuata, quæ iniuriatio: altera autem publica, quæ Principi, ſeu fiſco, ſiue
Reip. loci habitantis delinquentis : datur, nec una
tollitur per aliam, ut docet Boniſac. in tract. maleſic. in tit. de iniurijs per l. licitatio. §. quod illicite,
cum alijs concord. ff. de publica. quod etiam tenet
Areti. in tract. de maleſic. in uer. & ueſtem. in prin.
col. 1. in fi. & Bertach. in tract. de Epiſcop. in. 2.
4 parte. 4. lib. num. 8. † dicere poſſumus, Imperatorem, ſeu Principem, non poſſe ueniam petēti parcere: & concedere reſtitutionem, niſi para, quę iniuria aliqua affecta ſit, eam remiſerit : nō enim debet tollere princeps, ius & actionem quæſitam, &
alteri competentem, niſi cum cauſa, & in caſibus,
de quibus in præced. uerſ. & in d. concl. 102. & inf.
hoc. §. uerſ. Vigeſimo octauo per totum. Vnde
ſecundum Doct. pręſertim Iaſ. in. l. uenia. per glo.
ib. l. C. de in ius uoc. Princeps pōt remittere pęnam
corporalem, aut pecuniariam applicandam fiſco;
non autem parti. Quæ etiam clarius docet in. l reſcripta num. 8. C. de præcib. imp. of. addēs pęnam
etiam applicatam fiſco, non poſſe remittere; item
nec corporalem futuri delicti, ſed præteriti: & in l.
gallus. §. & quid ſi tātum nu. 63. ff. de lib. & poſth.
late docet quando reſtitutus recuperat bona alienata per fiſcum, & fructus. Et propterea impenſius
obſeruatur apud Principes, ut in publicis criminibus, & in quibus pęna mortis ingeritur: non indulgeant, non reſtituant ex clementia, & gratia ſua
aliquem delinquentem a-niſi pacem, & remiſsionem a parte offenſa produxerit per publicum inſtrumentum : Immo etiam habita pace ab offenſis, ubi homicidium fuerit ex propoſito & animo
deliberato patratum, non ſolet uti clementia ſua
Imperator; nec reſtitutionem, aut indulgentiam
concedit, niſi in aliquibus caſibus: multis hinc inde perpenſis, ex quibus digna indulgentia cenſeri
5 poſsit: & ita ſœpe uidi obſeruatum. † Solet tamen
princeps, cui non liceat concedere indulgentias, &
reſtitutiones, aliquando ſine alterius tamen damno, quod raro fit, ſecundum Mart. Laud. in tract.
de crim. læſæ mai. q. 6. publicam fidem (quam uulgo Saluum conductū appellamus) concedere alicui delinquenti, in criminibus capitalibus & publicis, uſque ad tempus : ut puta. 10. uel. 20. anorum, & ultra : aliqua iuſta de cauſa : uel propter
aliqua delinquentis merita, in eum collata : ita ut
in loco delicti, tute ſe habere, & degere poſsit. de
quo per Martin. Laud. in tract. de princip. q. 527.
Verumtamen, tanto facilius & rectius poteſt princeps, & ad eum pertinet, de innocentia damnati
cognoſcere, ſine appellatione : ueluti ſi præſes, qui
eum quem damnauit, reſtituere non poteſt, cum
nec pecuniariam ſententiam ſuam reuocare poſſit, talem innocentiam cognouerit. l. 1. in fi. ff. de
quæſtio. ubi Hip. Mar. nu. 46. Guido Suz. in tract.
de indic. & tort. uerſ. ſed quid num. 64. Sed & propter multitudinem delinquentium, princeps facilius indulget, ut colligit Martin. Laud. in tract. de
6 princip. q. 112. † Subiungere congrue hic poſſe
uidemur, ut ſicut princeps expreſſe indulget, & reſtituit, ut in ſuperioribus : ſic eligendo indignum
uel promouendo inhabilem ſcienter, cenſetur tacite ſecum diſpēſare, ueluti ſi dignitates, magiſtratus, & honores, in eum contulerit: uel in eis, indignum tolerauerit. l. quidam conſulebat. ff. de re
iud. l. Barbarius. ubi Bal. Iaſ. nu. 11. & 14. & doct.
ff. de offic. præt. Feli. in. c. ſi quando. de reſcrip.
col. 5. Bal. in. l. imperialis. §. 1. C. de nupti. & Deci.
conſ. 614. in fi. uol. 4. per plura. Alioquin etenim
perſona ignominioſa coram Principe ſtare non
debet. ut dixit Ang. in. l. 2. §. ignominiæ. ff. de his
qui no. infa. refert. & ſequitur Martin. Laud. in
tract. de princip. q. 160. Non præſumitur tamen
princeps, uelle diſpenſare & promouere odioſos,
& multipliciter crimininoſos, ut per Bal. in d. l. Barbarius. ſequitur Alex. conſ. 129. num. 11. uol. 6.

SVMMARIVM.

1 *Imperator ipſemet, poteſt interficere delinquentes, 3. ibi exemplum Romuli, Heliæ, Phinees, Abraæ, & Petri; Non Papa, num. 9.*
2 *Principis perſona non congruit, occidere nocentes; quomodo procedat. 4.*
4 *Banniti homicidium, non eſt maleficium, quando licite, & impune poteſt offendi.*
Clerici non poſſunt exercere iura ſanguinis, & numer. 8.
5 *Io. Baptiſta Specianus Cap. Iuſtitiæ, occidit militem ſeditioſum.*
6 *Imperatori, ſeu Principi occidenti noxium, debet conſtare delictum.*
7 *Imperator poteſt mandare, vt nocens occidatur, & ei parendum eſt.*

8 *Teſta-*

8 *Teſtamenti veteris exempla ſunt admiranda; non trahenda in exemplum.*

9 *Irregularitas ex homicidio uoluntario, eſt de iure diuino: ſecundum aliquos.*

DELINQVENTES ETIAM IPSEMET INTERFICIT.

Decimo octauo, cum non ſolum deceat, uerum etiam teneatur princeps Iuſtitiam colere, & in delinquentes animaduertere, ita ut ſubiecti ſibi crediti bene uiuant, ut diximus ſu-
1 pra in. §. Tertio, uerſ. Sexto: † dubitari poteſt an ipſemet, in eos gladium exercere poſsit abſque aliqua nota, ſeruato, uel non, ordine iuris: quod utique affirmandum uidetur, ex quo gladium portat, illumque a Deo habet, miniſter Dei, uindex in iram, et qui malum agit, ut ſcriptum eſt ſupra. §. 1. uerſ. Gladium; & ſic gladium exercet, ad uindictam malorum, & Laudem Bonorum, ut ibi: In contrarium faciebat, quia omne homicidium dici tur in ſe habere delictum, & dolum: quantumcunque permittatur a ſtatuto: & item omnē occidentem eſſe infamem, tenet Hipp. Marſ. in. §. aggredior. nu. 12. in practic. crimina. per plura, præſertim, per Dictum Bal. in l. decuriones. C. ex quibus ca. infa. irrog. & dictum eſt ſupra hoc. §. uerſ.
2 quinto 11 † & id non uidetur congruere perſonæ Principis, ut facit tex. in. c. de occidendis. 23. q. 5. cum ungulæ carnificis, ad hoc uideantur inſtitutę, nō Regia poteſtas, & cognitoris ius, arma militiæ, & diſciplina dominantis: quæ ponunt tanquam diuerſa in. c. non fruſtra. 23. q. 5. Porro in hoc arti-
3 culo ſentiendum arbitror, † Imperatorem ipſum poſſe interficere noxios, & delinquentes, prout exemplo non uulgari, Remum a Romulo fratre, urbis conditore, interfectum, ob nouos muros, eius ciuitatis, quos tranſiliendo uiolauerat, tradit glo. in. c. in apibus. in uer. Roma. 7. q. 1. cum qua tr̄aſit Archid. ibi, per tex. in. l. ſi. ff. de rerum diuiſ. & licet d. l. ſi. tructdatum Remum a Romulo expreſſe non aperiat: unde ibi glo. diui: ando commemorat, Romulum feciſſe occidi Remum: Nihilominus apud Liuium equidem Illuſtrem auctorem in. t. lib. 1. decadis, ſatis conſtat: atque ſecundum eum uulgatior fama eſt; ludibrio fratris, Remum nouos tranſiliiſſe muros, inde ab irato Romulo (cum uerbis quoque increpitans adieciſſet: Sic deinde quicunque alius, tranſcendet mœnia mea) interfectum. Atqui hæc rectius pijs exemplis, in ſacris litteris deſcriptis, quam Gentilium, probantur: quandoquidem Helias culturam Baal uindicauit, ſacerdotes, & Prophetas eius interficiendo. Phinees homicidium: Abraam etiam parricidium: & Petrus duo homicidia cōmiſerit: quæ equidem illis reputata ſunt ad iuſtitiam, ut legitur in. c. ſi uiliſarius. 23. q. 4. & c. reos. 23. q. 5. & c. legi cū. c. ſeq. 23. q. 8. & propterea ſine peccato, ex auctoritate diui Auguſtini, miles hoſtem: & alternatiue iudex, uel miniſter eius, nocentem occidere poteſt. c. ſi homicidium, & c. c. iudex d. 23. q. 5. habet enim uaſa interfectionis, ut trucidet peſsimos, & miniſter Dei eſt, ut ibi. c. non ſolum, & c. qui malos. Nec ab his diſſentit Salic. in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa iud. qui inquit, poſſe Principem ipſum, indiſtincte de propria iniuria, & ſic in fortiori caſu cognoſcere, & punire, per d. c. Guiliſarius, & l. quiſquis. ad. l. Iul. maieſt. & l. 1. Si quis imp. maled. in. C. Nec repugnat dictum Bal. & Hip. quia loquitur ibi Bal. in priuato, non in principe, & iudice. Præterea ibi ſe ipſum declarat Bal.
4 † ut homicidium Bāniti, nullo modo maleficium ſit, quando ſtatutum diſponit ut licite, & impune Bannitus poſsit occidi; ſed in caſu noſtro licet; immo, aſtrictus eſt princeps, & iudex punire crimino ſos ut ſupra: Fitque tanto magis impune, ergo. Rurſus opi. Bal. non uidetur poſſe placere, præcipue ſentiente Bar. contrarium per eum allegato, & ratione per me in d. uerſ. Quinto, aſsignata. Non etiam repugnat, quod tale miniſterium non conueniat Principi: nam quod fit lege permittente, pœnam non meretur. l. Gracchus. cum ſim. C. de adulter. Ad hæc dicimus. d. c. de occidendis, non militare, quia illa incongruitas ibi conſideratur ratione Epiſcopi, ſeu perſonarū Eccleſiaſticarum, quibus hodie iura ſanguinis exercere prohibitum eſt: ut dicemus in fi. huius uerſ. & ideo prætermiſſis ſimilibus, crudelis utique princeps habendus non erit, qui crudeles iugulat. c. non eſt crudelis. d. 23. q. 5. immo tale miniſterium, ſeu talis miniſter, eſt Dei miniſter. d. c. qui malos, & in d. uerſ. gladium, & in uerſ. Decimo ſeptimo, præcedenti circa fi. Neque id affirmamus, ut miniſterium Carnifice aſsignatum, ipſe princeps aſſumat: ſed ut, quando cunque contigerit occaſio, & cum oportuerit, poſsit ipſe congrue talis miniſter eſſe. Quod ſi forte fortuna id euenerit quandoque, itidem conducibile eſſe ſolet. Audiui namque, & fere uidi in hac ciuitate; præſtantiſsimum uirum, Senatorem, eundemque Quæſtorem, ſeu (ut aiunt) Capitaneum
5 Iuſtitiæ huius Dominij, † Ioann. Baptiſt. Specianum, etiam iuſſu (ut creditur) Franc. II. Ducis Sforciæ, arreptis armis, iugulaſſe ſeditioſum quendam & audaciſsimum Militem, qui etiam ad huius urbis depopulationem, commilitones ſuos improbe concitauerat: Scelus utique prudenter, & probe expiatum. Celeritatem enim quandoque aliqua negocia, ad tollendam omnem perturbationem & omnem aduerſam fortunam, ita deſiderant, ut facit tex. in. c. & ſi illa. 15. q. 7. ut niſi illis ultore gladio citius occuratur, in deterius, & in exi-
6 tium, corruant, † Declarandā tamen aſſumptam hanc concluſionem putarem: ut Principi, & tali miniſtro conſtare debeat delictum, uel per modum notorij, uel aliter, indubie tamen, ut faciunt dicta per Gand. in tract. de malefic. in tit. de præſump. & indic. indub. col. 2. cir. fi. per l. ſæpe. ff. de uer. ſig. ten. Hip. Marſ. in practi. crim. in prin. nu. 5. quod ſufficit ut ſibi conſtet, tanquam ut homini, licet non ut iudici: nam cum princeps non teneatur

tur ſeruare ordinem iudiciarium, & debeat iudica
re ſecundum conſcientiam, & ut Deus, Sola facti
ueritate inſpecta, ut ſupra. §. Tertio uerſ. Decimo
nono, & in notorijs, non ſit neceſſaria citatio (li-
cet alioquin ſit de iure diuino, unde non poſsit
tolli) nec declaratio requiratur, cum certũ ſit nul-
lam defenſionem competere, ut dictum eſt ſupra.
§. ſecundo. uerſic. Apoſtolicæ ſedis nu. 5. & poſsit
iudicare in propria cauſa, tam in ciuilibus, quam
in criminalibus ut ſupra hoc. §. Quarto. uerſ. Deci
mo. Punire ipſum poſſe nocentes ut ſupra, omni-
7 no crediderim: † Quod ſi hoc pacto etiam man-
dauerit princeps aliquem interfici, ei parendum
eſt, ut docet Abb. conſ. 84. num. 7. uol. 1. & tanto
magis, cum iuſta cauſa ſubeſſe uideatur, in caſu no
ſtro; nam etiam in fortiori caſu loquitur ibi Abb.
quando princeps de facto reſcribit, & non appa-
reat de cauſa: quia in eo ſit præſumenda: affirmãs
* hanc eſſe communem * opi. de quo tamen uide ſu
pra hoc. §. Quarto. uerſ. Quinto in fi. & inf. uerſ.
8 24. Rurſus declaratur † hæc aſſumpta concluſio,
ut non habeat locum in Iudicibus, & perſonis Ec-
cleſiaſticis, ut tetigi proxime num. 4. Nam ut ha-
betur in. c. nos ſi. §. ſed notandum. 2. q. 7. Regum
eſt, corporalem irrogare pœnam: ſacerdotum, ſpi-
ritualem inferre uindictam. Atque ſicut non ſine
ratione Iudex gladium portat, ad uindictam ma-
lefactorum, Laudem uero Bonorum; ita non ſine
cauſa, claues Eccleſiæ ſacerdotes accipiunt, ad ex-
cluſionem excommunicandorum, & reconciliatio
nem pęnitentium: ad hæc Archid. in. c. occidit. 23.
q. 8 allegat d. c. nos ſi. nam exempla ſupra allegata
præſertim ueteris teſtamenti, ſunt admiranda, non
trahenda in exemplum. Multa enim concedeban-
tur tunc, quæ nunc non cõceduntur, ut d. c. nos ſi.
ibi enim prædicta exempla non admittũtur: Hinc
eſt quod ex opinione Innoc. & Bal. Felin. in. c. ſi
quando col. 3. nu. 3. de reſcrip. notabiliter inquit,
9 † Papam poſſe imponere pœnam mortis, ſtatuen-
do, non exequendo: quia ſi proprijs manibus ipſe
occideret aliquẽ, fieret ſtatim irregularis. Eadem
tradit Felin. in. c. 2. col. 2. cum remiſsionibus per
eum poſitis, in. c. ſi. num. 6. de maior. & obed. &
illam aſsignat rationem, quia irregularitas ex ho-
micidio uoluntario, eſt de iure diuino, ſecundum
multos: ſed ſecundum illos qui tenent eam eſſe de
iure poſitiuo, refert iſtud dictum eſſe dubium. Ve
rum obſeruatur, ut aliquis non exequatur homici-
dium, & pęnam Mortis, ut exemplo Legati Bono-
nienſis tradit Felin. in d. c. ſi quando.

SVMMARIVM.

1 *Arma portare, regulariter nulli licet, etiam defen-
ſibilia. num. 2. limitatur. 21. modis num. 5. vſque
ad finem.*
3 *Clerici portãtes arma, mortaliter peccãt, & excom-
municantur, & perdunt priuilegium clericale.
Excõmunicatio nõ infert, niſi pro graui crimine ibi.*
4 *Arma portantis, pœna.*

ARMA PROHIBET DEFERRI.

Decimo nono, licet in præmiſſa concluſio-
ne explicauerimus, Imperatorem deferre
exerereque gladium poſſe, hic tamen ſu-
1 biungendum eſt illud tantum ſibi: † nulli autem
prorſus licere, iniuſſu ſuo arma mouere, defer-
reque, ut legitur in. l. 1. ff. ad. l. Iul. de ui pub. ubi
Bar. & in. l. j. cum glo. C. ut arm. uſus inſc. prin. in-
terd. ſit lib. 11. & in auth. de armis, præſertim. §.
pen. & c. clerici, ibidem: & per Socinum in reg. 3.
in Fal. & Hippo. Marſ. in. §. pro complemẽto. col.
1. in practi. criminali, & Barba. in trac. de Card. q.
5. col. 8. & Ange. in tract. de malefici. in uer. uno.
ſtoco. col. 2. & Corn. conſ. 20. col. pen. in fi. uol.
2 3. Iſta concluſio ampliatur † ut procedat etiam,
in armis defenſibilibus, ut in d. §. pen. & per Bar. in
d. l. 1. de ui publi. & Hippo. in d. §. pro complemen
to. col. 2. per multa, & alibi ut ſupra. Ampliatur
2. ut procedat etiam in clericis, qui grauiter, &
3 mortaliter peccant, quia excommunicantur, † &
excommunicatio non infertur, niſi pro graui cri-
mine. c. nullus, & c. nemo. 11. q. 3. & ut concludit
Abb. in d. c. 2. de uita & honeſ. clerico. Non ſunt
tamen excommunicati ipſo facto clerici ſecula-
res, ſed excommunicandi, ut ibi. At religioſi tenen
tes arma, intra ſepta monaſterij, ſine licentia ſu-
perioris; ſunt ipſo facto excommunicati: cle. ne in
agro. §. quia uero. de ſtatu regula. & per Abba. in
d. c. 2. circa fi. Quod tamen limitatur, niſi ſint ini-
micitię capitales, inter religioſum, & Abbatem:
uel niſi cum foris ueniant ad clauſtrum, & ani-
mum continuo retinendi non habent: uti ibi
in glo. fi. & per Cardi. ibidem, & Zachari. Ferra.
in additio. ad Abba. in d. c. 2. Alia quoque pœna
plectuntur, quia tertio moniti non deſiſtentes cle-
rici a portatione armorum, perdunt priuilegium.
c. ſi quis ſuadente diabolo. 17 q. 4. ſecundum glo.
in c. quiſquis. 17. q. 4. & in d. c. 2. & per Abba. ibi,
& perdunt clericale priuilegium, vt in. c. in audien
tiam, de ſenten. excom. vbi Abb. Sed & ſecundum
tex. in d. c. clerici, in quacunque factione arma uo-
lentes ſumpſerint, reperti: amiſſo ordinis ſui gra-
du, in monaſterium perenniter traduntur, quia ar-
ma clericorum, debent eſſe lachrymæ per prædi-
cta; maxime per Hippo. col. 1. Laici uero non ita
grauiter errant, cum apud eos portatio armorum
ſit leue delictum, ut per Bar. in l. leuia col. 2. ff. de
accuſatio. & l. diuus. 2. q. 3. ff. de cuſto. reo. ſequi-
tur Hippo. d. §. pro complemento. col. fi. ubi in-
quit, quòd in eo non requiritur proceſſus. Verum
non ita leue exiſtimandum opinor, cum arma
portantes dicantur habere malum animum, niſi
portent ligata, ſecundum glo. ubi Bal. in §. ſi quis
ruſticus. de pace tenen. in uſi. feu. Alex. in d. l. j. ff.
de ui. publi. & per Iaſ. in §. ex maleficijs colu. 26.
inſti. de actio. & Hipp. d. colu. fin. & alibi ut ſupra,
4 † & puniuntur vltra amiſsionem armorum, in
ære, & perſona; ſecundum tex. cum gloſſ. in §.
pen.

pen. in auth. de armis: vbi idem videtur tenere Bar. immo tex. videtur etiam exprimere pœnam capitalem, ibi, pœnam & in pecunijs, & in ipſos formidantes caput. Et ideo Iaſ. vbi ſupra, quem ſimpliciter ſequitur Hippo. d. col. 1. a pœna legis vltra arma, non recedit. Verum eſt tamen, quod ruſticus punitur alia pœna, quam nobilis, ſecundum Hippo. d. col. 1. per tex. cum glo. in d. §. ſi quis ruſticus, vbi habetur quod ab eo arma auferun-
5 tur, & ſolidi viginti recipiuntur. † Fallit autem dicta concluſio multis modis, de quibus ſepties excipitur per Socin. dicta reg. 30. & ante eum per Barba. in tract. de Cardina. §. ſed quid. Primo limitatur in officialibus, & eorum familia, l. nam ſalutem. §. fi. ff. de offi. pręfec. vigi. vbi no. Bald. qui dicit hoc extendi ad familiam epiſcopi, vt & per Barba. in d. §. ſed quid col. 1. qui a fortiori hoc dicit procedere, in Legatis a latere. Idem per Hippo. d. col. 1. extendentem etiam, ad familiam inquiſitorum hæreticæ prauitatis, per glo. in c. ſtatutũ, in uer. directe de hęreti. in 6. Secũdo, limitaт̃, in eo q. vellet ire ad ſuas poſſeſsiones, per tex. in l. fin. C. de proxi. ſac. ſcri. ſecundum Nico. de Neapo. ibi & alios. Sed iſta limitatio non videtur vera, quia non probatur in d. l. fi. & vlterius concludunt fere omnes docto. hodie etiam in itinere prohibitum eſſe portare arma, vt per Bar. in d. l. j. in prin. per text. in d. auth. de armis, & videtur text. in d. §. ſi quis ruſticus, dum prohibet mercatores, per prouinciam tranſeuntes, portare arma: niſi &c. ut & ibi per Bal. idem tenet Amad. de Caſtel. in d. trac. de ſindica. in uer. item in eo quod dicti Socij. col. 1. hoc tamen qualiter procedat, etiam ex conſuetudine infra dicam. Tertio limitatur qũ quis portaret arma ligata, ut in d. §. ſi quis ruſticus: & ita ſimpliciter tranſeunt Soci. & Barba. ſed exiſtimo hoc eſſe intelligendum, ſecundum diſpoſitionem d. §. ſi quis, ſcilicet, ut quis ſe a latrone defendat, ut per Bal. ibi, & ſic quando iter habetur per loca
6 periculoſa, ut p Soci. in. 6. fall. & per Barba. ubi ſupra, p doctr. Ant. de Butrio, in d. c. 2. & Sic iſtę duę limitationes uidentur ſimul iungi: tunc enim clericis etiam licet, ut ipſi atteſtantur, & proſequitur Hippo. d. col. 1. per doctri. Abb. in d. c. 2. quia ad terrorem latronum, & ex alia iuſta cauſa, licet clericis arma mouere: pro defenſione perſonæ, & rerum ſuarum: quæ etiam ex conſuetudine, obſeruari, dicit Barba. ibi. §. & in quantum: ut uidetur paſsim taliter uigere, licet arma non portentur ligata, ſiue quis eat ad poſſeſsiones ſuas, ſiue aliter ſe habeat in itinere. Quarto, limitaт̃ ubicunq; portãtur cultelli minores, per tex. in d. §. pen. cum glo. in uer. minores: nec hoc uidetur habere difficultatem. Quinto limitatur in portante arma, ad occidendũ Bannitum, ſtante ſtatuto, quod Bannitus poſsit impune offendi. ultra cuius allegata, adde ad hoc Hippo. d. col. 1. Sexto limitatur in tranſeunte per loca periculoſa, de quo dictum eſt ſupra in. 3. limit. Septimo, limitaт̃ niſi ſuperior, ex cauſa cõcederet portare arma, ut puta propter bellum, uel propter factiones, ſeu (ut aiunt) partialitates per doctri. Bal. in rub. C. qui admit. & in. l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſu. & lega. Cui adde Hippo. d. col. 1. Hęc tamen limitatio ſublimitatur, ut non ſit licita portatio armorum coram Iudice, nec in congregatione, nec cętu ſcholarium, nec in palatio Principis, uel cętu communis conſilij, ut per Soci. & Barba. ubi ſupra, cum relatis per eos, & Hippo. d. col. 1. & Iaſ. in d. §. ex maleſitijs. col. 27. Octaua limitatio vr̃ addi poſſe, ex doctri. Bar. in. l. medicos. C. de profeſſo. & medi. li. 10. in doctoribus, tam legum, quam aliarum ſciẽtiarum, qui non poſſunt ſcrutari de armis: impune etenim illa deferre poſſunt, ut & per Io. de Anna. in d. rub. de magis. col. 2. & ibidem Feli. & per Petrum Lenau. in trac. de priuileg. docto. §. octauo in. 2. parte. IX. limitatio cumulatur in militibus, ut poteſt argui a prin. l. ſcimus. C. de iure delib. & uidetur probari in d. §. ſi quis ruſticus, in fi. a contrario ſenſu. cum ibi ad palatium comitis nullus miles ferre arma poſsit; quaſi innuat, quod alibi liceat; immo armorum uſus uidetur eis coniunctus; cum eos, armis, non priuatis negotijs occupatos eſſe debere demonſtretur, in l. milites. C. de locato. & propterea inter requiſita militiæ, gladio etiam cinctos eſſe oportet, ſecundum glo. in. l. pen. ff. ex quibus ca. maio. per tex. in. l. pen. ff. de teſta. mil. ubi no. Bal. quod illa glo. loquitur de enſe, non de calcaribus, & alijs inſignijs: & dictã glo. ſequitur etiã Amad. de caſtello. in d. trac. de ſindica. in uer. magnificum. X. limitatio colligitur ex ſupradictis, ut in religioſo non procedat reg. quando inter eum & Abbatem, eſſent inimicitiæ capitales. XI. non procedit ut ſupra, quando religioſi foris uenirent, ad clauſtrum; & animum retinendi arma nõ habent.

SVMMARIVM.

1 *Imperator poteſt legitimare quoſcunque filios, etiam ex nephario, & damnato coitu natos, de plenitudine poteſtatis: etiam ſtantibus legitimis, & naturalibus, & num. 6. cum deducat de non eſſe ad eſſe, & filios ſacerdotis.*

2 *Legitimatio vt plurimum fit, abſque citatione illorum quorum intereſt, niſi adſint filij legitimi, & naturales. & niſi fiat diſpenſatio: & niſi mortuo patre, petatur legitimatio per filium naturalem.*

3 *Legitimationem poteſt princeps committere alteri; vt ſit Comiti Palatino, ſecundum expreſſa in priuilegio.*

4 *Legitimatio Imperatoris, habet locum in terris Imperij, & Papa in terris Eccleſiæ; non aliter, ſecundum communem; excipiuntur duo caſus.*

5 *Limitatio requirit cauſę cognitionem, & cauſam rationabilem.*

Papa poteſt peccare, ſicut quilibet alius.

6 *Limitatio, ſtantibus naturalibus & legitimis, raro fit per Imperatorem, ne dicatur vnum pecus.*

Nuptiæ conſeruant genus humanum.

7 *Legitimatio ſolet concedi per Principem, cum clauſula.*

ſula, Sine præiudicio venientium ab inteſtato.
Imperator non poteſt legitimare filios naſcituros, non conceptos: Nec lege generali ſtatuere, quod ſpurij ſuccedant,
8 *Legitimationis effectus qui ſint: & num. 12.*
9 *Legitimatus per reſcriptum, an ſit uere, & proprie legitimus: communis quod non.*
10 *Legitimati debent reuerentiam legitimis: etiam vt non ſedeant ad vnam menſam.*
11 *Legitimati an ſint de ſtirpe, vel nobiles, an vero infames.*
12 *Legitimati quomodo ſuccedant.*
Legitimatis debetur legitima in bonis allodialibus ſicut vere legitimis.
13 *Conſtitutiones Dominij Mediolani, quid diſponant in legitimatorum ſucceßione.*
14 *Legitimati plus non debent habere de bonis patris; quam vnus de filijs legitimis, & naturalibus.*
15 *Legitimatio, potentior eſt actus adoptione.*

LEGITIMOS ETIAM OMNINO SPVRIOS, FACIT.

Vigeſimo quamuis ſupra in prin. huius. §.
uerſ. 1. unico uerbo dixerimus, ad Imperatorem,
legitimatiooes filiorum ſpectare, &
obiter tetigerimus inferius, uerſ. Vigeſimo octauo
non poteſt Imp. num. 20. cum poſſe legitimare filios
naturales, etiam ſtantibus legitimis, & naturalibus;
nihilominus cum caſus & articulus iſte frequenter
occurrat, & multiplici & uario modo
aſſumatur apud auctores, nos hic eum in hunc ordinem
redigamus, & perſtringamus. Primo an
omnes filij naturales, aut ſpurij, & quomodo
cunque nati, etiam nepharij, inceſtuoſi, & ex quolibet
damnato coitu concepti, legitimari poſsint,
per Papam, uel imperatorem, uel habentem poteſtatem.
Secundo quomodo, & quãdo legitimatio
1 producat effectum ſuum, in prædictis. † In primo
caſu, per reſcriptum poſſe Principem, & alium,
non recognoſcentem ſuperiorem, quoſcunque illegitimos:
etiam ex damnato coitu natos, ut ſupra,
legitimare, ex plenitudine poteſtatis: etiam ſtantibus
filijs legitimis, & naturalibus, determinatum
eſt in. c. per uenerabilẽ, qui filij ſint legit. cir. prin.
ubi Abb. & docto. no. præſertim Cardi. Alex. in
uerſ. quod autẽ. in. 2. not. & glo. in. §. fi. in uerſ.
quomodo uero. in auth. quib. mo. nat. effic. ſui. &
in auth. ex complexu. C. de inceſ. nup. Et ex hoc
infertur, teſte Bal. in. l. j. C. de iur. aur. anul. Imperatorem
poſſe deducere de non eſſe, ad eſſe &
* hanc eſſe communem * opi. tradit Alex. conſ. 187.
num. 11. uo. 5. & Soci. conſ. 87. num. 20. uol. 3. &
dicemus inf. hoc. §. uerſ. Vigeſimo octauo. nu. 20.
& Comprobat præd. Concluſionem, Nicol. de
Vbald. in tract. de ſucceſ. ab inteſ. in. 1. parte. num.
81. & ante omnes Hoſtien. in ſum. qui filij ſint leg.
io. §. qualiter. col. 4. idem tenet Lud. Sard. in trac.
de natur. lib. in. 2. parte in rub. de legitimatione
per reſcrip. num. 3. &. 15. & in rub. de legitimatis
per reſcriptum nu. 1. & hoc tenere omnes doct. affirmat;
ubi in reſcripto appoſita ſit clauſula, Non
obſtante tali lege: quam tamen generaliter ſufficere
tradit Decius conſ. 55. nu. 5. uol. 1. & Soci. conſ.
47. nu. 27. uol. 4. & faciunt dicta ſupra hoc. §. uerſ.
Tertio nu. 6. &. 7. Hanc concluſionem etiam amplectitur
Ant. Roſel. in tract. de legitimat. lib. 2. in
rub. de cauſa materi. legitimat. nu. 3. qui ita com-
* muniter tenere omnes, & ipſe atteſtatur, ubi adſit
clauſula Derogatoria, & clauſula De plenitudine
poteſtatis. Vnde Pau. de Ca. conſ. 225. uidendum.
infert quoque communiter teneri, ut filius ſacerdotis
poſsit a Papa legitimari, quia non lege diuina,
ſed canonica ſacerdotes prohibentur uxorem
habere. Similiter tradit Abb. in. c. per uenerabilem
nu. 22. qui fili. ſint legi. Papam poſſe legitimare
prolem ſuſceptam ex matrimonio contracto
per clericum in ſacris, uel profeſſum: ſaltem legi-
2 timando, ut ex tunc. † Concluſio autẽ iſta ampliatur,
ut etiam legitimatio, ut in plurimis procedat,
licet non citentur illi quorum intereſt, nam ſecun
* dum Bartol. & communem * opin. in. l. gallus. §:
& quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. & doct. ibi
præſertim Soci. & Iaſ. num. 130. quatuor concluſiones
eliciuntur. Prima enim eſt, ubi pater facit
filium in uita legitimari, non eſt neceſſaria aliorum
citatio: niſi filij legitimi, & naturales abſint,
qui omnino ſunt citandi; ut addo etiam conſuluiſſe
Decium conſ. 293. num. 5. uol. 3. licet Soci.
d. conſ. 47. num. 41. in contrarium dicat eſſe com
* munem * opi. ſed male, & forſan deprauate: & niſi
fiat diſpẽſatio. Secũda cõcluſio eſt, ſi pater in uita,
& in teſtamẽto ſuo diſpoſuiſſet, filiũ debere legitimari,
quia non requirit ẽt tunc citatio. Tertia con
cluſio eſt, ut non requiratur citatio, ſi Princeps
vult legitimare, non requiſitis his, de quorũ præiudicio
agitur. Quarta concluſio eſt, vt requiratur
citatio, ſi mortuo patre, naturalis petat ſe legitimari:
nam non niſi citatis illis: imino & conſentientibus,
quibus eſt iam ius acquiſitum, non procedit
legitimatio: & cum opi. Bart. tranſit Lud.
Sard. in d. tract. in rub. requiſita in legit. impe. nu.
* 7. quicquid aliqui aliter ſentiant, contra has com-
3 munes * opi. a quibus nõ eſt recedendum. † Hæc
etiam concluſio impinguatur: ut non ſolum ipſe
Princeps vti poſsit tali poteſtate legitimandi
quoſcunque ſpurios: ſed etiam concedere eam
poſsit alteri: ſicut quotidie videmus conceſſam
Comitibus palatinis, ut tetigimus ſupra hoc.
§. uerſic. Septimo. in uer. Comites palatinos. Eſt
tamen conceſsio talis, indelegabilis: & habet locũ
in expreſsis in priuilegio tm̃, ut ibi dixi. Priuilegij.
n. uerba ſunt diligenter inſpicienda ſm doctor.
præſertim Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum num.
97. & 106. & 142. ff. de libe. & poſthu. & Decium
conſi. 288. num. 6. uol. 2. & ideo ſecundum eos, ſi
data ſit poteſtas legitimandi ſpurios, etiam ſtantibus
legitimis, & cum clauſulis De plenitudine
poteſtatis: &. Non obſtantibus, & citatis, & non citatis
his de quorum præiudicio agitur, obſeruatur

talis

talis concesſio: alioquin non comprehenduntur
talia in priuilegio, niſi ſint expreſſa. Sic qui habet
priuilegium legitimandi naturales, non poterit
legitimare ſpurios, ut teſtis eſt Ant. Roſel. ubi ſu-
pra in prin. d. lib. 2. nume. 57. & Lud. Sard. in ea
rub. de legitimatione per reſcrip. nume. 35. immo
ut ibi per eum num. 36. qui habet poteſtatem legi-
timandi ſpurios, & inceſtuoſos: non poteſt legiti-
mare eos, qui ſunt ſimul ſpurij, & inceſtuoſi: quia
hoc caſu ſub ſimplici, non contineatur caſus mix-
tus: licet Bar. & male (ſecundum eum) tenuerit con
4 trarium, in l. 2. ff. de uer. oblig. † Recipit autem
præmiſſa concluſio, primo illam declarationem,
ut ſi Imperator legitimet ut ſupra, legitimatio
proculdubio habeat locũ, ſi facta fuerit in ſibi, me-
diate uel immediate ſubiectis, in terris Imperij,
quo ad temporalia, ut habetur in allegatis iu-
ribus, & per docto. ibi. At ſi fuerit facta in terris
Eccleſiæ & in non ſubiectum, maior ſuboritur
dubitatio: quandoquidem doct. uario modo lo-
cuti ſint in d. cap. per uenerabilem: quos, & quo-
rum argumenta recenſet Cardi. Alex. ibi abunde.
col. 79. cum ſeq. ſicut abundantius col. 54. & ſeq.
adducit fundamenta in utranque partem, an Papa
poſsit legitimare in terris Imperij, & diſtinguendo
concludit, ut ibi per eum: qui col. 84. inter cætera
dicit, Imperatorem poſſe legitimare ubicunque,
quo ad ſucceſsionem, & dignitates ſeculares: de
quibus etiam late diſſerit, & diſtinguit Anton. Ro-
ſel. in d. tract. de legitimat. in prin. libr. 2. per. 7.
col. & Lud. Sard. in d. rub. de legitimatione per
reſcriptum per. 6. colu. & Nicol. ab Vbal. in tract.
ſucceſ. ab inteſ. in. 1. parte num. 106. uſque ad
nu. 109. quorum non refero dicta, breuitatis gra-
tia. Non ommitto tamen adducere opi. Abb. in. d.
c. per uenerabilem. num. 25. &. 26. qui in Papa in-
quit, quod in terris alienis, ſi ſubeſt cauſa maxime
ardua, poteſt legitimare: Si ceſſat talis cauſa, poteſt
legitimare non recognoſcentem ſuperiorem, aut
eius filios; ſed non poteſt legitimare recogno-
ſcentes ſuperiorem, ſeu filios, niſi ſuperiore con-
ſentiente. In Imperatore autem concludit, ut non
poſsit legitimare in terris Eccleſiæ, eiſdem ratio-
nibus, de quibus ibi dixit in Papa: Verum Alex.
conſ. 67. nu. 19. uol. 1. tradit. Papam non poſſe le-
gitimare in terris Imperij, quo ad ſuccedendum:
& abſolute Imperatorem, non poſſe mittere fal-
cem ſuam in terras Eccleſiæ, ita ut in eis poſsit ali-
quam iuriſdictionem, uel contentioſam uel uo-
luntariam exercere, per cle. 1. §. porro de iureiur.
* & ita ſe habere magis cõmunem * opi. atteſtatur, a
qua in iudicando non ſit recedendum. idem tenet
Corn. conſ. 1. nu. 9. &. 18. uol. 3. & Decius cõſ. 55.
col. 1. & uol. 1. conſ. 207. col. 1. uol. 2. hanc eandẽ
opi. dicit communem idem Decius in conſ. 557.
uol. 3. col. fi. per plura, & ſimiliter communem
affirmat, & late proſequitur, Iaſ. conſ. 70. col. 2.
&. 3. uol. 3. tã in in Papa, quam in Imperatore; nec
eam audet impugnare Soci. dict. conſil. 47. uol. 4.
licet ibi. num. 31. in caſu quo legitimatio fit in, ui-
ta patris, eo petente, poſſe per Imperatorem, uel
eius Comitem fieri, etiam in terris Eccleſiæ, con-
cludat: quia ex hoc non infertur alicui præiudi-
cium, cũ poſsit bona ſua in mare proijcere. Quod
etiam tenuit Decius d. conſ. 207. num. 7. Poteſt
etiam addi alius caſus, ut legitimatio ualeat in ter-
ris Eccleſiæ: ſcilicet ſi ibi legitimetur ſubditus Prin
5 cipis, teſte Corn. d. conſ. 1. num. 18. † Secundo de-
claratur prædicta concluſio, ut legitimatio talis
habeat locum, ſi interceſſerit cauſa rationabilis,
alioquin etiam Papa diſpenſans peccat, ſecundum
Abb. in d. c. per uenerabilem. num. 4. & Cardin.
Alex. ibi in d. uerſ. quod autẽ. in. 3. not. qui dicunt,
Papam poſſe peccare, ſicut quemlibet alium. c. ſa-
ne. cum glo. de offic. delega. ſaltem quo ad Deum,
cuius uoluntati debet ſe conformare quantum po
teſt. c. ut noſtrum, ut Eccleſiaſtica benef. in prin. &
quod requiratur in hoc cauſæ cognitio, adducit
Card. Alex. Petrum de Anchar. in conſ. 233. incip.
ex tenore priuilegiorum. Eadem ſentit Iaſ. in l. fi-
liusf. §. diui. in. 2. lectu. num. 6. de leg. 1. & in d. §.
& quid ſi tantum num. 116. qui commemorat eſſe
conſiderandam perſonam patris porrigentis pre-
ces, & petitionem; & perſonam filij ſpurij, & per-
ſonas agnatorum, quibus præiudicatur, arg. tex. in
l. ſi pater. §. fi. ff. de adoptio. Eadem quoque affir-
mat Socin. conſ. 95. num. 9. uol. 4. & Ant. Roſel. in
d. tract. de legitima. in rub. de ca. form. legit. num.
7. ſubdens tamen eſſe ſpeciale in Principe, ut ſola
uoluntas pro cauſa habeatur: in his tamen, ſecun-
dum aliquos canoniſtas, in quibus Papa, uel prin-
ceps habet liberam adminiſtrationem: ut cum di-
ſpenſat contra canones, uel ius ciuile: ſecus ſi con
tra ius diuinum, uel ius gentium, & naturale. Atta-
mẽ ſi dubitetur an cauſa adſit, credit ipſe eam eſſe
præſumendam. Sed nihilominus alibi dictum eſt,
ubi ſimus in caſu iuris diuini, uel naturalis, & gen-
tium, omnino eſſe cauſam exprimendam, ut ſupra
uerſ. quarto. num. 3. & uerſ. quinto. num. 6. & uerſ.
tertio nu. 21. quodque præſumatur cauſa, & non
requiratur de neceſsitate, conſuluit Corn. in d.
conſ. 1. num. 7. &. 17. uol. 3. & Abb. in d. nu. 6. de
quo tamen articulo, abundantius uerba faciemus
inf. hoc. §. uerſ. Vigeſimo quarto. Sed quicquid ſit
in hoc articulo ambiguo conſultius eſſe arbitror, ſi
cauſa rationabilis adſit, & cauſæ cognitio interue-
6 nerit. † Hinc eſt ut ſi concedatur Imperatorem
poſſe legitimare filios ſpurios, etiam exiſtentibus
filijs legitimis, & naturalibus, ita ut ſuccedant pro
uirili cum legitimis: tamen ſi hoc facit, uidetur
eſſe unum pecus; & non habere præ oculis iu-
ſtitiam publicæ honeſtatis: nec conſiderat per
ſolas nuptias conſeruari genus humanum, ut egre-
gie locutus eſt in hæc uerba Bal. in. c. filij nati. ſi
de feu. fue. cont. inter domi. & agn. quem ſequitur
Iaſ. in. d. §. & quid ſi tantum. nu. 99. rationabilis
enim cauſa deeſſe uidetur, & propterea non con-
ſueuit princeps facile, ſed per raro, & ex cauſa, le-
gitimare filios ſpurios, in præiudicium legitimo-
rum, & naturalium, ſecũdum Aluarotum in. c. na-
turales.

turales. ſi de feudo. fuc. cont. quem ſequitur
Ioan. Lecirier. in tractat. de primogenitura,li-
bro primo quæſtio. 13. numero. 30. ubi etiam
refert , & ſequitur Iaſo. in dict. numero. 99. &
in eandem ſententiam , confluunt dicta Cor-
nei conſil. 34. numero. 5. &. 6. volum. 1. qui
7 etiam inquit. † in legitimationibus ſuis con-
ſueuiſſe Papam , ſemper apponere clauſulam ,
Sine præiudicio venientium ab inteſtato , vel
ſimilem : ut in reg. Cancel. a Leone. X. edi-
tis ſtatutum eſt ; & mox idem a Paulo. III.
Pontif. & ante hos ab Innocent. 8. reg. 48.
Ex quo datur intelligi , nolle præiudicare ve-
nientibus ab inteſtato . Et ideo cum quidam
uir Clariſsimus , & ſpectabilis , nuperrime ab
Imperatore petijſſet legitimationem filiorum
ſuorum ſpuriorum , cum iam haberet filios le-
gitimos , & naturales , non potuit eam impe-
trare : nec mirum , cum abhorreat princeps ta-
lem prolem ; omni iure damnatam , vt in. l.
ſi qua illuſtris. C. ad Orfici. & per alia Socin.
in dicto conſilio. nonageſimoquinto , numero.
ſexto. volum. quarto . Hinc eſt , ut a fortiori,
Princeps non poſsit filios naſcituros , qui
nondum concepti ſunt in vtero , legitimare :
quia iſtud eſt impoſsibile : quia contra bonos
mores : & eſt dolus de futuro , & ſic daretur oc-
caſio delinquendi, vt not. tradit Bald. in. l. eam
quam , numero. 33. C. de fideicommiſſ. ſequi-
tur Martin. Laud. in tractat. de principibus.
quæſtio. 103. ſecus ſi nati ſint , uel concepti.
vt ibi per Bald. qui & illud plus dicit , vt dictis
rationibus , non poſsit etiam facere legem ge-
neralem ipſe princeps , quod filij ſpurij ſuc-
cederent : quia eſſet ſtatuere , ut quilibet adul-
terium & inceſtum committeret : de quibus
per Hoſti. in Sum. qui fil. ſint leg. §. fin. uerſic.
ſed nunquid Imp. & Feder. de Sen. conſil. 228.
8 † Quo ad ſecundum aſſumptum , ſatis conſtat
apud interpretes noſtros , copioſe ventilatos ef-
fectus , a legitimatione ſuborientea : quos
ſi omnes amplecti vellem : ſcilicet an legiti-
matus ſit uere legitimus : an tranſeat in pote-
ſtatem legitimantis : an ſuccedat cum filijs le-
gitimis , & naturalibus : an agnaſcatur patri ,
& omnibus patris agnatis : an excludat ſubſti-
tum : an ſuccedat in feudum : an rumpat te-
ſtamentum patris legitimantis , in quo eſt
præteritus : an legitimatio retrotrahatur : an
legitimi , poſt legitimatos nati , excludant ip-
ſos legitimatos : an comprehendantur in ſta-
tuto , præſertim excludente fœminas: & an le-
gitimatio alios ſimiles producat effectus : pro-
fecto ab inſtituta breuitate aberrarem : & pro-
pterea cum ad ſaturitatem de prædictis , & alijs
omnibus ſcripſerunt doct. recitati , & alij ; per
quem quilibet accuratius , illa perquirere po-
terit : liceat autem mihi tantum delibare , an
legitimatus per reſcriptum , ſit uere legitimus:
& an , & quomodo ſuccedat patri , cum alijs
filijs legitimis , & naturalibus , uel agnatis ,
9 & cognatis. † In primo caſu Iaſo. in l. ſi is
qui pro emptore. numero. 227. ff. de vſu-
capio. diſputando late hunc articulum ad
partes , tenuit legitimatum non eſſe uere le-
gitimum , ſed ficte : licet Bartho. ibi contra-
rium ſenſerit . Anto. Roſel. in dicto tractat.
in rubr. legitimationis effectus : & Lud. Sar-
dus in dicto tracta. de nat. lib. in rub. de le-
giti. per reſcriptum effec. plene , & uario mo-
do diſtingunt . Opinionem uero Bartho. ſequi-
tur Corn. conſil. 93. numero. decimoquarto.
uolum. ſecundo. & Socin. conſil. 226. colum.
prim. , uolum. ſecundo. ſicque dubius maxime ui-
detur iſte articulus . Nihilominus Decius in
conſilio. 275. numero octauo. cum ſequen. &
conſilio 284. numero decimoquinto. uolum.
✠ ſecundo , atteſtatur communem * eſſe opinio-
nem , & ueriorem , poſt Franc. Curtium ſe-
niorem per eum relatum : ut legitimatus , pro-
prie non dicatur legitimus , ſed ficte ; & lar-
go modo , & in genere , non in ſpecie , &
ſtricte : & hæc opin. iunctis præſertim fun-
damentis Iaſo. uidetur ſatis poſſe placere:
10 Et ad hoc facit , quod † omnes legitimati
debent reuerentiam legitimis , cum quibus non
debent ſedere ad unam menſam , ut aucto-
re Bald. tradit Ioan. Lecirier in tractat. de
primogenitura libro primo , quæſtio. 13. nume-
11 ro. 27. qui plus addit; † ſcilicet legitimatos
non eſſe de ſtirpe , neque nobiles : immo
eos infames affirmat ibi numero , decimoquar-
to , ut etiam tradit Iaſo. in dicta. l. ſi is qui
pro emptore , numero. 260. quæ ſi uera , ad-
miranda ſunt : cum ut inferius dicetur , ni-
hil a legitimis differant , & per eos con-
ſeruatur agnatio , & familia patris : & ideo
Iaſo. in dicto numero. 260. poſtea addit ,
quod legitimati non ſunt deinceps turpes perſo-
næ , ſecundum Bald. conſilio. 146. uolum. pri-
mo. & cum prædictis arguit Decius in conſilio
12 365. uolum. tertio. præſertim , numero. 5. † In
ſecundo caſu , ſi quæſtio fuerit de ſucceſsione
legitimati , quomodo is ſuccedat patri , & agna-
tis , uel cognatis : exiſtimo in primis verba le-
gitimationis diligenter eſſe inſpicienda : quia
ſecundum mentem & intentionem conceden-
tis , eſſent obſeruanda. l. non aliter. ff. de legat.
3. cap. porro. & cap. recepimus , de priuileg.
cum ſimil. non excedunt enim priuilegia ca-
ſus ſuos , ut dixi ſupra hoc. §. uerſicu. Septi-
mo , in uer. iuriſdictiones , numer. tertio ; & in
ſpecie firmat Nico. ab Vbaldis , in tractat. ſuc-
ceſ. ab inteſt. in prima parte , numer. 115. cum
ſequen. vbi ponit formam legitimationis , quæ
e curia Romana prodire ſolet . Cæterum ubi
legitimatio ſit abſoluta , & ampla , & ſine
aliqua reſtrictione , & reſeruatione , legiti-

matris ſuccedit omnibus : quibus ſucceſsiſſet,
ſi illud impedimentum ciuile non emanſiſ-
ſet, & ſimiliter ſucceditur ei, vt docet Ni-
cól. ubi ſupra, ex mente etiam Anto. Butr.
in dicto cap. venerabilem, nam ſecundum text.
in. §. liceat igitur, & in. §. reliqui. in authentic.
quibuſ. mod. nat. effic. legit. & in. §. ſi quis
igitur filios legitimos non habens, in authentic.
quibus mod. nat. effic. ſu. & per Iaſo. in dicta
l. ſi is qui pro emptore, numero. 230. ff. de
uſucap. legitimati nihil a legitimis differunt. Qua
de re etiam legitimatis debetur legitima in bonis
allodialibus patris, ſicut filijs vere legitimis, ut
ex ſententia Bald. & Spec. tradit Iaſ. ibidem, nu-
mero. 234. & ſecundum eum ibi. numero. 236.
per eaſdem auctoritates, legitimati habent ius
dicendi teſtamentum nullum, de iure ciuili,
& contratabulandi de iure prætorio, & quere-
lam inofficioſi teſtamenti, ſicut filij vere legiti-
mi, & per eos ſimiliter conſeruatur cognatio, &
familia patris, vt ibi per Iaſ. numero. 239. vn-
de in ſpecie ad propoſitum noſtrum, numero.
241. clare explicat, multis adductis auctoribus:
legitimatos non ſolum ſuccedere patri, ſed etiam
in hæreditatibus agnatorum, iure agnationis, &
in hæreditatibus cognatorum, vt uidetur text.
ſecundum Ang. ibi in. §. filium uero. in aut. quib.
mo. nat. effici. ſui. & in. §. quapropter hoc a
nobis, eo. titu. & conſuluit Socin. conſil. 63. nu-
me. 21. volum. 3. & hanc magis communem* eſ-
ſe opin. atteſtatur Decius conſil. 307. poſt Ale-
13 xand. conſil. 139. colum. 2. lib. 1. † In conſtitu-
tionibus tamen huiuſce Dominij Mediolani, ex-
preſſe ſancitum eſt; legitimatos etiam cum con-
ſenſu patris, vel aui, non poſſe ſuccedere tranſ-
uerſalibus ab inteſtato: niſi illi, vel eorum tranſ-
uerſalium parentes, legitimationi conſenſerint.
At quando legitimatus, auferat hæreditatem ve-
nientibus ab inteſtato, copioſe docet idem Iaſ.
in dict. §. & quid ſi tantum, numero. 91. ponendo
duas concluſiones, cum pluribus limitationibus:
inter quæ non omitto hic colligere memorabi-
le dictum ſecundum eum, quod ſanxit Impera-
tor in. §. & quoniam in ver. & non amplius. in
14 aut. quib. mo. nat. effici. ſui. ubi Ang. not. † ut ſci-
licet filij legitimati, plus non debeant habere de
bonis patris, quam vnus ex filijs legitimis &
naturalibus, qui minus habeat, dato quod pa-
ter viuens poſsit facere legitimari filium ſpu-
rium, etiam exiſtentibus legitimis, & naturalibus.
De Arrogationibus, Adoptionibus, & Emanci-
pationibus; viderentur apte, hic aliqua ſubijci
poſſe: Verum cum hæc, ſaltem adoptio magis
ad magiſtratus inferiores pertineant, vt in. l. 2. &
l. 4. cum gloſſ. ff. de adoptio. & emancip. & in. §.
nulla, &. §. audient. in aut. de defenſ. ciuit. legi-
tur: & per Corn. conſil. 200. numero. 13. vo-
15 lum. 1. † & cum legitimatio ſit actus poten-
tior adoptione. §. tribus in aut. quib. mo. nat.
effici. ſui. & per Iaſ. in dict. l. ſi is qui pro empto
re. numero. 248. &. 249. ff. de uſucap. ideo alio
loco reſeruabimus.

SVMMARIVM.

1 *Imperator poteſt creare ciuem alicuius ciuitatis, qui non ſit.*
2 *Ciuilitas acquiritur origine, manumiſſione, adoptione, & allectione.*
3 *Ciuis quis efficitur, ex priuilegio ciuitatis, vel Principis.*
Ciuilitas non eſt de reſeruatis Principi.
4 *Ciuis quis efficitur, ex collatione dignitatis Senatoriæ: vel alterius, vbi honorem gerit.*
5 *Ciues ex priuilegio ſunt vere ciues; & gaudent iiſdem priuilegij: & ſtatutis, quibus veri ciues originarij.*
6 *Ciuilitatis priuilegium intelligitur conceſſum, quo ad fauores, non quo ad odia.*
7 *Ciuilitatis priuilegium conceſſum patri, tranſit ad filios; licet non ſit facta mentio filiorum.*
8 *Ciuilitas quando tranſit ad filium inuitum.*
Ciuilitate patris reuocata, cenſetur reuocata in filio.
9 *Ciuilitas ex priuilegio tribuit tantum ea, quæ ipſa ciuitas habet, non quæ habet ex priuilegio.*
10 *Ciuis ex priuilegio tenetur ad omnia onera ciuitatis illius, etiam ſi illa onera ignorabat.*

CIVILITATEM CONCEDIT.

Vigeſimo primo, præcedentibus apte ap-
1 plicatur, † ut Princeps ſimiliter poſſit ali-
quem creare ciuem, qui non ſit, alicuius
2 ciuitatis ſibi ſuppoſitæ, † nam cum ciuilitas ac-
quiratur, origine, manumiſsione, adoptione.
l. j. ff. ad municip. & allectione. l. ciues. C.
de incolis. libr. 10. vbi gloſſ. & Bart. & Ioan.
3 Plat. ex hoc vltimo fit, † vt per priuilegium, &
conuentionem ciuitatis, quis efficiatur ciuis, ut
ibi: non enim hæc ſunt de reſeruatis principi:
vt not. Bart. in. l. hi qui. ff. de iure immuni. quem
ſequitur Alexand. conſil. 148. numero. 8. vo-
lum. 6. Atque idem fit ex priuilegio principis, vt
in dicta. l. 1. legitur, aliquando conceſſo Il-
lienſibus, & Delphis; atque ex beneficio
Pompei Magni, Ponticis competere: ut qui
matre Pontica natus eſſet, & Ponticus eſſet.
Quod confirmat ibi glo. in uer. priuilegio: &
conſuluit Decius conſil. 283. numero. 10. vo-
lum. 2. & innuit Iaſ. in conſil. 59. volum. 3.
dum loquitur de priuilegio ciuilitatis attri-
buto Comitibus Bologninis, Dominis Op-
pidi Sancti Angeli, huius noſtræ Laudenſis
iuriſdictionis: qui beneficio Ducis Medio-
lani,

Mediolani, effecti ſunt ciues Mediolanenſes:
4 † Hinc eſt etiam quòd ex collatione dignitatis
ſenatoriæ, uel alterius, fit aliquis ciuis, ubí digni
tatem, & honorem gerit. l. ſenatores. C. de inco-
lis, & habetur in gloſſ. dict. l. ciues, ubi Bart. &
utrobique Io. plat. quæ glo. ponit exemplum in
Rufino Guaſco: qui fuit Prætor Bononiæ: un-
de ſic ciuis Bononienſis effectus eſt: & per
Martin. Laud. in tractat. de dignit. quæſtio. 59.
& propterea Ioan. Plat. inquit, Poteſtates
ciuitatum, donec ſunt in officio, dicuntur
eſſe ciues illarum ciuitatum: & ita ciuilitas ſecun-
dum eum, durat per adoptionem, donec durat
5 adoptio, per. l. ſed ſi is. ff. ad municip. † Porro an
(quod non eſt vanum inueſtigare) effecti ciues ex
priuilegio, vel per ſtatutum, intelligantur eſſe vere
ciues, vel per fictionem: ſicque an fiat interpræta-
tio, vt intelligantur effecti ciues, tam ad fauores,
quam odium, Bart. in. l. ſi is qui pro emptore, nu-
me. 34. ff. de uſucap. prout eum ibi late per mul-
ta exempla, & multos per eum relatos declarat
Iaſ. nume. 291. concludit: quod recepti in ciues,
ſeruata forma ſtatuti, vel reformationis, tunc
erunt ciues ſecundum veritatem, quando ſtatu-
tum, vel reformatio diceret, quod Habeantur pro
ciuibus, quo ad omnia: quia conſtitutio ciuium iu
ris eſt: & quando ſtatuitur ſuper his quæ ſunt iu-
ris, dicitur aliquid uere, non autem per fictionem
fieri: ſicquoq; proprie per creationem fieri ciues:
ſicuti per originem, conſuluit Decius dict. conſil.
283. nume. 10. vol. 2. & Carolus Ruinus. conſil.
227. nume. 2. uol. 1. immo etiam ſi conferatur ci-
uilitas per verba in fictionem ſonantia, dicitur
quis uere ciuis, ut affirmat Corn. in conſi. 189. nu
me. 5. uol. 2. per Doctr. Bart. ſupra allegatã. Quo
fit, atque infertur, ſecundum Bald. in. l. in urbe. ff.
de ſtat. homi. relatum per Decium d. conſil. 283.
ut taliter effecti ciues, gaudeãt iiſdem priuilegijs,
quibus ciues originarij: & habeant eadem benefi-
cia, etiam ſtatutorum, quæ per multa exempla, am
plectitur Iaſ. dict. num. 291. cum ſeq. & dixit Ale-
xand. conſi. 41. nume. 4. uol. 7. & conſil. 148. nu-
me. 7. vol. 6. licet conſ. 99. nume. 8. eod. volum. 6.
uideatur aliter ſentire: ſcilicet ut ciuis ex priuile-
gio non comprehendatur in ſtatuto puniente of-
6 fendentem ciuem: † Et ampliatur hæc illatio, ut
ciuilitas intelligatur conceſſa, quo ad fauores, &
commoda tantum, non quo ad damna, & odia: ut
not. Bald. & Ang. & alij in l. ſi Ruffinus. per illum
tex. C. de teſt. mili. & proſequitur Iaſ. in d. conſil.
7 59. colum. 2. & 3. † Ampliaturq; quoque priuilegium
ciuilitatis conceſſum patri, ut tranſeat ad filios:
ex eo etiam ſimili: quia priuilegia per dignitatẽ
acquiſita, tranſeunt ad filios. l. filij. §. ſenatores.
ff. ad municip. ut tradit Bar. in. l. aſſumptio. §. filius
in fi. & in. l. libertus. §. patris. ff. ad municip. ubi
Alexand. etiam ſi non ſit facta mentio filiorum,
ut auctor eſt Ruinus dict. conſil. 227. nume. 4. vo-
8 lum. 1. † In hoc tamen caſu inquit Bal. in. l. 1. C.
de patri. qui fil. diſtrax. filium non teneri, nec effi-
ci legitimum ciuem, ſi non uult, in his quæ aſtrin-
gunt perſonam, quaſi quodam uinculo ſeruitutis.
Si tamen reuocetur ciuilitas in patre, cenſetur re-
uocata & in filio, ſecundum Bald. in. l. non plu-
res. C. de ſac. eccl. & Alexand. in dict. §. patris.
9 † Hæc autem illatio uidetur intelligenda ſecundũ
Bart. in. l. ſi maritus. §. 1. ff. de adulter. quem ſequi-
tur Salic. in. l. ciues. C. de appellatio. & Alciat. in
tracta. de uer. ſig. nume. 12. lib. 2. vt ciues ex pri-
uilegio conſequantur ea tantum, quæ ciuitas illa
concedere poſſet ciuibus ſuis: non ea quæ habe-
ret ab alio, ex priuilegio principis, ſeu Papæ re-
10 ſcripto. † Rurſus declaratur hæc illatio: ut tamen
tales facti ciues ex priuilegio, teneantur ad om-
nia onera, & collectas illius ciuitatis: etiam ſi il-
la onera ignorabant. Sibí enim imputandum eſt,
ex quo quis ea non perquiſiuit, ut eſt not. dictum
Bald. in. l. quod fauore. column. penult. verſic.
Septimo opponitur. C. de. ll. ſequitur Alexand.
conſi. 103. nume. 7. uolum. 2. & Ruinus conſil.
202. nume. 7. volum. 1. Nec contraria ſunt hæc,
his quæ dicta ſunt ſupra, nume. 6. ut conceſſio in-
terprætetur quo ad fauores tantum: non autem
quo ad damna, quia ſolutio patet ex pulchre ad-
ductis per Bal. in dict. 7. opp. qui inquit, ſolutio
iſta onerum, non eſt proprie odium, ſed eſt de
natura rei conceſſæ: quibus recte conuenit diſpo
ſitio dict. l. j. ff. ad municip. vt proprie munici-
pes appellentur, muneris participes, recepti in
ciuitate, ut munera nobiſcum faciant: & ſic
non eſt quid extrinſecum damnum, aut odium;
de quo contraria loquuntur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis diuiſio, æqua lance fit inter filios, ab in-*
teſtato.
2 *Pater non poteſt fraudare filios in legitima, niſi ex*
cauſa.
3 *Imperator poteſt ius primogenituræ inducere, tam*
in bonis allodialibus, quam Feudalibus; nume-
ro. 7.
4 *Primogenituræ ius, iure diuino, & canonico, & con*
ſuetudinario eſt inductum.
5 *Dignitates in ſucceſſione non poſſunt diuidi: ſcili-*
cet Regnum, Ducatus, & Marchionatus, &
Comitatus.
6 *Primogenituræ ius, iure etiam hæreditario defer-*
tur: quod ex prouidentia ſuperioris delatum
ſit.
8 *Primogenituræ ius, eſt dignitas.*
9 *Primogenitura ideo inducta, ne diuiſione Principa-*
tus, & patrimonia deſtruantur: ſed vnione conſer-
uentur.
10 *Primogenitus tenetur aſſignare alijs fratribus, ali-*
qua bona, ad honeſtam vitam ducendam, inſpe-
cta qualitate perſonarum, & quantitate bonorũ,
niſi fratres aliunde habeant vnde ſe alant, nu-
me. 13.

11 *Primo-*

11 *Primogenitura an rectè inducta, ex ſententia B. Bernardi.*

13 *Legitima ubi in totum tolli non poſſit, per Stat. minui poteſt, ſecundum communes.*

14 *Primogenitura, an poſſit per principem tolli, ſine cauſa.*

PRIMOGENITVRAM STATVERE POTEST.

1 Vigeſimoſecundo, quia in iure noſtro clarū eſt, † æqua lance inter filios eſſe faciendam diuiſionem hæreditatis, ab inteſtato delatæ, l. inter filios. C. famil. hercíſ. & l. ſi maior in fi.
2 C. com. diuid. atque explorati iuri eſt, † ex teſtamento, vel etiam diuiſione, non poſſe patrem fraudare filios, in legitima, cum ſit iure naturæ debita: niſi iuſta ſubſiſtente cauſa, ut in. l. parentibus, & authen. nouiſsima. C. de inoſſi. teſtā. & in. §. aliud quoque capitulum, in auth. ut cùm de appel. cog. dubitari apte poteſt, an Imperator poſſit ſtatuere & quandoque concedere, vt primogenitus in bonis paternis ſuccedat, excluſis alijs filijs, non obſtante æqualitate, & iure naturæ inter eos, quandoq; ab inteſtato, qnq; ex teſtamēto obſeruāda, ſeu in conſideratione habenda: cum vt ſæpe dictū eſt: non ſolum ea quæ naturali æquitati conueniunt, ipſe continuo reſpicere conſueuerit: uerum in primis in præiudicium alterius reſcribere, nec ius tertij tollere, niſi ex cauſa poſsit: vt etiam dicemus inf. hoc. §. verſic. cum multa, ſiue uerſic. Vige
3 ſimo octauo: † & proculdubio poſſe Imperatorē, ius primogenituræ inducere, ubi illud non uigeat, uel reſcribendo concedere, crediderim: quandoquidem conſentire uidentur omnes iuris interpre
4 tes, † tale ius, & iure diuino, & canonicō, & conſuetudinario, inductum: ut habetur, cap. 25. & 27. Geneſis, & alibi in libris Bibliacis, & in. c. licet. de uoto, ubi Abb. & Doct. & conſuetudine receptū eſt, multis in locis, præſertim apud Gallos, & Hiſpanos: non ſolum quo ad ſucceſsiones Regnorum, Ducatuum, Marchionatuum, & Comitatuū, quæ ad dignitatem pertinent, ut in cap. præterea ducatus. de prohib. feud. alie. per Fed. & per Soci. con-
5 ſil. 47. nume. 3. uolum. 3. † & quæ diuidi non poſſunt, ut in eo tex. & per Felin. & relatos per eum in. c. prudentiam. col. 3. de offic. deleg. ſed etiam quo ad alias ſucceſsiones. Quam concluſionem confirmat Io. Ana. & Pet. Ancha. d. c. licet. de uoto. & Iaſ. in. l. nemo poteſt. col. 1. in. 1. & 2. lect. de leg. 1. quos ſequitur Io. Lecirier. in tract. de primogenitura in. 32q. primi libri: improbans dicta Martini Laud. in eodem tracta. q. 5. & atteſtans
* hanc eſſe communem opi.* poſt ſubtilem eius diſputationem: & talem conſuetudinem ſeruandā, conſuluit Alex. conſ. 87. uolum. 6. & his alludunt quæ ſcripſit Iuſtin. Hiſtoricus, lib. 2. qui commemorat Arthemenem, inter filios Darij Perſarum Regis, maximum natu, ætatis priuilegio, Regnum ſibi uendicare quæſiuiſſe, quod ius, & ordo naſcēdi, & natura ipſa gentibus dederit. Atqui ſi primogenitura ergo, & diuino, & iure Canonico, & conſuetudine, recipitur; indubium uidetur idem per principem quoque concedi poſſe, cum poſsit etiā quandoque cum cauſa, uel ſine cauſa, iura gentium, & naturalia, & diuina, interpretari, & tollere, dum non in totum tollat, ut inf. d. uerſi. Vigeſimo octauo: multo magis itaque imitari poterit, & lege ſtatuere illud idem, quod tali conſuetudine & iure recipitur: atque hoc innuere Martin. meus Laud. omnino uidetur, in d. ſuo tract. de pri
6 mogen. q. ult. qui inquit. † ius primogenituræ, iure hæreditario defenſi, quod ex prouidentiā ſuperioris, uel ex conſuetudine, tñ, delatum, ſeu debitum ſit: prout Feudum itidem; ex prouidentia ſuperioris debetur, c. 1. §. cum uero Conrad. qui feud. da. poſ. & tamen iure hæreditario defertur. cap. 1. de
7 ſucceſ. feud. † Hancque conceſsionem primogenituræ, non ſolum in bonis Feudalibus, & quæ dignitatis ſunt habere locum poſſe, ut per Socin. conſi. 88. uol. 3. demonſtratur: ſed etiam in bonis Allodialibus, ut iam dictum eſt: & innuit Decius conſil. 443. præſertim. nume. 22. in conſtitutione Regni Portugalliæ. & idem tradit Soci. cōſi. 47.
8 column. 2. uolum. 3. Immo. † cum etiam ius ipſum Primogenituræ ſit dignitas, ſecundum Bald. in. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu. nume. 5. & And. Barb. in. cap. cum olim. colum. 6. de conſuetud. quos ſequitur Io. Lecirier. in dict. tract. q. 19. primi libri in fi. & idem Bal. in. l. cum antiquioribus. col. 6. uerſic. tertio arguo. C. de iure delib. & dignitates omnes a principe proueniant, ut dictum eſt ſupra. §. 1. uerſi. Orbem, num. 4. hancquoque primogenituram poterit inducere: quaſi quæ ſecum dignitatem habeat. Ratio autem & ſuaſio huius conceſsionis Primogenituræ non contemnenda, illa eſt: quia ſicut principatus diuiſione deſtruuntur, & ideo non diuiduntur, ut in dict. cap. 1. §.
8 præterea ducatus, & ut ſupra; ita † etiam patrimonia: nam ex conſeruatione bonorum unita in perſonis primogenitorum; conſeruantur dignitates familiarum, ſecundum Bald. late. in. l. maximum uitium. C. de lib. præte. quem cum alijs ſequitur Socin. in dict. conſil. 47. numero 6. Nec obſtabit qꝫ æqualitas ſit ſeruanda inter filios: & legitima non
10 ſit auferenda filijs: nam dicere poſſumus, † ſufficere ſi diſponatur, ut primogenitus teneatur aſsignare aliqua bona alijs fratribus: ex quibus poſſint honeſtam uitam ducere: inſpecta qualitate perſonarum, & quantitate bonorum, ſeu hæreditatum, ut concludunt doct. in dict. cap. licet. præſertim Abba. column. 2. alioquin conſuetudinem, primogenituram inducentem, irrationabilem eſſe atteſtatur: quod comprobat Mart. Laud. in dict. tracta. queſtio. 25. Limitat tamen, niſi alij fratres, aliunde habeant, unde poſsint uitam honorabilem ducere, argumen. l. ſi quis a liberis in gloſſ. in uerb. liberorum. ff. de lib. agn. Ac ad premiſſa, conſultum Beatum Bernardum, ait Abba. Reſpondiſſe in hęc uerba: ſuper diuiſione cu-

11 iuſdam hæreditatis paternæ. † Vbi filij ſint nobi-
les, melior eſt quandoque aliorum filiorum di-
ſperſio, quam hæreditatis diuiſio: Vbi ſint la-
boratores, faciũt ut uelint: Vbi ſint mercatores, tu-
tior eſt diuiſio, quam communio, ne infortunium
vnius, alteri imputetur. Qua de re ad propoſitum
noſtrum, inquit Io. Lecirier. in dict. tractat. in vlt.
quæſtio. tertij libri, copioſe in hoc articulo verba
12 faciens; † Alimenta omnino præſtanda eſſe a
primogenito, alijs fratribus: atque hoc ſufficere
13 arguit, præcipue, quia communis opi. ſit: † vt li-
cet per ſtatutum, legitima in totum tolli non poſ-
ſit, minui tñ poſsit. c. Raynutius. de teſta. & aucto-
ritate Soci. conſ. 150. & Iaſ. in auth. nouiſsima. C.
de inoffi. teſt. col. pen. & aliorũ. & faciũt dicta Ol-
drad. conſi. 93. & 224. & ſequitur Feli. in. c. prudẽ
tiam. colum. 3. de offic. deleg. qui dicit, legitimã
14 non eſſe detrahendam: Verum econuerſo, † an
Imperator, aut Papa, poſsit ſine cauſa priuare pri
mogenitum iure primogenituræ: Martin. Laud.
in dict. tract. quæſt. 16. abſolute tenuit quod non;
Io. autem prædictus, ample diſputat hanc propoſi
tionem, in. q. 7. tertij libri; tandem diſtinguendo,
non poſſe concludit omni caſu, adducens com-
* munes * opi. Excipit tantum modo caſum: quan-
do ſcilicet eſſemus, in rebus acquirendis, auxilio
legis, uel conſuetudinis, ut tunc etiam ſine cauſa
princeps poſsit præiudicare: ut puta, ſi diſponeret
quod primogenitus amplius non haberet maio-
rem partem in hæreditate patris: & dictam ſuam
diſtinctionem aſſumit, ex dictis Felin. in c. quæ in
eccleſiarum. col. 15. de conſtitutio. de qua locuti
ſumus inf. verſi. Vigeſimo octauo. hoc. §. 4. Poteſt
& illud hic addi, vt ſi primogenitus ſit inſufficiens
ad regendum principatum, vel regnum, poſsit ſe-
cundo genito ſufficienti regnum concedi, ut per
Martin. Land. in tracta. de princip. quæſtio. 22. ex
auct. Bald. & Old. Cætera in hac materia primoge
nituræ, poſſunt uideri in dict. cap. quam periculo-
ſum, & in dict. cap. licet, per doct. & per Martin.
Laud. in dict. tracta. de primogenitura, & abundã-
tius per Io. Lecirier. in dicto ſuo ſimili tracta. de
primogen.

SVMMARIVM.

1 *Imperator concedit dilationes, & ſaluos conductus debitori, ad ſoluendum infra certum tempus.*

2 *Dilatio data debitori ad ſoluendum, valet, in mora modici temporis; non ſi illud excedatur numero. 4.*

3 *Dilatio modici temporis, quomodo conſideranda.*

5 *Dilatio conceſſa debitori ad ſoluendum, qua totius negotij principalis cognitionem tollit, & vires exhaurit; non valet.*

5 *Imperator non poteſt facere, vt dictum teſtis falſum in vno, valeat in eo vbi dixit verum.*

6 *Caducitatis pactum per principem, non poteſt tolli.*

7 *Dilatio conceſſa debitori ad ſoluendum, non extenditur ad debitum iuratum, niſi ſit facta mentio iuramenti.*

8 *Dilatio conceſſa debitori ad ſoluendum, intelligitur data fideiuſſione idonea. & nume. 11.*

9 *Dilatio conceſſa debitori d ſoluendum, non extenditur ad ius tertij.*

10 *Dilatio conceſſa debitori an profit fideiuſſori, & an currant vſuræ, & alia; remiſſiue.*

11 *Fideiuſſio, propter dilationem conceſſam, an præſtanda, ſi non petatur; remiſſiue.*

[illegible] *ilatio quinquennalis, vel ceſſio bonorum, datur debitori, arbitrio creditorum.*

DEBITORIBVS DILATIONES INDVLGET.

Vigeſimotertio: cum frequenter contingat
per debitores, præſertim inopes, ſupplica-
ri principi, vt dilationes ſibi, ad ſolutionẽ
debiti indulgeat: quod in præiudicium creditorum
reſultat: neque concedẽdum videbatur: quia prin-
ceps in damnum alterius: ſaltem ſine cauſa, non
videtur velle reſcribere, vt ſæpius dictum eſt: & di
cemus abunde inf. dict. verſic. cum multa, ſiue ver
1 ſic. Vigeſimo octauo hoc. §. 4. † affirmandum eſt,
poſſe principem concedere dilationem ſalui con
ductus, mercatoribus, uel debitoribus fugitiuis, ad
ſoluendum: ita ut intra certum tempus non poſ-
ſint conueniri, uel moleſtari, ut eſt tex. in. l. quo-
tiens, &. l. uniuerſa. C. de præci. Imp. offer. Quod
etiam quandoque fit a iudice, uel a lege, ut habe-
tur in. l. ſi debitori. ff. de iudic. & hoc fit humanita-
tis, & miſerationis gratia, ut in. l. ſi cum militi. ff.
de compenſ. & no. Bald. poſt Bart. in dict. l. ſi debi
tori. Et hęc propoſitio ampliatur, ſecundum Paul.
de Caſtro in dict. l. quotiens: ut procedat, licet
princeps in reſcripto, non apponat clauſulam,
Non obſtante: ea ratione ſecundum eum, quia nul
la lex uidetur obſtare; ſed concedere tales dilatio
2 nes. † Declaratur autem primo iſta concluſio, ut
talis dilatio habeat locum, quando inducitur mo-
ra modici temporis, in ea enim non eſt magnum
præiudicium, ut exprimitur in dict. l. ſi debito-
ri, & declarant doct. in dict. l. quotiens, præſer-
tim Iaſ. in. 1. not. Tempus autem modicum, in-
terpretatur quandoque illud idem, quod iudica-
tis datur, ſeu condemnatis indultum eſt, ut in dict.
l. ſi debitori; ſcilicet quatuor menſium ſecun-
dum gloſſ. ibi per. l. 2. C. de uſu. rei iudi. At in ca-
ſu noſtro, licet in ratione dict. l. ſi debitori, fun-
detur diſpoſitio dict. l. quotiens, ut ibi tradit Paul.
de Caſtro, in fin. poſſe † tamen tempus deter-
minari modicum, prout habetur in ſimili in l. fin.
C. qui bo. ced. poſ. in dilatione quinquennali,
putat idem Pau. Exiſtimarem ego arbitrio princi-
pis id eſſe relinquendum, ex quo a iure præciſe
non eſt determinatum, iuxta not. in. l. 1. ff. de iure
delib. & per Bart. & doct. in l. 1. §. quod autem. ff.
de ſuperfici. Alexand. & doct. in. l. ſi filio. §. ſi,
ff. ſol. matri. & ita uidetur tenere Paul. de Caſt. in

d.l.ſi debitori. nu.3.quicquid ſenſerit in d.l. quo-
tiens.in fi.Hinc igitur ex hac prima declaratione,
infertur a contrario ſenſu alia,& ſecunda declara-
4 tio, † vt ſi in dilatione excedatur modicum tem-
pus, vt ſupra,conceſſio non valeat,vt in gloſſ.d.l.
quotiens, & in fi. ibi concludit Paul. de Caſt. &
ibidem Salice.qui exemplificat,in eo qui impetra-
uit dilationem.xx.vel.xxx.annorum vt nõ teneat:
quia cum graui partis diſpendio hoc fieret, con-
5 tra rationem, & diſpoſitionem. d.l.quotiens.† Et
propterea hac ratione, ſi dilatio conceſſa totius
negocij cognitionẽ tollit, & vires principalis ne-
gocij exhaurit, non valet,vt ibi,& in gloſſ. quæ al
legat.l. antepen.C.de pact. interemp.& vendi.ex
qua ſecundum Bal. & Iaſ.& doct.in d.l. quotiens,
colligitur, quod ſi dilatio includit in ſe negocium
principale,prohibita ſit impetratio:ſecus ſi nõ in
cludit in ſe negocium principale, ſed ſolum dila-
tionis:nam ibi ſi intra certum tempus conuẽtum,
non fuerat facta ſolutio rei venditæ, res inempta
dicta erat:& ideo ad præces ſupplicantis, Impera-
tor non tollit ibi dilationem,& pactum legis com
miſſoriæ. Et per eandem rationem concludit Al-
ber.de Roſ.in tracta.de teſtibus in.3.parte.nume-
ro.27.Imperatorem non poſſe facere, vt dictum
teſtis falſum in vno, valeat in eo vbi dixiſſet ve-
rum,arg.d.l.quotiens. Generaliter autem,quomo
do dilatio in ſe includat negocium principale, do
cet ibi Bal.ſcilicet,ſi ex tempore pendet exitus cõ
trouerſiæ,vt in d.l. antepen. & ſic tempus eſt quid
ſubſtantiale,non accidentale:qua de re confirma-
ri poſſe videtur illa opi. mea: † in qua ſentiebam,
Pactum caducitatis infra tempus certum,per con-
trahentes initum; vt ſi emphitheota in eo tempo-
re non ſoluat penſionem, cadat a re emphitheo-
tica: non poteſt per principem tolli, ſi non ſolue-
rit: quia pacta ſint inducta iure gentium:quæ non
poteſt tollere, niſi ex cauſa, vt inf. hoc. §. verſic.
Cum multa, ſiue verſic. Vigeſimo octauo.& item
hac ratione, quia ſi dilatio concedatur,videtur in
cludere in caſu noſtro negocium principale cadu
citatis, a quo pendet exitus caducitatis,& ſic con
7 trouerſiæ.arg.dict.l. antepen. † Declaratur tertio
loco, vt tale reſcriptum ſalui conductus, non ex-
tendatur ad debitum iuratum, ut conſulente Ale-
xand.in conſil. 38. volum. 3. tradit Iaſ. in dict. l.
quotiens numero.2.& per alia: Nihilominus Fe-
lin.in cap.conſtitutus colum. 10.in ver. Generali-
ter.de reſcrip. videtur hoc declarare, niſi ſit facta
mentio iuramẽti, & ſic etiam ſine cauſa poſſe pon
tificem elongare vim iuramenti affirmat:quia dif-
ferens non videtur tranſgreſſor.arg.ca.nõ eſt. de
8 voto.† Declaratur etiam quarto loco per doct.
ibi,& in dict.l.vniuerſa,per illum tex.& in dict.l.ſi
debitori. vt reſcriptum ſolutionis dilatorium, ita
demum habeat effectum, ſi reus & impetrans
idoneum fideiuſſorem præſtet, de ſoluendo in ter
mino; quæ ſatiſdatio quando alias etiam ſit præ-
ſtanda, vide Salice. in dict. l. vniuerſa. in fi.& Iaſ.
numero 5.ſcilicet quando conceditur dilatio A.l.
a teſtatore,a iudice,a Marito,& conuentione par-
tium,& ſuperueniente noua cauſa ſuſpitionis. Ve-
rum an Princeps poſsit in reſcripto ſuo, tollere
memoratam ſatiſdationem, doct.& preſertim Iaſ.
in dict.l.vniuerſa in fi.affirmat poſſe, cum clauſu-
la, Non obſtante. Quinto, & ultimo declaratur,
9 † vt forma reſcripti non extendatur ad ius tertij,
qui non ſit nominatus in reſcripto; immo ſi prin-
ceps derogaret iuri tertij, veluti ſi dicat, ETIAM
non obſtante iure tertij,intelligitur de paruo,non
autem de magno præiudicio,ut ſcribit Iaſ.in dict.
l.quotiens, per iura per eum allegata numero 4.
10 † An autem tales dilationes proſint fideiuſſori-
bus,& an eis conceſsis, currant & debeantur vſu-
ræ,uide per doct.præcipue Salice.in d.l. quotiens,
& an pendẽtibus ſimilibus dilationibus,poſsit de-
bitor in carcerem detrudi, ſi non caueat, quouſq;
ſatiſdet, Bart. & Paul. de Caſtro in dict.l.ſi debi-
tori,videntur tenere quod ſic, dato quod debitor
11 ſit idoneus,& ſoluendo. † An autem talis ſatiſda
tio ſit præſtanda, licet non petatur, doct.in dict. l.
vniuerſa, videntur concludere,præſtandam eſſe,ſi
petatur:vt per Paul. de Caſtro,& Iaſ.ibi,& conſul
uit Ruinus conſil. 26. col. 4. uol.4. Tamen Soci.in
* reg.299.in ult.fall.tradit communem *eſſe opi. &
practicam,ut ſi præfixum eſt tempus,non requiri-
tur petitio per glo.in.l.ſi mora.ff.ſolu.mat. & idẽ
conſuluit Iaſ. conſi. 191.uolum.2.uide etiam per
Decium de his,conſil.262.&.434. Verum & hic
de illa dilatione, quæ ſimiliter conceditur debito
ri,ſecũdum diſpoſitionem dict.l.fi.C.qui bo. ced.
poſ.quod eſt remedium & beneficium miſerabi-
le, & Flebile, ſecundũ Bald.ibi, ſubiungamus, ut
ſi admirabile ceſsionis bonorum, a principe, uel
iudice, per debitorem, petatur auxilium: ut ex-
primitur in princ. dict. l. fin.cum gloſſ. niſi quin-
quennale ſpacium ei indulgeatur ad ſoluendum:
quod eſt in electione creditorum an admittatur
ceſsio, uel concedatur dilatio, ſecundum maio-
rem partem eorum: conſiderato cumulo debiti,
quo in pari quantitate inuento, maior pars conſi-
deratur, reſpectu numeri perſonarum:& ubi emer
gat æqualitas, tam numeri, quam debiti credito-
rum, inducias quinquennales, uti benignior ſen-
tentia, concedẽdas eſſe: ut etiam declarant Doct.
ibi, & Roman. conſil.439.qui ibi,& Paul. de Ca-
ſtro,in dict.l.fin. concludit ſatiſdationem tamen,
uel ſaltem iuratoriam cautionem præſtandam a
debitore, de ſoluendo, adueniente termino per
dict.l.ſi debitori. Sed ego de hoc ualde dubito,cũ
dict.l.fi.hoc non exprimat: nec argumentum d.l.
ſi debitori,uidetur obſtare:quia ibi eſt diuerſus ca
ſus a noſtro, in quo etiam offertur ceſsio,ibi non:
unde ex diuerſis non infertur. Præterea dicere
poſſumus,quod ubi ſatiſdatio danda ſit, illa abſq;
ceſsione bonorum ſufficeret, ita ut debitor poſſet
habere dilationem ad ſoluendum, ut hic in præce
dentibus dictum eſt.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Cauſa iuſta præſumitur in principe, ſecundum communes, ita vt non admittatur probatio in contrarium: Declara.nu.2.3.4.5.6.7.*

8 *Cauſa præſumitur iuſta in principe, in his quæ ſunt iuris diuini, naturalis, & gentium; ſi appareat, vel expreſſa ſit; alias ſecus.*

CAVSA IVSTA IN IMP. PRÆSVMITVR.

VIgeſimoquarto, quia in hoc primo Capite,
aliquando dictum eſt (obiter tamen tan-
tum) an iuſta cauſa præſumatur in princi-
pe aliquid agente, quòd non ſine controuerſia
apud iuris interpretes procedit. Hi enim modo
in hanc, modo in illam partem trahuntur. Atqui
cum articulus iſte nihilominus notabilis ſit, & fre
quens: non ab re duxi in ſpecie hic, ea quæ mihi
occurrunt, atque quid ſententiam, explicare.
1 †Propoſitio itaque noſtra ſit, quam plurimi te-
nent: Iuſtam cauſam eſſe præſumendam in Prin-
cipe, etiam ſi eam non exprimat: Huius autem
opi. ſatellites, & conſocios, refert Felin. in c. quæ
in Eccleſiarum col.22.concl.5. de conſtitutio. &
tradit Iaſ. in conſil.105. nume.4.vol.1.& adſunt
etiam alij per me relati ſupra. §.Tertio.uerſic.Vn
✻ decimo: hæcque opi. communis exclamatur, ut
ibi dixi, & in hoc.§.verſi.Quinto.in fi.conſulente
Abb.& Pet.Philip.Corn.Hinc eſt quòd dixi, uo-
luntatẽ principis eſſe iuſtã cauſam, vt d.§.3.uerſi.
Decimonono, nu.3.nã & eius intẽtio talis præſu-
mit, qualis eſt legis ſcriptæ, & naturalis rõnis, &
nõ præſumit aliter iudicare, q̃ Deus, ut in d.§.3.
uerſi.Septimo, & uerſ.Vndecimo: Et intantũ iu-
ſta cauſa præſumitur in principe, ut etiam ſi ſine
ea, de facto reſcribat, contra ius diuinum: & ideo
ſi mandet aliquem interfici; uel rebus ſuis priua-
ri, ei parendum ſit, ut per Abb. in conſ. ibi allega-
to.84.num.7.uol.1.& Corn.conſ.60.circa fi.uol.
2.& Felin.in d.concl.5.qui inquit, ſi princeps ſine
alia cauſæ cognitione, mandat alicui, ut aliquem
furcis ſuſpendat, poteſt ille ſine peccato hoc exe-
qui. Hæcque concluſio uſque adeo etiam proce-
dit, ut amplietur ſecundum Felin. & alios per me
relatos d.uerſ. Vndecimo, habere locum, ut non
admittatur probatio in contrarium: etiã in his quæ
ſtatuit circa ius diuinum; de quo tamen inferius di
cam in.6.limit. Alex. conſ.1.num.23.uol.2. ait, ſi
Papa aliquid facit, quod non poteſt fieri ſine certa
iuſta cauſa, præſumitur facere cum iuſta certa cau-
ſa: Felin.in d.5.cõcluſione, more ſuo, recte, atque
ex ordine, & accurate reaſſumpſit hanc concluſio-
nem, eamque limitauit ſex modis per adducta.
2 †Primo ut procedat dummodo in Principe poſ-
ſit præſumi cauſa aliqua; ſecus ubi nulla poſſit
3 imaginari: nam actus non tenet. †Secundo limi-
tat, ut non habeat locum, quando princeps eſt
obligatus, in his quę ſunt de iure naturali; ut puta 8
ex ſuo contractu: ut tenet etiam Iaſ.d.conſ.105.
num.4.uol.1.ſed hic addenda ſunt, quæ dicta ſunt
ſupra.§.3.uerſ. octauo. ex quibus reddi uidetur
ſuperflua hęc limitatio: ex quo ibi etiã ſecundum
✻ communes * opi.diximus, quod princeps ligatur
ex contractu cum ſuo ſucceſſore, nec contraueni-
re poteſt, etiam de plenitudine poteſtatis, niſi ta-
4 men in caſibus ibi enumeratis.† Tertia eſt limita-
tio, ut præſumptio talis fiat, reſpectu ſubditorum
tantum: non autem aliorum. Sed ego arbitrarer in
Imperatore, & Pont. Max. omnino pręſumendam
cauſam: etiam quo ad omnes, ex quo ipſi habent
totius mundi dominium, & uniuerſalem protectio
nem, ut iuriſdictionem, ut ſępe dictum eſt ſupra,
præſertim in.§.1.uerſ. Orbem. Hoc tamen ſubli-
mitarem in his, quæ ſunt iuris diuini, naturalis, &
gentium, ut inferius dicã: ut in eis non præſuma-
5 tur cauſa. † Quartam limit. ponit Felin. non præ-
ſumendam cauſam, quando ex mandato Principis
timeretur ſcandalum futurum, ſeu turbatio Chri-
ſtianitatis, & uniuerſalis ſtatus Eccleſiæ, ut ipſo te-
ſte etiam diximus ſupra hoc.§.4.uerſ. Quinto cir-
6 ca fi.† Limitatio quinta ponitur, ut non præſuma-
tur cauſa, quando princeps non diſponit motu
proprio, ſed ad inſtantiam partis, quia tunc præſu-
mitur potius ad importunitatem, quam ex iuſta
cauſa reſcribere, ſequitur Iaſ.d.conſ.105.col.pen.
7 uol.1.† Sexto limitat Felin. ut non præſumatur
pro ſententia Principis, lata, parte non citata: hæc
tamen limitatio redditur dubia per adducta per
eum ibi in cõtrarium: Ex quibus correlarie inferri
poſſe recitat hanc concluſionem, quod cauſa præ-
ſumatur in principe, procedere: etiam ſi Impera-
tor diſponat in his, quæ ſunt de iure naturali, & di-
uino: quod tamen Correlarium licet (ut ipſe in-
quit) ſit fundatum auctoritatibus doctorum, non
tamen probatur iure expreſſo: & propterea atten-
tari poſſe affirmat, perpenſis ibi multis, ut ibi dici-
tur. Principem cum cauſa poſſe aliquid: id intelli-
gendum ſit, cum apparẽti, uel expreſſa cauſa: alias
ualde inane eſſet requirere cauſam, ſi ſic eſt quod
ſemper preſumatur. Quod ego etiam omnino ar-
bitror tenendum, ut ſcilicet, ubi agitur de iure diui
no, naturali, uel gentium tollendo, cauſa debeat
apparere expreſſa, ut abſolute tenuit idem Felin.
in d. c. quę in Eccleſiarum, ea ratione: quia infe-
rior non debet uiolare iura ſuperioris, ſiue eius
ſtatutum, ſine aperta cauſa, ut eum retuli ſupra in
d. Verſ. Quinto.in fi. hoc.§.4.& ita ut etiam dixi
ſupra uerſ.4.tenet Cardin. Pariſ. Præceptor meus
conſ.68.nu.225.uol.4.& Alci.in reg.3.præſump.
8. in tract. præſump. qui affirmat hanc eſſe com-
muniorẽ opi.& tenet Decius in d.c.quę in Eccle-
ſiarum; & Conſulendo in conſ.681.nu.14.uol.4.
&.358.nu.6.uol.3.immo ibi, & conſ.602.nu.12.
in matrimonio diſſoluendo plus addit: ut ſcilicet
de cauſa conſtare debeat, aliter quam per aſſertio-
nem Principis: ubi agitur de præiudicio tertij:
quod in præſentiarum non affirmo, de hoc enim
latius

8 latius dixi ſupra hoc.§. uerſic. Nono † Retenta autem hac opi. quæ mihi uidetur uerior, conſiderabam ſi contraria opi.poſſet ſuſtineri, ut intelligatẽ, & procedat, ſcilicet quòd cauſa iuſta ut ſupra pſumatur in Principe, tunc qñ a Principe expreſſa eſt: ná hoc pacto cõcordari poſſe uidetur utraque opi. ut ſcilicet de cauſa appareat: ubi autem appareat, pro ea præſumatur, ita etiam quod non admittatur probatio in contrarium, ut ſupra. Et huic opi. & concordiæ cõueniunt dicta ſupra in d.uerſ. Nono.declarata ut ibi, uidelicet quod ſolæ aſſertioni. Principis credendum ſit, etiam in præiudicium alterius. Prædicta tamen omnia in quibus admittitur, iuſtam cauſam in Principe præſumendam, intelliguntur ſecundum doct. in dubio: at in caſu manifeſto, non loquuntur; & ad hoc tendunt etiam uerba Felin.ubi ſupra dum diſtinguit triplici modo: Nam & ſi mandaret princeps, aliquid manifeſte turpe, non eſſet ei obediendum, ut inf. uerſ.Vigeſimoſeptimo.

SVMMARIVM.

1 *Imperator eſt iudex competens omnium Regum, etiam non recognoſcentium ſuperiorem, in temporalibus: limita num.5.6.7.*

2 *Prorogare Iuriſdictionem alterius poteſt etiam maior, non ſolum æqualis: ſic Rex Papæ.*

Reges quatuor vnguntur a Pont. Max.

3 *Reges non debent eſſe acephali: ideſt ſine capite, ſeu ſuperiore.*

Reges omnes, qui vnguntur ab Eccleſia, dicuntur quaſi vaſalli Eccleſiæ.

4 *Papa requiritur, & ad eum ſemper recurritur, vbi ſubſit neceſſitas iuris, aut facti.*

5 *Poteſtate ſeculari deficiente, recurritur ad Eccleſiaſticam, & contra.*

7 *Papa, eſt iudex competens omnium regum & Principũ, vbi agitur de peccato; immo & Imperatoris, & eius ſubditorum, & ſi eſt criminoſus: nec vt ſuſpectus poteſt recuſari.*

8 *Princeps, vel dominus certi loci, non poteſt ſtatuendo, vel iudicando, vlciſci offenſas factas ſuis ſubditis extra territorium, licet offendens habeat ibi bona: inducuntur tamen repræſaliæ, niſi dominus negligens habeat ſuperiorem.*

Papæ Iudicium requirendum, quandocunque oriatur difficultas, in vtroque foro,

IVDEX EST COMPETENS OMNIBVS PRINCIPIBVS.

Vigeſimoquinto, ſicut in ſuperioribus demonſtratum eſt, ad præſtantiam Imperatoris pertinere Diuiſionẽ Regnorum; & Coronationem Regum; & alia ſimilia: ſicquoque uidetur dici poſſe † ipſum eſſe apud omnes Reges,
1 & Principes, etiam non recognoſcentes ſuperiorem, iudicem competentem, in temporalibus: & poſſe inter eos ius dicere: Illud autem indubium uidetur quod quando eſt controuerſia inter magnos Barones, uel proceres, & timeatur ſcandalum, cognoſcit Imperator. ut per Marti. Laud.in trac.de principibus.q.118.& cum multa in præcedentibus dicta, ualde hic conueniant, præſertim in.§.1.uerſ.Orbem, dum inter cætera dicitur, Imperatorem eſſe dominum orbis, quo ad Iuriſdictionem uniuerſalem, & omnium ordinarium, & habere omnes Reges ſibi ſubiectos, etiam non recognoſcentes ſuperiorem, ſiue Galli ſint, ſiue Hiſpani, ſiue Britanni, & in temporalibus eſſe Dei Vicarium, & corporalem mundo Deũ, hoc etiam ſatis aperte uidetur poſſe elici ex.c. nouit. iuncta glo.in uer.iudicare. de Iudic. ubi demonſtratur, hoc iudicium tantum indirecte, pertinere ad Papam, ratione peccati: non autem directe: ac ibidem proponit Pontifex, nolle iuriſdictionem Regis Francorũ perturbare, aut minuere. & ideo no. Abb.ibi num.6.iuncto tex.c.per uenerabilem.qui fil.ſint leg. Principem ſecularem, etiam ſuperiorem non recognoſcentem, non poſſe directa uia, conueniri coram Papa Hinc ad propoſitum ait Card. Alex.etiam ex opi.Hoſti. in d.c.per uenerabilem.iuncta glo.in uer.recognoſcat.col.132. Regem Franciæ, debere Imperatorem recognoſcere tanquam dominum ſuum.c. Adrianus.63. diſt.licet eo reſpectu, quia etiam Imperator ſubeſt Papę ipſe quoque Rex Papæ ſubeſſe dicendus ſit, per reg. Si uinco uincentem te, multo magis uinco te. immo Reges Franciæ, Hiſpaniæ, & Angliæ, peccare mortaliter affirmat, qui non recognoſcant Imperatorem in ſuperiorem. Ac inquit Card.ibidem col.142. per illum tex.in uerſ.nota ibi temporalem, quod in terris alienis, Papa regulariter, non poteſt exercere iuriſdictionem temporalem, ſed cauſalem ſic: & idcirco docet ibi glo. in uer. certis cauſis, Papam non eſſe iudicem ordinarium quo ad temporalia, niſi in certis caſibus, ſiue cauſis: ut etiam faciunt dicta per Martin. Laud. in tract. de principibus. quæſt.1. Sic inquit Anto.Roſ.de concil.in rubr.Singuli an debe.reſp.nu.1. Papam & Imperatorem, eſſe Iudices omnium uiuentium. Et hic bene quadrabit illa concl.ſupra poſita in.§.3.uerſi.Secundo, quod Papa non debet ſe intromittere de rebus ad temporalia: nec Imperator de rebus ad ſpiritualia ſpectantibus: & ſic etiam illa cõcluſio militabit, de qua ſupra hoc.§. uerſ.Decimoquinto.nu.5.ut Imperator, nõ autẽ Papa, ſuppleat, & ſit adeũdus, ubi Reges non recognoſcentes ſuperiorem, ſint negligentes in iuſtitia adminiſtranda. Licet ad Papam, in caſu manifeſtæ iniuſtitię, & peccati, appelletur: & tunc ſit iudex competens omnium, ut dixi inf.uerſ.proximo.num.1. ut eſt etiam in cauſa principali eo in caſu ut ſupra proxime, & inf.nu.7. & hanc arbitror eſſe ueram opinionem, licet aliqui diſſentiant. Et quamuis in d.c.per uenerabilem, Rex Franciæ ſe ſubiecerit iuriſdictioni põtificis, ut in eo exprimitur: non propterea fit, ut cõpetens iuriſdictio Imperatoris, ſubripi poſſit, nam ſecundum tex.in.l.eſt rece-

ptum

pcum.ff.iuriſd.om. iud. quē allegat ibi glo.in uer.
2 potuit.† poteſt etiam maior, non ſolum æqualis, ſe
ſubijcere iuriſdictioni alterius, ut aduerſus eum
ius dicatur. Nec obſtabunt dicta Abb. ibi in glo.
in uer. iudicare num. 15. dum uidetur ſibi contra-
rius aliter ſentire; cum quo tráſit cum relatis Feli.
inibi col. 3. in d. glo. qui Principem quēlibet non
recognoſcentem ſuperiorem, poſſe directe conue-
niri coram Papa, affirmat: nam reſpondere poſſu-
mus, quod cum dicta iura, in contrarium loquan-
tur; & ipſemet Abb. fateatur nō probari ex eo tex.
c. nouit, quod non recognoſcens ſuperiorem, poſ-
ſit directe conueniri coram Papa: non poteſt ſub-
ſiſtere id quod lege non probatur. Præterea poſ-
ſumus reſpondere, Abb. per modum Fallentiæ, ut
ipſemet dicit, poſuiſſe in d. glo. nu. 15. aliud quam
poſuerit in d. num. 6. Quæ fallētia ſic intelligi po-
teſt, ut concluſio noſtra regulariter uera ſit, ſcili-
cet Imperatorem eſſe iudicem competentem om-
nium, etiam non recognoſcentium ſuperiorem.
Sed hoc non procedit, quando aliquis non reco-
gnoſcens ſuperiorem, omnino hoc in ſpecie habe
ret: ut ab eius Imperatoris Iudicio, & foro, exem-
ptus eſſet: ſicque priuilegio fori gauderet, ut non
niſi coram Papa conueniri poſſet. Quod contin-
gere poteſt, uel ex conſuetudine, quæ iuriſdictio-
nem tribuit, ut no. Innoc. in d. c. nouit. uel forſan ſi
ungantur Reges ab Eccleſia, cum tunc dicantur
quaſi uaſalli Eccleſiæ, ut docet Martin. Laud. in
tract. de principibus. q. 23. per tex. in c. intellexi-
mus. de iureiur. & Bal. in c. paſtoralis. de reſcrip.
Vnguntur autem a Pont. Max. quatuor Reges,
Gallus: Hiroſolymitanus: Siculus: Anglus, ut per
Marti. ibi. q. 76. non alij, niſi habeant ex conſuetu-
dine, uel priuilegio: ut & per Parid. put. in tract. de
Duel. lib. 7. §. quomodo. & per Ant. Corſ. in tract.
de poteſ. reg. in 2. parte. q. 14. ubi ponit, qui ſint
reges Chriſtiani, & Aſiæ. Eadem ponit Ioan. Leci-
citier in tractat. de primog. q. 13. lib. 2. (uerum ta-
men in Rege Franciæ aliter dictum eſt ſupra hoc
§. uerſ. Decimoquinto) uel habeát ex alia conceſ-
ſione, per quam etiam reſeruata Principi, conce-
duntur: ut aliquando in ſuperioribus tetigimus.
Quæ forſan in Rege Franciæ, & aliquibus alijs Re-
gibus, uigere non eſſet nouum: in quibus recte di-
cetur, quód Papa erit illis iudex competens, uti
3 ſummus ſuperior, † ne tales reges ſint acephali:
hoc eſt ſine capite, ſeu ſuperiore: & ſic recte con-
ueniēt uerba Abb. qui etiam adducit dictum ſing.
4 Innoc. in c. licet ex ſuſcepto. de foro compet. † di
centis, ſemper eſſe recurrendum ad Papam, ubi
ſubſit neceſsitas iuris, quia alius non ſit iudex ſu-
perior, ſiue facti; puta, quia minores iudices non
poſſunt ſuas ſententias exequi. Cæterum ubi talis
exemptio foro ſpecialis non adſit, arbitror omni-
nos imperatorem eſſe Iudicem competentem, ra-
tionibus adductis; nec enim aliquis a iugo, & iu-
riſdictione, ſeu eius ſubiectione uniuerſali, poteſt
ſe ſubtrahere, etiam per præſcriptionem, ſecun-
dum communes opi. ut abunde dictum eſt in d.
5 uerſic. Orbem. † Et ex his limitabitur iſta con-
cluſio, ut non habeat locum, quando aliquis Rex
priuilegio fori, quaſi expreſſe exemptus, con-
tra Imperatorem uti poſſet: & ſic per modum
iſtius fallentiæ, dicta doct. cōtrarium ſentientium
videntur poſſe concordari. Sic quoque alia fal-
6 lentia generalis uidetur ſuboriri, ut ſcilicet, † deſi-
ciente poteſtate ſeculari, uel vacante Imperio, re-
currendum ſit ad poteſtatem & iuriſdictionem
eccleſiaſticam, per doctri. Innoc. in d. c. licet ex ſu
ſcepto, & per eum in c. & ſi neceſſe. num. 8. de do-
nat. inter uir & ux. quæ comprobat Martin. Laud.
in d. tract. de princip. q. 225. & Decius in d. c. no
uit. in 2. not. qui per plura tradit, Papam ſe non in-
tromittere in iuriſdictione Imperatoris: & econ-
uerſo: ſed alterum alteri auxiliari, & in ſubſidium
ad alterum recurri: c. 2. de cleri. exco. in fin. & per
Oldrad. conſi. 89. epiſcopus inuocat, & faciunt di
cta ſupra. §. Tertio, uerſ. Secūdo. Declarare quoq;
poſſumus hanc concluſionem, ut Papa poſsit cita-
re in terris Imperij, ut per Bar. in extrauag. ad re
primend. in glo. per edictum, col. pen. & ſequitur
Hipp. Marſ. in l. fin. num. 147. ff. de iuriſd. om. iud.
& conſuluit Alex. conſ. 3. col. 1. uolum. 3. & 11.
uolu. 6. qui Papam etiam habere iuriſdictionem
temporalem actu, dicit: ſi Imperator neglexerit
facere iuſtitiam, & vacante Imperio. Limitatio
alia ſimiliter colligi poteſt, præſertim ex not. per
Abb. in c. cum infirmitas, de penit. & in d. c. nouit,
7 & c. per venerabilem, nume. 15. † ut in arduis, &
his in quibus agitur de peccato, & quæ tendunt in
ſalutem animarum, uel in ſpiritualibus, & in cauſa
graui concernente ſtatum totius Chriſtianitatis,
ſecundum Felin. in c. quæ in Ec. col. 6. de conſtit.
Pontifex Max. adeatur, & ſit iudex competens. Im
mo etiam tunc erit iudex competens inter Impe-
ratorem & eius ſubditos, ut ſupra hoc. §. verſi. De
cimo: & ratione peccati, & iniuſtitiæ, ut inf. uer-
ſi. prox. num. 2. & ſi reperiatur Imperator crimi-
noſus, circa regimē Imperij, ut ſupra. §. 2. q. 5. cum
multis verſi. ſeq: Quando vero in cauſa propria
ſit iudex competens, tactum eſt ſupra, d. uerſi. De-
cimo: & ibi quod Imp. & Papa nō poteſt recuſari
ut ſuſpectus, etiam conſanguineus. Quando au-
tem Pontif. max. inter ipſum & Imperatorem, &
ſic in cauſa propria iudicet, vel cauſam commit-
tat forſan, dicemus alibi li. 2. in. c. de Pontif. max.
& tangit Ant. Roſel. in tractat. de poteſ. Imp. ac
Pap. §. ex his etiam, car. 14. Ex recitata igitur con-
cluſione, quòd Iudex competens ſit Imperator, a
8 quo poſsit ſperari Iuſtitia, † infertur: ſi aliquis
dominus, vel princeps inferior, neglexerit facere
iuſtitiam in territorio & iuriſdictione ſua, ipſe
Imperator cognoſcet, & tūc bellum, & repreſaliæ
ceſſant, quæ alioquin ab offenſo poſſent indici, ut
diximus ſupra. §. tertio verſi. Vigeſimoquinto, ut
prædicta ſcribit Felin. in c. poſtulaſti. col. 3. de fo.
compet. Nam ſecundum eum ibi, licet dominus
certi loci nō poſsit ſtatuendo, uel iudicando, ulci-
ſci offenſas factas ſuis ſubditis extra territorium
ſuum

ſuum, licet offendẽs habeat ibi bona: licitæ tamen eſſent repreſaliæ,& Bellum, contra dominum offendentis, negligentem facere iuſtitiam; niſi talis dominus habeat ſuperiorem. In hoc uerſ. poſtremo notandum eſt unum mirabile, ſi eſt uerum: quod tradit Abb. in d.c. per uenerabilẽ. in fi. contra opin. legiſtarum, ut ſcilicet Papæ iudicium requirendum ſit, qualitercunque oriatur difficultas & ambiguitas: ſiue in foro Eccleſiaſtico, ſiue ciuili: ſiue in cauſa criminali, ſiue in cauſa ciuili, quod etiam uidetur ſenſiſſe Ant. But. in.c. ſuper literis.col.3.de reſcrip.

SVMMARIVM.

1 *Appellare non licet a ſententia Imp. & non recognoſcentis ſuperiorem; idem ſi dat certum mandatum num.3. & ſi committit cauſam ap. remota.4. Limita niſi ratione manifeſta iniuſtitiæ, & peccati. ibi. & quando ſententia lata eſt ſuper reſcripto, & conſultatione Imp. num.8.*

2 *Appellatio in quibus caſibus non permittatur; remiſſiue.*

5 *Appellari poteſt a delegato Principis. Imago, non eſt res ipſa.*

6 *Appellatio eſt quadam defenſio ciuilis, licet non ſit naturalis.*

7 *Appellatio non cenſetur ſublata, commiſſa ſimpliciter cauſa per Imp.*

9 *Supplicare permiſſum eſt, vbi prohibetur appellatio propter excellentiam iudicis, niſi iure communi ſit prohibita. Princeps poteſt corrigere ſententiam ſuam.*

SENTENTIAM INAPPELLABILEM FERT.

1 Vigeſimoſexto, † poſtquam Imperator iudicando ſuam protulerit ſententiam, manifeſtiſſimi iuris eſt, ab eo appellare fas non eſſe: cum ipſe ſit qui prouocatur, ſuperiorẽ enim non habet.l.1.in princ.ff.a quib.ap.nõ lic.ubi Bar. c.cuncta per mundum.9.q.3. & per Socin. conſ. 195.num.5.uol.2.quæ comprobat Philip.Fran.in rub.de appel.num.9. ita ut habeant locum etiam in Rege,& in quocunque alio non recognoſcente ſuperiorem: ubi etiam facit mentionẽ de ſententia Concilij Ducis Venetorum, & ſimiliũ. Eadem affirmat Rober. Marranta in ſpec. Aur. in.2.actu principali, ultime partis iudicij nu.237. cum ſeq. car.192. qui idem tenet in ſacro conſilio, quia cenſetur ſententia Principis: eius nomine enim fertur.

2 † & infinitos caſus ibi enumerat Marr. in quibus non datur appellatio. Hinc eſt quod a ſententia Cęſaris, non appellatur ad Papam, niſi in defectum, ut inquit Ant.Roſel.in tract. de poteſ.imp. ac Pap.in.§. Cęſarem a nullo: per.c. ſi duobus. de appellatio. & per eundem de concil. qualis in ea. debet eſſe forma. ubi nume.39. quod nullitatem cognoſcit, per denunciationem euangelicam: & propterea ab eius ſententia, & aliorum non recognoſcentium ſuperiorem, conceditur appellatio ad Pontificem Max. quando contineret manifeſtam iniquitatem; nam is eſt iudex competens dictorum omnium, ratione iniuſtitiæ manifeſtæ, & peccati: ut eſt glo.in.c.ex tranſmiſſa, de for.comp. & Marran.ubi ſupra num.265.cum multis relat.& per Bal.de prohib. feud. alien.per Fed.§. præterea num.2.& per Abb.in.c.fi.de purgat.uulg. Item appellatur ad Pontificem uacante Imperio, ut per Marrant. ibi cart.201.nu.377.& ſupra uerſ. pro-
3 ximo.† Hinc eſt etiam quod ſi princeps dat certum mandatum & determinatum, quod Commiſſarius ſeruet ad unguem, non poteſt appellari.c. nouit.de iudic. &.l.ab executione.C. quorum ap. non recip. & tradit Bal.& Salice.in.l.2.C.de ap-
4 pel. in prin. † Item & tunc non poteſt appellari, quando princeps reſcribit, & committit cauſam appellatione remota.l.1.§.fi.ff.a quibus appel.lic. ſecundum Bal.& Salice.& doct. ibidem: & de hoc autem latius dictum eſt ſupra hoc.§. uerſ. Tertio:
5 † Cęterum a delegato Principis omnino poteſt appellari.d.l.2.&.l. etiam.C.de appellatio. ubi Bal. & Salic.& Doct. licet enim delegatus ſit imago Principis, omnino poteſt appellari; cum non ſit eſſentialiter res ipſa, & ipſe princeps, ut ibi: præterea cum de facili,& ſine cauſa, non deceat Principem, tollere ea etiam, quæ ſunt de iure ciuili, & poſitiuo: alioquin peccare credatur. Et ſi modo ea tollit, apponit clauſulas, Non obſtante,& ſimiles:
6 ut diximus ſupra d.uerſ. Tertio.num.1.&.4. † certe cum appellatio ſit quædam defenſio, ſi non naturalis, ſaltem ciuilis, ut ibi. num.2.iure merito,
7 † ſi princeps committat ſimpliciter cauſam, non debet cenſeri per ipſum apellatio ſublata, nam ſm Bal.in d.l.2.Princeps non uidetur appellationem unquam remouere, niſi expreſſe hoc dicat, licet uniuerſitatem cauſarum, etiam cum omnimoda poteſtate deleget. Sicque uidetur pręmiſſa concl. declarari, ut licet Principis ſententia ſit inappellabilis; appellabilis tamen ſit eius delegati. Declara-
8 ri etiã poteſt, † ut a ſententia lata ſecundũ reſponſionem Principis, factam relationi, ſeu conſultationi iudicantis, poſsit appellari; tex. eſt in d.l.2. ſecundum unam lecturam ueram, ut per Bar. Bal. & Salicet. ibi, unde dixit Martin. Laud.in tract. de principibus. q.42.&.q.415. poſſe appellari ad Principem, tanquam male informatum, bene informandum de ueritate per l.1.C. de relation.&.l.1. §.quæſitum.ff.de appellatio. Hæc tamẽ intelligenda ſunt ſecundum Bar.ibi.& in d.§.quęſitum: ut ſi pars non conſentit relationi, appellatio permittatur. Si autem conſentit: & tunc aut uult appellare, quaſi male Imperator conſuluerit, & non poteſt: aut quia dicit ſe habere aliquid de nouo, quod intendit probare, & poteſt. Circa hoc tamen uide dicta per Salice. in d.l.2.in fi.& ita uidi admiſſam appellationem per Imperatorem, qui ex relatione Illuſt. Ferdinandi Gonzaghæ, hic locum tenentis eius, referentis Imperatori: & inde, pronunciantis:

Eſtimum

Eſtimū generale, in hoc Dominio Mediolani eſſe
conficiendum, contulucrat in fauorem aliarum
ciuitatum: reclamante, & appellante, ea ciuitate:
Verum in alio caſu ſimili, Fluminis noſtri Mutiæ,
idem Gonzaga Princeps, etiam inferior, delegatis
ſuis referentibus, lata per eum ſententia, noluit
appellationem admittere: & nō recte (ut opinor:)
Notandum eſt tamē ubi contingat appellari, non
eſſe appellandum ad Imperatorē, ommiſsis me-
dijs, ſecundum Martin. Laud. in tract. de princip.
q. 234. ex auctoritate Spec. in tit. de appel. §. 4. in
9 prin. Vide tamen Socin. reg. 23. eū. 14. fal. † Rur-
ſus poteſt declarari hæc propoſitio: ut quamnis
ſentētia Principis ſit inappellabilis, propter excel-
lentiam ſuam, poteſt tamen grauatus ſupplicare
eidem Principi, ut ipſe cauſam reuideat, & proui-
deat, ut habeatur in auth. quę ſupplicatio. ubi Doct.
præſertim Iaſ. C. de præci. imp. offe. & in conſ. 16.
in fi. uol. 3. & in. c. ex litteris. ubi Abb. de in integ.
reſt. Quod procedit in quocunquē caſu ceſſet ap-
pellatio; nam ubi non militat hoc remedium or-
dinarium, admittitur extraordinarium: ſcilicet ex
gratia ſupplicationis, & non aliter, ut ibi per Abb.
ſequitur Marrāta. in d. Spec. aureo, in. 2. actu prin-
cip. ult. partis Iudicij num. 12. car. 175. ubi enim
ſeq. ponit, quomodo & quādo differat ſupplicatio
ab appellatione, & qualiter cum ſatiſdatione ui-
ctoris, uel ſine, mittatur ſentētia executioni; Hanc
quoque declarationem ſimpliciter, per multa pro-
ſequitur Hipp. Marſ. in. l. 1. num. 160. C. de rap.
uirg. & in. §. opportune nu. 52. in practic. crimin.
Verum tamē hic ſubdeclarare oportet, tunc etiam
ſupplicationem eſſe prohibitam, quando de iure
communi appellatio eſt prohibita: nam tunē ſup-
plicatio admittitur, quādo per excellentiam Iudi-
cis, prohibita eſt appellatio: non autem quando
iure communi: niſi fauore matrimonij, & niſi fa-
uore minoris ætatis: ut per plura docet Iaſ. in. d.
auth. quæ ſupplicatio. col. 2. ſequitur Marſil. in. d.
§. opportune num. 68. Nota tamen quod tempo-
ra introducendæ appellationis, non currunt, quan
do non ſtat per partē, quominus appellatio intro-
ducatur, in conſiſtorio Principis. authen. ſed liſ.
C. de temp. ap. & ſequitur Martin. Laud. in tract.
de princip. q. 416. quod occurrit in præſentiarum
in ciuitate noſtra, ſupplicante pro flumine Mutiæ.
10 Atqui † Principem poſſe indiſtincte interpretari,
& mutare, & corrigere ſentētiam ſuam, tradit Bar.
in. l. 2. C. de ſenten. ex peric. recit. per. l. 1. §. de
qua ff. de poſtulan. & l. 1. in fi. ff. de quęſtion. facit.
c. cum olim. de re iud. & Bal. & Salic. in d. l. 2. qui
idem dicit in ſucceſſore. & Mart. Laud. in tract.
de princip. q. 389. & dicit Abb. in. c. tum ex literis
num. 4. de in integ. reſt. ſententiam Papæ non iuri
conſonam, propter neceſsitatem temporis, uel ſu-
breptionem, reformari debere. Quod extendit ad
priuilegia, diſpenſationes, & alias diſpoſitiones. Et
ſui prædeceſſoris ſententiam reuocare, & nouam
conſtitutionem facere poſſe Papam, etiam tradit
Abb. in. c. licet num. 5. de ſpon. duo. At princi-
pem, & Papam, poſſe reuocare ſententiam inferio
ris, tranſactā et in iudicatum: cum cauſa ſaltem, &
cum clauſula Non obſtante, dicemus inf. hoc. §.
uerſ. Vigeſimo octauo. num. 20.

SVMMARIVM.

1 *Imperatori eſt obediendū, & cuilibet non recogno-
ſcenti ſuperiorem; idem eſt in lege, & ſtatuto. nu. 5.
limita in præcepto iniuſto. num. 15. & limita. num.
17. 18. 19. 20. 21. 22.*
2 *Subiecti eſtote omni creaturæ, propter Deum, ſiue
Regi. &c.*
3 *Regibus obtemperare, eſt generale pactum ſocieta-
tis humanæ.*
4 *Subditi tenentur iurare obedientiam Principi ſuo.
Auctoritas ſuperioris, in omni pacto, & iuramento
excipitur, nec iuramentum valet contra eum.*
5 *Rogatio Principis, mandatum eſt; & an inducat
metum.*
6 *Maieſtatis læſæ crimen proprie, vel improprie: quo-
modo committatur & pœna quæ ſit.*
7 *Proditor Dei, dicitur proditor Principis.*
8 *Maieſtatis læſæ crimen non cadit, niſi in ſubditum.*
9 *Veneti, & alij liberi, ſi ſunt rebelles Imperio, pri-
uantur libertate.*
10 *Imperatoris perſona repræſentatur in quolibet Ma-
giſtratu.*
11 *Iniuria illata Magiſtratui, Imperatori cēſetur illata.*
12 *Rebellis proprie, & improprie, quis dicatur.*
13 *Proditor quis dicatur, & num. 6. & 7.*
14 *Imperatori maledicens, quomodo puniatur.*
15 *Imperator, vel Papa, poteſt priuare Reges, &
Principes, ob intolerabiles oppoſitiones, & in iu-
ſtitias.*
16 *Principi reſcribenti contra ius, & aliquē puniendum
vltra modum, quomodo ſit obediendum.*
21 *Conſilij, & præcepti quæ ſunt: quomodo cognoſcātur.*
23 *Principi, quam patri, an magis obediendum.
Officia quomodo exhibenda Deo, diuis, patriæ, pa-
rentibus, &c.*

OBEDIRE EI OMNES DEBENT.

Vigeſimoſeptimo loco, in hoc capite præ-
ſtantiæ, & potentiæ Imperatoris, licet mul-
ta quoque alia forſan cumulari poſſent: at-
tamen breuitatem aptius amplectendo; cum cu-
rioſis itidem partes ſuæ relinquendæ ſint, expli-
1 care recte poſſumus † Imperatorem, ea eſſe prę-
ſtātia, & auctoritate, ut illi omnes obedire tenean-
tur, & præceptis ſuis obtemperare, cum ut ſępe di-
ctū eſt, ſit Dominus totius Orbis: Vicarius Dei in
temporalibus; corporalis mundo Deus, & c. quę in
Pontifice Max. multo magis habēt locū in ſpiritua
libus, & alijs ad eum ſpectantibus. Nam & ſub-
diti alicuius, dicuntur quaſi ſerui, ſecundum Mar-
tin. Lauden. in tracta. de princip. quæſt. 300. per
doctrin. Bald. in l. cum ſeruum. C. de ſeru. fug.

Sed

Sed hæc militant etiam in quocunque alio non
recognoſcente ſuperiorem : & cui ex iuriſdi-
ctione conceſſa, parendum ſit: nam ut oſtendit
Paulus. cap. 13. ad Roma. Omnis anima poteſta-
tibus ſublimioribus eſt ſubdita ; cum tamen non
ſit poteſtas, niſi a Deo; & quæ ſunt : a Deo,
ordinata ſunt. Itaque , qui reſiſtat Poteſtati,
Dei ordinationi reſiſtit , & ſibi ipſi damnatio-
nem quærit . Sic Petrus Apoſ. generaliter om-
2 nibus fidelibus ſcribit. c. 2. † Subiecti eſtote omni
creaturæ propter Deum , ſiue Regi quaſi præcel
lenti, ſiue Ducibus tanquam ab eo miſsis : ad uin-
dictam malefactorum , Laudem vero bonorum.
Quæ recte recepta ſunt a B. Ambroſio, & Auguſt.
in c. qui reſiſtit. 11. q. 3. & in c. magnum 11. q. 1. &
in c. ſolitæ, de maio. & obed. Dicitur quoque in. c.
in memoriam. 19. diſt. iugum a ſancta ſede Impo-
ſitum, uix ferendum, tolerandum tamen: compro-
bat glo. in. c. olim. de uer. ſign. Hinc habetur, ut ſi
quis non obedierit principi, morte moriatur, atq;
anathematizetur : & ſi contra decretum epiſcopi
venerit, ab eccleſia abijciatur , ut teſtis eſt. B. Au-
guſ. in. c. 2. de maio. & obed. ut etiam in libro Re-
gum, & Deutor. ſcriptum eſt. & clare explicat con
cluſionem noſtram glo. in d. c. 2. de maio. & obed.
vbi Abb. & glo. in. c. nulli. 19. diſt. & in Cle. ad no-
ſtram. in ver. Tertio. de hæretic. dicitur, non obe-
dientem papæ, hæreticum fieri: quæ comprobat
Bart. in auth. ſacramenta puberum, num. 15. C. ſi
aduer. uend. & ideo idem. S. Aug. in. c. quę contra.
3 8. diſt. præclare adducitur, in hæc verba † Gene-
rale quippe pactum eſt ſocietatis humanæ, obtem
perare Regibus ſuis : Sed quanto magis Deo, Re-
gnatori vniuerſæ Creaturæ. Ac inquit Bal. de pace
conſt. in uer. diſpenſationem num. 5. Omnes tene-
mur principi: nam vt Deus eſt princeps in cœlis:
ſic Imperatorem Vicarium ſuum, & dominatorem
in fide, ac ueritate, & iuſtitia, conſtituit in terris.
l. 2. §. ſi quid igitur. C. de uet. iu. enucl. in auth. de
4 conſu. in fi. † Et propterea recte determinatum eſt
vt ſubditi teneantur iurare obedientiam principi
ſuo, glo. eſt no. in l. nō videtur. §. qui iuſſu. ff. de reg.
iur. ſequitur Martin. Laud. in tract. de princip. q.
19. Hinc eſt etiam, vt in omni pacto, & iuramen-
to, auctoritas ſuperioris intelligatur excepta: & iu
ramentum de directo contra eum, non valet , ſe-
cundum Bald. in §. fi. de prohib. feu. alien. per Fed.
col. fi. c. venientes de iureiur. glo. in d. c. quæ con-
tra. 8. diſt. Principi namque in primis tenemur, ut
ibi . Intelligit tamen prædicta Abb. inibi , in his
quæ pertinent ad ſuperiorem , ut & per Martin.
Laud. in tract. de princip. q. 263. & Soc. conſ. 169.
num. 6. uolum. 2. Hæc autem propoſitio , ut quis
5 teneatur obedire, aliter mortaliter peccet: † habet
locum , non ſolum in illo qui aduerſus prohibiti-
uam legem ; ſed etiam qui aduerſus Principem,
vel eius legem, & etiam ſtatutum municipale, pro-
hibentem , uel pręcipientem venit , ſecundum
Abb. in d. c. 2. in fi. de maio. & obed. & ſequit De-
cius in cap. nam concupiſcentiam colu. 3. in 2. le-
ctu. de conſtitutio. & Felin. ibi in prin. & hoc uide-
tur etiam ex eo recte dictum ; quia princeps eſt lex
animata in terris. d. §. fi. in auth. de conſu. in fine,
cum ſim. atque omnes ſanctiones ap. ſedis acci-
piendæ ſunt, tanquam ab ore Petri firmatæ. c. ſic
omnes. 19. diſt. & c. ſi inimicus. 93. diſt. Item am-
pliatur hęc concl. teſte eodem Felin. ibidem etiam
ſi in l. præceptiua . ſit alia pęna impoſita qđ tenet
et Decius ibi col. 1. in 1. lect. Videtur aūt conſuetu
dine receptum in Curijs Regum, & Principum, ut
non obſeruans earum mandata , non puniatur ad
mortem , uel confiſcationem bonorum; niſi in
caſibus a iure expreſsis , ſed puniatur pro qualita-
te perſonarum, ut per Martin. Lauden. in tract. de
princip. q. 185. Nec hic uidetur omittendum, Prin
cipis rogationes, præcepta eſſe, & mandata, vt eſt
glo. in l. j. in uer. quemadmodum. ff. quod ius. & in
cle. 1. in uer. exhortamur. de teſti. & præſertim ſe-
cundum ſubiectam materiam ſecundum Abb. in
d. c. nam concupiſcentiam. colu. 2. An vero indu-
cant metum , ponit Abb. in. c. cum inter. R. nu. 10.
de electio. Verum cum inobedientia , in multis
poſsit contingere , in quibus quis aberrat , contra
diſpoſitionem legum , quæ ad eas præſertim vir-
tutes pertinent , quæ habentur in l. legis virtus. ff.
de ll. ſcilicet Imperare , uetare, permittere , puni-
re : liceat hic illam maximam tranſgreſsionem
commemorare , ſcilicet criminis læſæ maieſtatis,
quę in ipſum Imperatorem quandoque impuden-
6 tius committitur. † Eſt equidem proprie in perſo-
nam ipſius , vel aſtantium corpori eius , ut ſentire
Cy. in l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt. tradit Martin.
Lauden. in tract. de crimi. læſ. maieſt. q. 3. cum quo
tranſit Salic. ibi : licet alioquin pluribus modis,
committatur huiuſmodi crimen , ſecundum eum,
ut in l. j. cum ſeq. ff. ad l. Iuliam maieſt. & per Fran.
Luc. in tract. de fiſc. & eius priuileg. ſub rub. de
crim. læſ. Maieſt. & incertus Auctor in ſimili tra-
ctatu . De qua re & latiſsime, de crimine læſæ ma-
ieſt. tradit Hierony. Gigan. & dicemus plura infr.
c. 9. §. 3. in Rub. de læſ. maieſt. reis : & committen-
tes tale crimē utſupra, proditores appellari oſten-
dit Paris Puteus in tract. de Duello. §. duo milites.
lib. 6. ubi num. 37. etiam proditorem Dei aſſerit
eum eſſe, qui ſit proditor principis. per. c. ſi apud.
23. q. 5. cum ſim. Hocque crimē, & pęna. d. l. quiſ-
quis, pariter committitur, in quocunque alio Prin
cipe, non recognoſcēte ſuperiorem, ſecundum
Alber. de Roſ. ibi, quem ſequitur Martin. ubi ſupra
q. 1. ſubdens quod etiā cōmittitur in Principe re-
cognoſcente ſuperiorē, ſed tñ pęna non extendi-
tur ad liberos ſecundum formā d. l. quiſquis: quæ
illa eſt; ut delinquens gladio feriatur, bonis omni-
bus fiſco addictis, reſeruata uita filijs, imperatoris
ſpecialiter lenitate, qui paterno deberēt ſupplicio
perire. In eis enim exempla hæreditarij crimi-
nis metiuntur: Veruntamen nulla bona , etiam
extraneorum habere poſſunt , cum omni ſucceſ-
ſione priuentur , ita ut perpetuo egentes ſint , &
paterna infamia ſemper eos comittetur , & ab

omnibus honoribus, ſacramentis, & officijs ex-
cludantur: adeo vt eis mors ſit ſolatium, & vita
ſupplicium: & quæ omnia, in ſatellitibus, conſcijs,
ac miniſtris, filijsque eorum habent locum, dict.
l. quiſquis. Damnatur etiam rei memoria, vt
exprimitur in. l. fin. ff. ad. l. Iul. Maieſt. & per
alia quę ponit Franc. Lucan. in fi. eius tracta. & per
Martin. vbi ſupra quæſt. 30. & ibi. quæſt. 52. illud
notanter ſubdit, vt facientes ligam contra Im-
peratorem, incidant in crimen læſæ maieſta-
tis, per. l. primá. C. vt arm. uſ. ſecus ſi contra
alium. l. non dubito. ff. de capti. & not. Bald.
8 in. l. conuentionum. ff. de pact. † Non cadit
tamen crimen læſæ Maieſtatis, niſi in ſubdi-
tum. clem. paſtoralis. de re iud. ut per Bald.
in. l. data opera. column. penult. C. qui accuſ.
non poſ. & alibi: & Ludouic. Bolog. in com-
mento Priuilegij Bonon. ſeu Theodoſianæ.
in ver. noſtræ maieſtatis: qui ſubiectionem ca
pit, vel ratione originis, vel domicilij. & atteſta-
tur Martin. in dict. tractat. quæſtio. 34. qui-
9 tamen memorabiliter. quæſtio. 51. † ait, om-
nes qui in libertate viuunt ſi ſunt Rebelles Im-
perio, poſſe priuari libertate ſua, cum habeant
eam, uel ex priuilegijs Imperatoris, uel per pa-
tientiam eius, per doctri. Bald. in. cap. ſicut. de iu
reiuran. Nec omitto hic illud notatu dignum,
de quo meminit Franciſ. Lucan. ubi ſupra,
numero decimo. per doctri. Alber. de Roſel. in
l. tertia. ff. ad. l. iul. maieſt. ut incidere in crimen
læſæ maieſtatis dicatur, qui lædit magiſtra-
10 tum po. Romani, per dict. l. 3. ea ratione, † quia
in quolibet magiſtratu repręſentatur perſona
Imperatoris, ſicut perſona domini in ſeruo. l. ſi
11 Pamphilo. ff. de optio. lega. ſubdens. † quod
offenſa illata magiſtratui, ipſi Imperatori uide-
tur illata: & ideo exemplificat, ut ſi quis dede-
rit alapam poteſtati Bononiæ, capite puniren-
dus ſit. Notandum quoque eſt in præmiſsis, † Re
bellem proprie, & ſtricte dici: qui contra Impe-
ratorem, vel eius officiales reſiſtit, in perti-
nentibus ad ſtatum Imperij, ſecundum Barthol.
in tracta. qui ſint rebel. in uer. rebellando. &
no. in. l. prima. ff. ad. l. Iul. Maieſt. largo vero
modo rebellis dicitur, non ſolum qui domino ſuo
reſiſtit, ſed etiam quando iudici non vult pare-
re, vel non vult parere officiali principis, pro-
pter ipſum principem, ſecundum Bart. in. l. ho-
ſtes. column. fin. ff. de cap iuis, & Abba. in. cap. ſa-
ne. 2. de offic. deleg. quos ſequitur Decius.
conſilio. 604. colum. prima. Et de Rebelle, † &
Proditore, qui dicantur: ponit quoque aliqua
Franc. Lucan. in dict. tracta. numero decimo-
14 tertio. & decimoquarto. † Sed & hic de alia
ſimiliter tranſgreſsione, quæ fit contra prin-
cipem, de qua ſtatutum eſt in. l. prima. C. ſi quis
Imp. maledix. ſubijciamus: vt ſcilicet maledicens
Imperatori, iniurioſe, ad eum remittatur, vt ex
perſona eius dicta penſare poſsit, & qualiter pu-
niendus ſit, animaduertere: cum ſi ex leuitate,
ſeu inſania, id contigerit, impunitum dimitta-
tur, vt in dict. l. prima, ubi doct. not. & tangit
Franc. Lucan. in dict. tracta. numero quinto, &
Bernard. Diaz in practica eccle. criminali. in ver.
maledici: qui loquitur in maledicente Pontifici
Declarat tamen Martin. Laud. in tracta. de prin-
cipibus. quæſtio. 245. dict. l. primá, non habere lo-
15 cum in papa. † Limitatur autem hæc concluſio de
obediendo principi, pluribus modis, ſecundum
Doct. præſertim allegatos per Felin. & Deci. in
dict. cap. nam concupiſcentiam. Primo enim
non procedit, quando præceptum legis, uel
principis eſſet iniuſtum, non enim ligat in foro
conſcientiæ, ut per Deci. column. ſecunda, fal. 1.
qui per relatos per eum, eodem modo, præcepto
iniuſto max. Pontificis, non eſſe parendum com-
memorat: unde in dict. cap. qui reſiſtit, legitur:
ſi illud iubetur, quod non debeas facere, hic ſa-
ne contemne poteſtatem. & in cap. ſi dominus,
a Diuo Hieronymo accepimus dictum. xi. quæ-
ſtio. 3. ſi bonum eſt quod præcipit Imperator,
iubentis exequere voluntatem: ſi malum, re-
ſponde, oportet magis obedire Deo, quam ho-
minibus. Notanter tamen inquit Ioan. Ligna.
in tracta. de cenſ. ecl. §. de. imo. numero. 7. Pa-
pa mandante aliquod iniuſtum, & non obtempe-
rantem excommunicante, obſeruandam eſſe
excommunicationem. Hoc ipſum ſcribitur de
ſeruis apud dominos, & de uxoribus apud viros,
& de filijs apud patres: quod in illis tantum de-
beant dominis, & uiris, parentibusque eſſe ſubie-
cti, quæ contra Dei mandata non ſunt: ſic com-
memorat Bald. in authen. habita. in quint. not.
C. ne fil. pro pat. Imperatori Imperanti contra
conſcientiam, non eſſe obediendum, tam in pa-
ce, quam in bello. Quod & in Papa comprobat
Martin. Laud. in tracta. de principibus. quæſtio.
408. &. quæſtio. 423. & Abba. in cap. cum pa-
rati. numero octauo, & decimo: de appellatio. ubi
tradit etiam obediendum Papæ, præ omnibus:
niſi contra Deum: niſi timeatur ſcandalum maxi-
mũ: niſi contra vniuerſalē ſtatũ eccleſiæ: & niſi ex
cauſa manifeſta. Faciunt dicta per Decium in. l.
non videtur. §. qui iuſſu. ff. de reg. iur. & inf. hoc.
§. 4. uerſic. Vigeſimo octauo. numero. 8. ubi ſi
ſine cauſa moueatur princeps, in his quæ ſunt iu-
ris diuini, & naturalis, & gentium, diſtinguen-
do, & interpretando: nec in foro conſcientiæ,
nec in foro ciuili, ei eſt obediendum, teſte In-
nocen. in. c. quia plerique. ante fin. de immu. eccl.
ſequitur Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. de
conſtitutio. column. 9. & Hippol. Marſil. in dict.
l. prima. §. præterea. ff. de quæſtio. numero ſe-
ptuageſimonono. Ac ad præmiſſa ſubiungitur,
bene conuenire id quod ſcripſit Martin. Laud.
dict. tracta. de principibus, quæſtio. 111. ut li-
cet ſubditi propter intollerabiles oppreſsiones,
& iniuſtitias Regis, non poſsint ipſum, uel Du-
cem ſuum expellere: tamen interim ei obedire
19 non tenentur, † atque priuari illi poſſunt ab

Imperatore, vel Papa: vnde ibidem. quæſtio.
451. etiam colligit principem ſuperiorem poſ-
ſe concedere ſeparationem ſubditorum, a iuriſ-
dictione domini, propter nimiam ſæuitiam per
Bald. in .l. prima. ff. de his qui ſunt ſui uel alie.
iur. Sed Tyrannum iniuſte ſe habentem poſſe ex-
pelli tenuit Anr. Corſet. in tract. de poteſ. reg. in. 1.
parte. q. 4. Immo ſecundum Beatum Thomam in
ſecundo ſententiarum, articulo pen. licitum eſt
ſubditis, & meritorio, interficere ipſum domi-
num: Contrarium tamen tenet Auguſt. de An-
chona in tractat. de poteſt. Eccleſ. quæſt. 54. arti-
cul. 3. uerſic. omnia autem iſta; & contra S. Tho-
mam fuit deciſum in concilio Conſtantienſi, ſe-
cundum Brixienſem in repertorio, in uer. Ty-
rannus. quæ omnia noranda ſcribit, tanquam ma-
le guſtata Felin. in. c. cum nobis. colum. 3. de præ-
ſcriptio. Hæc quæſtio hodie occurrit de facto,
apud Soncinates, in Iuriſdictione Cremonenſi,
ſub hoc Dominio Mediolani ſitos. Item con-
ueniunt, quæ tradit Alciat. in tractat. de uerb.
ſig. nume. 115. iuſsionibus Principum, impune
non parebitur, ſi publica quædam infamia, ſcan-
dalumque exurgeret. cap. ſi quando. de reſcrip.
cum generaliter receptum ſit, diſpenſationem
Principis, nullam eſſe: quæ ſine manifeſto ſcan-
dalo, adminiſtrationiſque decoloratione, admit-
ti non poteſt. c. & ſi illa. 1. quæſt. 7. Verunta-
men an ſit obediendum Principi, reſcribenti con-
contra ius: ut puta ſi reſcribat officiali, uel Iu-
dici, crediderim eodem modo ſi moueatur Prin-
ceps contra, & in his q̃ ſunt iuris diuini, natura-
lis, & gentium, ſine cauſa, non eſſe ei obe-
diendum: ſecus ſi cum cauſa, ut in proximis di-
ctum eſt. Si uero moueatur in his quæ ſunt iu-
ris poſitiui, tunc erit obediendum, licet ſine
contra ius, ſi adſit clauſula Non obſtante ali-
qua. l. contraria, uel ut ſupra hoc. §. Verſ. Ter-
tio: uel ſi intercesſerit ſecunda iuſsio. & ſimi-
lia: ut habetur in. l. reſcripta. C. de præcib. imp.
offer. & per Felin. in. cap. nonnulli. nume. 9. de
reſcrip. & Oldrad. conſil. 326. cum ſeq. & Iaſ.
in. l. puniri. C. ſi cont. ius. & conſil. 167. nume.
7. uolum. 4. At ſi ultra modum Princeps reſcri-
bat aliquem puniendum, iudex uſque ad tri-
ginta dies debet differre, ut uideat an ceſſet ira
Principis. Sic diſponitur, ut reſcribatur Papæ,
ſi mandauerit aliquid irrationabile, tex. eſt not.
in. l. ſi uendicari. C. de pęnis, quem commen-
dat Hippo. Marſil. in. l. 1. §. ſi quis ultro. nu-
me. 52. ff. de quæſtion. & habetur in d. cap. ſi
quando. de reſcrip. & meminit Martin. Lauden.
in tractat. de princip. conſiliarijs. quæſt. 6. & in
tractat. de princip. quæſt. ult. &. 221. de quibus
late per Felin. & Decium in d. cap. ſi quando:
Verum Martin. idem in tract. de princip. quæſt.
213. per doctri. Innocen. in. cap. cum in iure.
de offic. deleg. tradit inferiorem, teneri exe-
qui ſententiam Principis, licet iniquam: Sed ego
puto Innocentium loqui in caſu dubio, puta
quia nulla, uel iniqua dicebatur ſententia Prin-
cipis, ut ibi ſe ipſum declarat, & ideo ubi ma-
nifeſte eſſet iniqua, non loquitur, & uidentur
17 militare iam dicta. † Secundo limitatur, quan-
do præcepto emananti ut ſupra, a conſuetudi-
ne, eſſet derogatum: quia tunc contrafaciens, da-
to etiam quòd conſuetudo non valeret, leuiter
peccat, ut per Felin. in dict. cap. nam concupi-
ſcentiam in. 1. fal. & Decium ibi column. 2. in 2.
fal. in prima lectura; de quo tamen rectius di-
cemus hic in 4. Limit. hæc declarando. Tertio
18 Limitatur, † quando pręceptum obſcurum eſſet,
ut ſi uerſemur in ſubtilitatibus legum, & præ-
ceptum vario modo intelligi poſsit: nam con-
traueniens, tunc excuſatur: cum a peccato
excuſetur quilibet qui ex aliqua iuſta cauſa,
præcepto ſuperioris non obtemparauerit, ſe-
cundum not. per Abb. in cap. licet ex quadam
colum. 2. de teſtibus, & in cap. eam te in. 3. not.
de reſcrip. quæ comprobat Decius in d. 1. lect.
19 in 3. fal & Felin. ibi in 5. Limit. † Quarta eſt
limitatio ſecundum Decium, & Felin. in dict.
cap. nam concupiſcentiam in 4. limit. ex men-
te etiam Abb. in cap. licet ex quadam, column. 3.
de teſt. quando quis venit contra ius humanum,
ex aliqua rationabili cauſa: nam tunc euitatur
peccatum mortale: at ſi quis contraueniat iu-
ri diuino, ſemper peccet mortaliter: & ex hac
limit. declarandam omnino arbitror ſecundam
limitationem ſupra poſitam, licet alij non tan-
gant; qua habetur, quod leuiter peccat, qui
contrauenit præcepto legis, vel principis, quan-
do conſuetudo, licet non valida, illi deroga-
ret: nam hoc uidetur intelligendum procede-
re, in præcepto humano, non autem diuino;
cui contrauenìens ſemper peccat. Exemplum
proponi poteſt in Duello, quod prohibitum
eſt, præſertim iure diuino; & non valet con-
ſuetudo permiſsiua; vnde nullo pacto excuſa-
tur à peccato mortali pugnator: vt de prædi-
ctis conſtat abunde ſupra. §. 3. uerſic. Tertiode-
cimo, & in ult. concl. in fin. in materia Duelli.
20 † Quinta limitatio eſt, ſecundum Felin. ibi in
6. limit. poſt. S. Thomam. Archid. Abb. ibi,
& alios: vt religioſi contrauenientes conſti-
tutionibus regulæ, non peccent mortaliter: quia
uotum profeſsionis ſeruandi regulam, non re-
fertur ad omnia contenta in regula; ſed ſo-
lum ad tria ſubſtantialia regulæ: quibus con-
traueniendo peccat quis mortaliter, in alijs ve-
nialiter: quæ tria hæc ſunt; Paupertas, Con-
tinentia, & Obedientia, ut per Archid. in cap.
ſicut. 27. q. 1. Veruntamen hæc limitatio, ſu-
blimitatur ſecundum dict. docto. in tribus caſi-
bus; in quibus religioſus peccet mortaliter etiam
extra dicta tria. Primo quando ex contemptu
contrauenit. Secundo ſi hoc aſſumeret in conſue
tudinem. Tertio vbi quis veniret contra pręe-
ceptum, ſiue oretenus factum, ſiue in regula ex
21 preſſum. † Sexta eſt limitatio, ut quis non obli-
getur,

getur, qñ lex eſt conſilij, non autem præcepti. Quę enim conſilij ſunt regulariter non obligant, ut per Felin. & Decium. in dict. cap. nam con. up. circa prin. poſt Abb. ibi: qui declarant quomodo diſtinguantur & cognoſcantur, ea quæ præcepti, quæue conſilij ſint: & propterea in hac. 6. limit. poteſt comprçhendi ſecunda limitatio ibi poſita per Felin. in qua docet, quod ſi lex quæ præcipit, fundatur principaliter ſuper vtilitate eius, cui mandatur: quia materia non poteſt dici præcepti, ideo contrauenien s non peccet, ſecundum gloſſ. in. l. cum pater. ff. de leg. 2. Sublimitatur tamen hæc limit. ſecundum Felin. ibi in tribus caſibus poſitis per eum in. cap. 1. in. 3. fal. de conſtitutio. Primus quando aliquis aſtrinxit ſe conſilijs, vt faciunt profitentes paupertatem, Caſtitatem, & obedientiam, quibus quis obligatur ex ui uoti: ex quo magis ſecundum eum meretur, quam alius non ſe obſtringens. Secundus eſt caſus, quando quis venit contra legem conſilij, ex contemptu, vt ſupra in. 5. limit. Tertius, quando lex continet conſilium reuerentiæ, ut per multa hæc probantur per Felin.
22 ibi. † Septima, & vltima limitatio ſubnectitur ibi in. 3. limit. ut ex ſententia Beati Thomę (ab Abba. ibi comprobata in. quæſt. 186. art. pen. in ſecunda ſecundæ) quis non obligetur ſaltem ad mortale peccatum, quando lex loquitur per uerba communia, vt puta, ſtatuo, uel decerno, uel quid ſimile. Quam limit. tamen impugnat Felin. ibi ſatis apte (ut opinor) eo etiam argumento: quia quomodocunque lex ſit concepta, legis uirtus eſt imperare, vetare, permittere, punire. l. legis. ff. de. ll. quæ equidem, aut ad præceptum, aut ad conſilium, referenda ſunt: & in præceptis omnino obſeruanda eſt lex, ab omnibus, vt diximus ſupra. §. tertio. verſic. Vigeſimoſecundo: at in conſilio non tenemur. & propterea hæc limitatio videtur declaranda ſecundum ſextam cnnc. præcedentem. Octaua declaratio poteſt addi ex dictis per Martin. Laud. tract. de princip. quæſt. 16. ex auctoritate Bald. in. l. quod ex. C. de ope. libe. ut ab omni ſuperioritate principis, intelligatur exceptum ius honeſtatis: & ideo ſi inuitauerit mulieres ſubditorum, non tenentur ire ad trepudium: ſecus ſi cauſa aſſociandi vxorem eius. Nonam declarationem etiam addere poſſumus, in Papa Hæretico, & excommunicato, cuius præcepta contemni poſſunt. cap. 1. 24. quæſt. 1. & arguit Anto. Roſel. in tracta. de poteſt. Imp. ac Pap. §. abunde, nume. 112. & Hoſt. & Ioan. And. in. cap. propoſuit. de conceſſ. præb. & Flor. in. l. ſed & loci. §. 1. ff. ſi. teg. & Martin. Laud.
23 in tract. de princip. quæſtio. 149. † Verum an magis ſit obediendum principi, quam patri, poteſt ſatis apte adduci diſtinctio Io. Lignani in tract. de amicitia. í rub. an patri pluſquàm princip. ſit obed. qui tradit quantũ ad opera ciuilia, in bonum publicum tendentia, magis obediendum principi, quã patri: in operibus autem domeſticis, magis patri, quam principi. Tullius tamen libro primo officiorum, in fin. in gradibus officiorum, hæc recenſetur: primo Dijs immortalibus, ſecundo patriæ (quam locum etiam principis arbitror comperhendere, quia reip. nomine Imperator, ſiue Imperium continetur, vt ſupra. §. tertio. verſic. Quinto) tertio parentibus, & deinceps, quis aſtrictus ſit: Quæ prius apud philoſop. in lib. de virtutibus. ita ſcribuntur. Prima vero Iuſtitia eſt, qua Deo: proxima qua Diuis. Tertia deinde qua patriæ: parentibuſque poſtrema, qua uita iam functis, debitum ſuumque cuique officium præſtamus: de quibus per Alberi. relatum per Martin. Laud. remiſſiue in tract. de princip. quæſtio. 430. & idem ibi, quæſtio. 461. ait. Naſcitur magis reip. aliquis, quam ſibi, & parentibus: & eſt text. in. §. Cauſas. uerſi. ſi eos. in authen. ut cum de ap. cogn. & ſequitur practic. Pap. in for. lib. q. ag. ad res. ſeu. in uer. contra, nume. 5. & Bar. in. l. poſt li. §. filius. ff. de captiuis. Sic ex eodẽ Cicerone, inquit Soci. conſi. 35. uolum. 1. nume. 11. Omnium ſocietatum nulla eſt gratior, nullaque charior: quam ea, quæ eſt in rep. unicuique noſtrũ. Chari ſunt parentes, liberi, propinqui, familiares: ſed omnium charior patria: pro qua quis non dubitat, mortem appetere, ei profuturus. Verum an epiſcopus, uel etiam Papa teneatur honorare, & ſibi præponere patrem ſuum, dicemus inf. libr. 2. cap. 5. §. 3. numero. 70.

SVMMARIVM.

1 *Deus facta, infecta, & iniuſta, non poteſt facere: nedum Princeps: qui tamen poteſt facere, vt habeantur pro infectis.*

2 *Imperator, & Pont. Max. non poteſt iuri naturali, & gentium derogare, & de plenitudine poteſtatis; niſi cum cauſa. nume. 8. quod procedit etiam in Infidelibus: nume. 5. & non tãtum in dominio directo, ſed etiam vtili, vt in feudalibus, nume. 14.*

3 *Imperator non poteſt facere, vt dictum teſtis qui nõ vidit, vel audit, probet.*

4 *Iuris naturalis, & gentium, quæ eſſe dicantur: ibi, quid de teſtamento.*

6 *Chriſtianis poſt aduentum Chriſti, tributa omnis poteſtas.*

7 *Imperator diſtinguendo, & interpretando, non in totum tollendo: ex cauſa rationabili, derogat iuri naturali, & gentium.*

Iuſta cauſa derogãdi iuri naturali eſt, vt puta, fauor publicus, de qua conſtare debet, ibi.

8 *Imperatori ſtatuenti contra ius naturale, & gentiũ ſine cauſa, non eſt obediendum.*

9 *Imperator ex cauſa ſeruitutem inducit, citationem tollit: & obligat bona ciuium, & ſcripturam nõ authenticam probabilẽ facit. & dominium aufert: limita hoc vt nõ poſſit etiam cum cauſa, n. 10. cũ. 2. ſublimitat: & limita, nu. 11. 12. 13. Rurſus limita vt etiã ſine cauſa poſſit aliquem priuare iure ſuo. vt in nu. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 23.*

20 *Senatus Mediolani, rem tranſactam in iudicatum, non ſolet retractare.*

Imperator legitimando: an tollat uenienti ab inteſtato ius adeundi.

Imp. poteſt legitimare filias naturales; etiã ſtantibus legitimatis, & naturalibus; ibi.

DE IMPOTENTIA IMPERATORIS.

CVm multa in ſuperioribus ſint recitata, quę præſtantiam, potentiamque in primis Principis: aliquaque omnino etiam ſe ſe offerãt, quæ Impotentiam eius demonſtrẽt (limitata enim eſt auctoritas eius, & Pontificis, in pluribus ſecundũ Alex. cõſ. 216. vol. 2. in prin. & dixi ſupra hoc. §. 4. in prin. nu. 6. & inquit Bal. in prælud. Feud. nume. 35. licet princeps dicatur omnia poſſe, quædã tamen ſunt, quæ eum non decent) Idcirco illa quæ non poſsit, ex ordine ſubijciamus. Nec mirum, aut abſurdum dicatur, ſi nõ oĩa poteſt Imperator,
1 aut Pont. Max. † cum & aliquid quoque ſit, quod Deus ipſe non poſsit. Nam vt Agatho recte teſtis eſt: Hoc etiam ipſe Deus, ſoloq; carere uidetur, Infectum vt faciat, quod factum eſt, atque peractum: quæ commemorat Ariſt. Ethic. lib. 6. c. 2. & philoſophi more, etiam aliqua exempla ponit Plynius li. 2. c. 7. de Deo: inter quæ, vt ſibi conſciſcere mortem, non poſsit Deus. & Paul. Actnum. c. 9. ut recipitur in. c. ſi Paulus. 32. q. 5. ſicq; non poteſt facere iniuſta, vt ibi in glo. & ſcripſit Bar. in. l. non dubiũ num. 14. C. de. ll. & Dec. in. l. verum. ff. de reg. iur. poſt Soci. conſi. 102. vol. 1. & Alios per eum relatos. Atque minus põt princeps facere, quin iuſtitia reddatur, ſecundum Abb. in. c. quæ in eccleſiarum. nu. 13. de conſtitutio. & per Mart. Laud. in tracta. prin. q. 495. licet princeps poſsit etiam quantũ ad effectus præteritos facere, quod factum pro non facto habeatur ſm glo. no. in uerb. infectis. in cle. 1. de immu. eccl. cum conc. quę adducuntur, in tract. de crimi. læſæ mai. incerto auct. q. 2. nu. 6. etiam p verbũ Reſtituo. Atque poteſt deducere de non eſſe, ad eſſe: ut ſupra verſi. Vigeſimo. nu. 1. Quare di camus ante alia, quod vltra proxime dicta.

IVS NAT. ET GENTIVM NON TOLLIT.

2 VIgeſimooctauo. † non poteſt Imperator, aut Pontifex, iuri naturali, aut gentium, derogare, ut eſt glo. in. l. fi. ubi doct. C. ſi contra ius, vel util. publi. Illa aſsignatur ratio: quia hæc iura ſunt immutabilia, §. pen. cum ſim. inſti. de iur. nat. & tradunt magiſtraliter doct. præſertim Abb. & Felin. col. 13. cum ſeq. & Decius colum. 11. cũ relatis, in. c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. conſuluit Iaſ. conſi. 1. nume. 4. volum. 1. & Soci. atteſtando communem in conſil. 273. nume. 10. volum. 2.
3 † etiam de plenitudine poteſtatis: niſi cum cauſa, teſtis eſt idem Soci. conſ. 59. nu. 13. uol. 3. & Decius conſ. 608. vol. 4. & 689. & dictum eſt ſupra in. §. 3. uerſi. Nono. Hinc eſt quod Princeps, non poteſt facere, vt dictum teſtis, qui reddit malam rationem, & qui non vidit, vel non audiuit, probet: quia per naturalia deponere debet, ut docet Bald. in. l. ſi nõ ſpeciali. C. de teſta. ſequitur Mart. Laud. in tract. de prin. q. 350. Hinc eſt etiam quòd princeps, per uiã diſpenſationis, non poteſt ſtatuere ſuper defectu iudicij naturalis, vt poſt Innoc. & Bal. tenet Decius in. l. fœminæ. §. impuberes, nu. 3. ff. de reg. iur. Sicq; non diſpenſat, vt tales, ciuilibus officijs vtantur: vt notarij, teſteſq; & cętera, eſſe poſſint. His ſimile eſt, vt dicamus Papam, & principẽ, non poſſe facere contra ſubſtantiam rei, vt tradit Ant. Roſel. in tract. de concil. in rub. Pont. an poſ.
4 diſp. ſup. vol. con. nu. 14. † Quæ aũt ſint de iure naturali, & gentium exploratum eſt in. l. 1. §. ius naturale, uſque ad. l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur. ubi per doct. & generaliter tradit Bart. in. l. digna uox. C. de. ll. quẽ ſequit̃ Iaſ. cõſ. 1. col. 6. in prin. pacta eſſe de iure gentium. Vidi tñ Imperatorem, ex ſnĩa Senatus Mediolani, aliqñ tollere pacta caducitatis, inducta ob ceſſationẽ ſolutionis, quod ur̃ non poſſe fieri, ut ſupra. hoc. §. uerſi. 23. Sic citatio eſt de iure naturali, & gentiũ, ut dictum eſt ſupra. §. 3. uerſ. Decimonono. nu. 3. quæ non põt tolli niſi ex cauſa, licet cauſa ẽt ſit ciuilis, ut ibi. Sic quoq;, ueritatis ꝓquiſitio eſt de iure gentium. ut s̃. §. 3. uerſi. Decimooctauo. in fi. Sic probationes ſunt de iure diuino. ut s̃. §. 3. uerſ. 19. nu. 4. Sicq; & defenſio in criminalibus de iure naturali, & diuino ẽt dicitur, quæ per principẽ non põt tolli. Hip. Marſ. late in. l. unius. §. cogniturũ. nu. 38. & ſeq. ff. de quęſt. & dicemus inf. in. c. 9. §. 3. in rub. de ꝓcedẽdo ante diffinitiuã. nu. 4. Sicquoq;, teſtamentũ originaliter eſt de iure gentium, vt docet Bar. in. l. interdum. ff. de cond. indeb. ſequit̃ Alex. conſ. 2. nu. 20. uol. 1. ac teſtat̃ Decius conſ. 357. nu. 5. uol. 3. teſtamentum quoad ſubſtantiã eſſe de iure gentium: quo ad ſolemnitates eſſe de iure ciuili. Ampliat hanc concl.
5 Decius in dict. cap. † ut habeat locum etiam in paganis, & infidelibus, ſecutus Abb. ibi, & Innocen. alibi. Quod ſentit etiam Martin. Laud. in tract. de principibus. quæſtio. 101. quia non debent offendi nec in perſonis, nec in rebus. c. ſicut §. fi. de iudæ. & l. Chriſtianis. C. de paga. & licet Decius ini bi allegando Barthol. in dict. l. Chriſtianis, & Oldrad. conſi. 72. aliter in Sarracenis concludat: nihilominus opinio ſua non ur̃ abſolute procedere, nam etiam illis, & alijs ſimilibus nationibus, uidentur omnino regulariter ſeruanda iura naturalia, & gentium, ubi recognoſcant Imperatorem in dominum orbis, prout tenentur, ut ſupra explicauimus. in. §. 1. uerſic. Orbem, cum omnia bona particularium dicantur eſſe tantum principis, quo ad uniuerſalem iuriſdictionem, & protectionem, ut ibi, & per Felin. column. 10. ubi ſupra. Vbi uero non recognoſcant Imperatorem in dominum orbis, & illi non obediãt, ad id cogendi ſunt: non ſolum ipſi Sarraceni; ſed etiam omnes aliorum infidelium nationes. Datur enim Imperatori actio, & uendicatio, ut poſt Hoſti. & Innoc.

tenet

tenet Abba. in. cap. quod ſuper, numero. 10. de
uoto, in hac re prope opin. incaut. Hinc inquit
Cald. conſ. 1. col. 3. in tit. de treug. & pace. Bellum
eſſe licitum cõtra Hæreticos, & infideles, qui ſunt
diſſidati iuris. Immo illi non obedientes Reges,
quicunque ſint, dicuntur committere contra le-
gem naturalem: cum ipſe, & Papa ſit pater om-
nium: & ideo puniendi ſunt, ut in dict. uerſic. Or
bem nume. 3. & propterea hoc caſu iura naturalia,
& gentium, iure merito tolluntur. Immo aptius
dicere poſſumus, hæc iura, contra tales Reges infi
deles exerceri, ſi bellum eis indicatur: ut in pote-
ſtatẽ Imperatoris redigantur. d. l. ex hoc iure. ff.
de iuſt. & iur. ita ut deinceps quo ad priuatos Re-
gum Ius naturale, & gentium, regulariter ſeruetur,
nec aliter Oldrad. & Bart. intelligendos credide-
rim, † cum præſertim Oldrad. adducat per aduen-
6 tum Chriſti, tranſlatam omnẽ poteſtatem in Chri
ſtianos. † Limitatur, & declaratur primo, & princi-
paliter illa concl. ex reg. affirmatiua, & altera ne-
gatiua, poſita per Felin. & Dec. in d. c. quæ in ec-
cleſiarum, & ut ſupra hoc. §. in uerſic. Quarto. ut
non habeat locum quãdo ex cauſa rationabili mo
ueretur princeps de plenitudine poteſtatis: diſtin-
guendo, & interpretando: non in totum tollendo
ſecundum doct. ibi præſertim Felin. dict. col. 9.
&. 19. & Dec. d. col. 9. &. 11. quæ in dubio præſu-
mitur iuſta in principe ut per doct. ibidem maxi-
me Abb. Felin. & Dec. qui late hoc declarant col.
22. & col. 12. de quo dixi latius ſupra. uerſi. 24. Iu
ſta quoque cauſa, ſeu legitima, eſt fauor publicus,
ut per Felin. ibi columu. 10. per text. in. l. item ſi
uerberatum. ff. de rei uendic. & aliæ cauſæ, ut teti-
gi ſupra dict. uerſi. Quarto, & ut ibi dixi de cau-
8 ſa conſtare debet. Qua de re, † ſi ſine cauſa mo-
ueatur Imperator, aut alius princeps, nec in
foro conſcientiæ, nec in foro ciuili ei eſt obe-
diendum, dictum eſt Innocent. in. cap. quia pleri-
que. ante ſi. de immu. ec. quem ſequitur Felin. dict.
col. 9. Ex quibus conſtat male ſenſiſſe Ang. in d. l.
item ſi verberatum, qui omnino teneat Imperato-
rem nulla ſubſtente cauſa, de plenitudine poteſta-
tis, poſſe ſtatuere contra ius naturale, & gentium:
ſicque poſſe auferre dominium alicui, & contra-
rium ſentientes, mentiri. Nam ſecundum Feli. ibi
* col. 14. communior * & rationabilior eſt opi. con-
tra Ang. & conſuluit Dec. conſi. 689. num. 13. li-
cet Dec. col. 10. &. 11. videtur eum defendere, ſo-
luto precio, & plenitudine poteſtatis interuenien
te: & propterea ex hac limit. aſſumpta ex dicta reg.
affirmatiua, cum ad multa, tum ad illa ſecundum
9 dicta doct. poteſt fieri illatio, † ut princeps certo
caſu, ſeruitutem inducat contra libertatem, quæ
eſt de iure naturali: & citationem tollat: & bona
ciuium, ſi contrahat, obliget, ſingulorum, pro ob-
ſeruantia contractus, vt & communitas poteſt, ſe-
cundum Bart. in. l. ciuitas. ff. ſi cer. pet. vt eum de-
clarat, ad propoſitum noſtrum, cum cauſa, Anto.
Roſel. in tract. de concil. in rub. Pontifex an con-
tra iura natur. nume. 41. cum ſeq. cum contra Bar.

teneret Salicè. ibi per eum relatus. Item ſi ex ma-
gna cauſa ſtatuat, vel diſpenſet, quod exemplum,
vel ſcriptura non authentica probet, in præiudi-
cium tertij ſecundum Felin. in. cap. 1. in princ. de
fid. inſt. ac dominium alicui auferat, illudque etiã
alteri attribuat. Quod limitat & declarat primo Fe
lin. ibidem col. 11. nume. 21. & Decius d. col. 9. cũ
10 relatis. † dummodo ſoluat precium rei illi, cui eã
auferi: & conſuluit Iaſ. conſ. 46. uolu. 3. col. 3. ſed
hoc ſublimitat Decius inibi dupliciter: primo niſi
cauſa propter quam res auſertur, habeat in ſe cul-
pam, & delictum eius, cui res auſertur: ut in preſcri
ptione, & confiſcatione bonorum. Secundo niſi
per viam legis generalis alicui tolleretur domi-
nium, ſecus ſi particulariter dominium auſere-
11 tur. † Secundo limitat, & declarat Felin. & Dec.
ibi, ut ceſſante cauſa priuationis, princeps reſtitue
re debeat rem ablatam, ſi reſtitui poteſt: quæ per
multa exempla docet Felin. & conſuluit Soci. con
ſil. 164. num. 10. volum. 3. Et hic conuenire vide-
tur exemplum, vt princeps qui ob bellum accepit
Caſtrum alicuius ſui Vaſalli, exiſtens in confini-
bus hoſtium, pro ſecuritate ſtatus (quod poteſt
facere) finito bello, debet eum reſtituere, etiam
non habita ratione expenſarum. vt per Martin.
Laud. in tract. de Caſtel. & Caſtris. quæſtio. 6 † Ter
tio declarat, & limitat Felin. ibi col. 12. num. 23.
Dec. colum. 9. ut princeps, ſeu habens iura princi
pis, poſsit cum cauſa, ſubiecto auferre rem ſuam,
ſecus autem non ſubiecto, ut addo etiam Soci. d.
conſil. 164. nume. 9. & per multa itidem exempla
13 oſtendit Felin. Quarto † limitat, & declarat Fe-
lin. ibi nume. 25. vt habeat locum hæc conclu. in
Principe, non autem in inferiore a Principe, niſi
ſpecialiter hæc concedantur inferiori, per Princi-
pem: uel niſi concedantur ei qui perpetuo conſti
tuitur princeps alicuius prouinciæ: vt ſunt Reges
Duces, & ſimiles, qui ex priuilegio inueſtituræ, a
Pontifice, vel Imperatore, conſequuntur omnes
prerogatiuas ſibi reſeruatas: ut in Duce Mediola-
ni, tradit Felin. locutum Pan. de Caſtr. conſi. 225.
incip. in Chriſti, ad primum. circ. fi. quod dicit an-
reum notandum. Declarat tamen Felin. ut ibi per
eum. Quinto poteſt (vt opinor) hic aptius con-
uenire, declaratio ultima poſita per Felin. in dict.
cap. quæ in eccleſiarum, colum. 14. &. 19. in reg.
negatiua, ut ſcilicet princeps in præiudicium veri
domini, poſsit cenſeri confirmare donationem,
ab eo alteri factam, ſi poſsidet rem alienam, cre-
dens eſſe ſuam, & eam donet vt ſuam: & ſic uide-
tur adeſſe quædam cauſa, de quibus per Felin. ibi
column. 14. cum ſequen. Sexto videtur etiam hic
aptius conuenire, quod ponit Felin. ibi colum. 20.
verſic. ſecundo nota, vt princeps, vel populus,
* habens iura principis, poſsit inire pacem cum ho
ſtibus, paciſcendo quod de damnis hinc inde da-
tis, non fiat per ſubditos quærela, ubi aliter pax ha
beri non poſsit, quam per remiſsionem damnorũ,
ut etiam legitur apud Decium conſil. 520. num.
4. uolum. 3. & in feudi materia, pro bono pacis

Iaſ. conſ. 233. & 236. in vol. 2. & conueniunt di-
cta Hip. Marſilij in. l. j. §. cum quidã. ff. de quæſti.
& Martin. Laud. in tracta. de crimin. læſ. Ma. qui
tradit ex ſententia Bar. in. l. quæcunque. C. de ſid.
inu. & iu. haſ. fiſ. libr. x. propter publicam vtilita-
tem, puta ob bonum pacis, concedi, vt bona rebel
lium empta reſtituantur. Secunda principalis li-
mitatio ad hanc concluſionem, aſſumitur per Fe-
lin. colum. 15. & Dec. col. 21. in d. c. quæ in ecc.
ex reg. negatiua per ipſos poſita, ut ſcilicet Prin-
ceps, & Pont. Max. non poſsit ſine cauſa priua-
re aliquem iure ſuo. Quod ampliatur procedere:
14 † non ſolum in Dominio directo, ſed etiam vtili
ſecundum Bart. in. l. 2. C. de fund. patr. lib. xi. & ſe-
quitur Felin. ibi colum. 20. verſi. Demum, cum re-
latis. Exemplum ponitur in Feudo, quo princeps
alium priuare non poteſt ſine cauſa. cap. 1. de na
tu. feu. ut & per Decium ibi col. 17. & per Iaſ. con
ſil. 1. nume. 4. uol. 1. & Dec. conſil. 544. nume. 15.
& conſil. 606. nume. 8. uol. 4. & dixi ſupra uerſi.
Octauo. in uer. in hac. ubi idem dicitur in dignita-
tibus. Poteſt etiam poni exemplum, ut non inter-
uertat poſſeſsionẽ alicuius de plenitudine poteſta-
tis, ut tradit Bal. in. l. 2. q. 6. C. de ſeruit. & aq. Li-
15 mitatur, † inquam, ut in beneficialibus priuare
poſsit etiam ſine cauſa, pro libito uoluntatis, alle-
gant text. in. c. 2, in prin. de præben. in. 6. & cle. 1.
ad fi. ut lite penden. & alia plura: ut & per Socin.
conſi. 87. nu. 21. & conſi. 100. nume. 20. uol. 4. &
tradit Iaſ. in. l. ſi reus. nu. 17. & ſeq. ff. de pac. & per
Caſſado. in decíſ. rotæ. deciſ. 3. in titu. de præben.
nu. 24. & illam aſsignant rationem, quia dominiũ
rerum eccleſiaſticarũ, proprie loquendo, non eſt
apud aliquã eccleſiam, ſed apud Chriſtum; cuius
Papa eſt uicarius, cum omnimoda poteſtate in ter
ris, ut & per Alex. conſi. 209. nume. 4. uolum. 6. &
Corn. conſ. 90. num. 9. vol. 4. & Soci. conſ. 13. nu-
me. 34. uol. 1. & conſ. 266. nu. 46. uol. 2. & Dec. cõ
ſil. 436. unde auferendo rem alicui particulari ec-
cleſiæ, potius dicitur auferre adminiſtrationẽ, quã
dominium. c. 2. de donatio. ſicq; infertur, Princi-
pẽ. i. Pontificem, inter alia, poſſe deponere epiſco
pũ ſine cauſa, non tñ epiſcopos omnes, glo. ſing.
in. c. per principalẽ. 9. q. 3. & per Abb. in. c. tranſla
to. nu. 3. de conſt. & Mart. Laud. in tract. de princ.
q. 164. quam tñ aliter intelligendã Feli. ibi cõme-
morat docere Card. conſ. 141. ſanctiſsimus: ita ut
Pontifex non poſsit priuare aliquẽ beneficio ſine
cauſa, licet diſpoſitio plenaria beneficiorũ ſpectet
ad eum: quæ debet intelligi, ut euitetur inconue-
niens, ne alicui fiat iniuſtitia: & pro hac parte mul
ta Feli. inibi adducit: tranſire tñ uidetur abſq; ali-
qua ſua comprobatione ſiue in hanc, ſiue in illam
partẽ: ſolum affirmans, Pontificẽ, licet alioquin re
ſpectu beneficiorũ habeat latiſsimam poteſtatem,
non poſſe tñ auferre bona unius eccleſiæ, & dare
alteri, ſine cauſa: eumq; mortaliter peccare, ſi uult
res eccleſiaſticas conſumere in turpes uſus, uel da
re conſanguineis, ut eos diuites reddat. Sed idem
Felin. in. cap. cum olim. 1. col. pen. de re iud. dicit

ſe reprobaſſe illã glo. in d. c. quę in eccl. de prædi-
ctis multa adducit Catel. Cotta in ſuis memorali-
bus. in uer. Papa auferens: nihil tñ certi affirmans.
Decius tamen abſolute ibi tenet, ſine cauſa poſ-
ſe Pontificem in Beneficialibus, & ſic ius quæſi-
tum alicui eccleſiæ auferre, per multas auctorita-
tes, ut per ipſum conſi. 341. & Socin. conſil. 266.
nu. 46. uolu. 2. & conſi. 87. nu. 21. uolu. 3. Sed hæc
opi. uidetur mihi maxime periculoſa, & iniqua,
quia inde iniuria naſceretẽ, præſertim, & abſurdius,
in ſupremo principe, vnde iura, & iuſtitia ortum
habere debet l. meminerint. C. unde ui. c. qualiter
& qñ, de accuſat. Nã & Pontifex max. ſolũ Deũ ha
bere debet præ oculis, ut ueritas, & iuſtitia præfer-
atur. c. 1. de re iud. in 6. Decius conſi. 699. nu. 2.
uol. 4. eſt. n. uiuus fons iuſtitiæ, teſte Socin. conſil.
264. nu. 5, uol. 2. In hac limit. aũt ſubnotare poſſu
mus, Papã nolle onerare fructus beneficiorũ, niſi
id agat ex certa ſcientia, ut tradit Caſſad. in deciſ.
Reg. Cancel. in tit. de penſion. deciſ. 4. num. 6. qui
ibi deciſ. 3. nu. 2. etiam ponit, non præſumendum
in dubio velle onerare beneficium duplici onere.
16 † Tertia limitatio, & declaratio ſecundũ præfatos
Doct. eſt, ut princeps ſine cauſa poſsit auferre do
minium alicui, occaſionatiue, non tamen certitu-
dinaliter. Exemplum eſt, ſi cogat aliquos ad com-
promittendum ſuper iure ſuo, ut dicitur in. c. cum
inter. R. de electio. & hæc limitatio nullam vide-
tur habere apud ſcrib. uel modicam ambiguita-
17 tem. † Quarta limitatio, & declaratio eſt, quia
licet Papa non tollat ius quæſitum alteri, a iure
naturali, ſine cauſa: tamen vbi illud ius uenit
tanquam acceſſorium ad ius eccleſiaſticum, in
quo Papa habet pleniorem poteſtatem: poteſt
ſublato principali, etiam tollere acceſſorium,
quod per ſe alias non tolleret, ut per Felin. ibi col.
17. uerſi. tertia ex ſententia Innoc. in c. 2. de no-
18 to. † Quinta Limitatio, & declaratio eſt ut ſine cau
ſa poſsit princeps lædere aliquẽ, modica læſione,
vt ibi per docto. præſertim Abb. & Felin. col. 18.
uerſi. Quarta, & Decium colum. 12. uerſic. quar-
tus. Exemplum ponitur, vbi princeps dat debitori
dilationem, ut interim non poſsit conueniri a ſuis
creditoribus. Decius tamen concludit hanc limi-
tationẽ procedere, quando conſtat de mente prin
cipis per text. allegatum in l. quotiens. C. de præc.
imper. offer. ſecus eſt in dubio, quia non præſu-
mitur princeps uelle præiudicare per glo. in cap.
cum olim, in uer. ſine præiudicio, de conſuetud. &
de hac limitatione uide ſupra hoc. §. 4. uerſic. Vi-
geſimotertio. † Sexta limitatio, & declaratio eſt,
ut princeps ſine cauſa poſsit alicui auferre do-
minium, uel ius acquiſitum, de iure ciuili: velu-
ti ex præſcriptione: quam poſſe tolli, cum clau-
* ſula, Non obſtante, teſtes ſunt communiter* ſcrib.
Barto. & alij in auth. quas actiones. C. de Sac. Eccl.
quos ſequit Io. Franc. Balbus in tracta. de præſcri-
ptio, in. 5. parte. q. ntę principalis. uerſ. Octano q-
ro: Limitat tñ ipſe, ut pcedat in futura, nõ in pteri
ta præſcriptione, qa eſſet auferre ius quęſitũ cõtra
naturalem

naturalem æquitatem, uel ex ſententia, uel ſi princeps ex uoluntate ſua fuit in cauſa, ut aliquis acquireret aliquod ius, uel dominium: nam eadem re poteſt illum ſola uoluntate priuare, ut puta auferendo rem donatam, ut ſcripſit Felin. in d.c. quæ in ecci. col. 18. & ibi Decius col. 12. auctoritate Bal. & aliorum, & per Iaſ. conſ. 1. nu. 4. uol. 1. & Corn. conſ. 90. nu. 4. uol. 4. & faciunt dicta ſupra uerſ. Tertios Attamen ex opi. ang. tradit ibi Felin. peccare mortaliter Principem hoc caſu: ſentiet etiam Alex. conſ. 2. num. 47. uol. 1. & ideo Aymo
✻ Crauetta in conſ. 7. num. 10. communem * opin. eſſe contra hanc limitationem per plura, teſtatur. idem tenet conſ. 103. num. 3. & conſ. 135. nu. 20. &. 22. & conſ. 172. num. 3. ubi magis communem atteſtatur. Et ex hac limitatione infertur ſecundum. Fel. ibi, poſſe Principem ſine cauſa, legitimando ſpurium, uel aliter auferre hereditatem illi, qui non ex teſtamento (quæ acquiſitio eſt de iure gentium, ut in prin. huius dicti:) ſed per aditionem ab inteſtato eam acquiſiuit: quia talis acquiſitio ſit inducta ex iure ciuili. Verum tamen hæc declarat ibi Felin. ut ius adeundi ab inteſtato poſsit tolli, non autem dominium iam acquiſitum, & quando dominium eſt acquiſitum auxilio legis: ſicque in effectu tenet contra hanc limitationem: quia uidetur concludere, dominium eſſe de iure gentium, licet modus acquirendi ſit de iure ciuili, in dictis caſibus: tamen Decius ibi aliter ſentit, quam Felin. Soci. uero conſ. 120. nu. 6. uol. 3. dicit quod multi tenent, quod ſine cauſa, etiam poſt aditam hæreditatem, poſsit fieri talis legitimatio, ſed non firmat: uerum poſt aditam, & apprehenſam, nullo
✻ modo poſſe ex communi * opi. doct. conſuluit: Crediderim ego adhærendum eſſe opi. Felin. quum ex omni æquitate, tũ ex iure: nam uidetur maxime iniquũ, ut Princeps priuare poſsit ſine cauſa illum re ſua, qui eam acquiſiuit iure medio, licet ciuili: qui ſolum Deum debet habere præ oculis, ut ueritas, & iuſtitia præſeruetur: & qui eſt uiuus fons iuſtitiæ, cum & iniuria inde naſceretur, unde iura naſcuntur, ut proxime dixi num. 15. & quia Princeps incideret in peccatũ mortale, ut ſupra, a quo omnino cauere debet, ne infidelis, & impius cenſeatur: nam licet ſolutus ſit lege fori, nõ eſt tamen ſolutus lege poli, ut ſupra. §. tertio. uerſ. Septimo: quo circa etiam ſi conſideremus. l. in rem. in prin. ff. de rei uendic. ubi exprimatur, dominium acquiri iure gentium, aut ciuili, ut arguit Decius: dari tamen rei uendicationem uniformiter ex hac, & illa acquiſitione, tradit ibi tex. ſicque æquiparat hoc dominium per uiã regulæ, ad hoc, ut detur rei uendicatio. Vnde ſuccedit quod quando ſunt duo caſus æquiparati per modum regulæ, diſpoſitum in uno, cẽſetur diſpoſitum in alio. l. ſi quis ſeruo. ubi Bar. poſt glo. C. de furtis, cum ſim. Corn. conſ. 124. num. 9. uol. 1. ergo illud quod diſponitur in dominio acquiſito de iure gentium, quo non poteſt princeps aliquem priuare ſine cauſa, idem dicendum eſt in dominio acquiſito de iure ciuili: &

20 ideo in hoc Dominio Mediolani ſemper † obſeruatum uidi per Carolum. V. Imperatorem, apud Senatum ſuum, ut ubi agatur de re, & ſentẽtia, quę tranſiuit in iudicatum, nullo pacto concedi retractationem, ſine cauſa. Facit dictum Ab. in. c. in cauſis. col. 2. de re iud. ubi ponit, Papam non poſſe diſpenſare ſuper ſententia, ſine cauſa; ſed Iaſ. poſt Ang. & alios per eum relatos in. l. cauſas. col. 1. &. 2. C. de tranſac. ſaltem cum clauſula, Non obſtante, tradit Papam derogare ſententiæ, quæ tranſiuit in iudicatum, ſi reſcribat alicui quod iuſtitiam faciat, ſuperq; ſupplicatione partis, quæ narrauit ſententiá contra ſe latam, & trãſactam in iudicatum: quia ſententia, correctione digna, poſsit reuocari: Hocque uidetur ampliari poſſe per ea quæ conſuluit Fed. de Senis conſ. 235. iuxta not. in. c. expoſita. de arbit. ut etiam reuocari ſententia arbitramentalis, etiam lata per laicum, quando non recognoſcit ſuperiorem, de facto ſaltem poſsit per Papam. Felin. tamen ibi ſubnectit, ut prædicta procedant, quando dominium eſt iam acquiſitum auxilio legis, ſecus ſit, quãdo lex dedit modum acquirendi dominium, & ipſum modum tollit Princeps ſine cauſa, antequam quis dominium acquiſierit, quod fieri poſsit. Veluti ſi legitimando tollit uenienti ab inteſtato ius adeundi, quod eſt de iure ciuili. l. lege obuenire. ff. de uerb. ſig. quodque dicitur non eſſe in bonis noſtris. l. præcia rerum. circa med. ff. ad. l. falcid. quæ cum in Principe pariter uideantur iniqua, & non ſine peccato ut ſupra; ualde dubitari poſſe arbitror, licet doct. aliter ſentiant; ſcilicet Alex. conſ. 2. num. 46. uol. 1. quando non eſt adita hæreditas per agnatos. Immo etiam extantibus filijs legitimis, & naturalibus, de plenitudine poteſtatis, poſſe Principem legitimare filios
✻ naturales, teſtatur eſſe communẽ * opi. doct. idem Alex. conſil. 187. num. 11. uol. 5. & Soci. conſ. 87. num. 20. uol. 3. qui tradit, Principem abſque citatione poſſe tollere ius quod eſt in ſpe, non in re, ut in legitimatione, & per Deci. conſ. 357. num. 4. & 393. num. 4. uol. 3. de qua legitimatione plenius diximus ſupra hoc. §. uerſ. Vigeſimo. num. 1. &. 6. Nam ſuppoſito quod tale ius non ſit in bonis noſtris effectualiter: quia bona: ex eo dicta ſint naturaliter, quia beẽt, & proſint. l. bonorum. ff. de uerb. ſig. nihilominus aliquo modo uidetur dici poſſe in bonis noſtris, ſaltem ciuiliter: ex quo nobis datur actio, & petitio, & perſecutio d. l. bonorum. & per Corn. conſ. 49. &. 55. uol. 3. immo quod plus eſt, tale ius adeundi, uel deliberãdi tranſmittatur. l. cum antiquioribus. C. de iure delib. & exprimit glo. in d. l. præcia: ſicque ad propoſitum noſtrum inquit Iaſ. Fideicomiſſarium uniuerſalem habere ius ſaltem quærendum, quod tranſmitit, etiam ante reſtitutionem ſibi factam in. l. cum filiofa. nu. 112. cum ſeq. de leg. 1. infertque quaſi nobis eſſe quæſitum, & in bonis noſtris, per doctri. Bar. in. l. qui duobus. ff. de reb. dub. nec obſtare tex. in d. l. prę cia rerum. quia poſſumus concedere, ut quis propter ius adeundi hæreditatem, non dicatur locupletior,

pletior, ea non acquiſita: at quod illud ius non dicatur aliquo modo in bonis noſtris ut ſupra, hoc negatur: nec hoc pacto exiſtimauerim, Principem
21 rectius alicui tale ius abſtuliſſe. † Septima declaratio, & limitatio ſecundum Felin. ibi col. 9. eſt, ut Princeps poſsit rem communem cum alio, etiam diuiſibilem, & Socij partem uendere pro libito, ſine cauſa, ſoluto ei precio. l. 2. C. de com. re. alien. & per alia plura: ſubdens tamen idem eſſe æquum, ut Princeps uenditurus, prius requirat conſortem rei; & eum præferat, ſi tantum dabit, quãtum alius.
22 † Octaua declaratio aſſumitur ex dictis Felin. in d. c. quæ in Eccleſ. col. 20. uerſ. tertio nota. ut etiam ſine cauſa, ſtatuentes poſsint alium priuare quæſitis, iure naturali, qui ſit de ſtatuentibus uere, uel interpretatiue, ſalua conſcientia: ſecus ſi non ſit de ſtatuẽtibus, per dicta Io. And. in. c. fi. de immu. Ec. in. 6. exempla ponuntur ſi ſtatutum eſt; ut ſeruetur certa forma in alienatione rei, alias contractus nõ ualeat, & res applicetur fiſco. Vel ſi ſtatutum dicat; quod in cauſis procedatur de plano, ap-
23 pellatione remota. † Nono declaratio aſſumitur hic ex uerbis Decij in d. c. quæ in Ecc. ut ſine cauſa Princeps poſsit reuocare priuilegium ab eo conceſſum, auctoritate glo. fi. in. c. de cætero. de reg. iur. in. 6. & Ang. & Alex. quibus addo copioſe Iaſ. in conſ. 1. num. 4. uol. 1. de quibus abunde ſcripſimus ſupra hoc. §. Quarto. uerſ. octauo.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, & Papa, non poteſt tollere in totum, ius diuinum.*

2 *Imperator ex cauſa expreſſa, poteſt limitare & interpretari ius diuinum. remiſſiue*

IVS DIVINVM NON TOLLIT.

1 Vigeſimonono, † non poteſt Imperator. & Pont. Max. in totum tollere ius diuinum, cõſtitutione, uel reſcripto: nec cõtra Euangelium, & uetus teſtamentum, diſpenſare: quia inferior non debet uiolare iura ſuperioris, & quia
2 ius diuinum eſt immutabile. † Limita autem, & interpretare, ex cauſa expreſſa, poſſe ius diuinum, ſatis conſtat, ex his quæ abunde dicta ſunt ſupra hoc. §. quarto. uerſic. quinto. & dicemus inf. lib. 2. c. 1. §. 4. uerſic. Decimo.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, ſeu Princeps non põt alienare bona; ſed debet reuocare alienata, & iura dignitatis; nec regalia, & nec ciuitates, nec Caſtra, num. 3. etiam cum iuramento: nec pignorare, nec teſtando diſponere, nec Regnum in dotem dare, nec filios diſtrahere, licet obſides dare poſſit.*

Princeps vt adminiſtrator cenſetur. ibi.

Fama probãtur antiqua dominia, & regna Principum.

2 *Imperator, ſeu Princeps, non poteſt ſubijcere Regnum ſeruituti.*

4 *Imperator poteſt alienare iura dignitatis, & ciuitates, & regalia num. 6. quando non adeſt enormis læſio; Declara ſi adſit conſenſus ſubditorum. num. 13. & clauſula, Motus proprij, vel Certæ ſcientiæ. num. 14.*

5 *Iuriſdictiones ſupremæ ſunt ſacrum ſacrorum.*

7 *Bonorum appellatione, continentur ea quæ beant.*

8 *Rei appellatio eſt generalis, vt ſub ſe continet omnem ſpeciem, &c.*

9 *Regalia ſpecialiter alienari tantum, conceduntur.*

10 *Feudorum conceſſio valida, dum grauiter non lædat iura dignitatis. indiſtincte tamen ſolita infeudari, conceduntur. num. 11.*

12 *Alienari res prohibita, ſemel facta alienabilis: ſemper remanet alienabilis.*

15 *Imperator poteſt alienare iura dignitatis, ſi fiat pro eius vtilitate.*

16 *Imperator ſi immoderate alienat prohibita alienari, an præſcriptio currat.*

DIGNITATIS IVRA NON ALIENAT.

3 Trigeſimo loco, † Imperator, Pontifex, Rex, aut alius Princeps, non poteſt alienare bona, & iura dignitatis, cuius illa ſunt, & non propria ipſius Principis, qui ut adminiſtrator cenſetur. c. non liceat Papæ. ubi Archid. 12. q. 2. & c. intellecto. ubi Abb. no. de iureiur. & Martin. Laud. in tract. de princip. q. 128. & q. 143. & Felin. in. c. conſtitutus. col. 10. in uerſ. dominium. de reſcrip. unde ſecundum Abb. ibi, hinc eſt quod diuiſio Regni, aut alterius dignitatis, non fit poſt mortẽ defuncti Principis, inter filios: ac ut inquit Bal. in ti. de pace Conſt. in uer. amplius nu. 89. nec per contractum, nec alio modo, poteſt Princeps regalia alienare, aut diminuere, in præiudicium etiam ſucceſſorum: ſequitur Iaſ. in uſibus Feud. num. 80. poſt Mart. Laud. & facit quod dixit Ant. Roſel. de poteſ. imp. ac Pap. §. ſecũdo. car. 14. Imperatorem nõ poſſe ſcindere Imperium: & propterea non ſolum poteſt, ſed debet Princeps reuocare alienata ſecundum Abb. ibi. Hocque uidetur in tantum procedere, ut etiam aliquo modo, pro aliqua neceſsitate, etiam cum iuramento, non concedatur alienatio, ut in d. iuribus, & firmat Bar. ubi Alex. in l. prohibere. §. plane. ff. quod ui aut cl. atque tradit Fabian. de monte in tract. de empt. & uendit. 4. q. princip. num. 11. Iuriſdictiones, & merum, & mixtum Imperium, non poſſe uendi, per plura: licet conſuetudo aliter obſeruet: immo nec poteſt obligari, niſi ex cauſa neceſsitatis, ſecundum Bar. in. l. ti is qui. §. fi. ff. de pigno. ſequitur Martin. Laud. in tract. de principibus. q. 304. diſtingue tamen ſecundum Bar. ibi. quem etiam ſequitur Felin. in. c. ad audientiam. col. 3. de præſcript. Similiter non poteſt Imperator, aut Papa de rebus Imperij aut Eccleſię diſponere teſtãdo, ut per Martin. Laud. in eo.

eo trac. de princip. q. 13. Item non poteſt regnum
alienari, nec in dotem dari, ut memorabiliter col-
ligit Paris, Put. in tract. de duel. §. duo reges. in fin.
lib. 7. & Mart. Laud. in tract. de princip. q. 176. un-
de infert non eſſe illud in adminiſtratione uiri, niſi
quatenus Regina permittit. Quare exemplificat, ſi
Regina Apuliæ nubat, Maritum nõ effici regem,
ſed corruſcare radijs uxoris. per doctr. Bal. in. c.
Rodulphus. de præſcript. Quod facit ad Matrimo-
nium celebratum, inter Philippum Caroli. V. Imp.
filiũ, qui hoc anno, qui agitur. 1553. duxit in uxo-
rem Mariam, Reginam Angliæ, poſt defunctum
Henericum. VIII. eius patrẽ, & Regẽ: & mox Fra-
trem eius, prius in regno ſucceſſorem: qui Odoar-
dus appellatus eſt. Non poteſt pariter Princeps fi-
lios uendere, donare, aut pignoris iure, uel alio
quolibet modo, in alium transferre. l. 1. & 2. C. de
patrib. qui fil. diſt. ubi doct. præſertim Bal. Vſurpa
tum eſt tamen, Princepes poſſe obſides dare. ut in
glo. d. l. 2. ubi Bal. & ſequitur Martin. in d. tract. de
princip. q. 428. ubi. q. 144. tradit per antiquam
formam, probari antiqua dominia, & regna Prin-
cipum, per Bal. in. l. proprietatis. C. de probat. &
2 alibi. † Hæcque concluſio compræhendit etiam, ut
Princeps non poſsit ſubijcere regnum ſeruituti,
allegatur tex. in d. c. intellecto; & in. c. dilecti. de
maio. & obed. ut per Oldrad. conſ. 231. in fi. &
Martin. Laud. in d. tract. de principibus. q. 56. &
Corſetum in trac. de poteſ. reg. in. 5. parte nu. 61.
Hocque recte uidetur admittendum, quia ſeruitus
eſt ius quoddam prędio inhęrens, ipſius utilitatem
reſpiciẽs: & alterius libertatem, ſeu ius diminuens.
ut no. per Bar. in. l. 1. ubi doct. ff. de ſeruitu. Subiun
gere hic etiam poſſumus, ut propter debitum Prin
cipis, Marchionis, & Comitis, creditores non poſ-
ſint accipere inſolutũ res, ſed reditus. ut per Mart.
d. tract. de princ. q. 290. Veruntamen Archid. ibi
uidetur declarare d. tex. in. c. non liceat, in hunc
modum: ut non remoueatur, quin Papa poſsit ſta-
tuere, & inuenire nouũ caſum alienandi, ſed oſten
dit alienationẽ alijs prohibitá, Papæ non licere.
Sicut enim eſt peccatum in alijs, alienare res Eccle
ſię, ſine utilitate, & ſine cauſa rationabili, & hone-
ſta; ita, immo multo magis & in Papa, qui mortali-
ter peccat, ſi uult res Eccleſiaſticas conſumere, in
turpes uſus: uel dare conſanguineis, ut eos diuites,
præ alijs faciat: uel ut ipſi inde conſtruant palatia,
& alia ſimilia; & dicta Archid. proſequitur Bal.
in. l. pen. C. de bon. quæ lib. & Mart. Laud. de con
fęd. princ. q. 15. & meminit Felin. in d. c. ad audien
tiam. in prin. de præſcriptio. ut neceſsitate cogen-
te, poſsit Papa alienare. Immo poſſe dicatur, cum
etiam iniuſte facit: quia tunc poteſt, niſi eſſet con-
tra ſtatum Eccleſiæ, nam tunc ſucceſſor reſcinderet
de quibus etiam loquitur Io. Bertac. in tract. de
Epiſcop. in. 4. parte. q. 36. num. 111. Quocirca ex
pręmiſsis, obſcura & ambigua redditur hęc. q. cum
omnino prohibitam eſſe alienationem, ab una par
te ſcriptum ſit: ab altera autem conceſſam decla-
retur: uel neceſsitate, uel utilitate, hoc ſuadente.

Redditur rurſus ambigua, alia de cauſa; quia ut ſu-
pra dictum eſt: Regalia nullo pacto uidentur poſſe
alienari, aut minui. Sed nihilominus ultra quod
ubi neceſsitas cogat, uel utilitas ſuadeat, conceſſa
alienatio dicitur: alienatio rerum etiam, & regni,
uidetur poſſe fieri, quando parum diminuitur, ſe-
cundum Bar. in d. l. prohibere. §. plane. ff. quod ui
aut cl. & alios auctores, hic adductos. Et hanc dif-
ficultatem ſenſit Soci. conſ. 7. nume. 5. uol. 3. Ideo
interpretari iura, & dicta ſcribentium poſſe decla-
rari in hunc modum arbitrarer: ut ſcilicet pona-
3 mus propoſitionẽ, ſeu regulá, ut iam ſupra: † Prin-
cipẽ non poſſe alienare bona, & iura dignitatis, et
cum iuramento, ſiue illa ſint ciuitates, oppida, &
caſtra, ſiue ſint iuriſdictiones, ſiue Regalia & alia
iura, ſub nomine dignitatis contenta, per dudum
4 allegata. † Limitarem tamẽ primo hoc habere lo-
cum, quando Princeps aliqua alienaret, ut puta
etiam expropriando ea, & quæ eſſent in magnam
diminutionem iuriſdictionis Regalis: ſecus ſi non
ita, uel parum diminuerent iuriſdictionem ſuam:
cum tunc ligetur etiam ſucceſſor. c. Abbate ſane.
§. pro parte. de re iud. in. 6. ubi no. Philip. Fran. &
ante eum Bar. in d. §. plane. & Spec. in tit. de inſtru
men. edit. §. nunc autẽ. uerſ. quid ſi Imperator. &
idem tenet Oldrad. meus conſ. 94. nu. 23. & Pau.
de ca. conſ. 74. col. 4. incip. quia fruſtra, & Alex.
conſ. 1. num. 19. uol. 5. & Martin. Laud. in tract. de
princip. q. 82. quando grauiter, ſeu enormiter læ-
5 ditur iuriſdictio. † Supremæ enim iuriſdictiones,
ſunt ſacrum ſacrorum, ſecundum Bal. in d. c. intel-
lecto, & refert Felin. in d. c. ad audientiam, & Iaſ.
in d. conſ. 10. num. 4. & ita ut ſupra, communiter
teneri, in rebus Imperij, & a fortiori in rebus Re-
gni, affirmat Abb. in d. c. intellecto nu. 6. & Felin.
in d. c. ad audientiam. de præſcriptio. col. 2. & 3.
ubi etiam allegat Io. Anan. idem tenentẽ in Duce
Mediolani, perpetuo uicario, in conſ. 81. col. 2.
idẽ ſentit Corſetus in trac. de poteſ. Reg. in. 1. par
te num. 14. cum ſeq. & in. 5. parte num. 60. qui in-
quit Regem moderate, nõ immoderate, poſſe do-
nare: idemque eſſe in Imperatore per multa: & his
aſſentit Soci. conſ. 7. col. 1. uol. 3. & opi. Bar. in d.
§. plane. ſequitur etiam Deci. conſ. 191. in prin.
uol. 1. Iaſ. conſ. 10. nu. 4. uol. 3. & in uſibus Feud.
6 num. 78. † Hancque limitationem, ſibi uendicare
locum, etiam in Regalibus, mihi que crediderim: eo-
dem modo ſcilicet, ne grauiter lędantur iura di-
gnitatis: nam cum iurium, & bonorum appellatio
7 ne, † ſiue illa ſit naturalis, ſiue ciuilis, ea annume-
rantur, quæ beant & quæ non ſolum dominij no-
ſtri ſunt, ſed & quę bona fide a nobis poſsidentur
uel ſuperficiaria ſunt, etiam ſi in actionibus, peti-
tionibus: & perſecutionibus illa ſint, ut habetur in
l. bonorum. ff. de uer. ſig. & per Corn. conſ. 49. &.
55. uol. 3. ac per eam. l. docet Bar. in tract. excuſ.
num. 1. Bonorum appellatione cõtineri, quicquid
8 in bonis noſtris eſt, ſicque omnis res. † Et rei ge-
neralis appellatio ſit, ut ſub ſe contineat omnem
pecuniam, & omnem ſpeciem, & omnem acceſsio
ne. n.

nem.l.1.in fi.ff.ſi cer.pet. &.l.rei appellatione.ubi Alcia.ff.de uer. ſig. & per Corn.d.conſ.49.col.1. certe ex quo abſolute, & generaliter d.c. intellecto,& doct.& præſertim Abb.ibi loquuntur in caſu noſtro,de alienatione ſub nomine iurium,& bonorum: & regula ſupra poſita, & limitatio debet procedere; ut comprehendat æque Regalia, ſicut cętera alia iura, & bona, quę contigerit Principem alienare. Nam cum eadē ſit ratio, idē ius ſtatuendum eſt.l.a titio.ff.de uer.oblig.cū ſim.& ita poſſe alienari regalia per Principem, etiam ſub con-
9 ceſſione generali, licet alias † ſpecialiter tantum alienari permiſſa uideantur, per tex.in.c.1.quę ſint regal.conſuluit Iaſ.conſ.45.col.2.uſque ad fi.uol. 1.Nec obſtat doctri. Bal.de pace Conſt.num.89. quia intelligenda eſt, quando magna diminutio ex alienatione regalium ſequeretur, ut ſenſit Soci.in d.conſ.7. nec aliter uidetur poſſe intelligi, ſtante recitata communi cōſuetudine,& ſupra dictis. Sic ut licet Bal.generaliter loquatur,tamen magis credendum ſit ıuribus,& doctoribus diſtinguentibus, glo.eſt in.l.apud antiquos.C.de furtis.ubi Salicet. & per Io. Neuiz.in ſua ſilua nuptial. lib. 5. nu. 32.
10 † Iſtam limitationem pariter procedere exiſtimo,in conceſſionibus Feudalibus, ut ſcilicet alienatio,ſeu conceſſio in eis ualeat, dum non grauiter lædantur iura dignitatis concedentis,& ſucceſſoris,per iam abunde ſupra adducta:& in ſpecie ponit Corſetus in eo tract.de poteſ.reg.nu.26.in. 4.parte,& Iaſ.in uſibus Feud. n.77. & 81.ubi loquitur in Papa,poſt Mart.Laud.meum.& Io.And. & in conſ. 10.col.3.&.4.uol.3. ubi idem ſentire
11 uidetur, & de his copioſe loquitur. † Vbi tamen ſint aliquæ ciuitates,aut alia loca ſolita infeudari, cenſerem indiſtincte ea poſſe in Feudum dari, ut apte conueniunt dicta Iaſ.in d.conſ.10.præſertim col.3.uerſ.pro eadem parte.& Curtij iun.in tract. de feud.in.2. parte prin.&.2.&.3 q.princ. Facit
12 quia † res prohibita alienari, ſi ſemel ſit alienabilis,ſemper remanet alienabilis,ut per eum ibi.q.4. num.5.per doctri.Bar.in.l.pater.§.quindecim.de leg.3.per illum tex.Sic exiſtimarem,Imperatorem iterum poſſe infeudare Ducatum,& Statum Mediolani ad eum reuerſum, defuncto Franc.II.Sfortia,illius Duce. Hæc autem prima limitatio reci-
13 pit eam declarationē † ut alienatio facta per Principem ualeat,& liget ſucceſſorem ut ſupra, ſi conſenſus incolarum, ſeu ſubditorum loci alienati interceſſerit, ut docet Bal.in.§.in generali.ſi de feud. fue.cont.inter. do.& ag. quam ob rem Conſtantinum Imp.donantem Vrbem Ro. Siluestro Papæ, conſenſum populi adhibuiſſe oſtendit per.c.Conſtantinus.96.diſt.& per doctri. Hoſt.in.c. dilecti. de maio.& obed. idem conſulendo tenet Pau. de Ca.d.conſ.74.col.3.& Alex.conſ.25.nu.20. uol. 5.& Felin.in d.c.ad audientiam. col.2.in fi.ea ratione ſecundum Innocen.in.c.auditis.de pręſcrip. quia intereſt ſubditorum, non mutare dominum, & domini nō mutare ſubditos, ut atteſtatur etiam Soci.conſ.40.num.6.&.7.uol.3.& Hip.marſ.in.l.

1.§. cum quidam.ff.de quæſti. & Corſetus ubi ſupra in.4.parte num.26.& Fabian. de mon.in trac. de emptio.& uendit.in.3.q.princ. num.17. Item declaratio alia proponitur, ſecundum Iaſ. in uſibus Feud.num.80.poſt Martin. Laud. eo tractat.
14 † ut conceſſio,uel infeudatio regalium,nō ualeat; etiam uiuo cōcedente,niſi in conceſſione expreſſe adſit Clauſula, Motus proprij, uel Certæ ſcientiæ. per l.1.C.de petit.bo.ſubl.lib.10.iuncto.c.ſi motu proprio.de præbend.in.6.idem tenet idem Martin.in tract.de principibus.q.287.Secunda proinde limitatio, ſecundum Archid. Bald.& Felin. ut ſupra, annuentes indiſtincte alienationem fieri poſſe per Papam, in caſu neceſſitatis, procedit ſecundum ſupra recitata, ſcilicet, ubi grauiter non lęditur dignitas alienātis: nec ſuper hoc uideť poſſe dubitari,ex quo tex.in d. c. non liceat. expreſſe loquitur,ibi, Aliquo modo,pro aliqua neceſſitate; Nam licet text. ille interpretetur, & declaretur, ſecundum præcedentem primam limitationem: ne tamen duo ſpecialia concurrant: ut etiam in totum res dignitatis poſſint alienari, reſtringendus eſt ergo ad ea tantum, quę grauiter non lędunt dignitatem, ſi alienentur, quod uidetur etiam ſenſiſſe Bal.in d.l.pen.dum conſentit Archid. Sed excipitur tamen, niſi alienatio fieret contra ſtatum Ec-
15 cleſiæ, cum tunc ſucceſſor reuocaret. † Tertia inſuper limitatio, ſcilicet ut pro utilitate dignitatis, & Eccleſię indiſtincte ualeat alienatio, recte ſubijci poſſe uidetur, & hæc iudicio meo magis augumentū quoddam dignitatis alienantis uideri poterit,quam alienatio: Nam quod ad utilitatem dignitatis ſit, quomodo poteſt aliquo modo præiudiciale eſſe,aut grauiter lædere: & ideo exemplificando, non eſt mirum, ſi ea quæ ſunt in poteſtate hoſtium,& quæ alias fuerunt noſtra, prout eſt Regnum Hierualē, poteſt concedi, & alienari, prout iam fuit alienatum in Regem Carolum, & ſucceſſores ſuos, ſecundum Bar.in.l.liber homo.ff. de uerb.oblig.& in l.id quod.ubi Iaſ.nume. 12.ff. de leg.1.& Marti.in tract.de principibus.q.73. nam ſi recuperatio contingeret per eum, in quem ſit alienatio,nullum damnum pateretur alienās, cum nullum commodum ſentiat, & non ſine magna impenſa, recuperatio talis poſſet fieri: ſicque magis utile,& commodum reſurgeret ex tali alienatione:& ad hoc propoſitum uidetur locutus Iaſ.in d.conſ.10. num.3. Et hæc limitatio tanto facilius procederet, ſi fieret infeudatio, quia tūc in totum non ſit expropriatio rei alienatæ, ut loquitur Iaſ.
16 ſupradicto conſ.10. † Quarta limitatio ſubnectitur, ut licet immoderata alienatio non ualeat, nihilominus contra eam procedit,& militat pręſcriptio, ut in ſpecie exprimit Spec.in d. uerſ. quid ſi Imperator: & etiam Philip. Franc.in d.c. Abbate ſane.in.§. pro parte. de re iud.in.6.& ad hæc conueniunt dicta ſupra in. §.1.in uerſ. Orbē nu.8.ubi ēt reſeruata Principi, immemoriali præſcriptione præſcribuntur. Huic tū limitationi, uehementer mihi uidetur obſtare regula, quæ habet, quod alie-
nari

nari prohibita, non poſſunt p̃ſcribi.l. alienationis. ff.de uer. ſignific. & tradit Bar. & Pau.de Ca.in.l. fi.C. in quibus ca.in integ.reſt.nõ eſt neceſ.& Soc. in reg.13.& Alex.cõſ.1.nu.20.uol.4. niſi dicamus tũc pręſcriptionẽ procedere cõtra eũ,uel eos:quorũ ſcientia in præſcriptione interuenerit.ut p Soc. ibi in Fal.ult.uel qñ res fuit alienata,ab alio, quã a dño,uel hærede, ut p eũdem in.1.fall.uel & melius qđ dicta reg. nõ militat in p̃ſcriptione.20.uel.40. annorũ,& maiori ut docet Corn.p plura conſ.38. nu.10.uol.1. atq; Regalia immemoriali p̃ſcriptione acquiri. (licet alias a conſuetudine populi non lædantur, qui tamen recognoſcat ſuperiorẽ, ſine conſcientia, & patientia Principis)oſtendit Martin. Laud.in tract.de principib.q.171.

SVMMARIVM.

1 *Imperatoris impotentia in multis; quæ breuiter,& remiſſiue repetuntur.*

EXEMPLA IMPOTENTIAE IMP. REPETITA.

TRigeſimo primo, ſi quæ alia inueniri poſſunt ultra proxime recitata, quæ Imperator
1 non poſſit; † plura quoque per me ſparſim commemorata,in hoc capite Imperatoris repetere,haud extraneum uidetur,breuiter,& remiſsiue, ad ordinem rectius obſeruandum: Et illud imprimis occurrit, ut repetamus eum non poſſe præcedere Pontificem Max. qui ſibi eſt ſuperior, ut ſupra.§.1.uerſ. Secundo.&.§.2.q.2.nu.5. Item non poteſt eſſe idem Imperator non Chriſtianus,ut in d.§.1. Verſ. inſpicere: Imperator non poteſt dici ante coronationem.d.§.1.q.3. Item non poteſt ſibi eligere ſucceſſorem, nec de rebus Imperij teſtari,ut ſupra.§.2.uerſic. Electio Regis Ro. Nec pecuniã erogare,pro Imperio cõſequendo,cum iniuſte agat,ſicut Papa,ut ibi in fi. Item nõ poteſt, nec debet in ſe habere crimina, & uitia, de quibus ſupra.§.2.q.5. cum uerſ. ſeq.& uſque ad fi. d.§.2. Item repetenda hic ſunt omnia fere illa,quæ dicta ſunt ſupra a principio.§.3.uſq; ad finẽ; cum in illis aſtrictum,aliter non poſſe, quam ſcriptum ſit, demonſtrauerimus. Item non poteſt condere legem generalem,ex qua turbaretur mundus, & ſtatus Imperij: ueluti quod homines uiuerẽt ſine lege.Item non poteſt inducere quod illud intelligatur continere lex, quod in uerbis legis non continetur, ut ſupra hoc.§.4.Verſ.Secundo.nu.6.& ibidem conſtat Imperatorem non poſſe in alium transferre poteſtatem condendi legem generalem, in uniuerſo,ſicut nec cætera,quæ conſtituta ſunt,in ſignum ſupremæ iuriſdictionis imperialis: Nec imponere legem ſucceſſori ſuo, ut ibi in fi.d.uerſ.2.Itẽ non poteſt de facili, & ſine cauſa tollere ea,quę ſunt de iure poſitiuo,alioquin peccat, ut ſupra hoc.§.uerſ. Tertio.num.1. ubi quod pariter non poteſt tollere ea quæ ſunt iuris ciuilis, ſi in ſe habeant æquitatem naturalem, & non poſſe condere legem, a qua ſibi recedere non liceat:& ibi.nu.6.dr̃ eũ non poſſe,ſeu non decere,cõmittere cauſam,remota ſuſpitione iudicis: Itẽ nec p̃hibere implorationem officij iudicis,ut ibi nu.16. quia nõ põt prohibere, quin iuſtitia reddat̃, ut ibi & ſ̃. hoc.§. Verſ.28. ẽt in obligatione naturali tm̃: Itẽ ibi habet̃ in d.uerſ. 3.d.nu.16. eũ non poſſe tollere exceptionẽ reſpicientẽ proceſſum,in criminalibus,uel in cauſa ſtatus,ſicut nec citationẽ,ut ſæpius dictũ eſt. Nõ põt etiã ſtatuere ſine cauſa,ut credat̃ uni teſt.in præiudiciũ alterius:& qđ teſtis nõ iuret ut d.§.4.uerſ.5. nu.1. Non põt itidẽ Imperator reuocare priuilegium alteri conceſſum,pręſertim non Subdito,ſm declarationes tñ poſitas ſupra hoc.§.4.uerſ.8. ubi in uerbo, In hac octaua. Similiter ſcripſimus,non poſſe reuocare Feudũ:nec dignitates. Itẽ Princeps non põt facere,qđ ſibi, & ſoli aſſertioni ſuæ ſtet̃,in facto proprio,ut ſ̃.hoc.§.uerſ.9.ampliando,& declarando,ut ibi: quo in loco, & tanto minus poſſe obſtendit̃,quãto in dubio interprætatio fit contra eũ,ſeu fiſcum, ſaltẽ in cauſa lucratiua:& itẽ nõ põt inſtitui hæres, ab habẽte litẽ: & teſtamentũ ſm, in quo inſtitutus eſt hęres,non tollit primũ:niſi teſtes ſecundi ſint omni exceptione maiores. Itẽ nõ põt iudicare in propria cauſa,quo ad nõ ſubditos: & ſi princeps ſit reus,ſm tñ dicta inibi. Verſ.10. Itẽ vbi non ſit cauſa,Imperator non põt imponere onera ſubditis ſuis, nec hóc p̃ſcribere:ut ſ̃. hoc. §. Verſ. undecimo. Itẽ non põt infideles in auxiliũ inuocare, niſi neceſsitate cogente, ſm declarata ſupra Verſ.12. & ibi non põt habere princeps infideles in cõpatres. Itẽ non põt Imperator intereſſe Concilio generali, niſi in caſibus,ut ibi Verſ.14. Item non põt aliquẽ ipſe interficiendo punire, niſi delictũ ſibi conſtet, ſaltẽ tanquã homini, ut ſ̃. Verſ. 18.num.6. Item non poteſt legitimare in terris Eccleſiæ,& item nõ niſi ex cauſa rationabili. Item nec legitimare filios naſcituros, non conceptos: Nec lege generali ſtatuere,quod Spurij ſuccedant: ut ſupra Verſ. Vigeſimo.præſertim nume.4. &.5. &.6. Item non poteſt priuare aliquem primogenitura,abſque cauſa ut ſupra Verſ. Vigeſimo ſecundo.num.14.Item Imperator non poteſt concedere debitori dilationem ad ſoluendum, quæ excedat modicum tempus,& quę totius negocij cognitionem tollit,& uires principalis negocij exhaurit, ut in caducitate; & eadem ratione,ut dictum teſtis falſum in uno, ualeat in eo ubi dixit uerum,ut ſupra, verſic.Vigeſimotertio nume.4.5.6. Item non poteſt eſſe Iudex competẽs Regum, & Principum, qui in ſpecie ab hoc exempti ſint: vel ſi vngant̃ ab eccleſia: uel deficiente poteſtate ſeculari: uel in ſpiritualibus; & ubi agit̃ de peccato; & ubi tractatur de eius crimine circa regimen Imperij, ut ſ̃. Verſic.25.Itẽ nõ põt appellationẽ a ſententia ſua prohibere:qñ in eo eſt defectus, & ubi adſit manifeſta iniuſtitia,iniquitas,& peccatũ; & qñ ſententia eſt lata, ſm reſponſionẽ Principis factam relationi iudicantis,ut ſupra, Verſic. Vigeſimoſexto. Item nõ poteſt iubere,ut ei obediendum ſit,quando pręceptum eſt iniuſtum, & inhoneſtum, ut ſupra,Verſic.Vigeſimoſeptimo.num.6.&.12.ubi de

his multa explicauimus. Item non poteſt abſolue-
re, nec remittere iuramentum; niſi in caſibus, ut
inf.lib.2.c.1.§.4.uerſic.octauo.num.6.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator non poteſt euitare mortem.*
2 *Mors rapit bonos, & malos.*
3 *Principis morte, vel læſione, totus patriæ ſtatus concutitur.*
4 *Mors euitari dicit̄, ſi per virtut̄ fama extendatur.*
5 *Viuere per gloriam dicuntur, in acie pro rep. occiſi.*
6 *Mortuus vir, per virtutem viuere cenſetur.*
7 *Viuere dicuntur qui filios relinquunt.*
8 *Caroli.V Imperatoris uirtutes unde Immortalis ſit.*

MORTEM EVITARE NON POTEST IMP.

TRigeſimoſecundo, & ultimo loco, clauditur
1 hoc caput Imperatorium, † ut ipſe Princeps
neceſſe habeat claudere diem ſuum extre-
mum; nec euitare poſsit mortem: nam ut Horatius
ait, uno & altero loco: Pallida mors, æquo pulſat
pede, pauperum tabernas, Regumq́ue turres: &
alibi hæc: Vnda ſcilicet omnibus enauigāda, ſiue
Reges, ſiue inopes, erimus coloni: & libris Biblia-
cis, ſcriptum eſt, ut commemoratur. in. c. in Eccle-
ſiaſtico.13.q.2. Omnia quæ de terra orta ſunt, in
terram conuertentur, atque de homine dictum
eſt inibi: Terram teris, Terram geris, & in terram
cōuerteris, qui de terra ſumeris: nec Terra eſt ho-
minis, ſed ut Pſalmiſta canit: Domini eſt terra, &
2 plenitudo eius. † Sicque mors rapit bonos, & ma-
los, hos ne peccatum horum augeatur: illos, ne ma
litia malorum mutet intellectum eorum, ut habe-
tur in glo.fi.in.c.epiſcopi.11.q.3.& in.c.qua fron
te. de appellatio. Atqui cum mors continuo ſit
horribilis, tunc maxime horrida habenda eſt: cum
3 Princeps in fata concedit. Nam Principis morte,
uel læſione, totus ſtatus patriæ, ſeu reip. concuti-
4 tur: ut teſtis eſt Decius conſ.410.uol.3. † Videtur
tamē aliquo pacto mors euitari poſſe, ut fingantur
non ſolū principes, & Reges, uerum etiam hi ho-
mines perreniter uiuere, Quibus illud egregium
uirtutis opus, curæ eſt adimplere, ſcilicet Famam
extendere factis. Quamuis ſtet ſua cuiq́ue dies: &
breue & irreparabile tempus, Omnibus eſt, uitæ:
ut Homerus noſter memorabiliter tradit: Sic in-
quit M. Tullius in Paradoxis, Mors terribilis eſt
his, quorum cum uita omnia extinguntur, non his,
quorum laus emori non poteſt: & in lib.1. Tuſcu-
lanarum, Nemo parum diu uixit, qui uirtutis per-
fectæ perfecto functus eſt munere. Sic Seneca,
Virtutem unā eſſe poſuit, quæ nos immortalitate
donare poteſt, & pares Dijs efficere: Nulla enim
virtus, aliam mercedē laborum, periculorumq́ue
deſiderat, quam laudis & gloriæ, ut idem Cicero,
in oratione pro Archia Poeta meminit: & idcirco
eodem Cicerone auctore, in oratione pro. T. An.
Milone; Gloria ea eſt una, quę breuitatem uitæ
conſolatur, poſteritatis memoria: quæ efficit, ut
5 abſentes adeſſemus, mortui uiueremus. † Proinde
per Gloriam uiuere dicūtur, qui in acie occiſi fue-
rint: pro Republica enim eos cecidiſſe dicimus,
uel pro Principe, ut eſt tex. no. in. §.1. uel. §. ſed ſi
in bello. ubi glo. no. & Bal. inſti. de excuſ. tut. uel
curat. & in l. bello amiſsi. ff. eo. tit. & tradit Aretin.
6 in d.§.1. per illum tex. † Virtute præditum uirum,
uiuere dicendum, licet mortuus ſit. Morientes au-
tem in bello iuſto pro defenſione Eccleſię, & fi-
dei, aſſequūtur cæleſte regnum, ut per Mart. Laud.
7 in tract. de bello.q.45. † Iunguntur, dicunturue
pariter uiuere, qui filios, filiaſue concipiunt, atque
edunt: ex prole enim eorum, earumue, diuturnita-
tis nobis memoriam, in ęuum relinquimus, ut prę-
clare ſcriptum reliquit Caliſtratus, in l. liberorum.
in fi.ff. de uer. ſig. & ideo ait Bal. in. l. 1. col. ult. C.
quan. non peten. par. non uideri mortuum, qui re-
liquit ſimilem ſibi poſt ſe; eſt enim pars corporis
ſui pręſens. l. cum ſcimus. §. fi. C. de agric. & cenſ.
lib.11. ſed melius uidetur facere. d. l. liberorum. Et
præclare inquit Ariſtot. œconomicor. lib.2.c.2.
Hoc enim ſolo, hominum conditio mortalis, per
ſucceſsionem liberorum, ſempiternitatem con-
ſequitur: & idem ibi lib.1.c.3. ait, Naturam, per
hunc circuitum, adimplere ſempiternitatem, & ſi
8 non ſecundum numerum, ſecundum ſpeciē. † At
quam maximis, pręclariſsimiſque virtutibus, Sacra
tiſsimus Carolus.V. Imperator, præfulgeat; unde
uere Immortalitatem, & Sempiternam Laudem,
& Gloriam, etiam ex Philippo filio, multorum Re
gnorū Principe Altiſsimo, optimę, & immenſę ſpei
adoleſcente, ſibi comparaſſe dijudicandus ſit, con
ſtat abunde apud omnes Gentes, Omneſque Na-
tiones. Nam Iuſtitia, Prudentia, & Temperantia,
& Imperatoriæ illæ uirtutes, ſcilicet, Labor in ne-
gocijs: Conſiliū in prouidendo: Fortitudo in pe-
riculis; Induſtria in agēdo, Celeritas in conficien-
do; ſunt notiſsima illius ornamenta. Nec quæ ad
rem Bellicam pertinent, in eo deſunt, immo maxi-
me excellunt, uidelicet, Scientia diſciplinæ milita-
ris, Fortitudo, Auctoritas, Felicitas, quibus, nemo
eſt qui neſciat ingentes, Victorias, & Triumphos,
debellatis, fugatis, in poteſtatemq́ue ſuam quan-
doque redactis Regibus, Ducibus, alijſque pluri-
mis Principibus, multis prouincijs ſubactis, intra,
extraquæ littora noſtra, præſertim In Aſia, apud
Indos, & in Africa, eum ſibi peperiſſe. Sed quid
plura cōmemoramus: Cū Carolus, uir ille, Diui-
nus ſit, in quo vno ſumma ſint oīa. Non prætereo
tñ illud, qđ p̄clarius diuinitatem ſuā deſignat, &
oſtēdit, ſcilicet immēſam Clementiā, p̄ſertim erga
deuictos ſæpius hoſtes, exhibitā: cū Reges, Duces,
& Principes captiuos, clemētiſsime dimiſerit, in li
bertatemq; priſtinā reſtituerit, adeo ut victoriam
ipſam, recte uiciſſe, exiſtimandus ſit: cū ipſos ui-
ctos: & ea q̄ uictis adēpta erāt, remiſerit. Viuat igi
tur, viuetq; in æternū, Rex Regū; Princeps princi
pum, communiſq; omnium Pater, CAROLVS. V.
IMPERATOR, vnaque PHILIPPVS, eius
ALTISSIMVS FILIVS.

LANCEL-

LANCELLOTTI CONRADI IVRISCONSVLTI LAVDENSIS,

De Regia Sacra Poteſtate.

CAPVT SECVNDVM.

REGIA Dignitas,& Potentia, Poſt Imperatorem, primum locum ſibi vendicat,in hocque templo depicta,ſubſequitur: Nec in ornatu corporis multum ab ipſo differt Imperatore. Regi etenim pariter Gladius,& Sceptrum: Arma, & Pallium,& huiuſcemodi ſimilia dantur. Corona tñ diſtinguitur: Simplici namque tm̃ vtitur Rex, triplici uero Imperator: de quorũ omniũ ſignificatu dictum eſt ſupra.c.1.in prin. & aliqua colligit Anto. Corſ.in trac.de poteſ.reg.in 1.parte.nu. 15. qui addit Annulum, & Armillas. Trabea purpuræ, albi aliquid admixtum habẽte, utebantur ẽt Reges, ut inquit Sueton. de veſtium generibus: & Vergil. meminit.7.Aen. Ipſe Quirinali lituo, paruaque ſedebat ſuccinctus trabea, Picus. At Regum habitum, quandoq; ſm̃ morẽ regionũ obſeruandũ, elicere poſſumus,ex his quæ in Pontificali libro Leguntur, vbi car.90. cum ſeq. de Coronatione, & inunctione Regis,eiuſque Sceptro,& Enſe,& alijs ſimilibus, effectus deſcribuntur. Atque tradit And. Alciat.in tract. de ſing.cert.c.32. ut tum demum adminiſtrationẽ adipiſci credantur Reges, cũ aurea corona, inſigniti ſunt: quæ ſucceſsit loco Diadematis,hoc eſt Faſciæ, qua caput ueteres reges cingebant. Sed quod eſſet Regium diadema tã apud Rom. q̃ apud exteras nationes, & q̃ inſignia, uide abũde p Alex. ab Alex.Genial.dierũ li.1.c.28. Verum ea quę de Rege dicenda ſunt,aſſumamus nos, atq; in tres partes, ſiue paragraphos, imprimis diuidamus: vt Originem primum. Secundo officium. Tertio eorum Magnitudinem perſtringamus.

SVMMARIVM.

1 *Regũ origo,& Regna cõdita ſunt, de iure gentiũ; qđ idẽ eſt, quod ius naturale,& ſic diuinũ.num.3.*
2 *Rex, terminus eſt, qui iuriſdictionem importat.*
Reges iure communi habent intentionem fundatam ſuper Dominio, & rebus Regni.
4 *Ius omne diuinum, dicitur ius naturale.*
5 *Gubernatio populi, traditur illi, quem Deus elegit.*
6 *Reges a Deo miſſi, ad Laudem bonorum, ad vindictam malefactorum, miniſtri Dei cenſentur.*
7 *Reges Franciæ vnguntur oleo cælitus demiſſo, ideo Dei gratia Reges inſcribuntur.*
8 *Regere, eſt quid Diuinum.*
9 *Prædicamenta demonſtrant qualia ſint ſubiecta.*
10 *Reges Sacri,& Sancti dicuntur.*
11 *Reges, quatenus iure ciuili recepti, vario modo creati, habitiq; ſunt, vel electione, vel ſucceſſione.*
12 *Cæſaris dictum; ſi violandum eſt ius, Imperij cauſa violandum eſt, &c.*
13 *Regiæ poteſtatis quinq; ſpecies, ſecundũ Philoſophũ.*
14 *Regia poteſtas apud nos conſtituitur per Papam: vel potius per Imp.*
15 *Regna ſucceſſione frequentius, ex conſuetudine deferuntur, non electione.*
16 *Feudũ Regale, ſiue dignitatis, eſt trãſitoriũ ad hr̃des*
17 *Rex,& Regnum non cenſetur, niſi imperet decem ciuitatibus, vel tribus Ducibus: Bohemia,*
Ducatus, non Regnum, dicta eſt.
Prouincia continet decem ciuitates.
18 *Regem ſe aſſerens qui non ſit, læſæ Maieſtatis reus eſt.*

§.I. DE ORIGINE REGVM.

§.I
1 REGVM origo vetuſtiſsima eſt: † ideoque iure gentium, diſtincta dominia, & Regna condita, tradit Iurec. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. vbi doct. inter quos Pau.de Ca.interpretatur, hoc eſſe ius gentiũ, nõ primæuũ, ſed ſecũdarium: & ꝓinde Iaſ.ibi poſt Bal. Iuriſdictiones quoq; eodẽ arbitra
2 tur iure, † q̃a terminus Rex, iuriſdictionẽ importet ſimpliciter eã capiẽdo: at illa proprijs nominibus, ſeu ſpeciebus diſtincta, p magiſtratus, & officia, introducta ſit, de iure ciuili.l. 2.§. poſt originẽ.ff. de orig.iur. Quo fit vt Reges, iure cõi dicant̃ hr̃e intentionẽ fundatã, ſup Dñio Regni, ſeu rerũ, infra limites ſuos poſitarũ, ut habet in. c. ſi. de off. Archid. ubi Innoc.& in.c.ſi diligẽti.de p̃ſcrip.& p Iaſ.in uſib. Feud.nu.52. & Ant. Corſ.in tract.de poteſ.reg.in 4.parte.q.58. Fines aũt regnorũ, ꝓuinciarum, & Diœceſum nõ p̃ſcribuntur, niſi ſint dubij, ſm̃ Marti.Lau.in trac.de princ.q.136. Eandẽ originẽ cõprobat Ant.Roſel. in trac.de Rom. Imp.§.2.num.1.& Marran.in ſpec.aur.in.3.parte princi.nu.15.fo.& ante eos Oldr. meus Lau.cõſi. 69. Conſueuit dubitari. num.5. ſed illud plus addit, ut iſtud ius gentium, etiam naturale uocetur.§. ſingulorum inſt. de rerum diuiſ. quia naturali ratione ſit introductum. cap. ius naturale.1. diſtin. (ſed melius facit.§. quod uero, inſt.

de iur.nat.) quodque diuina quodã providẽtia ſit conſtitutum. Ant.autem Corſet.in tract.de poteſt. reg.in.1.q.1.partis in fin. diſtinguendo poſt multa, in eam ſententiam tranſit; ut Reges immediate a Deo, & iure diuino, conſtitutos, mediate vero ex iure gentium, originem habuiſſe dicat: Alciat in.l.bona ciuitatis.ff.de uerb.ſig.ab his omnibus, & male (ut opinor) diſſentit, qui principio rerum, non diuina miſsione ſed populi conſenſu aſſumptos reges dicat, quod lege non probat. † Ego vero iure diuino, ſimpliciter loquendo, Reges, & Regna condita (conuenireq́ue ad hoc d.l. ex hoc iure: quæ non repugnet iuri diuino, aut diuerſo, ſed eodem modo cenſenda ſit) affirmandum puto: quod probatur per ſupra adducta, vt ius gentium in caſu noſtro, interprætemur eſſe illudmet, quod naturale uocatur: quodq; naturali ratione ſit introductum. Quo ſtante, alia ſuccedit concluſio. glo. 1.in d.c.ius naturale. † ut omne ius diuinum dicatur ius naturale. Diuinæ enim leges natura conſtant, cum in iure naturali nihil aliud præcipiatur, quam quod Deus vult fieri, nihilq; aliud vetetur, quam qđ deus prohibet fieri.c.fi.9.diſt. vnde & illud ius exẽplificat d. glo. ẽt in obſeruantia præceptorum naturalium: hoc eſt: nõ furtũ facies, non mœchaberis: & in eo, vt aliquid eſſe propriũ bene ſit, quæ declarat Card. Alex. ibi col.pen.in glo.in vér.communis: commemorans legem naturæ, tripliciter circa rationem, & proprietatem, dictare: aliquid quia æquum debitum: aliquid quia bonum: aliquid qa æquum, quo ad bonorum proprietatẽ. Quare ſi ius gentium, ẽt naturale vocatũ, idemq; eſt: quia naturali ratione ſit inductum: & omne ius diuinum: naturale quoq; ſit Reges. & regna conſtituta, de iure diuino itidem dicendum eſt. Hecq́ue opinio ex multis cõprobatur: & primo
5 quia ſcriptum eſt, ut † Gubernatio populi, illi tradatur, quẽ Deus elegit, homini ſcilicet tali, qui habeat ſpiritum dei in ſemet ipſo: & præcepta Dei in conſpectu eius ſint, vt ex nume. c. 27. colligit Hier. in.c.ſi ergo.8.q.1.ex quibus conſtat Reges, & Principes diuina ordinatione, ad regendum eſſe
6 inſtitutos. Secundo quia † Reges a Deo miſſos ad laudẽ bonorum, & uindictam malefactorum, oſtẽdit Auguſt. in. c.magnum.in fi.11.q.1. ſuptum ex prima epiſtola Petri. c.2.& habetur in.c. non fruſtra. &. cap.regum.23.q.5. Proinde recte miniſtri Dei cenſentur. c. dominus in fi.23.q.4.& colligit Martin. Laud. in tract. de princip. q.1.& Anton. Roſel. in dict. tractat. de Imperat. §. 24.& ne res careat exemplis, ultra ea quæ arguit Ant. Corſet. in.d. q.1. adducimus exemplum Saulis, primi Regis: quem Deus inunxit per manum Samuelis, in Regem, ſuper hæreditatem ſuam: & dum dominus dixit, faciam eos gentem unam, & erit Rex omnibus imperans, vt annotauimus ſupra lib. 1.c.1.§.1. verſ. Orbem. q. 1.nu.9. Sic quoque creditum eſt,
7 & adhuc ea frequens eſt opinio, † ut Reges Frãciæ inungantur oleo, uel chriſmate, cælitus demiſſo, per columbam, in ampullam, Remis, in monaſterio S. Remigij, qui primum Regem Franciæ baptizauit, ut refert Io. And.in.c.2.de præb.in.6. ſequitur Gemin.ibi: & Martin. Laud.in tract.de principibus, quæſtio. 434. & incertus auctor, de poteſt. ſec. & eccleſiaſt.c.173.& And. Alciat.in tract. de ſing.cert.c.32.& propterea tales intitulantur, Dei gratia Reges, quia non recognoſcunt ſuperiorem, niſi Deum, & enſem, vt per Paridem in tract. de duello lib.7.§.an comes.nume.4. Tertio comprobatur, quia ut inquit Philoſoph. ille (quiſquis ſit) in libello de cauſis, cap.23. † Regere eſt quid diuinum: unde ſequitur, ut diuina inſtitutio, in Re-
9 ge arbitranda ſit. † prædicamenta enim demonſtrant qualia ſint ſubiecta.l.ſtipulatio iſta.§.hi qui ff. de verb. oblig. c.inter dilectos.de fide inſtr. & per Corn. conſ. 267. nu.4.uol.1. † Quarto facit, quia Reges ſacri dicuntur, ut arguit Stepha. Coſta in tract.de Ludo.§.2.nu.4.per.§.ſacræ.inſt.de rer. diuiſ. &.l.2.§.ſacra.ff.de rer. diuiſ. At ſanctos Reges. C. Iulius Cæſar appellauit, vel ſanctitatem regum poſuit, ut in Suet. Tranquil. in uita eius legitur, cap.6.& M. Tullius in oratione pro Rge Deiotaro, in ultima pagina, ſic inquit, Semper enim regium nomen, in hac ciuitate ſanctum fuit: Sociorum uero Regum, & amicorum ſanctiſsimum. Rem quoque pulcherrimam, inter Deos hominesq́ue regna eſſe, obſeruatur apud Liuium lib.2. decade. 1. & ad hæc conferuntur dum ſcripſimus ſupra, cap.1.§.4. verſi. Trigeſimo nume.5. Iuriſdictiones ſupremas eſſe ſacrum ſacrorum, cum & terminus Rex, iuriſdictionem demonſtret, vt hic in prin. Cõuenit etiam, quia ſacra vnctio appellatur, qua Reges deliniuntur, vt in rub.&.c.1.de ſac. vnct. Qui autem Reges vngãtur, & qui non, ab eccleſia, & an priuilegio, vel conſuetudine, tactum eſt ſupra, cap.primo.§.quarto.verſi.vigeſimoquinto nume.2.

11 At, quatenus † iure ciuili recepti ſunt Reges, cæteriq́ue magiſtratus, ſpeciali quodam nomine, & in ſpecie diſtinctis officijs; vt d. l.2.§.poſt originem. ff.de õrig. iur. vario modo creatos, habitosq́ue Reges, ſatis conſtat: vel electione, vel genere, aut ſucceſsione, uel aliquãdo vi quadam, & violenta manu, quaſi in vſurpandis Regnis cõtra iura, ius aliquod effingi poſsit, cũ illud ſœpe dice
12 re ſolitum C. Iulium Cæſarem legamus, † Si violandum eſt ius, Imperij cauſa violandum eſt, cæteris rebus pietatem colas. Nec eſt dubium ipſum Cæſarem vendicaſſe, & ſibi ui & bello aſſumpſiſſe, Romanum Imperium, ut in Suetonio legitur, & in Plutarcho in uita eius: & alibi ſœpe hoc ſcriptum eſt, tam de eo, quam alijs Imperatoribus, & Regibus. Quod & hodie uſurpant aliqui, ſiue iure, ſiue iniuria concitati, & bello fortes, & audaces principes. Philoſophus autem (ut antiquiora repetamus) priſcis illis temporibus
13 † quattuor ſpecies Regiæ poteſtatis aliquando conſtitutas, enarrauit libro tertio, cap. decimo, politicorum. Quintam quoque addidit in cap. Vndecimo. Primam videlicet, qualis

erat

* erat tẽporibus Herou͂;uolentiu͂ ſcilicet,*& in quibuſdã determinatis rebus: Dux enim belli, & iudex controuerſiaru͂, erat Rex: & dn̄s cerimoniaru͂; erga Deos. Secundam, Barbaricam ex progenie ſcilicet; quæ Tyrannidi proxima: qualia ſunt, apud quoſdam Barbaros, regna uim habentia: ſecuritatem tn̄ habet,& ſm̄ morẽ parta eſt, dominatio ſm̄ leges. Tertiã quã Aeſymnetiã vocant: quæ electiua Tyrannis erat:& q̃ uiuente eo Rege, durabat: aut tempore quodam præfinito, uel rebus geſtis, finiebatur. Quartam Laconicam, quæ Imperium belli in quodam genere perpetuu͂ habebat. Quintam, qn̄ unus omnium habet poteſtatem, quemadmodu͂ unaquæq; gẽs: & ciuitas unaquæq;, publice ordinata, ad exemplar gubernationis domus. Vt enim gubernatio patrisfamilias, eſt regia quædam poteſtas domi: ita regia poteſtas, eſt ciuitatis, & gentis vnius, aut plurium, quaſi domeſtica quædam gubernatio. De duabus tn̄ tm̄ ſpeciebus regni, conſideratione̅ expediens eſſe haberi tradit eo.c.11. Philoſophus: Vna ſit hæc de qua dictum eſt: altera Laconica: ibi quoq; ſubnectit, an multi melius regant, q̃ Rex. Verum qua in ſpecie, Regia poteſtas tempeſtate noſtra cenſenda ſit: ad quamq; antiquarum magis accedat, non eſt noſtru͂ in pręſentiaru͂ inueſtigare, aut diſſerere: id enim cogitare ex præmiſsis,& alijs, quiſq; pōt. Sed nos ea quæ in interpretationibus Iureconſultorum uentilantur, & ad regiam poteſtatem conſtitutam, aut conſtituendã pertineant, amplectamur.

14 Reges † Itaque, & Regia poteſtas, apud nos conſtituta videtur, quandoque per Pont. Maximum, ſiue potius & regulariter, per Imperatorẽ: cu͂ & hoc munere is fungatur: & coronatio, & diuiſio,& vnio Regn̄,& Regnoru͂, ad ipſum ptineat,
15 ut diximus ſupra.c.1.§.4.uerſi.15. Qñque † & frequentius, genere, & ſeu ſucceſsione deferẽ: idque ſaltem ex conſuetudine: cum prius de iure, principatum, & Regnu͂, vitæ, non ſanguini: & ſic electione, & non ſucceſsione, deferendum, S. Hier. ad Titum.c.1.docuerit: quod recipitur in.c. Moyſes, cum glo.8.q.1.& reſumit Abb. in c. venerabilem.nu.15.de elect.& in.c.licet.col.1.de uoto. qui tn̄ inquit ibi eſſe tex. notabilem, qui deferat Regnum & dignitatem, per ſucceſsionem, non per electionem: & ad hoc allegat etiam. c. Imperialẽ. §. præterea. de feu. non alien. & de ea conſuetudine inducta adducit glo. loquentem in. c. denique 7.q.1. quæ ſequitur Ludo. Montaltus in tract. de reprob. ſenten. Pyl art.4. nume.2. & tenet Philip. Franc. in.c.grandi.nu.2.de ſup.neg. præl.in.6. & Mart. Laud. in tractat. de princip.q.78. &.161. rationes autem huius ſucceſsionis inductæ ex uſu, non inargutas aliquas adducit incertus auctor in tract. de poteſ. ſecul. & ecc.c.187. nume.22. quas breuitatis gr̃a omitto. Pari modo hic ſubnotare
16 poſſumus, † Generali conſuetudine eſſe uſurpatum, ut feudum Regale, ſiue dignitatis, ſit tranſitorium ad hęredes.c.1.§.fi.de alien.feu.ubi cōiter ſcrib.& in.c.1.de feu.march.licet ſtricto iure, aliud eſſet, ut præd.c.1.de feud.march.& declarat Curtius. Iun. in tract. de feud. in.1. parte.q.8. nume.4. & 5. Vtcunque tn̄ Regia dignitas conſtituta ſit,
17 ſubijciamus nos, ut non aliter † Rex, aut Regnum cenſeatur, niſi ſub ſe habeat, aut imperet decem, uel vndecim Ciuitatibus: ut exprimitur in.c.ſcitote.6.q.3.& tradit Abb. in.c.conſtitutis.2.de teſtibus.col.1. qui ideo Bohæmiam, non Regem, ſed ducem habuiſſe dicit: quia non niſi vnum epiſcopum Pragenſem haberet.& Abbatẽ ſequit̃ Decius in.c. cu͂ cauſa in.1. not. de offic. deleg. licet aliter ibi ſentire Aretinu͂ dicat: Quem ipſe declarat ex priuilegio. Hæc eadem ſequitur Lud. Montal. in d. tract. art.4. num. 1. ait enim & ipſe, ut Regnum non dicatur, niſi in eo ad minus ſint decem diœceſes, & vnus Metropolitanus. Et Alciat. in l. notionem. ff. de verb. ſig. prouinciã in iure pontificio appellari tradit per d.c.ſcitote, eã quę decẽ, uel undecim ciuitates, in ſe contineat: quibus is qui dominatur, Rex dici poſsit. Inſtruimur quoque per ſpecu. in Rationali diuinorum. lib.2. in prohœm. col.4. cum eſſe Regem, qui tribus ducibus præeſt:
18 quique primatem exprimit. † Non eſt tamen hic omittendum eum, qui ſe Regem aſſerit, cum non ſit, incidere in crimen læſæ maieſtatis, ut idẽ Lud. Montal. ubi ſupra oſtendit art.4. nume.8. Verum cum hic de origine Regum per genus,& ſucceſsionem, de qua ſæpe tractari ſolet, mentio facta ſit: De hac, ea quæ occurrunt, præſertim frequentiora, ſubiungere opportune poſſumus, per quæſtiones duas.

SVMMARIVM.

1 *Regnorum ſucceſſio dupliciter conſideranda, vel q recognoſcatur, vel non, ſuperior.*
2 *Regni ſucceſſio ad primogenitum, ordine genituræ, pertinet.*
3 *Primogenitus quare alijs præfertur; & an iure ſanguinis, vel hæreditario ſuccedat, remiſſiue.*
4 *Primogenitus filius, viuente patre, recte rex appellatur: & quis ſit effectus.*
5 *Primogeniti Regum, apud aliquos appellantur Principes.*
6 *Philippus Caroli. V. Imp. filius, conſtitutus nuperrime rex Angliæ, & citerioris Siciliæ, & Hiberniæ, & Dux Mediolani.*
7 *Iuramẽtum fidelitatis pręſtitum Philippo regi. & c. per auctorem nomine Ciuitatis Laudæ.*
8 *Primogeniti regum Gallorum, Delphini vocantur.*
9 *Rex non poteſt conſtituere filium ſuum regem, quo ad adminiſtrationem, ſed quo ad nomen tantum.*
10 *Regis filius an quis dicatur, natus antequã pater eſſet Rex: communis quod non.*
11 *Senatoris filius accipitur, etiam natus ante ſenatoriam dignitatem; idem in filio decurionis, & pręsbyteri.*
12 *Primogenitus in gemino partu, quis cenſendus: & quomodo ſuccedatur.*

 13 *Primo-*

13 *Primogenitus licet infans,pupillus, vel impubes,ſuccedit in Regno:cui datur Tutor,aut Curator: ſicut datur maiori eidem in caſibus.*

Rege ſene,quam puero,regi, magis expedit Regno.

14 *Rex negligens, priuari poteſt Regno.*

15 *Primogenitus perpetuo inhabilis, vt demens, & mutus natus, excluditur,admiſſo ſecundo genito in regno: idem in inhabili propter delictum.*

16 *Primogenitus legitimatus,an ſuccedat in regno.*

17 *Primogenitus,nec alij deſcendentes a linea paterna, priuari poſſunt regno,ſucceſſione deferendo.*

18 *regnum, aut alia dignitas, diuidi non poteſt. & nu.19. vbi ex priuilegio, vel conſuetudine limitatur.*

Corona ſignificatur rex, tanquam per corpus quoddam Sphericum.

19 *regnum vnum vni filio, aliud alteri,viuente patre, aſſignari poteſt.*

rex poteſt donare filijs,& Reginæ vxori.

20 *Primogeniti filius, excludit patruum ſecundo genitum,cum diſtinctione,ſecundum magis communes: ampliatur etiam in poſthumo nume. 21.*

21 *Clericus primogenitus,an ſuccedat in Regno.*

Cardinalis an ſuccedat in Feudo, vel regno. & an Monachus,& Clericus.

22 *Primogenitus ſuccedit in regno,ſi eſt maſculus, non fœmina.*

23 *Primogenita fœmina,deficientibus maſculis,an ſuccedat in regno vel feud.*

24 *Regnum Angliæ, delatum Mariæ, Henrici. 8.filiæ, nuptæ Philippo,Caroli.V.Imp. Filio.*

25 *Fœmina vbi non ſuccedit in Regno, nec eius filius maſculus.*

rex Angliæ in regno Francorum,nullum ius habet. ibi ratio.

26 *Primogenitus non ſuccedit in Regno,qui conſenſit ſecundogenitum inueſtiri.*

QVAESTIO PRIMA.

Quomodo Primogenitus in Regno ſuccedat.

REgnorum ſucceſsio(& ſi alias æqua
lance, inter filios fiat diuiſio hæ-
reditatis,ut ſupra.c.1.§.4.uerſ.22.
1 in prin.) †conſiderãda eſt (ut arbi
tror) duobus modis: uno ſcilicet,
an Rex,uel Regnum aliquod reco
gnoſcat ſuperiorem: & in feudum conceſſum ſit:
& tunc uerba inueſtituræ, quo ad ſucceſsionem,
etiam eſſent attendenda: ut collegimus ſupra. c. 1.
§. 4.uerſ.Septimo.in uer.Iuriſdictiones,nu.4.Al-
tero modo Rex,& Regnum conſiderari pōt, quod
2 non recognoſcat ſuperiorem.† & hoc caſu ſucceſ
ſionem Regni,ad filium primogenitum,ordine ge
nituræ,primo pertinere ſatis conſtare poteſt,ex.c.
licet.& ibi not.per doct.pręcipue Abb.de uoto,&
in.c.grandi.ubi Philip.Franc.de ſuppl.neg.pręlat.
in.6.& Ant.Corſet.in tract.de poteſt.reg.in.2.par
te.q.9.& paululum tetigi ſupra d.c.1.§.4.uerſ.22.
nu. 4.&.5.& recenſet Mart.Laud.in tract. de pri-
mogenitura.q.8.poſt Hoſt. & Bal.in. l. ex hoc iu-
re.ff.de iuſt.& iu.q̃ nunquã fuit, neq; unquã erit,
quin primogenitus ſuccedat in Regnis:idq; ex cõ-
ſuetudine generali. Sic quoque hęc attingit Iuſti-
nus hiſtoricus li.2.dum commemorat, Arthemen
ſem,inter filios Darij,Perſarũ Regis,maximum na
tu,ætatis priuilegio,regnum ſibi uendicare quęſi-
uiſſe, quod ius,& ordo naſcendi,& natura ipſa gen
tibus dederit. Hęc autem conſuetudo in iure reci-
pitur, & comprobatur, ut in dictis iuribus: & hæc
eadem tenet in regnis,& principatibus, & late pro
ſequitur.Io.Lecirier in tract. de primogen. li.2.q.
3 13.&.14.ubi poſt Oldrad.conſ.94.† rationes aſſi
gnat, quare primogenitus reliquis ſit præferẽdus:
atq; inibi abunde diſſerit.q.2.lib.3. nihil tñ deter
minare audẽs: vtrum filius primogenitus,iure ſan-
guinis,uel hæreditario,vel vtroq; iure ſuccedat in
regno.Amplia primo hanc concluſionẽ,ut hęc pri
mogenitura,in filio primogenito Regis,adeo mi-
4 litare arbitranda ſit,† vt etiã viuente patre, filius,
Rex recte appellari poſsit,licet Regnum,& admi-
niſtrationẽ non habeat.c.fi.cum glo.1.24.q.1.quę
allegat.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth. & colligit Mart.
Laud.in tract.de princip.q.130.& Ant. Corſet.in
tract.de poteſt.reg.q.25.in.3.parte:qui ex opinio
ne Pau. de Caſt.in d. l. in ſuis. inquit hoc eſſe ma-
gni,& triplicis effectus. Primus eſt,quia non dici-
tur hæreditas patris, vnquã iacuiſſe. Alius, quia fi-
lius non acquirit dñium nouũ, ſed confirmat ue-
tus: licet acquirat nouã adminiſtrationẽ,quã patre
viuente nõ habebat. Alius & tertius, quia etiamſi
filius nõ ſit inſtitutus hæres: ſed deceſſerit pater in
teſtatus,in eum tñ continuatur dñium,ẽt ignoran
tem:& efficitur hæres ipſo iure,& habet dñium a
lege,non tñ plenum,ſed fictum: quę facere ad mul
ta recenſet prolixe Corſe.ibi.†Mos eſt tamẽ apud
aliqua Regna, & Prouincias, ut filij primogeniti
Regum,vel Ducũ,Principes nuncupentur: ut præ-
libatus Philippus,Caroli.V.filius, Princeps Hiſpa-
niarum, & aliorũ Regnorum, vocabatur. † Verũ
nunc ducta Maria, Regina Angliæ in vxorem,
Rex Sereniſ. Angliæ,Franciæ, citerioris Siciliæ, &
Hiberniæ,Princeps Hiſpaniarum, & Dux Medio-
lani inſcribitur: ut hodie vigeſimoquinto Octo-
bris,anno ſalutis.1554.a patre ſuo Dux Mediola
ni conſtitutus,literis,& exemplo formæ iuramen-
ti fidelitatis,cum ea inſcriptione,magnificæ com-
munitati noſtræ Laudenſi, a Gubernatoribus hu-
ius dominij, & a Spectabili Don Aluiſio Cordu-
benſi, eius Regis Philippi procuratore & nuncio
redditis, conſtat: & mandantibus Ciuitati no-
ſtræ ;, Iuramentum fidelitatis per eam præſta-
7 ri. † Quod, in ea urbe Mediolani, mag. Domi-
nus Lancelotus Viſtarinus, cohortis peditum prę-
fectus, & ego, Oratores, & Procuratores a mag.
coĩtate noſtra Laudẽſi cõſtituti, una præſtitimus.
Pręmiſsis tñ adde,ut licet Philippus, Rex etiã An-
gliæ inſcribatur, Regnum tñ eſſe in eius admini-
ſtratione:

ſtratione: quantum Regina permittit: atque eum
corruſcare cadijs ux oris, ut ſupra, in cap. de Impe-
ratores. §. 4. uerſic. Trigeſimo. nume. 1. diximus.
8 † Porro apud Gallos non principis, ſed Delphini
nomen, ſortiuntur filij primogeniti regum: quaſi
primogenituræ, & Regiæ ſucceſsionis, id ſignum
ſit conſtitutum. In hac prima ampliatione, ea ta-
men notabilis declaratio ſubnotanda eſt, de qua
meminit Archid. in cap. plerunque. §. item obijci-
tur. 2. q. 7. quem ſequitur Bald. in prælud. feud.
num. 36. uerſ. an rex. poſt And. Iſer. & refert Ant.
Corſet. in d. tract. de poteſt. reg. q. 84. in. 5. parte.
9 † ut Rex non poſsit conſtituere filium ſuum regẽ,
quo ad adminiſtrationem, ſed quo ad nomen tm̃:
Quod recte quandoq; obſeruauit ipſe Carolus in
Philippo filio, qui hactenus in eum, non tranſtu-
lit adminiſtrationem Regnorum ſuorum Hiſp.
ſed ſimpliciter principem eorũ uocauit: licet nu-
perrime tranſtulerit Citerioris Siciliæ, & Hyber-
niæ, & Ducatus Mediolani, ut in proximis ſupra.
10 † An aũt aliquis dicatur filius Regis, natus anteq̃
pr̃ eſſet Rex, nõ ſine altercatione, tradunt gloſ. &
doct. ſed præſertim Cyn. & Salycet. in. l. Imperia-
lis. §. his illud. C. de nupti. & Bar. in. l. cum ſatis. C.
de agric. & cenſ. lib. xi. & in. l. ſi ſenator. ubi Ioan.
Plat. & Doct. C. de dignit. li. 12. & Martin. Laud. in
tract. de princ. q. 441. quæ reſumit Ant. Corſet. in
eo trac. de poteſt. reg. in. 3. parte. q. 26. & poſt mul
* ta, affirmat eſſe communem* opi. ut filius natus, an
tequam pr̃ eſſet Rex, non dicatur eſſe filius regis,
nec ſuccedat in regnũ, tanquam primogenitus:
Hęcq; duobus exemplis non obſcuris comproban
tur. Vno ſecundũ Iuſtinũ lib. 2. a uetuſtiſsimis tẽ-
poribus repetito: quo Xerſes Darij Perſarũ Regis
filius, genitus eo Rege creato, prælatus eſt in ſuc-
ceſsione Regni, Arthemeni alteri filio, a Dario ꝑ-
genito priuato, & ante adeptum Regnum. Alterũ
exemplum eſt in filio Caroli, Siciliæ Regis: qui in
eius Regni ſucceſsione, natus poſt adeptũ Regnũ,
prælatus eſt antè progenitis: Verum Salicet. in d.
§. his illud. cõtrarium tenuit, cuius opinio in pun-
cto iuris, vr̃ probabilior, ſi iura in hoc articulo al-
11 legata bene conſiderentur. Nam † Senatoris filius
accipitur, ſuſceptus non ſolum a conſtituto in di-
gnitate Senatoria, ſed ante eam acquiſitã, vt in d. l.
ſenatoris filium. ff. de ſenat. eſt tex. apertus, & in d.
l. ſi ſenator: licet aliter hunc multi interprętentur.
& hæc opinio etiam placuit Franc. Ripæ in. c. in-
ter cęteras. nu. 14. &. 15. de reſcrip. per aliqua alia
* iura, & argumenta adducta, quãuis cõem* vt ſ̃. in
contrarium, ẽt ibi per Decium atteſtatã, referat: q
quoq; refert Felin. per eũ relatũ ſibi ipſi contrariũ
fuiſſe, cũ in d. cap. inter cæteras. contra coẽm opi.
ſentiat. Sed in. c. prudentiã. de offic. deleg. oſtẽdat
illum dici primogenitũ Regis, qui natus ſit poſt re
gnum adeptũ, non ante, per glo. in. c. iam itaq;. 5.
q. 4. licet contra filium ante natũ, poſſe appellari
filium Regis, ſed nõ primogenitũ. Sic filium De-
curionis, & filium pręsbyteri, nuncupari concedit,
etiam ante genitum. Ripa inſuper ibi refert Iac. de

Sanc. Gemin. ꝑdicta declaraſſe in tract. feud. col.
4. vt ſcilicet communis opi. procedat, ſi regnũ per
electionẽ deferatur, contraria uero procedant, ſi
per ſucceſsionẽ. Hanc. q. etiam plene attingit Io.
Lecirier in tract. de primog. q. 12. primi libri: qui
refert in ea quattuor opin. doctorum: & tandem
per multa argumenta, omiſsis alijs, illam ſolam
amplectitur, cum Salicet. & ſequacibus: ut filius
primogenitus Regis dicatur, etiam natus antequã
pater eſſet Rex: & eleganter ad argumenta cõtra-
ria reſpondet, & etiam ad exemplum Xerſis: quæ
breuitatis gratia, cui conſulo, omito. Vbi uero a
communi opin. non eſſet recedendũ: limitari utiq;
& declarari uidet̃ per doct. & præſertim per Ant.
Corſet. ubi ſupra, quẽ etiã refert Io. Lecirier ut ſu
pra: qñ Regnũ eſt auitũ: & defertur ſucceſsione,
nõ electione. At cũ regna deferãtur hodie ſucceſ-
ſione, ut ſ̃. demõſtrauimus in hoc. §. in uer: Reges,
nu. 16. raro igitur habebit locũ cõmunis opinio.
12 † Quis autem primogenitus, in gemino partu cen
ſendus ſit, & præferendus, uide copioſe per Ant.
Corſ. in d. tract. de poteſt. Reg. q. 63. in. 4. parte, &
copioſius Io. Lecirier. in d. tract. q. 6. uſq; ad. 12.
13 q. primi libri. Amplia ſecundo, † ut primogenitus
oĩno ſuccedat, licet infans, pupillus, & impubes
ſit: cui tñ datur tutor, & poſt pubertatẽ, dabitur
curator: qui exercebit ea quæ ad adminiſtrationẽ
Regni pertineant, ipſe autem exercebit ea quæ
ſunt ſimplicis iuriſdictionis, ut per Bar. in. l. quidã
conſulebat. col. fi. ff. de re iud. quem ſequitur Bal.
in. l. fi. C. de teſt. mil. & Abb. & Felin. in. c. cum ui-
geſimũ. de offic. deleg. & ante eos conſuluit Ol-
drad. conſ. 52. Quæſtio talis: qui ſecundum Felin.
repræhendit̃ a Ioan. de Imol. & male. Hæcq; tute-
la, & cura rectè inducitur, quia expedit Regno, re-
gi a Sene, non a puero Rege, ſecundum Oldrad.
ibi, & Bal. in. l. cum antiquioribus, col. pen. C. de
iure delib. & ſequitur Ant. Corſ. in tract. de poteſt.
reg. in. 5. parte. q. 86. & ad propoſitum tradit Iaſ.
in. l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de uer. oblig. MinO
rem ſucceſſorem in regno, adminiſtrare ſecundũ
formã iuris, allegando, c. grandi. de ſup. neg. pręl.
in. 6. & Bar. & Abb. ſequitur etiam Ant. Corſ. refe
rens fere oẽs recitatos doct. in tract. de poteſt. re-
gia. in. 3. parte. q. 18. & ibi. q. 17. prædixit dari etiã
curatorem Regi maiori, in tribus caſibus: uideli-
cet, Si neſcit regnum ſuum defendere. Si in eo be-
ne non ſeruat cuſtodiam, & pacem. Si quod plus
eſt, perdita neſciat recuperare. Inquit tamen Mar
tin. Laud. in tract. de principibus. q. 162. ex doctr.
Specul. in titu. de ferijs. §. quoniã. uerſi. ſi. Principi
bus neſcientibus regere principatum: & pacem, &
iuſtitiam ſeruare, ad inſtantiam ſubditorum, debe-
re dari Coadiutorem. Sed quæſt. 22. concludit, ut
ſecundo genito, Regnum concedi poſsit: quod &
pater concedere poteſt, ut per Bald. in authen.
hoc amplius. C. de fideicommiſſ. & Oldrad.
conſilio. nonageſimo quarto. incip. eleganter:
14 † ſed & Regem negligentem, priuari poſſe Regno
extollit Iaſ. in. l. eum qui. nume. 4. C. de procura.

per not.in d.c.grādi,& aliqua iam dixi ſupra. c.1.
§.4.uerſi.27.nume.16. Poteſt addi & quartus ca-
15 ſus, ſcilicet,† quando Rex ex accidenti efficit de-
mens, non ſi a principio ſit, ſeu naſcatur mu-
tus, vel demens, & perpetuo inhabilis: quia
tunc ſecundogenitus ſuccederet, ut per Bald.
in d.auth.hoc amplius.colu.3. & in l.ſi quis prio
ris.§.talem. C. de ſecun.nup. & ſequitur Martin.
Laud.in trac.de primogenit.q.40.ea ratione,quia
conſuetudo regni, ꝙ primogenitus præferat,non
debet interpretari contra vtilitatē regni. & Anto.
Corſ.in d.trac.in 2.parte.q.10.& vř ſequi Io.Le-
cirier in trac.de primoge.q.4.lib.3.ſecutus Socin.
conſ.47.col.ult.ſed ab eo, & alijs doctoribus diſ-
ſentit, tenentibus primogenitū dementē,& inha-
bilē ſuccedere,quo ad bona allodialia:cū ipſe hoc
non concedat: qñ talia bona ſecū habeant hono-
rē & adminiſtrationē, ꝑ plura adducta. Et hic ſu-
biungere poſſumus,ut ēt ille excludatur,qui ſit in-
habilis ratione delicti: cum ob id priuetur regno,
& ad ſequentem deferatur.ut not.in.c.licet de uo-
to.vbi doct. præſertim Innoc. & Bald.in margar.
ſua in uer. Regnum: & ita intelligit Bertachin.
in repertorio ſuo in uer. Regnum. uerſi. 22. Am-
16 pliari poteſt tertio hęc concluſio, † ut etiam pri-
mogenitus, legitimatus per reſcriptum, in primo-
genitura Regni admittatur, ſecundum aliquos,
quos refert Ioan. Lecirier in d.tract. de primoge-
nit.q.13.1.lib.aliter tamen ipſe ſentiens:& ibi la-
te per eum, quid dicendum in legitimatis, per
oblationē curiæ,& per ſubſequens matrimonium.
17 q.14.& 15.† Ampliatur quarto, vt primogenitus
in tantum ſuccedat, vt teſtando priuari Regno,
ſucceſsione, non electione deferendo, & iure pri-
mogenituræ, nunquam poſsit a patre: immo nec
alij conſanguinei a linea paterna deſcendentes,
priuari poſſunt, vt pulchre inquit Innoc. in d.cap.
grandi.de ſupl.neglig.prælat.in 6.vbi doct.præci-
pue Philip. Franc.nu.2.& per Bal.in margar.ſua,
in ver. Rex, & Abb.in c.intellecto col.2. de iure-
iur.ſequitur Ant.Corſett.in tract. de poteſ.reg.q.
8.in 2.parte: ac inquit Mart. Laud.in trac.de prin
cipibus.q.380. non poſſe patrem legare alteri Re
gnum, Ducatum, vel Marchionatum, & priuare
18 filium. Atque eodem modo, † nō poteſt regnum,
aut alia magna dignitas, diuidi: quia Corona per
quam ſignificatur Rex, tāquam per corpus quod-
dam Sphericum: deſtrueret, ſi diuideret,& ſic re-
gia auctoritas diminueretē,& ideo ſcn.Mart.Laud.
in tract.de princip.q.20. Regnum eſt quid indiui-
ſibile, ut hæc tradit Bald.in auth.hoc amplius nu.
7.C.de fideic. & Franc. Porcel.in tract.de inuen-
tario.c.5. num.19.& Philip. Franc.in d.c.grandi.
19 nu.2.& ante eos Oldrad.conſ.94. col.6. † Quod
tamen tolerari, & admitti uidetur, uiuente patre,
& conſentientibus filijs: ita ut regnum unum uni,
aliud alteri aſsignari poſsit,ut atteſtatē Bal.in.c.1.
§.item ſacramenta.col.pen.de pace iur.fir.& in d.
auth.hoc amplius nu.10.& Martin.Laud.in tract.
de primog. q.13. quæ ſequitur Ant. Corſet. in d.
tract. in.2. parte.q.7.ſed contrarium tenet Pariſ.
Put. in tract. de ſindic. in.c. de exceſ. reg. in.c.de
offic.ſind.& Franc.Aret.in tract.Feud.q.30.in.4.
par.ſed u de dicta ſupra.c.1.§.4.uerſi.15.in fi. In-
quit quoque Martin. Laud.in d.tract. de princip.
q.462.Regnū quod alias eſt indiuiduum, quo ad
ius.c.1.§.præterea.de prohib. feu. alien. per Fed:
quo ad commodum tamen & exercitium, diuidi
poſſe, aſsignando uni unam ciuitatem, alteram
alteri. Sic receptum uidetur, ut Rex poſsit aucto-
ritate Regia,donare filijs,etiam non emancipatis,
ſecundum Bal.in d.§. item ſacramenta.& Iaſ.in.l.
frater a fratre.col.pen.ff.de cond. indeb. & Soci.
conſ.66.nu.7.uol.1.& Oldrad.conſ.95.qui idem
intelligit, ut donare poſsit Reginę uxori ſuę,ſi non
præiudicet grauiter Regno: etiam non obſtante
ſtatuto,& iuramēto: atque in conſ.231.addit non
eſſe neceſſariam inſinuationem. Verum hæc ſatis
dependere crediderim, ab his quæ ſcripſimus ſu-
pra.c.1.§.4.uerſic. Trigeſimo: ſcilicet an dignita-
tis iura poſsint alienari, & ualeat alienatio, ſiue in
ultima uoluntate, ſiue inter uiuos,quādo non im-
moderate bona, & iura alienantur. De conſuetu-
dine tamen inducta, ſcientibus & uidentibus Im-
peratoribus:& ſimiliter ex ſpeciali priuilegio Prin
cipis, Dignitates, & Principatus, diuiſibiles fieri
poſſe, tradit itidem Ioan.Lecir.in d. tract.de pri-
mog.q.14.lib.4.nu.3.& aliquid dictum eſt ſupra.
c.1.§.4.uerſic.15. Hæc tamen ampliatio declara-
tur procedere, niſi legitima ſubſiſtente cauſa, ut
tam in patre, quam in Imperatore,& Papa, ſenſit
Philip. Franc. in d.c.grandi: & in patre in præce-
dentibus proxime tetigi: & in Imperatore,& Pa-
20 pa ſcripſi ſupra.c.1.§.4.uerſic. 22. nu.14. † Am-
plia Quinto hanc concluſionem, ut Primogeniti
filius ſuccedat, atque excludat patruum ſecundo-
genitū,ut tenent multi relati per Ioan. Lecirier in
d.tract.lib.1.q.25. uerſic. Hi ſunt qui,per ſex col.
licet per alias ſex col.referat alios tenentes contra
riam opin. ut ſcilicet patruus excludat nepotem:
ibique etiam recenſet hanc altercationem, quan-
doque iuſſu Ottonis Imperatoris, Duelli iudicio
commiſſam, & terminatam: Proinde relatis hic
inde doctoribus,& eorum argumentis,propter am-
biguitatem articuli, & maximas in eo controuer-
ſias,ipſe Ioan.in fine noluit aliquā partē ſequi,aut
in his ſuam ſuā ꝓferre, adducēs pro excuſatione
Bal.in conſ.275.in.2.parte.incip.quod pro regu-
la: commemorantem, iſtam.q.potius uerſare in
ingenij qualitate,quā quod pro,uel contra deter-
minari queat. Vnde aſſerere certitudinaliter ſit ſu
perſtitioſum, potiuſquam diſcretum: & ſubdit
Ioan.hāc.q.potius declarationem Principis,quam
opinionem ſcribentis expoſcere:& ideo ad tollen
das dubitationes, recte ex conſuetudine ſcripta,
apud Pariſienſes receptum eſſe; & prouiſum pro
nepote contra patruū. Verum tamē Decius conſ.
443.copioſe articulum attingens, magis commu-
* nem *eſſe opi.poſt Alex.atteſtatur in fi.ut Secun-
dogenitus patruus excludat nepotem primogeni
tum

tum: & indubitanter hoc tenendum ait, quādo eſt maior natu, & in poſſeſsione regni: Declarando hęc tamen ibi: num. 2. niſi filius primogenitus uixerit poſt mortem patris: & Regnum acquiſiuerit, quia tali caſu nepos excludat patruū, iuxta diſpoſitionem d.c.grandi.de ſup.negl.prelat. in.6.&.c. licet.de uoto: & ita clare tenet Ant. Corſet.in d. tract.de poteſ.reg.q.102.in.5.parte, ut ſi primogenitus in uita adeptus ſit Regnū, nepos excludat omnino patruum: in reliquis trāſit cum diſtinctione Mart. Laud.in tractat.de primog.q.38.ut ſtandum ſit ſtatutis, uel cōſuetudinibus, de hoc diſponentibus: in alijs primogenito defuncto uiuo pa-

* tre refert, & ſequitur dictā magis cōmunem * opinionem, allegando Oldrad.conſulentem, ſibi ipſi contrarium. Amplia Sexto iuxta p ecedentia, ut etiam poſthumus ex primogenito, excludat patruum, ut colligit idem Ioan. Lecirier.in d. trac.in q.26.1.libri per multa, & pręcipue per tex.in.l.qui

21 in utero.ff.de ſtat.hom. Amplia Septimo † ut primogenitus ſuccedat, licet ſit clericus in ſacris conſtitutus, quando adeſt conſuetudo, uel ſtatutū priuilegians primogenitos, ut innuit ſimpliciter Martin. Laud. in tract. de primog.q.30.& poſt multos,

* communiorem * opinionem, tradit eſſe Ioan. Lecir.in eo tract.q.24.nu.20.lib.1. nō aperit tamen

* an hæc communis * opin. ſibi uendicet locum in Regnis: ſed ibi in ſeq.num.40. quærit utrum clericus poſsit ſuccedere in feudo, & uidetur tranſire cum Curtio Iun.in tract. Feud.in.3.parte.uerſ. Decimo principaliter: ut nō poſsit, innuens hanc eſſe

* communem opi. quæ tamen patiatur nouem, aut decem limitationes: quæ ad Regni ſucceſsionem, argumenta præſtare uidentur: an clericus ſit admittendus, ubi etiam regnum non eſſet ſub feudo, uel non recognoſceret ſuperiorem. Facit, quia Regnum eſſe uidetur de natura feudi paterni, ſeu antiqui, ut habetur in tract. de poteſ. ſecu. & Eccl.c. 187.nu.10.In præmiſsis adde Iaſ.conſ.117.col.1. uol.4.qui inquit, Iura prohibentia clericos & Religioſos ſuccedere in feudis, nō procedere in Cardinalibus; & quod effectus Epiſcopus, non perdit feudum ab Imperatore proueniens: ſecus ſi quis effectus fuerit Monachus, uel conuerſus: de quibus uide per Barbat.in tract. de pręſtant. Cardin. q.5. 1.partis.num.1.&.25. Quando autem Monachus, uel Clericus, ad Feudū admittatur, uide ſecundum

* communem opin. D. Iulium Clarum, Senator. Mediolani, in.§. Feudum. q.78.lib.4.ſentētiarum, & de monacho, dicemus etiam inf. quęſt. ſeq. num.

22 3. Declaratur autem primo hæc concluſio † ut ex eadem conſuetudine, & iure, is primogenitus, maſculus ſit, non fœmina: nam licet primogenita adſit, a maſculo tamen excluditur, ut ſine controuerſia concludit Abb. in.c. dilecti. num. 1 1. de arbit, & doct. recitati, ſcilicet Martin. Laud. in d. tract. de primogenitura.q. 11.& Ioan. in.19.q.lib. 1. Ve-

23 rum illud in diſceptationem deducitur, an † fœmina aliquando primogenita, deficientibus maſculis, in regnum ſuccedere poſsit: quam quæſtionem propoſuit Abb. in d.c. dilecti, & in eam ſentētiam deſcendere uidetur, ut ſi res, & dignitas ſit feudalis, fœmina non ſuccedat, etiam maſculis non extantibus: niſi in cōceſsione feudi etiā fuerit dictū, fœminam poſſe ſuccedere: & ſimpliciter fuerit facta conceſsio, ut maſculi & fœminæ admittātur. Hoc intelligēdum eſt p p naturā feudi, ordine ſucceſsiuo, ut fœmina admittatur, maſculis non extantibus ſecundum tex. not. in.c. 1. de ſucceſ. feu. quæ addo tenere etiam Alex.conſ.29.no.1.& Iaſ. conſ. 114.uol.1. qui inquit fœminam regulariter non ſuccedere in feudo, niſi in quatuor caſibus ibi per eum expreſsis, ut & per Corn.cōſ.16. uol. 1. Si tamē feudum ſecundum Abb. eſt fœmineum, ſuccedit fœmina, licet in conceſsione non fuerit dictum, quod fœmina ſuccederet: & hoc maſculis non extātibus.c.3.de benefic.fem. Si uero res non eſt feudalis, & tūc ſi eſt dignitas, ut puta Regnum, Ducatus, Comitatus, uel quid ſimile, tūc ex communi conſuetudine iure approbata, ſuccedit ſolus primogenitus maſculus, & eo decedente ſine filijs, uenit ad ſecundogenitum. d.c.licet.de uoto. cum glo.& doct. Maſculis autem non extantibus, ſuccedit fœmina, & ita intelligit Innoc. ibi & in.c. ſignificauit. de reſcrip. Aſt Martin. Laud. in d. q. 11. impugnat Abb. in eo quod cōcludat, fœminā iure primogenituræ, deficiētibus maſculis, de iure Succedere: nam concludit ipſe eā non ſuccedere, ſiue extent maſculi, ſiue non, niſi priuilegio, uel conſuetudine, contrarium concedatur, & probetur: & hanc opin. tanquam tutiorem, & communiorem refert Ioan. Lecir. in d.q.19. licet tueri Abb. uideatur. & eum hac opin. tranſit etiam Philip. Franc. in d.c.grandi.num.7. etiam ſi regnum ſit conceſſum

* in feudum: & ab hac communi * opin. non eſſe

24 recedendum puto. † Qua de re, ſimili priuilegio, ſeu potius conſuetudine, uti Regnum Angliæ crediderim, ex quo anno præterito, qui.1553. Salutis agebatur, ad Mariam, Henrici octaui filiam, nuptam Philippo Caroli. V. Imp. filio, illud delatum eſt: eo ſine filijs maſculis, & etiam Odoardo fratre ſine ſucceſſore, ex domo regia (ut opinor) defuncto ut ſupra.c.1.§.4.uerſic. Trigeſimo. num.1. Et

25 prædictis adde, † quod ubi fœmina non ſuccedit in regno, pariter non ſuccedit eius filius, licet maſculus, ut notanter tradit Bal.in.l.1.ff.de Senator. per.c.ad apoſtolicæ.de re iud.in.6.in nouel. ea ratione, quia omne quod eſt ex radice, ſequitur naturam proprij genitoris: Vnde infert, ſi filia Regis Francorum, non ſuccedit in regno, ex rationabili conſuetudine Francorum, filius eius Rex Angliæ, in regno Francorum nullum ius prætendere potuit: quia in cauſato, non poteſt eſſe plus uirtutis, quam procedat ab influenti potentia cauſæ, quod expreſſum eſſe ait in ti. qui feud.dar.poſ.c.1.§. hoc aūt notandū refert & ſequit Ant. Corſet. in d. trac. in.3.parte. q.23.& in.4. parte.q. 65. & Io. Campeg. in tractat. de dote in.5.parte.q.41.nu.4. De-

26 claratur ſecundo loco hæc concluſio † ut primogenitus non ſuccedat, ſi conſenſerit ſecundo genitum

tum inueſtiri, ſibi enim penitus præiudicat.c.1.§.
præterea. ubi Bal. no. quibus mod. feud. amit.&
per Martin Land.in trac.de princip.q.351.& col-
ligit Iaſ. in.l.quæ dotis.nu.64.ff.Sol. Matr. dicens
hoc eſſe expreſſum in.c.quam periculoſum.7.q.1.
Declaratur tertio:ut inhabiles penitus, ueluti a na
tiuitate demens,uel perpetuo mutus,& ſimiles,ex-
pellantur a primogenitura, & eius ſucceſsione, ut
ſupra retulimus in proximis nu.15. Et hic conue-
nire poteſt,ut ſi primogenitus efficiatur,uel ſit mo
nachus, Canonicus regularis, uel Frater minor,
non ſuccedat in Regno,ut dicemus in ſeq.q.num.
3.4.At in materia primogenituræ abunde loquen
tem uideas,ſi libet, Martin.Laud.in eo tractatu. &
abundantius Ioan.Lecirier in ſimili tract.

S V M M A R I V M.

1 *Regni ſucceſſio,defertur ad promixiores de ſanguine regio,decedente aliquo ſine filijs,licet milleſimo gradu diſtarent, & licet quis læſæ maieſtatis crimine, damnatus eſſet.*

Regem eligunt Magnates Regni,ubi non ſit qui ſuccedat capax; & confirmabit Imperator, vel Papa.

2 *Regnorum ſucceſſiones,excludunt Fiſcum.*

3 *Regnum non tranſit ad Monaſterium, vel Monachum,licet primogenitum;uel ad canonicum regularem:minus,ad fratrem minorem.*

4 *Monachus qui efficitur,eo ipſo deſinit eſſe Rex,Papa vel Imperator,vel Epiſcopus.*

5 *Regnum defertur ſucceſſoribus ſanguinis.*

Q V E S T I O II.

Quomodo ſuccedatur in Regno poſt primogenitum.

POST primogenituræ ordinem,
in ſuccedendo explicatum, ſatis
conſtanter determinatum uide-
1 tur, apud iuris interpretes, † de-
cedente aliquo ſine filijs, in di-
gnitatibus regalibus exiſtente,
ueluti Comitatus, Marchionatus, Ducatus,& Re-
gni,ad ſucceſsionem admittendos eſſe proximio-
res in gradu agnatos, de ſanguine Regio,iure ſan-
guinis,& perpetuæ conſuetudinis,dato quod mil-
leſimo gradu diſtarent, licet in alijs ſucceſsioni-
bus poſt decimum gradum, admittatur Fiſcus, ſe-
cundum iura communia, ut celebratur gloſ.& di-
ctum Bal.in tit.de feu. March. Duc. & comit. qui
hoc exemplificat in domo Borbonæ, & regno
Francorum,ſequitur Aluar.ibi,& Martin.Laud.in
tract.de princip.q.443.& Ant. Corſet.in tract.de
poteſ.regia in.5.parte.q.103.adducens Bart. Ce-
pol.in cautel.ſua 93.incip. eſt dubium; & uberius
Gul.a monſerat in tract.de ſucceſ.reg.in.1.dubio
num.39.qui memorabiliter ſubdit,& Ampliat re-
citatam doctr.gloſ.& Bal.ut etiã ſi aliquis de ſan-
guine regio, maſculino, commiſiſſet crimen læſæ
maieſtatis, etiam per ſententiam condemnatus, &
omnia eius bona ipſo facto cõfiſcata eſſent, rexq;
abſque maſculis decederet, talis tantum admittẽ-
dus eſſet in regem,per auct. gloſ.ſing.in.c. & ſi ne
ceſſe. de donat. inter uir. quam extollunt omnes
2 ſcrib.ibi, † quia in ſucceſsionibus regnorum, non
habet locum Fiſcus. Ampliari etiam notabiliter
poteſt concluſio noſtra,ſecundum Martin. Laud.
in d.tract.de princip.q.175. in fortiori caſu, ut ſi
nemo ſit,qui ſuccedat in regno, quia nemo capax
ſit,licet adſit monachus,qui eſt incapax: tunc Ma-
gnates Regni eligent aliquem in Regem: & con-
firmabit Imperator,uel Papa,per doctr. Bal.in.c.
cum noſtrum de electioni. Declara tamen primo
3 hanc concluſionem,† ut Regnum non tranſeat ad
monaſteriũ, uel Monachũ,licet primogenitũ, uel
Canonicum regularem:& multominus ad fratrem
minorem, qui magis eſt incapax,ſed ad ſucceſſo-
res ſanguinis, ut tradit Bal.in.l. Deo nobis.§.hoc
etiam.uerſ.quarto not.num.12.C.de Epiſc.& cle
ric.qui in Beato Ludouico,hoc contigiſſe comme
morat,etiam illa ratione, quia eſſet de ordine mi-
norum: & adducit gloſ. ordinariam in.c.ſcripſit
nobis Theberga.27.q.2.& idem, tenet idem Bal.
in.l.data opera.nume.44.C.qui accuſ.non poſ. &
alibi: & notanda eſt illa gloſ.quæ addit, hoc ſolo
4 quod † quis efficiatur Monachus,deſinit eſſe Rex,
Papa,uel Imperator, uel Epiſcopus:& idem tenet
Barbatia in tract.de præſt.Card. in.5.q.baſilica.1.
partis num.13.& Ant. Corſet.in d.tractat. de po-
teſ.reg.in.4.parte.q.60.eam aſsignans rationem:
quia amplius nõ poſsit exercere officium iuſtitię
erga ſubditos,cum ſit effectus miles Dei, qui non
debet ſe implicare negocijs ſecularibus, ſed inſer-
uire diuinis,ut Ioan.Lecirier.in tract.de primog.
in.4.q.3.lib.* nu.15. idẽ tenet, & Martin. Laud.
in tract.de princip.q.91.qui tamen ibi.q.284.ali-
ter ſenſiſſe uidetur: ait enim ſi filius Regis,uel du-
cis,efficiatur monachus:de iure,regnum uel duca-
tus acquiritur monaſterio; ſi iure hæreditario de-
fertur, alias ſecus. Subdit tamen hoc de facto non
ſeruari,& ſe remittit ad dicta per Alber.de Roſ.in
auth.ingreſsi.C.de Sacro. Eccl. & dictam doctri-
nam Bal.ubi ſupra refert, nec ab ea diſſentit Alex.
5 conſ.98.nu.7.uol.6. † quia regnum debeatur ſuc-
ceſſoribus ſanguinis per dictã glo. Declara ſecun-
do,ut ſucceſſores,& agnati ex ſanguine Regio ad-
mittantur: maſculi, non fœminæ, ut declaratum
eſt ſupra in præced.q.nume.22. Declara tertio,ut
non admittantur hi qui ſunt inhabiles, ut dictum
eſt in dict.q.nu.15.& licet uideatur repugnare di-
ctum ibi in delinquente,proxime dictis,qui dica-
tur repelli a regno propter delictum, dum dictum
eſt, eum etiam qui comiſiſſet crimen læſæ maieſta
tis,admittendum tamẽ eſſe ad regnum,quia Fiſcus
nõ ſuccedat: hoc arbitrarer procedere, nullis alijs
exiſtentibus ſucceſſoribus.

S V M M A R I V M.

1 *Regimen Regis neceſſarium eſt, ad regendum gentem ſuam.*

2 *Regimine*

2 *Regimine ſublato, recta officiorum ſingulorum, non geritur adminiſtratio, neque aliter uniuerſitas creaturarum poteſt conſiſtere.*

3 *Rex ante omnia iuſta pracipere, & illicita prohibere debet.*

Rex aliter ſeruit vt homo, aliter vt Rex.

Regię poteſtatis, vel Tyrannica, illam ſimulantis, conſeruatio, & officium. remiſſiue.

4 *Rex dicitur quaſi ſe, & alios, virtutibus regens: vel quia recte regat.*

5 *Regis ſumma ſapientia eſt, ſe ipſum regere.*

Regimen, ſeu gubernatio, ad ſapientiores pertinet.

Rex ſine ſapientia, dicitur denarius æreus.

6 *Scientia Alex. Magn. C. Iul. Caſ. & Caroli. V. Regis Franc. commendatur.*

7 *Reges, ſapientia & ſcientia pollere debent, & eam appetere.*

8 *Librorum multorum copia appetēda, ad ſapientiam comparandam.*

---

§.II. DE OFFICIO REGVM.

§.II.

REGIVM munus, & Officium illud eſſe haud dubium eſt, quale
in pluribus deſcripſimus in Imperatore, ſuperius. c. 1. §. 3. &
eadem obſeruanda, etiam per Pontificem, ſummatim repetita
dicemus inferius lib. 2. c. 1. §. 3. Nonnulla quoque
elici poſſunt ex. §. 4. uerſi. 11. &. 15. &. c. 1. Aliqua
tamen etiā poſſumus hoc in loco ſupponere: quæ
proprius Regibus conuenire, quæque magis eos
decere uideantur, uel obiter aliquando commemorata,
uel hactenus omiſſa. Verum illud imprimis
occurrit, ex quo diuina inſtitutione ad regendū,
Reges ordinati ſunt, ut ſupra diximus. §. p̄ced.
1 in prin. num. 5. ut præmittamus, † Regimen Regia
neceſſarium, ad regendum gentē ſuam, ſicuti Epi-
ſcopi regentis plebem: immo & pauperis regentis
domum ſuam, & diuitis regentis familiam, & ma-
riti regentis coniugem, & patris regentis prolem,
& iudicis regentis prouinciam ſuam, ut ſcite legi-
tur ex auctoritate B. Auguſtini. in. c. duo. 23. q. 4.
2 † Nam regimine ſublato, recta officiorū ſingulo-
rum nō gereretur adminiſtratio, neque aliter uni-
uerſitas creaturarum conſiſtere poſſet, ut notan-
ter ſcriptum eſt in. c. ad hoc. 89. diſt. quę exemplo
cæleſtis militiæ, Archangelorum, & Angelorum
ibi ſumuntur, qui in poteſtate & ordine nō ęqua-
les reperiuntur At Regimen: & adminiſtratio, in
uno tantum Rege aptius collocatur, ut & Bruta ſe
habent. c. in apibus. 7. q. 1. & diximus ſupra. c. 1. §.
3 2. q. 1. † Iſq; Rex ante oīa iuſta pręcipere, & illicita
prohibere omnino debet: tāquam homo fideliter
uiuendo, tanquam Rex, leges iuſtas ſanciendo, c.
ſi Eccleſiæ. in fi. 23. q. 4. & propterea traditum eſt,
Regum proprie eſſe, facere iudicium, & iuſtitiam,
& liberare de manu calumniantium ui oppreſſos,
& peregrinis, pupilliſque, & uiduis, quæ facilius
opprimuntur a potentibus, auxilium præbere: &
ita, ut mali a malo coerceantur, & boni quiete in-
ter malos uiuant. c. non fruſtra, &. c. regnum. 23. q.
5. de quibus & ſimilibus dictum eſt ſupra d. c. 1. §.
tertio. præcipue uerſic. 5. &. 6. Sed de his, quæ ad
Regium officium, poteſtatemque regiam, uel Ty-
rannicam, illam ſimulantem, atque eius conſerua-
tionem, pertineant: multa dicemus in. c. de Decu-
4 rionibus. num. 116. † Quo circa Rex dicitur qua-
ſi ſe, & alios virtutibus regens, uel quia recte regat.
c. regula. 3. diſt. & colligit Ant. Corſet. in tract. de
poteſ. reg. q. 16. in. 1. parte. & Pariſ. Put. in tract. de
Duel. in. §. quoniam lib. 7. ſic in libello, de Regi-
mine Princip. qui Ariſtotelis eſſe inſcribitur, legi-
5 mus, † Summam eſſe ſapientiam in Rege, ſe ipſum
regere. Vnde cum ad ſapiētiores gubernatio per-
tineat, arg. c. porro. 84. diſt. iure merito, Rex ſine
ſapientia, dicitur denarius ęreus, in computo mer-
catorum, ut poſt Alberic. in ſuo dictionario, diſſe-
rit Ioan. in d. tract. de primogen. lib. 2. quæſt. 14.
in uerſic. quia ſupra uidimus. num. 14. & ideo per
Prophetam Dominus locutus eſt, in hæc uerba:
Erudimini qui iudicatis terram: & Sapientia, hæc
exprimit: Iudex ſapiens iudicabit Populum ſuum,
& principatus ſenſati ſtabilis erit. & inibi, ſimile
eſt illud, Rex qui iudicat in ęquitate populos, & ſa
pientia pauperes, thronus eius in æternnm manebit.
Sic cum Dauid a Domino poſtulauerit, ut ſa-
piētiam, & Scientiam doceretur, Ideo dominus in
eo, ſe inueniſſe hominem, ſeu uirum, ſecūdum cor
ſuum, teſtatus eſt: ut hęc etiam colligit incertus
auctor in tract. de poteſ. ſecul. & Eccl. c. 135. qui
6 plurimum commendat † Alexandri Magni ſub
Ariſtotile præceptore doctrinam: & C. Iulij Cæ-
ſaris eruditionem & eloquentiam: & Caroli. V.
Francorum Regis ſcientiam, & uarios bonos mo-
res. Flauius autem Vegetius de re milit. in prin.
apte proponit, Nullum magis decere, uel meliora
ſcire, uel plura, quā Principem: cuius doctrina om-
7 nibus poteſt prodeſſe ſubiectis. † At quātum in re-
gimine Principum Sapientia, & Scientia proſit, illa
extollitur celebris Platonis ſentētia: Beatæ eſſent
reſpublicæ, ſi eas uel ſtudioſi ſapientiæ regerent:
uel earum rectores, ſtudere ſapientiæ contigiſſet,
prope hæc accedūt, quę Ariſtippus dicere ſolebat:
Doctus ab indocto quantum differat, cognoſcitur
ſi mittas ambos ad incognitos. & ſecundum Democr.
Indoctus ſolū ſilentiū, ex doctis habet. Atq;
teſte Ariſt. Eruditio inter proſpera eſt ornamentum,
inter aduerſa refugium: quæ uberius imitari
uidetur M. Tulius, in oratione pro Archia Poeta;
qui inquit: Nam cętere res, neque temporum ſunt,
neque ætatum omnium, neque locorum; Hæc
etenim ſtudia, adoleſcentiam agunt, ſenectutem
oblectant, ſecūdas res ornant, aduerſis perfugium,
ac ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt
foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur,
ruſticātur. Verum uehementius charum illud Terentianum
exclamatum, proponitur: Homine imperito,
nunquam quicquam iniuſtius eſſe. Proinde

de Regum,& Principum, maxima cura eſſe debet:
ut artes,& diſciplinas,præcipue quæ ad bonos mo
res & rectam adminiſtrationem pertineant,addi-
ſcere cogiient, cõgreſſuque ſapientum peritiores,
& ſapientiores fieri ſtatuant : ita ut iure merito,in
ſcrinio pectoris ſui , omnia iura habere cenſean-
tur;Scientiarum enim fęlici gloria , mundum om-
ni tempore gubernari , proponit Theodoſius.II.
Imp.in Conſt.ſeu priuilegio, Bononienſi Ciuitati
conceſſo;ubi Lũdouic. Bolog.in eius commento,
multa in hac re cumulat.Quod cuiq; facillime eue
nire poſſe arbitrandum eſt, ſi frequenti ſtudio , &
lectione auctorũ, præſertim non uulgaris æſtima-
8 tionis, afficiantur:† cum multorum librorum co-
pia id facilius fieri , non dubitarit Oldrad. meus
Laud.in conſ.84.incip.an expediat:cuius dicta de
uerbo ad uerbum ,ſubripuit , & ſequitur idem in-
çertus auctor,in tract. de poteſ. ſecul.& Eccl.cap.
136.&.137. licet de Oldrad. non faciat mentio-
nem. Verum hoc in loco,non poſſum non maxi-
me admirari, quorũdam in hac re imprudentiam,
qui ſcientiam non ſolum ipſi imperiti, oderunt &
negligunt : ſed etiam ab omnibus odio ineffabili,
propellendam dictitant . Quorum ſi res infęlici-
ter propterea cedant,minus equidem admirãdum
crediderim.Nec ſilẽtio præterire poſſum hac rem
peſtate;quẽdam ſummum uirum,tali ſuaſione du-
ctum , parum ſcite ſibi creditas res adminiſtrãdo;
in multa diſcrimina æſtimationis, &fortunarum
ſuarum,incidiſſe: ſicque teſte Salomone.c.1.pro-
uerbiorum;dementiæ quandam notam compara-
uiſſe: qui inquit ſapientiam,& doctrinam, ſtulti di
ſpiciunt.Virtutes autem alias,quę Regem,& Prin-
cipem deceãt , & quę ad munus regentis ſpectent;
cuius uita, ſubditis exẽplo eſſe debet,iam præſcri-
pſimus ſupra.c.1.ſ.2.in prin. Multa tamen ad Re
gem,qui recognoſcat ſuperiorem,pertinent:& in-
primis Fidelitas, & Homagium:in quibus iure ſu-
perioritatis , & feudi, obſtrictus eſt; præſertim ſe-
cundum formã fidelitatis, & inueſtituræ; quæ ma-
xime attenditur : ſed hæc breuitatis cauſa omitta-
mus, cum & abunde de his inſignes uiri , & anti-
qui,& recẽtiores,in traditionibus ſuis feudalibus,
ſcripſerint, & inter alios Bal. And. Iſern. Martin.
Laud. Franc.Curt. Iunior: & Matthęus Afflic.

SVMMARIVM.

1 *Regum magnitudo non longe ab Imperatoria diſtat, vbi Reges non recognoſcant ſuperiorem.*

2 *Reges tranſmittunt regnum ſuum ad hæredes: in Imperio ſecus eſt.*

Rex dicitur Imperator , & monarcha in regno ſuo.

Rex dicitur lex animata , qui plus poteſt quam lex, vel conſuetudo : quod idem eſt in ciuitate non recognoſcente ſuperiorem.

3 *Reges habent remp. Romanorum in regnis ,prout Imperator in Imperio.*

Regum potentia ſecundum Ariſt . qualis eſſe debet.

4 *Reges non recognoſcentes ſuperiorem, poſſunt exercere reſeruata Imperatori , in ſignum ſpecialis priuilegij.*

5 *Regibus conueniunt leges , & iura loquentia in Imperatore: cum nouem tamen declarationibus : & quod Illuſtres, & Illuſtriſſimi ſint.*

6 *Regibus an conueniant epitheta attributa Imperatori .*

Reges non recognoſcentes ſuperiorem,qui ſint.

7 *Regnum Franciæ , legibus imperialibus non aſtringitur.*

Patria poteſtas ad omnes Chriſtianos pertinet.

8 *Reges extra regnum poſſunt creare milites , & conferre dignitates.*

9 *Reges quandoque in rebus, & perſonis Eccleſiaſticis,poteſtatem habent.*

Regibus,Epiſcopi ſubeſſe dicuntur.

Regi,potiuſquam Archiepiſcopo,quando obediẽdum per Epiſcopum : & quid abſolute , quando magis obediendum Regi,quam prælato: & an magis Regi, quam eius Baroni.

Reges , & Duces , ſunt Patroni in Epiſcopatibus exiſtentibus in regno ſuo.

Reges quãdo poſſint mittere Epiſcopos, & Abbates, ad exercitum.

Reges ſacerdotibus ſuperiores fuere,in veteri teſtamento .

10 *Reges aliqui , & Principes , poſſunt aliquando conferre beneficia ſui Regni.*

Rex Franciæ , quam poteſtatem habeat in beneficijs ſui Regni.

11 *Reges, & Principes, quandoque iudicare poſſunt inter clericos.*

12 *Rex Franciæ inter Reges, primum locum vendicat, vt in pluribus oſtenditur.*

13 *Rex Franciæ decem octo Archiepiſcopatus, & centũ quattuordecim Epiſcopatus habet in regno ſuo.*

Regem, & Regnum Franciæ , Pontifex proſequitur fauore.

Rex Franciæ curat quoſdam morbos,quos ſcrofulas appellant.

14 *Rex Philippus Catholicus, Caroli.V. filius ,inter Reges maximus Rex; num.15.&.17.&.19.*

15. *Reges Hiſpanos, Ro. Eccleſia proſequitur fauore.*

16 *Rex Philippus quot Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſub ſe habeat in Hiſpã. in Anglia, in Hibernia, in Sardinia, in Scicilia, in Calabria, in Apulia, in ducatu Mediolani.*

17. *Rex Philippus , dominus eſt. 277. vrbium , etiam non computatis quæ Flandriæ ſunt & aliarum quarundam prouinciarum, & Inſularum.*

18 *Diuitiæ maiores, arguunt maiorem honorem, nobilitatem, dignitatem, potentiam, beatitudinem, æſtimationem, & timorem inferiorum.*

19 *Maiores alijs alij ſunt, ex diuitijs, nobilitate, ex potentia, ex honore.*

20 *Imperium, in genere, & Familia Auſtria, per multa tempora, & multos Imperatores, qui exprimuntur, adhuc durat.*

§.III.

§.III. DE MAGNITVDINE REGVM.

§.III.

1 MAGNITVDO, & Regum † Potentia, non longe ab Imperatoria diſtat, ubi Reges (ut uiuti ſunt) non recognoſcant ſuperiorem: uel eis competant, & conceſſa ſint reſeruata Principi, unde habeant ſupremam poteſtatem in Reguo ſuo: ſicque parum abeſt, quin ea omnia, quę ad potentiam Imperatoris pertinent, itidem ad huiuſmodi Reges pertineant. Nam hi tales non aliter excellunt, & plenitudine poteſtatis utuntur, in Regno ſuo, quam Imperator in
2 Imperio: immo & maiori, † quia ipſi tranſmittunt regnum ſuum ad hæredes, & poſteros; Imperium autem non tranſmittit Imperator. Quo circa Rex dicitur Imperator, & Monarcha in regno ſuo, ut celebratur doctr. Bal. in.l. exemplo.C. de probation. & in prohęm.ff.col. 2.& in.l.ea.l.C.de cond. ob cauſ.& And.Iſer.in.c.1.col.3.de uaſal.decrep. ætat. Sic Rex dicitur lex animata, quia plus poteſt, quam lex communis, uel conſuetudo, ut tradit memorabiliter Bal.in auth.hoc amplius. uerſ. quęro an filij regis.C.de Fideicom. quæ etiam militant in ciuitate, non recognoſcente ſuperiorem, ut per Bar.in.l.infamem.ff.de pub. iudic.in fi.& Abb.in. c.quæ in Eccleſiarum nu.6.ubi doct.de conſtitut. & Ant.Corſ. in tract. de poteſ. reg. in.4.parte.q. 44.& in.q.73.in.5.parte.& Martin.Laud.in trac. de princip.q.21.& hæc etiam colligit, & ſequitur Franc.Curt.Iunior,in tract.de Feud.in.2.q. princip.num.6.& ſeq.de quibus uide etiam Felin.in.c. cum non liceat.col.2.de præſcription. & conſuluit Alex.cõſ.2. num.27.uol.1.& Socin.conſ.67. num.4.uol.1.& conſ.3.num.19.uol.3.& Decius conſ.271.num.4 & conſ.390. nume.10. Proinde
3 ad præmiſſa facit, ut dicamus, † Reges habere rẽp. Romanorum, in regnis ſuis tantum: prout Imperator habet uniuerſalem, ut tradit not. Bal.in.l.3. C.ad trebel. Potentiam autem in Rege, quandam eſſe neceſſariam, per quã leges tueri queat, poſuit Ariſtot.politic.lib.3.c.11.in fi. ſubdens oportere ipſum iures habere: ſed tales, ut unoquoq́ue ſeparatim, & ſimul pluribus, potentior ſit, populo tamen ſit impotentior. Ex quibus ſuccedit, ut
4 † huiuſmodi reges, poſsint exercere ea quæ ſunt reſeruata ſpecialiter Imperatori, in ſignum ſpecialis priuilegij: ut legitimare, famam reſtituere, auctoritatem interponere in arrogatione, & ſimilia; ut atteſtatur Abb.in.c.per uenerabilem nume.10. qui fil. ſint legit. & tangit in tabellionibus creandis, Martin.Laud.in tract.de princip.q.67.& abunde diximus ſupra.c.1.§.4. uerſic.1.num.7.& ſeq.
5 & in uerſic.ſeq. † Atque ideo in præmiſsis, regula & concluſio proponitur, ut leges, & iura loquentia in Imperatore, militent & habeant locum in regibus, & in inferioribus habentibus iura principis, ſeu Imperatoris, ut per Bal.in.c. Abbate.de re iud.& Innoc.in.c.cum p.de fid. inſtr. quos refert, & ſequitur Paris in tract. de duel. in.§.pone quod oriatur, num.3.lib.7.& conſuluit Decius dict.cõſ. 390.num.10.ex auctoritate etiam Oldrad. Laud. conſ.231.incip.ut eius de quo quęritur, & Bal.in. c.imperialẽ.§.fi. de prohib.feud. alien. per Fed. q̃ etiam apertius tenet Corn. conſ.299. nu.26. uol. 1.etiam in caſu fortiori, ſcilicet, ſi quis Rex recognoſcat ſuperiorem, & habeat regnum in feudum ab alio rege. Quę cõcluſio in Papa itidem militare dicitur, ut docet glo. in.l.cum hæredes. C. qui teſt.facer.poſ. Patiuntur tamen præmiſſa declarationem in aliquibus, in quibus plus poteſt Imperator quam Rex. Et primo, ut dictum eſt ſupra in.c. 1.§.4. d.uerſic.1.nume.1. &.8.& in.§.1.uerſicu. Orbem, quia Imperator ſolus eſt Dominus, & habet uniuerſale dominium totius orbis, in temporalibus: ita ut corporalis mundo Deus, & alijs pręſtantioribus epithetis, nuncupetur, quam Rex: & ideo, ea quæ ſunt reſeruata Imperatori in ſignum ſupremæ ſuperioritatis, & ipſa ſuperioritas, & pręeminentia, ſoli Imperatori competit, nec poteſt præſcribi, cui omnes Reges ſubeſſe diximus ibi; Quorum, & ſecundo, Coronatio Regulariter ad ipſum ſpectat, ut in uerſic.15.§.4.cum, & tertio, omnium Principum ſit iudex competens, ut ibi uerſi. 25. Et ſimiliter, quarto, omnes illi obedire debẽt, in temporalibus, Papæ in ſpiritualibus, ut in uerſi. 27. Sicque & quinto loco, conciliũ generale, mere ſeculare, ſolus Imperator cõuocare põt, & eidẽ auctoritatem interponere, ut in uerſic.14.in fi. Sexto declaratur, quia ſolus Imperator poteſt condere legem generalem, non Rex, ut in d.§.4. uerſic.ſecundo, dictum eſt; nec talis poteſtas poteſt in alium transferri, ut ibi: Et econuerſo, legem generalem, & iura cõdita, præſertim poſitiua, tollere poteſt, ut ibi uerſic. Tertio. Septimo declaratẽ quia facientes ligam ſeu confœderationem contra Imperatorem, incidunt in crimen læſę Maieſtatis; ſecus ſi id fiat contra alium. Et ideo Veneti, & ſi qui alij fuerit Rebelles Imperio, poſſunt priuari libertate ſua, cum illam habeant, uel ex priuilegijs eius, uel per eius patientiam, ut dictum eſt ſupra dicto.§.4.uerſic.27. Declaratur octauo, ut a Rege differat Imperator, quia in eo etiam magis excellit, cum ipſe Illuſtrium non ſolum, uerum etiam ſuperilluſtrium faſtigium ſuperet, ſitque ſupra il-
* los, ſecundum communes opiniones. Nam ab eo omnes dignitates profluunt, ueluti a fonte, prout idem & de Pontifice Max. dictum eſt ſupra.c.1.§. 1.uerſic. Orbem. num.4. At Rex, ſeu Reges quicunque ſint, Illuſtrium gradum ſolummodo aſſequuntur, ut iam diximus ſupra.c.1.§.3. uerſ.13. in materia duelli, in.3.parte concl.77.nume.6.& conſuluit Iaſon conſ.144.col.2. uol.2. Veruntamen non ibo inficias, Reges aliquos quandoq́ue Illuſtriſsimos dici poſſe, cum inter illuſtres dantur ordines, alij alijs inferiores: ſicque poſitiuũ, comparatiuum, & ſuperlatiuum uidetur poſſe habere locum, etiam in alijs gradibus dignitatum: & propterea

pterea, ille qui ſpectabilis eſt, alteri ſpectabili reue
rentiam debet, teſte Ioan. Plat. ut ſcripſimus ſu-
pra.c.1.§.4.uerſ.Septimo.in uer. Dignitatum nu.
9. Colligit tamen Ant. Corſet. in tract. de poteſ.
6 reg.in.3.parte.q.21.num.17.† ut Reges non re-
cognoſcentes ſuperiorem (ut ſunt Reges Hiſp.&
Franciæ) dicãtur Sereniſsimi, atque eis cõueniant
Imperatoris nomina. Quæ & ſi aliquo modo in
epithetis concedamus, non tamen abſolute hæc
concedenda putarem: præſertim in titulis dignita
tum, & earum gradibus: cum inter Maieſtatem Im
peratoriam & Regiam, ſit differentia: ſicque inter
eorum dignitatem, & potentiam, ut in d.uerſ.Or-
bem. Satrapas quoque appellari Reges, uel Duces,
uel Præfectos, tradit Martin. Laud. in tractat. de
princip.q.445. Nono, differre Imperatorem a Re-
ge, ab eo poſſumus arguere: quia nullus Rex eſt
eius præſtantiæ, ut præminentiam Imperatoriam
æquare polsit, qua de re: Imperator a Rege, regu-
lariter non poteſt prouocari ad ſingulare certa-
men, ut deduximus ſupra in ea traditione Duelli
in.3.parte concl.78. Alia, ſi quæ ſunt, in quibus Im
perator differat a Rege, & magis excellat, poterũt
hauriri præſertim ex d.§.4. & alibi curioſius. At-
qui cum de Regibus non recognoſcentibus ſupe-
riorem: & quomodo hoc procedat, hic, & alibi, ali-
quando mentio facta ſit, præcipue ſupra.c.1.§.1.
in.d.uerſic.Orbem: inter tales omnino enumeran
tur, Rex Francorum, Rex Hiſpan. & Rex Britan-
niæ, ſeu Angliæ, etiam ſecundum auctoritates ibi-
dem adductas: & tradit Decius in Rege Franciæ,
conſ.85.num.4.& Bal.in.c.1.de pace iur. fir. nu.
2.& abunde Io.Ferald.in tract.de iuribus & priui-
7 leg. reg. Franc. in prin. cum relatis per eum; † qui
id etiam aſſerit, ut Regnum Franciæ legibus Im-
perialibus non aſtringatur, idem tenet Ant. Cor-
ſet.in tract. de poteſ.reg.in.4.parte.q.44.nu.5.&
in.5.parte.q.101.immo, Gul.a monſerrat in trac.
de ſucceſ.reg.in.1.dubio num.40.tradit, non ſo-
lum Regem Franciæ, non recognoſcere Impera-
torem in ſuperiorem: ſed nec Papam. Quę etiã ſe-
quit incertus auctor in tract.de poteſ.ſec.& Eccl.
c.36.præcipue col.fi.& Frãc. Balb.in tract.de prę-
ſcrip.in.2.parte quintę partis, princip.q.2.loquen
tes in dictis tribus Regibus. Verumtamen Alciat.
in.l.poteſtatis.ff.de uer. ſig. inquit; licet Franci Im
peratori non ſubſint: Rom. tamen Imperij, & ipſi
pars ſunt, eoque iure uiuunt: & ibi ideo præmittit
patriam poteſtatem, ad omnes Chriſtianos per-
tinere, arg.l.in urbe.ff.de ſtat. hom. ſed melius ui-
detur cõuenire.l.Roma.ff.ad municip. Glo. tamen
inſti.de patr.poteſ. alter ſentit, ſed uide ibi Are-
tin. Reges autem aliqui etiam ſunt, qui inungun-
tur: & inter eos qui unguntur ab Eccleſia, reponi-
tur Gallus, Hieroſolymitanus, Siculus, & Anglus.
Qua ratione quaſi uaſalli Eccleſiæ dicuntur, ut ſu-
pra.c.1.§.4.uerſic.25.num.2. ubi etiam remiſsiue
habetur, qui ſint reges Chriſtiani, & ſic Europæ,
Aſiæ, & Africæ. Et licet dixerimus in d.uerbo, Di-
gnitatum nu.1.non ſolum Imperatorem, & Pont.
Max. ſed etiam Reges, poſſe conferre dignitates
in Regno ſuo: Addere tamen hic apte poſſumus
8 † ut etiam extra regnum poſsint Reges, & baro-
nes creare milites, & conferre dignitates, quia hæc
ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, ut per bar.in.l.1.
num.80.C.de dignit.lib.12. ſequitur Hip. Marſil.
in.l.fi.num.8.ff.de iuriſd.omn.iud.& Socin.conſ.
47.num.33. uol.4. & Ant. Corſet.in tract.de po-
teſ.reg.in.5.parte.nu.7. qui notabiliter declarat,
ut in ſimilibus tamen commiſsio facta a principe,
nunquam poſsit exerceri extra territorium com-
mittentis. Rurſus, quamuis (quod ad magnitudi-
nem regiam quoque pertinet) Regibus obedire,
omnes eorum ſubditi in regnis ſuis debeant, ut ſu
pra, c.1.§.4. uerſic.27. quod tamẽ declarationem
recipit, ne ſpiritualia & eccleſiaſtica compræhen-
dantur, ut ſupra d.c.1.§.3.uerſic.2.&.3. hic tamen
9 ſubnectere, & ſubdeclarare poſſumus, † ut Reges
quandoque in rebus & perſonis Eccleſiaſticis po-
teſtatem habeant, hocque explicare libet in pluri-
bus; quę illa ſunt, ultra dicta in d.uerſic.2.ut Regi
bus Epiſcopi ſubeſſe dicantur, ut eſt gloſ.in.c.tri-
butum.23.q.8.quod declarat ibi Archid. habere
locum, ſaltem quo ad regalia, & tẽporalia: & ideo
glo. in.c.reprehenſibile ea.q.oſtẽdit, Regi potius
quam Archiepiſcopo, & ſic Metropolitano, per
Epiſcopum eſſe obediendum: & tenet Innoc.in.c.
Cum parati. de appellat. ubi Abb. ſequitur Alex.
conſ.124.nu.4.uol.1.declarantes tamen hoc pro-
cedere, niſi Archiepiſcopus mandaret uocato, ut
coram eo compararet, non obſtante Regis uoca-
tione: quia potius ſpiritui, quam carni tunc ſit pa-
rendum.c.ſolitæ. de maior.& obed. Sed Abb. ibi
uidetur hoc ſubdeclarare, niſi in uocatione regis,
adſit maior neceſsitas. Præmiſſaque etiam intel-
ligunt, in quocunque uocato ſimul & a Principe,
& ab Epiſcopo, uel pręlato ſuo: concludentes ta-
men ſemper, Papæ eſſe obediendum. Regi uero,
an eius Baroni, teneantur obedire ſubditi, ſiue ſit
bellum inter dictum Regem, & Baronem: ſiue in-
ter Regem, & alium non ſuppoſitum, & non ua-
ſallum ipſius Regis, Specul.in tit. de Feud.§. quo-
modo.uerſic.25.& ſeq.decidit, ſemper magis eſſe
obediendum Regi. Declarat tamen, ut ſi Rex uo-
caret eos ſubditos, pro aliquo negocio, non tan-
gente publicam utilitatem, eos teneri magis obe-
dire Baroni, domino ſuo. Sic Reges & Duces eſſe
patronos in Epiſcopatibus exiſtentibus in regno
ſuo, tradit Mart. Laud. in tract. de princip. q.74.
ex doctr. Bal.in.c.quanto. de iudic.& Archid.in.
c.lectis.63.diſt. ſequitur Ant. Corſet.in tractat.de
poteſ.reg.in.3. parte.q.34. immo quod plus eſt,
in iure noſtro receptum uidetur, ut Reges, & Prin
cipes poſsint mittere Epiſcopos & Abbates ſuos
ad exercitũ, prędicta ratione, quia in tẽporalibus
eis ſubſint, ut colligit Pet. Antib.in trac. de mune.
in.3.parte num.97. per multa, dummodo ſecun-
dum eum, Bellum ſit iuſtum: ſecus ſi ſit iniuſtum,
quo caſu etiam inobediens non priuetur feudo.
Nec hoc mirum uideri debet: quãdoquidem ſatis
conſtet

conſtet ex veteri teſtamento, Reges ſacerdotibus
ſuperiores fuiſſe, vt recitantur exempla, in tract.
de poteſt.ſec.& eccl.ab incer. auct.cap.108.†Sic-
quoque Reges aliqui, & Principes poſſunt confer-
re beneficia ſui regni, vbi hoc ex conſuetudine im
memoriali, vel ex priuilegio Apoſtolico ſibi con-
ceſſum ſit, vt conſuluit Alexan. conſil. ſeptuageſ.
quarto, numero octauo, volum.quarto.poſt Bald.
in. l. reſcripta. C. de precib. Imp. offer. & Mar-
tin. Laud. in tracta. de priuileg. & reſcrip. quæſt.
ſecunda. & Ant. Corſet. dict. tracta. in ſeconda.
parte. quæſt. undecima. Qui tamen ex conſuetudi-
ne, laicum hoc poſſe negat, vt etiam tangit Fe-
lin. in.cap.2.columnn.ſeconda, de maior.& obed.
ponitque Alexand. exempla inibi in Rege Fran-
ciæ, Angliæ, Vngariæ; & Apuliæ. Poteſt etiam
poni exemplum, in Rege Hiſpan. ut etiam dice-
mus inferius lib. 2. cap. 1.§.quarto.uerſic. Quar-
to. Diciturq; hos Reges habere facultatẽ, præſen
tandi epiſcopos confirmandos, papæ, non Archie
piſcopis ſuis: & iam diximus ſupra, cap.1.§.3.ver-
ſic. 2. aliqua, quæ ad præmiſſa pertinent: ſcilicet
præſentationem electionis quandoque etiam fie-
ri principi, qui eam approbat: quam vulgo, Placet
appellant. Verum inter Reges, quo ad ſpiritualia,
& eccleſiaſtica, eo modo poteſtatem habentes: cũ
alij alijs maiorem habeant: Rex Franciæ maiorem
utique poteſtatem, iuſque plenius in his videtur
habere, etiam Imperatore, ut tradit Io. Ferald. in
tract. de iuribus, & priuileg. Reg. Franc. præcipue.
num.8.&.21.cum ipſe Rex in eccleſijs regalia ca-
piat; & quandoq; pleno iure beneficia conferat:
Canonicatus, & dignitates, etiã ſine reſeruatione
papæ. & tamẽ tale ius Imperator, nec aliquis Dux
Alemaniæ habet, quia ſecundum eum ibi; Impera-
tor habet facultatem faciendi recipi, non autem
conferendi. Item poteſt Rex Franciæ, ſubſidia exi
gere ab eccleſijs, inconſulto Pontifice Romano,
ut ibidem, nu.14. per Io. Ferald. quem videas, quo
ad alia multa priuilegia, etiam in ſpiritualibus, cõ-
11 petentia Regibus Francorum. † Competitq; quoq;
non ſolum Regibus, & Principibus, uerum etiam
alijs iudicibus laicis, facultas iudicandi inter cleri-
cos, in aliquibus caſibus, vt colligit Steph. Aufrer.
in tract. de poteſ.ſec.ſup eccl.in 1.reg.per 21.fal-
len. Econuerſo pariter non vr̃ dubium, poſſe Re-
ges vti quadam libertate, & aliqua conferre, & re-
mittere in eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas, ut
oſtendit Ant. Corſet.in.d.tract.in. 3.parte.q.31.
Atqui cùm Magnitudo, & celſitudo regia, aſſum-
pta in hoc. §. in pluribus verſari dicatur: tractent
12 quę etiam aliquãdo doct. † quis inter Reges, Rex
primum locum ſibi vendicet, maiorique in faſti-
gio reponatur: conuenire videntur omnes, ut id
totum ad Regem Francorum referatur. Nam is
Chriſtianiſsimus nuncupatur, & ſupra omnes re-
ges ſeculi eſt, & obtinet principatum, ut docet
Bald. in. §. fin. columnn. fin. de prohib. feud. alien.
per Feder. & ante eum Ioan. And. in. cap. ſecundo
de præben. in ſexto. & ſequitur Paris put. in tra-
cta. de duel. §. nobilis prouocauit. numero de-
cimo, libro uigeſimoquinto: & Nic. Boer. in tra-
cta. de ord. grad. utr. for. in. prima parte. nu-
mero duodecimo, ex auct. etiam Alber. Roſ. in
rub. de ſtat. hom. & tradit Ripa in tracta. de
peſte. in ſecunda parte, numero 106. poſt Bald.
conſil. 217. ego puto. uolum. tertio. quod contra
uexilla Regis Francorum, nemo debet ſibi ho-
norem præſumere, atque vltra quòd illuſtrium
gradum aſſequitur, præclariſsimis epithetis deco-
ratur, cum Glorioſiſsimus, Excellentiſsimusq́ue
appelletur, ut per iura adducta in. cap. hoc quip-
pe. 3. quæſt. ſexta. &. cap. excellentiſsimus. 11.
quæſt. 3. & cap. nouit, de iudic. probat Ant. Cor-
ſet. in dict. tract. quæſt. uigeſimatertia. & Ioan.
Ferald. in. d. tract. nume. 6. qui inquit, cum quid
pulchrum ſit habere bonum nomen, excellentius
nomen alijs Regibus, hunc regem habere, & iure
merito: quia plures prouincias, videlicet duode-
cim numero, ſub ditione eius habeat: quæ totidẽ
Archiepiſcopis ſubſint: quorũ illa ſunt nomina, ſ.
Remenſ. Senonen. Rothomagen. Turonen. Bituri
cen. Lugdunen. Narbonen. Tholoſanen. Auxita-
nen. Burdegalen. Vienen. Biſuntinen. Epiſcopi ꝓ
inde centum quatuor in vnaquaque earum præ-
ſideant. Sed in tract. de numero, titulisq; Cardina-
lium, Patriarch. Archiepiſcop. & Epiſcoporum
vniuerſi orbis: & in tract. de taxis epiſcopat. Regni
Franciæ, &c. ſex Archiepiſcopatus in Regno Fran
ciæ exiſtentes, adduntur prædictis: ſcilicet Tarau-
taſien. Treueren. Ebrebdunen. Aquen. Arelaten-
13 ſis, Auinionenſis. † Sicque decem octo Archiepiſ-
copatus in eo regno computantur, & Epiſcopi
centum quatuordecim colligũtur: quorum nomi-
na breuitati conſulendo, omittemus. Præterea ali-
qua quoque conceſſa eidem Regi videntur diuini
ius: ut puta Coronatio, de qua ſupra uerba feci-
mus. c. 1. §. 4. uerſic. 15. nume. 2. Item uulgo tradi-
tum eſt quoſdam eum morbos curare, quos Scro
fulas appellant, ut & Scribit idem incertus auctor
in tract. de poteſ. ſec. & eccleſ. c. 365. num. 17. ſed
decem nouem priuilegia, quibus vtantur Reges
Francorum, magnitudinem eorum denotantia, ui-
de ut dixi enumerata per Io. Ferald. in tract. de pri
uileg. regni Francorum. Ex quibus merito Pont.
max. hunc Regem, regnum, & regnicolas Fran-
ciæ, proſequatur multo fauore, ut declaratur in ex
trauag. communi per cle. V. c. meruit. de priuileg.
& propterea ipſe rex Franciæ, profitetur ſe habe-
re priuilegium, ne poſsit excommunicari, nec a
canone, nec ab homine, ut colligunt doct. in
diuiſione, cap. ubi periculum. in princ. de ele-
ction. in ſexto. & Ioan. Fer. ubi ſupra, nu. 19.
qui hoc extendit etiam ad officiales regni.
14 Non eſt tamen hic omittendum, † etiam in-
ter omnes Reges, maximum Regem, & Princi-
pem eſſe, Philippum Caroli Quinti Imperato-
ris filium. Nam & ipſe titulos dignitatum, &
præſtantiſsima epitheta meretur; ſicut Rex Fran-
ciæ; & ubi is Chriſtianiſsimi nomine irradit, ille

Catholici pręfulget: quod idem uidetur impor-
tare: cu ſatis conſtet, eundem eſſe Chriſtianæ re
ligionis, & fidei obſeruantiſsimum, qui & Catho-
licus ſit, ut in Symbolo: & ꝓpterea collectio om-
niũ catholicorum eſt unum corpus, quod appella-
tur corpus Chriſti Myſticum: cum eccleſia dica-
tur corpus Chriſti. c. engeltudram. 3. q. 4. & iſtud
corpus Chriſti Myſticum, eſt informatum forma
diuinali, hoc eſt, forma catholica, ideſt uirtutibus
informata; uel ſpiritu uitali Chriſti, ut declarat
Ioan. Lign. in tract. de cenſur. eccl. in. §. 4. num. 2.
&. 4. Atque eodem modo Illuſtri dignitate, deco-
ratur Philippus: & habet priuilegium, tanquam
Princeps, & Rex Hiſpaniarum, ne recognoſcat ſu-
periorem; & ne ſubdatur legibus Imperialibus, ut
15 in proximis diximus. nume. 5. 6. † Et pariter eccle-
ſia Rom. magno fauore proſequitur Hiſpanos Re
ges: quibus de iure communi conceſſum eſt, ha-
bere ius patronatus in eccleſijs, ſitis in eo Regno.
c. cum longe. 63. diſt. & dicemus inf. lib. 2. cap.
1. §. 4. uerſi. 4. nume. 9. cum Reges Francorum, id
habeant ex Pragmat. ſua. Nec minus admiranda,
quàm alterius cuiuſlibet, uidetur Magnitudo, &
Potentia Philippi Regis: Nam præterquam quod
Hiſpaniarum Princeps, & Rex ſit, Quibus plura
regna ſubijciuntur: ueluti Caſtellæ & Legionis,
Aragoniæ, & Cataloniæ, & Granatæ, Toleti, Na-
uarræ: quæ regna enumerat Sebaſt. Munſterus in
Coſmograph. uniuerſ. de Hiſpan. lib. 2. in prin.
qui addit aliquos plura etiam numerare regna; Va
lentiæ ſcilicet, Algarbiorum, Murtiæ, & Cordubę,
& noſtro tempore hæc regna in unum contracta
Regnum eſſe: ſed & Regnum Portugalliæ cum his
ponit: huic tamen Imperat Rex alius Rex quo-
que Neapolis, Siciliæ, Croatiæ, Sardiniæ, Inſula-
rum Balearium, Fortunatarum, ac Indiarum, & ter
ræ firmę Maris Occeani, c. Rex eſt, Princeps Archi
dux, & Dux, & Dominus multarum urbium: & nu
perrime Dux Mediolani conſtitutus, & dominus,
& Dux noſter. Eodemque tempore Angliæ Rex
dictus eſt: ducta eius Regni, Maria Regina in uxo
16 rem, ut in ſuperioribus diximus. † Vnde ſi iuxta
collecta in d. tract. de numero, tit. què Cardin. ſup
putentur Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus: & ſic
ciuitates ſub iuriſdictione, & dominio Philippi
Regis exiſtentes: In Hiſpanijs ſex ſunt Archiepi-
ſcopatus: uidelicet Taraconenſis, Cæſar Auguſten
ſis, Toletanus, Compoſtellanus, Vlixiponenſis,
Granatenſis: qui præſunt triginta ſex Epiſcopati-
bus. Munſterus, ut ſupra, addit ſeptimũ Archiepi-
ſcopatum, ſcilicet Bracharen. ſubdit tñ, quoſdam
eos nouem ponere. Apud Anglos duo reperiunt
Archiepiſcopi, uidelicet Cantuarienſis, & Ebora-
cenſis, qui iua dicunt uiginti quatuor Epiſcopati-
bus. Hiberniæ Regnum, eiuſdem Britanniæ, ſeu
Angliæ para, complectitur quatuor Metropoles,
ſiue quattuor Archiepiſcopatus; ſcilicet Arma-
chanum, Dublinenſem. Caſtellens. Tuaniens,
quibus ſubſunt triginta ſupra unum Epiſcopi. Sar
diniæ Regnum continet tres Metropoles, id eſt
Archiepiſcopum Calaritanum, Arbanenſem, Tu-
catanum: Qui imperat quindecim Epiſcopis. In
Regno Siciliæ, tres Archiepiſcopi conſtituti
ſunt: Panormitanus, Montis Regale, & Meſſa-
nenſis: quibus ſubijciuntur nouem Epiſcopi.
Regnum Calabriæ compręhendit quattuor Ar-
chiepiſcopatus: Reginum, Cuſentinum, Roſſanũ,
Sancti Seuerini: his ſubduntur ſexdecim Epiſcopi.
Apuliæ uero regnum quindecim Archiepiſcopati
bus præpotens eſt, ſcilicet Conſano, Acheronti-
no, Tarentino, Matienſi, Brunduenſi, Idronti-
nenſi, Barenſi, Tranenſi, Sipontino, Beneuenta-
no, Saleritano, Amphitano, Surrentano, Neapoli
tano, Capuano: qbus ſubijciuntur Epiſcopi octo
ginta nouẽ. Aprucina Prouincia in ſe habet octo
Epiſcopatus. In ducatu Mediolani adeſt unus Ar-
chiepiſcopus, cui Metropoli ſubeſſe conſtat de-
cem Ciuitates: Ex quibus Laus Pompeia, patria
mea inſignis, ab origine ſua uetuſtiſsima, a con-
ditoribus, & inſtauratoribus Principibus, ſcilicet
Bois, tranſalpinis Gallis, uiris bellicoſis, Gn. Pom
peio Mag. & Friderico. 1. Imperatore, qui Aeno-
barbus dictus eſt: cui, ut Io. Bap. Egnatius ait, in ui
ta eius, ingẽtes animi, corporiſq; uirtutes affere:
& a fertilitate agri, & ab aeris, tẽperie & ſalubrita-
te & uiris illuſtribus, tam in re Bellica, quã in re li-
teraria, & in uarijs negociationibus Clariſsima,
gloriatur integerrimo, & ſacrarum præcipue li-
terarum, uiro eruditiſsimo, Ioanne Simonetta
Epiſcopo: qui reditus eiuſdem Epiſcopatus, cir-
citer trium millium aureorum, prudenter ad pia,
& laude digna opera, erogare, & in diuino cultu,
& ſacrificijs rite peragẽdis, cum ciuium omnium
plauſu, & obſequio, frequens eſſe ſolet. Hac ſuppu
17 tatione facta, † ſatis aperte percipitur ad Philip-
pum Regem potentiſsimum, pertinere Iuriſdictio
nem Ducentarum Septuaginta ſeptem Vrbium,
etiam non computatis his, quæ Flandriæ ſunt, &
aliarum Prouinciarum, Inſularum, & Nationum,
quibus ipſe ius dicere poteſt, ut in proximis ex-
plicauimus. Quapropter magnitudine, & poten-
tia ſua facile quantus ſit inter omnes Reges Chri
18 ſtianos, atque eluceſcere uideatur, † conſiderare
poſſumus: ut & per plura cumulata, diſſerit me-
morabiliter Barthol. Cepol. in tracta. de Imper.
milit. delig. §. Diuitijs. † Nam ibi a maioribus di-
uitijs, maiorem arguit Honorem, Nobilitatem,
Dignitatem, Potentiam, Beatitudinem, Aeſtima-
tionem, Timorem inferiorum, & alia multa ſimi
lia, deſcendere, & prodire: quæ quoque corro-
borantur ex notatis in. cap. ſuper. el. 2. ubi doct.
19 præſertim recentiores de teſti. † ubi colligunt,
Homines alijs alios eſſe maiores, ex diuitija, ex
nobilitate, & honore. Sed quanta etiam nobi-
litate, & honore fulgeat Philippus Rex, non
difficile percipere poſſumus, tum ex prædi-
ctis, tum ex auorum, & maiorum ſuorum digni
tate, nobilitate & honore, cum iam per multa tem
pora, Imperiũ, per Gẽtis & Familiæ ſuę Auſtraiæ,
uiros Inclytos, ambulare, & adhuc durare, uidea-
mus,

mus: quod primum adeptus eſt, ut Egnarius tradit de Roman. princip. libr. 3. & clarius explicat Raphael Volater. in Anthropologia fol. ult. Rodulphus, & deinde Albertus eius filius, ex Comitibus Haſpurgenſibus: mox Fridericus. III. & poſt hunc alter Albertus: & deinceps Maximilianus eius Friderici filius, vt M. Antonio Sabell. placet, Ennead. 10. lib. octauo. & poſtremo Carolus. V. eius Maximiliani ex Philippo filio nepos, & iam Ferdinandus Rex Bohemiæ, Caroli. V. frater, Cæſar, & Rex Romanorum, declaratus eſt. His explicatis, quæ ad Regum Celſitudinem, & potentiam pertineant: quærendum eſſet, an aliqua quoque ſint, quæ ipſi non poſſint. Sed cum multa dixerimus ſupra cap. 1. §. 4. verſi. 28. uſque ad finem illius. c. quæ pariter regibus poſſunt conuenire, hic liceat quieſcere.

SVMMARIVM.

1 *Principes, Reges ſequuntur.*
Princeps eſt nomen ordinis, & dignitatis.
2 *Principis appellatio pluribus modis ſumitur.*
3 *Princeps ſumitur generaliter pro quolibet Principe, citra Regem: & comprahendit omnes prælatos Eccleſiæ.*
4 *Princeps maior eſt honore, Duce, Marchione, & Comite: potentia tamen a Duce non differt: & ſubalternus dicitur.*
5 *Princeps ſubalternus, ſpectabilium occupat locum.*

LIB. I. CAP. III. DE PRINCIPE.

Rincipis perſona, Regiæ maieſtati: proxima depingitur abſq; Corona tamen, cum ea non utatur, ſed Birro (vt arbitror) ſicut
1 de Duce in ſeq. c. dicemus: † licet Principes ſtatim Reges ſequantur, vt exprimitur in. c. fundamenta. §. proinde. de electiõn. in 6. ubi glo. in ver. princeps, declarat: vt Princeps dicatur, quaſi primum locũ capiat: quique poteſt eſſe nomen ordinis, & digni-
2 tatis: † cum tamen principis appellatio multos
3 comprehendat, pluribusq; modis ſumatur. † Nam princeps, etiam teſte Cardin. in cle. 1. in. 2. not. de teſtib. ſumitur generaliter, pro quolibet principe, citra Regem, & not. Card. Alex. in. c. luxurioſa. §. Eccleſiæ. 35. diſt. appellatione Principum Eccleſiaſticorum, poſſe comprehendi omnes prælatos Eccleſiæ, quando expreſsio fit in materia, pariter proportionabili Papæ, & inferioribus. cle. ne Romani. §. præfatis. de iureiur. & iam diximus ſupra, lib. 1. c. 2. de Rege. §. 1. q. 1. nu. 5. Principes etiam appellari primogenitos Regum, apud aliquas nationes: & Interdum Deus, Angelus, Pontifex, Imperator, Rex, Epiſcopus, & omnis habens Baroniam: & aliquando etiam Diabolus, dicitur Princeps mundi. Immo & Apes, & grues principem habere dicuntur: vt commemorat gloſſ. in clem. 1. in ver. regum. de Baptiſm. quæ ad propoſitum noſtrum, per d. c. fundamen-
4 ta, ſubdit: quòd † Princeps maior eſt Duce, Marchione, Comiteque: & ibi Card. ſequendo glo. poſt Regem, maiorem eſſe dignitatem Principis, ſingulariter notat: idem tenet Paris, Put. in tract. de re milit. ſeu de Duello. libr. 7. §. an Princeps, in fin. Qui tamen declarat, ut Principes tales, quos ſubalternos appellat (de quibus nos loquimur) potentia a Ducibus non differant: licet aliquo honore eos præcedant: ita vt primum locum, iuxta Imperatorem vel Regem ſortiantur. At qua dignitate & potentia excellat, quoue munere fungatur Princeps, dicemus in ſeq. c. de Duce: cum eadem omnino poteſtas in vtroque cenſeatur, ut iam dictum eſt: quamuis uideatur Princeps præire Duci. Propterea hic il-
5 lud tantum annotare poſſumus, † Principem Spectabilium gradum, cenſendum ſibi vendicare, vt & de Duce dicemus in ſeq. c. & atteſtatur Alciat. in tract. de ſingul. cert. cap. 32. & licet aliquo honore eum, Ducem ſuperare dixerimus: videtur tamen recte quadrare, ut inter Spectabiles ſicut Dux, ſolummodo arbitretur: quia ut alibi diximus: & dicemus præcipue in. c. de Archiepiſcopo, nu. 25. infr. lib. 2. Inter ſpectabiles poteſt dari ordo prælationis: ita vt alius alio ſit ſpectabilior, & digniorem locum ſortiatur.

SVMMARIVM.

1 *Ducis imago depingitur ſine Corona.*
Duces regali dignitate qui ſint.
Birrum eſt tegmen capitis Ducum.
2 *Dux eſt proprie, de ducatu inueſtitus: licet multipliciter ſumatur.*
Duces a Regibus, & quolibet monarcha, creari poſſunt.
3 *Dux eſt, qui pluribus comitibus præeſt: qui comparatur Archiepiſcopo: & ſufficit, ſi vnum Epiſcopatum tantum ſub ſe habeat.*
Duces aliqui electione conſtituuntur, vt Venetiarum: qui non habent dominium, ſed quandam præeminentiam.
4 *Duces, Marchiones, & Comites, Capitanei Regni appellantur.*
Ducum origo, quæ nam fuerit, & vnde dicti.
5 *Dux inter ſpectabiles eſt reponendus, & an Illuſtris. num. 6.*
6 *Ducatus, marchionatus, & Comit. regales dignitates ſunt: declaratur. nu. 7.*
7 *Vel, dictio: alternat inter diuerſa ſubſtantia, & ſimilia in qualitate.*
8 *Regens nobilius eſt recto: & dependente, id a quo quid dependet.*
9 *Dux eſt Marchione maior.*

Duces, Marchiones, & Comites, retinent dignitatem, licet expulſi.
Dux præfertur Ambaſciatoribus Regis.
10 *Viglenanum ciuitatis honore donatum: vbi primus Epiſcopus Galeaz Petra: nunc Mauritius, Comes eiuſdem Gentis.*
Duces Mediolani, ampliuſquam viginti ciuitatibus, imperabant.
11 *Dux Mediolani habet plenitudinem poteſtatis; ita vt omnia poßit, quę Imperator.*
Duces qua potentia vtantur.
12 *Dux ad quæ teneatur ex ſuo munere.*
13 *Dignitates, ſcilicet Ducatus, Marchionatus, & comitatus, primogenitura habent; in Comitibus tamen, conſuetudo eſt contraria.*
14 *Duces, Marchiones, & Comites, Feuda concedere poſſunt.*
15 *Iura loquentia in Imperatore, habent locum in Regibus, principibus, Ducibus, & alijs.*

LIB. I. CAP. IIII. DE DVCE.

1 DVx inde quartum dignitatis gradum oſtentabat † Birro cooperiens; ſine coronæ ornamento: quæ regali ſplendori uidetur conceſſa: niſi ducali ordini quandoque hoc attributum etiam ſit: ut And. Alciat. ſenſit in trac. de ſing. cert. c. 32. qui aliquos duces regali dignitate decoratos commemorat, ut eſt Mediolanẽſis: & Panoniæ ſuperioris, quam Auſtriam uocãt: Itemque Burgundus: quibus ius ſit gentilitijs inſignibus coronam ferre: aliquos alios non ita: ueluti quos Rom. Pontifices, in Vmbria, Piceno, alijſque Italiæ partibus, quandoque conſtituerunt, qui Pontifici deferre tenentur, nec ſoluti legibus ſunt, & non coronam, ſed Birrum gerunt. Birrum autem eſſe tegmen capitis, etiam ex auctoritate tex. cap. ſi quis uirorum. 30. diſt. arguit idem Alciat. parergon lib. 6. c. 25. & lib. 8. c. 10. qui Birretum non eſſe latinam dictionem tradit. Et cum ducis nomen ſit in multiplici differentia: ut & apud grammaticos legitur omiſsis ſuperfluis, quo ad propoſitum noſtrum,
2 dicamus. † Ducem eum eſſe qui a Principe de ducatu ſit inueſtitus: Marchionem, qui de Marchia: Comitem, qui de comitatu. c. 1. ubi Bal. & doct. not. in tit. quis dic. Dux, March. Com. & per Curtium Inn. in tractat. de Feudis, in. 2. parte. in rub. de Feud. Laic. nume. 2. & per Nic. Bouer. in tractat. de ord. grad. utr. for. in. 1. parte nume. 5. qui Duces, Marchiones, & Comites, etiam a Regibus creari poſſe tradit: quod & innuere uidetur Curt. ubi ſupra col. 1. &. 2. & Pariſ. Put. in tract. de re milit. ſiue duel. lib. 7. §. an comes: nu. 1. & Socin. conſ. 67. num. 3. uol. 1. &. 165. uol. 2. quia quilibet Rex, eſt Monarcha in Regno ſuo. Atque ſecundum Specul. in ration. diuin. li. 2. in prohœm. col.
3 4. † Duces illi ſunt qui pluribus Comitibus præſunt, qui comparantur Archiepiſcopis: Sufficere tamen uidetur, ut ſi unum Epiſcopum tantum ſub ſe habeat, Dux quis cenſeatur, uel conſtitui poſſit, ut innuit Ab. in. c. conſtitutis. 2. de teſtib. col. 1. & dictum eſt ſupra in. c. de Rege. in. §. 1. nume. 17. Sunt tamen aliqui Duces, qui conſtituuntur electione: ut Dux Venetiarum, a Senatu illius Ciuitatis. Quod etiam obſeruant Genuenſes, ut meminit Nicol. Boer. in d. tract. in. 2. parte prin. nu. 5. qui ex doctrina Bal. in. l. decernimus. C. de ſac. Eccl. tradit, ſimiles Duces, non habere dominium, ſed quandam præeminentiam, in conſilio a populo exquirendo: Quos tamen cum ſuis Senatoribus Illuſtres poſſe putari, dicemus inferius,
4 in. c. de præſide, & ſenatoribus num. 9. † Hoſque Duces, Marchiones, & Comites, proprio Capitaneos Regni appellari explicat tex. in. c. 1. in prin. de his qui feud. dar. poſ. & tradit Aluarot. in. c. 1. de natur. feud. quem ſequitur alibi alius auctor qui ibi nihilominus Ducis originem, ab exercitus Romani ducibus emanaſſe putat, cum ab Rom. Imperij principibus, territorijs donatos eſſe uериſimile ſit, ut tamen ab eis recognoſcant. De origine Marchionum, & Comitum, inibi tractans, de qua loco ſuo dicemus; de quibus Paris loquitur in d. §. an Comes, nu. 2. qui Duces iure ciuili, olim fuiſſe tribunos, uel Magiſtros millium, qui exercitibus pręeſſent, recẽſet: eoſq; parũ differre a Regibus. Duceſque proinde dictos a ducendo: quod etiã ſecundũ Grãmaticos arguere poſſumus: quia ad hoc, qui in bello, & Caſtris loco Principis erãt. quibus totius militiæ cura cõmiſſa erat, muros inſtituere, caſtra munire, & manũ Bellatoriam regere, pertinebat: ut refert Paris ibi. Sicque ibidẽ infert, hos tenere ſecundum locũ a regibus, ut & de Principe diximus ſupra in præced. c. Sed etiam Priſcos Duces, Imperatores ſolitos appellari, ex
5 Dione tradit Alciat in lib. de Magiſt. ciuilibuſque milit. offic. in prin. col. 2. † Et propterea eo ſplendore Dux eluceſcere dicitur, ut inter ſpectabiles reponẽdus ſit, ut per Iaſ. in. l. 1. nu. 13. & ſeq. ff. de offic. eius. & cõſ. 144. col. 2. uol. 2. & Alex. in rub. ff. de iuriſd. om. iud. in fi. & Socin. in rub. ff. de offic. eius: & Corſet. in tract. de poteſ. reg. q. 21. & Ioan. Plat. in rub. de comit. qui prouin. reg. lib. 12. & diximus in tractat. Duelli, concl. 77. num. 7. & hæc uidetur communis * omnium ſententia. Non parua tamen ſuboritur dubitatio, quam ab alijs non uidi conſideratam, ex con-
6 cluſione alia, quæ approbata uidetur, † ut Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, inter Regales dignitates, dijudicetur, conſtituaturue not. in tit. de Feud. March. nu. 5. & ſequitur Alex. conſ. 25. nu. 13. uol. 5. Socin. d. cõſ. 67. nu. 3. uol. 1. & conſ. 165. nu. 1. uol. 2. quo pręſuppoſito, inferre in cõſequentiã uidemur, ut Duces, Marchiones, & Comites, Illuſtres exſtimari debeant, ſicut Reges, ut ſupra in. c. de Rege, diximus n. 5. Pro ſolutione, magis locus cogitationi relinquendus eſſet, quam repugnare auctoritati Bal. & aliorũ ut ſ. Verũ mi liceat hic pauludũ obſtrepere, ut dici poſsit d. c.

de feud. march. a quo arguunt doct. non bene pro-
bare aſſumptam concluſionem, ſ. Ducatum, Mar-
chionatũ, & Comitatum, regales dignitates eſſe:
quia licet ibi exprimatur. ſi quis de marchia, uel
Ducatu, uel Comitatu, uel aliqua Regali dignita-
te inueſtitus fuerit, per beneficium ab Imperato-
re, &c. nõ ſequit ergo, Ducatus, Marchionatus, &
Comitatus, eſſe regales dignitates: quia hic ponitur
7 alternatiua dictio, Vel, † quæ alternat, & ponitur
inter diuerſa in ſubſtantia, & ſimilia in qualitate, ut
tradit Bal. in l. filię. 1. C. de collation. & Aym. Cra-
uet. conſ. 326. num. 2. & licet etiam alternaret in
dubio æqualia, uel parum diſtantia, vt per Bald. in
l. conuenticulam. C. de Epiſc. & cler. per l. j. ff. de
reb. dub. & latiſsime tradit Ripa in. c. inter cęteras.
num. 25. & ſeq. de reſcrip. tamen ad propoſitum
noſtrum, ſiue ſimus in valde uel parum diuerſis,
omnino iſta dictio, Vel, diuerſificat inter diuerſa
in ſubſtantia, in ea de qualitate feudali, & conſtitu
tione: quia Regia dignitas, omnino diuerſa eſt a
dignitate Ducum, Marchionum, & Comitum, vt
manifeſte conſtat etiam ex proxime pręceden. er-
go non poteſt cenſeri eadem, quo ad titulum Illu-
ſtrium: qui tantum conuenire debet Regibus, ut
probat in multis iuribus, & in d. c. de rege, memo
ratis. Pro concordia huius difficultatis, obiectum
noſtrum poteſt etiam aliquo modo declarari; vt ſi
Bal. & alij doct. colligant, Ducatum, Marchiona-
tum, & Comitatum, eſſe Regales dignitates: id in-
telligatur, quo ad eius conſtitutionem & inſinua-
tionem, ut loquitur. d. c. 1. de feud. march. quia ab
Imperatore, uel rege, ut in proximis dictum eſt, in-
ducatur, non aũt quo ad dignitatem regalẽ, cũ eis
8 communicandã: alias ſubſequeret abſurdũ † quod
naturaliter regẽs nobilius non eſſet recto: nec di-
gnius id a quo quid depẽdet, quã ipſum depẽdens;
cũ iura, & auctoritates in contrariũ ſint productæ, ut
de hoc eſt tex. in l. digna vox. ubi not. Salic. C. de
ll. de illo eſt tex. in l. iubemus. in fin. C. de Epiſc. &
Cleric. & tradit Marti. Lau. in trac. de dignit. q. 17.
9 & Philoſoph. 1. politic. † Eſt quoq; Dux dignitate
marchione maior: Marchio uero comite, niſi aliter
cõſuetudine receptũ ſit, ut p Iaſ. in l. j. nu. 15. ff. de
off. eius: & dictũ eſt ſæpe, præcipue in trac. Duelli,
cõcl. 77. Memoratã aũt dignitatẽ ſuã retinere Du
cẽ, Marchionẽ, & Comitẽ, q inueſtiti fuerint: licet
poſtea expulſi ſint, notanter tradit Bald. & Card.
Alex. in d. c. 1. quis dic. dux. ſecundũ quod refert,
& ſequitur Nicol. Boer. in d. tract. de ordin. grad.
vtriuſq; for. in 2. parte, nu. 6. Hic ẽt non omitta-
mus cõmemorare not. dictum Decij in. c. ſane. 2.
in. 1. not. de offic. deleg. ſ. Ducem præferendum
eſſe Ambaſciatoribus Regis, ut, vt etiam inf. lib. 2.
in. c. de Vicar. epiſ. §. 1. num. 14. Eſt tamen decla-
randa præmiſſa concluſio: ut ſi conceſſum ſit Du-
cibus quibuſdam ferre Regiam Coronam, attri-
butaque ſit eis dignitas Regalis, ut in prin. hu-
ius. cap. diximus; dicamus eos omnino Illuſtres
cenſendos; ut Duces Mediolani ſemper habi-
ti ſunt & appellati, & recte, & merito: ex eo etiam,
quia Mediolanum urbs Metropolis, & pręclariſsi-
ma, ſimul complectitur ſub ditione ſua, decem
Ciuitates: uidelicet ipſam primum metropolim;
Deinde Ticinum, vel alio nomine Papiam, Re-
giam, & ſtudiorum alumnam, ciuitatem: Cremo
nam potentem, & Bellicoſam urbem: Laudem
Pompeiam, quarto loco, Patriam meam, quæ
præterquam quod a ſalubritate æris, & feracitate
eximia agrorum, quæ omnia irrigua ſunt, ſe ip-
ſam oſtentat: a cõditoribus ſuis maxime commen-
danda eſt, ut diximus ſupra in. c. de Rege. §. 3. nu.
16. Quinto loco Comenſis vrbs, negotiationibus
maxime dedita, prope montuola poſita, & La-
rium lacum, quæ quandoq; ambitioſe præcedere
dignitatem Laudenſis urbis, etiam me huiuſce ora
tore exiſtente; male, & fruſtra conata eſt. Sextum
Nonaria locum in ordine occupet: Septimũ Ale-
xandria. Mox Derthona: Bobium inde, & ulti-
10 mo loco † Vigleuanum, tempeſtate noſtra, ciui-
tatis priuilegio donatum. Oppidum alias nobi-
liſsimũ, & in delitijs principum, ab eius uenatio-
ne habitum. Quo in loco conſtitutus eſt primus
Epiſcopus, Galeaza Petra: & mox ei ſucceſsit
Mauritius, eiuſdem gentis, Comes, & regius Sena-
tor; & uir integerrimus, qui non uulgari me fami-
liaritate ſemper etiam ab adoleſcentia ſua com-
plexus eſt, præcipue in Ferrarienſi Gymnaſio. Ve
rum & antiquiori tempore, Duces hi Mediolani
imperabant ampliuſquam uiginti ciuitatibus,
ut apud Hiſtoricos ſatis liquet. Nam Genua, Aſta
Vercelle, Placentia, Parma, Brixia, Bergomum:
& aliæ plures ciuitates huic Duci paruiſſe uiſæ
ſunt: ſed his poſtea ademptis, ex rerum viciſsitu-
dine, & temporum iniuria, ad hoc redactæ ſunt,
ut decem tantum hodie colligantur, quas con-
tinere regnum, & Regem poſſe, demonſtratum
11 eſt ſupra in. c. de rege. num. 17. † Quo circa iure
merito Dux Mediolani, ea potentia conſtitutus
eſt, ut in vrbibus, & locis ſibi ſubiectis, poſsit uti
plenitudine poteſtatis, & omnia facere, ſicut Im-
perator in vniuerſo, vt tradit Iaſ. in. l. ex hoc iu-
re. num. 25. ff. de Iuſtit. & iur. & conſi. 101. nu. 2.
uolu. 4. poſt Bald. Ang. Paul. de Caſt. & Alex. idem
conſulentes. Idem conſuluit Dec. conſil. 401. nu.
7. uol. 3. & poſt Curt. Senior. Frãc. Rip. in Reſpon.
3. in fin. de reſcrip. qui affirmat Ducem Medio-
lani, habere iura Imperij. At qua potentia cæ-
teri Duces fruantur, imprimis reor obſeruan-
dam eſſe formam priuilegiorum: quæ non exce-
dunt caſus ſuos: quæque in ſuis finibus ſunt at-
tenenda, potiuſquam natura feudi, vt ſcripſi-
mus ſupra hoc lib. c. 1. §. 4. verſi. ſeptimo. in uer.
Iuriſdictiones, nume. 3. & 4. & vbi Princeps, vel
Rex, vel vniuerſitas, non appareat conceſsiſſe;
conſuetudo, vel præſcriptio, quæ conferre iu-
riſdictionem poteſt, eſſet conſideranda: vt inibi,
num. 2. In qua conſideratione illud totum ver-
ſatur, an quis habeat plenitudinem poteſtatis,
& iura Imperij, vt in proximis diximus, De
Duce Mediolani; vel an quis non recognoſcat

ſuperiorem: quo caſu uidetur omnia poſſe, quę
poteſt Imperator, ut ſupra. Sunt tamen ali-
qua reſeruata Pontifici, & Imperatori, in ſignum
ſupremæ poteſtatis, ſubiectionis, ſuperioritatis, &
uniuerſalis dominij: quæ non tranſeunt, uel pri-
uilegio, uel Cõſuetudine, & præſcriptione, de qui-
bus fecimus mentionem ſupra in.c.1.§.1.uerſ.Or
bem.&.§.4.uerſi.1.nu.7.8.9.&.10. ſed tranſeunt
ea, quæ reſeruata ſunt in ſignum priuilegij ſingu-
laris, ſuperioritate excepta, ut ibi: quo in loco
etiam diximus, quod optime hic quadrare uide-
tur, ut in generali conceſsione conpræhendantur
ſpecialiter reſeruata Principi; quando aliquis per-
petuo conſtituitur Princeps, uel Dominus prouin
ciæ: ut ſunt Reges, Duces, Marchiones, & Comi-
tes: præcipue ſi in priuilegio inueſtituræ ſunt illa
uerba: quod quis poſsit facere ea in ſua prouincia,
quæ nos, & Romani Reges, & Imperatores, gerere
poſſumus, de plenitudine poteſtatis. Et quonam
pacto, & per quæ uerba aliquãdo intelligatur tan-
tum conceſſa cauſæ cognitio, uide ibidẽ; & uideas
etiam in.d.§.4. per totum, quæ ſint ſpecialiter ea,
quæ quis exercere poſsit, ſi habet plenitudinem
poteſtatis, uel non: quę etiam uide in.c.de Rege.§.
12 3.num.1.cum ſeq. † Quo ad ea uero, ad quæ Dux
teneatur erga Dominum ſuum, ex munere ſuo: pa
riter animaduertenda eſſe uidetur forma priuile-
giorũ, & tenor inueſtituræ, ut ſupra: ſicque & eius
feudi: cuius cauſa, multa obſeruare tenetur Rex,
Marchio, & Comes, ſuo quiſque beneficio inue-
ſtitus: pro quorũ intelligentia, proditæ ſunt Con-
ſtitutiones Feudales, quas plurimi Iurec. abunde
interpretati ſunt, & præcipue tempeſtate noſtra
Franc.Curt.Iunior, & Mattheus Afflictus. ad quos
omnes ſufficiat remiſsio, ne alienis ſpolijs, hoc
templum noſtrum exornatum quis exprobare ua
13 leat. † Vnum tantum non ommitto, in his regali-
bus dignitatibus, Ducatus, Marchionatus, & Co-
mitatus, ſuccedere tantum primogenitum, c.licet
cum glo.ſi de uoto.& cum multis conſuluit Alex.
conſ.25.num.13, uol.5. qui num.1. & ibi. ſubdit;
quod ideo non diuiduntur huiuſmodi feuda,
§.præterea.c. Imperialem. de prohib. feud. alien.
per Feder. ſed de conſuetudine ſeruari in Italia ut
diuidantur: & omnes ſuccedant equaliter in feu-
dis Comitatus: ut etiam conſuluit Ab.in conſ.3.
num.3.&.11.uol.2. De iure autem primogenitu-
ræ ſucceſsionis, multa diximus ſupra in.c.de Re-
ge.§.1.q.1.&.2. Hoc etiam, hic liceat comemora-
14 re: † Duces, Marchiones, & Comites, Feuda
quoque concedere poſſe.c.1.in prin. ubi Bal. &
doct. de his qui feud.dar.poſ.&. cap.1.quis dica.
Dux, March.Com.& colligit Curt.Iun.in tractat.
in.2.parte.de Feud. Laic. num.1. Et pro pleniori
intelligentia eorum, quæ ad Reges, Principes, Du-
ces, Marchiones, Comites, & alios inferiores, ha-
bentes iura Principis pertineant, aſſumas genera-
15 lem concluſionem, ut leges, † & Iura loquentia
in Imperatore, habeant locum in ijs: ut auctor eſt
Bal.in.c.Abbate.de re iud.& Innoc.in.c. cum.P.
de fid.inſtr, ſequitur Paris Put. in tract.de Duello
§.pone quod oriatur, num.3.lib.7.Dec.conſ.390.
num.10. poſt Oldrad, conſ.231.Corn.conſ.299.
num.26, uol.1. Ceterum in multis alijs, cura, & ſo
licitudo Ducis, ex his ſummi poteſt, quę ſcripſi-
mus in.c.1.§.3.ſupra, hoc lib.

SVMMARIVM.

1 *Marchio a Principe creatur, capitaneus regni dici-
tur: & Marchionis nomine ideo appellatur, quia de
Marchia ſit inueſtitus.*
*Marchionis interpretatio, ab eo nomine quomodo
ſiat, ſecundum aliquos.*
2 *Feudorum libri, in duas, vel tres partes diſtincti, per
Obertum de horto, a Feder. II. Imp. comprobati,
pro legibus,*
3 *Leges iudicare non licet; ſed ſecundum eas iudi-
cari debet,*
4 *Marchio an vnius ciuitatis debeat eſſe dominus,*
5 *Marchio inter ſpectabiles reponitur.*
*Marchio maior eſt Comite: & qui Marchio eſt, &
Comes, præfertur Marchioni.*

LIB.I. CAP. V. DE MARCHIONE.

MARCHIO, poſt Ducem, quin-
tus erat, in ordine collocatus;
Birro, & ipſe munitus. † Is pari-
1 ter ab Imperatore, uel Rege
creatur; qui & Capitaneus quoq;
Regni cenſetur: ut ſupra.c. pro-
xi.in prin.nume.4. Hocque ideo nomine appella
tur, quia de Marchia, ſeu Marcha, ſit inueſtitus:
quæ ut plurimũ, iuxta mare ſit poſita, ut clara ſunt
uerba tex.in.c.1.quis dicat.dux, march.com. Al-
ciat, tamen in tract.de ſing.cert.c.32. Marchionis
nomen Germanicum tradit: quodque perinde ua-
leat, ac ſi magiſtrum equitum dicamus: quia Mar-
cham illi, equum dicant, atque marcare, hoc eſt
equitare, uulgari ſermone, propterea Frãci etiam
num uſurpẽt. Atqui Vdalric. Zaſius, putauit Got-
thicum uocabulum eſſe, in tract. de Feudis. in.5.
parte princip. num.4. Subdens poſtea ex auctori-
tate Bonifacij Amerbachij, per hiſtorias, & iura ci
uilia, hoc nomen declaratum; uulgoque apud eos,
Marchiones, Margraphios appellatos: quod limi-
tibus, quos uulgo marcken dicant, graphios, ideſt
Præpoſitos fuiſſe oſtendat. Hocque ab eo argu-
mentatur, quia cõſtet apud hiſtoricos; Romanos
olim, Imperij limites ſtatuiſſe, in quibus aduerſus
Barbaros, hoc eſt hoſtes, uel eos, qui Imperio Ro.
non parebãt; milites, & eorum duces excubarent:
quibus conceſſa fuerint, de hoſtibus capta; ita ut
eorum eſſent, ſi eorum heredes militarẽt, ut Lam-
pridij locum, in Alexandro proponit. Verum mi-
hi uidentur recitati doctores, antiquiora indagan
do, recentiora perdere. Nam cum clarum ſit Feu-
dorum inſtitutiones, & iura, uetuſtiori tempore
fuiſſe incognita, quod maxime etiam conſtat, ab
eo

eò nomine feudi: de quo apud Priſcos auctores
2 nulla prorſus ſit mentio: † & apertius oſtenditur
a compilatione librorum feudorum, in duas, uel
tres partes diſtinctorum, per Obertum de horto
Iurec. Mediolanenſem, quos Feder. II. Imp. com-
probauit pro legibus generalibus; cum alias eſſent
uariæ, & diuerſæ conſuetudines: uel Italicæ, uel
Germanicę, uel aliorum Populorum, ut diſſerit Io.
Bap. Cacialup. a Sácto Seuerino, in tract. de Feud.
cogn. art. 1. Cumque per legem, eas cõſuetudines
approbãtem, expreſſe ſancitum ſit, & declaratum,
ut qui de Marchia inueſtitus fuerit, Marchio dica
tur; ab eaque denominatio fiat, tanquam a Regio
ne, quæ ut plurimum iuxta mare poſita ſit, ut ſupra
diximus; ſatis ſuperflue ſit diuinatiua interpreta-
tio, per uerba, uel germanica, uel Gallica, uel Got-
3 thica, ab Alciat. uel a Bonifacio, reſumpta. † cũ nõ
liceat leges Iudicare, ſed ſecundum ipſas firmatas
debet Iudicari. c. in iſtis. 4. diſt. & ubi eſt caſus le-
gis, ibi nulla dubitatio eſt. l. ancillæ, cum glo. ubi
Bar. C. de furt. & tradit Bar. in. l. gallus, §. ſi eius. in
prin. ff. de lib. & poſt. ubi habemus determinatio-
nem legis, non eſſe neceſſe quærere ulterius unde
proceſſerit. Et quod a Regione, Marchiones ap-
pellari, tanquam earum præfecti, cenſeri poſsint;
bene conueniunt ea, quę ſcripſit Budęus in annot.
in pandec, in tit. de offic. proconſ. fo. 317. &. 318.
poſt. §. quantum ad xenia; qui Nomarchas regio-
nũ præfectos fuiſſe oſtendit: & propterea qũo a
Diodoro & Plinio, regiunculas & pfecturas iã ap-
pellatas, tradit. Ita Galliam. in triginta plus minu-
4 ſue. Nomarchas, diuidi poſſe putauit† Marchia au
tem an in ſe contineat ciuitatẽ, ſicque Marchio
ſaltem debeat eſſe Dominus unius ciuitatis, hacte-
nus mihi clare non conſtat in iure; cum tamen in
Duce hoc ſtatutum uideatur. At quottidie uide-
mus, Marchiones quandoque etiam de ciuitate
aliqua inueſtitos: ut Ferrariæ, & Mantuæ Mar-
chiones per multa tempora tali feudo uſi ſunt: ſed
poſtea Pontificis, uel Imperatoris priuilegio, Du-
catus titulo & honore decoratos, ut tẽpeſtate no-
ſtra a Carolo. V. Imperatore, Federicus Gonzaga,
Ducis dignitatẽ, & inueſtiturã cõſecutus eſt. Multi
alij ſunt in Italia Marchiones, qui non Ciuitati,
ſed oppido præficiuntur; ut apud nos Marchio
Soncinatum: Carauagij, & Meregnani, conſtituti
ſunt, in hoc dominio Mediolani, & aliquãdo Mar-
chio Vigleuani, antequam id oppidum, ciuitatis
honore donaretur. Cui præeat Io. Iacobus Triuul
tius præſtãtiſsimus Belli Dux, rei Bellicæ peritiſsi-
mus: qui nomẽ Magni meruit: Cuiq; ſucceſsit Fran
ciſcus, ex filio nepos, uarijs fortunæ procellis agi-
tatus: quas mira fortitudine animi ſui, omnes ſu-
perauit: prudentiſsime inſeruiendo tempori, ut
5 res poſtulabat. † Marchio autem eo dignitatis gra-
du præfulget; ut inter Spectabiles, & maior comi-
te, reponatur: ut probant allegata ſupra cap. præ-
ced. num. 9. & ea quæ diximus in tractat. de Duel-
lo, & Pace. concl. 77. & tradit Nicol. Boer. in trac.
de ord. grad. utr. for. in. 2. parte. num. 6. & ſeq. Por
ro licet is ſit maior Comite, ut ſupra: tamen ſi quis
ſit Marchio & Comes, præfertur illi, qui eſt Mar-
chio tantum: ea ratione, quia duo uincula magis
ligant, quam unũ. Quæ ratio militat in omni alia
dignitate, caſu, ut per Iaſ. cum exẽplis in. l. re con-
iuncti. nu. 37. & ſeq. ff. de legat. 3. Quo ad ea uero,
quæ uel potentiam, uel officium Marchionis re-
ſpiciunt, dicas ut diximus ſupra in cap. de Duce
remiſsiue.

SVMMARIVM.

1 *Comes dicitur, qui de Comitatu eſt inueſtitus, capita-
ueus regni dictus.*
*Comites vario modo dicti; & aliquando Illuſtres;
aliquando ſpectabiles.*
2 *Comitatus, Territorium, Diſtrictus, & Diæceſis,
idem ſunt.*
3 *Comites proprie dicuntur, qui habent dignitatem
cum adminiſtratione, alij abuſiue.*
*Comites proprie, clariſſimi ſunt; & quando ſpecta-
biles, vel Clariſsimi.*
4 *Comites ſedent penes regem ſuum, ordine conſueto.*
5 *Comes loco præſidis habetur; immo magis Principi
aſſimilatur.*
Epiſcopi, ſimilitudinem Comitum gerunt.
6 *Comitum ſtatuta, ius ciuile reputantur.*
*Comes, vel prælatus, non dicendus, qui de iure
non ſit,*
7 *Comitis iuriſdictioni ſubeſſe cenſetur, quicquid eſt
in comitatu: idem creditur in Regno, & ſimilibus.*
*Comes ſub dominio regis, an præſumitur habere
Comitatum iure proprio, non tanquam feudalem,*
8 *Comitatus ex conſuetudine diuiditur.*
Comes, cum Duce, vel ſuperiore pugnare, an poſſit.
9 *Comitiſſa nubens doctori; nõ dicitur nubere indigno.*
*Comites creati vacante Regno, cui tenentur iurare
fidelitatem.*
Barones ſequuntur Comites,

LIB. I. CAP. VI. DE COMITE.

COMITIS imago, Marchionem
ſubſequebatur, eodem ueſtium
1 ornatu inſignis † Cuius pariter
inſtitutio ſit: atque ita apella-
tur: quia de Comitatu ſit inue-
ueſtitus: & inter Capitaneos re-
gni, & ipſe ennumeretur, ut dictum eſt in. c. de Du-
ce num. 4. Comites tamen aliquando dicti ſunt,
uel qui in commentario, uel in curia principis eſ-
ſent, & qui cum Imperatore, uel Rege, commea-
rent, ei ut ſocij in bellis: a commeando, uel com-
meatu, ſic appellati, ut colligit Paris Puteus in
trac. de duello. §. an Comes. lib. 7. Fuerunt & Co-
mites ſacrarum largitionum: Item rerum priua-
tarum: Item ſacri palatij: illuſtri dignitate arbi-
trati. Item fuerunt Comites Conſiſtoriani: Et Co
mites ſacri patrimonij: Et Comites orientis: Et
Comites qui Prouincias regunt, inter Spectabiles
enumerati,

enumeraſti,ut obſeruauit Alciat.diſpunct.lib.3.c.
4.qui aliter dignitatum titulos reſumit, quã com-
muniter Iureconſulti noſtri temporis, interpræ-
tentur : de quorum officio habetur in titulis. C.
Iuſtiniani,& trium lib.C.in quibus quoque in ſpe
cie deſcribitur tit.de Comitibus, & Tribunis Scho
laru: in quo fit mentio, de Comite ſacri ſtabuli,&
Comite Aegipti:& Põtificæ Diœceſeos:& alius ti.
de Comitibus rei militaris. & de his aliqua quoq;
tetigimus ſupra.c.1.§.4. uerſ. Septimo. præcipue
in uer.Spectabilium.& in uer.Seneſcalchus,ubi di
ctum eſt, etiam comitis nomen idem importare,
quod Præpoſitus,Tribunus,& Primicerius: Sũt &
Comites palatini, qui habent ab Imperatore,
priuilegia legitimandi,& ſimilia: de quibus etiam
nibi diximus.in uer. Comites Palatinos. Verum
ad propoſitum noſtrũ,tradit Alciat.in.l.pupillus.
§.territorium.de uer.ſig.& in tract.de ſing.cert.c.
32.Comites dictos fuiſſe,quod ex comitatu Cęſa-
ris, ad regendam aliquam prouinciam, uel eius
partem mitterentur;ut a Carolo Magno: eiuſque
libris factum eſt: ſed quod poſtea Ducum, Mar-
chionum,& Comitum, hæ dignitates ſub Germa-
nis Cæſaribus in proprij iuris titulum,tranſire cę-
perint: atq; inde Comitatũ proprie de Imperato-
ria aula dici oſtendit: eo qđ ad ſingulas Ciuitates
2 regendas, aliquis Comes mitteretur. † Indeque
quod territorium dicebatur, Comitatus dici cœ-
ptus ſit: in eundem ſenſum hæc quatuor nomina
ſonare notans, Territorium, Comitatum, Diſtri-
ctum, & Diœceſim. Sed quicquid in antiquitate
reconditum ſit, non a Comite Comitatum, ſed a
Comitatum, Comitem dictum, & conſtitutum
3 hodie nos magis putamus, ut ſupra in prin.† Et hi
proprie Comites appellantur, qui honoris digni-
tatem, cum adminiſtratione aſſequuntur: abuſiue
alij, qui dignitatem tantum ſine adminiſtratione
habent, ut diximus in d.uerb. Comites palatinos:
Clariſsimorumque locum ſibi uendicant, ut per
Doct.& Iaſ.in.l.1.col.4.ff.de offic.eius.& deſcri-
pſimus in tract.de Duello,& Pace,concl.77.decla
rando tamen, ſi comites aliqui ſint, ut ſupra, qui-
bus Comitatus & exercitium militiæ commit-
tatur, quia dicerentur Illuſtres: & quibus prouin
cia metropolitana committatur, ſecus in non me
tropolitana, qui dicuntur Spectabiles:& Spectabi-
les uel Illuſtres, illi Comites, de quibus proxime
in præcedentibus ex Alciato locuti ſumus: Qui
in d.c.32.de ſing. certam. inquit, quod Comites
in Gallia præferuntur Marchionibus ex conſuetu
dine, cui plurimum deferendũ ſit, cum tamen prin
cipalis ipſa conceſsio, plurimum polleat, ut etiam
meminit Nicol. Bouer. in tractat. de ord. grad.
utriuſque for.in.2.parte princip. nume.5. & ſeq.
4 † Et hic ſubijce, ut comites & Barones debeant
ſedere penes Regem ſuum, ordine cõſueto. ut per
Bal.in.c.1.§.Marchio.col.pen.uerſic.extra quæ-
ro,de his qui feud.dar.poſ. Et cum ad ea quæ po-
tentiam,& obligationem Comitis reſpiciant, dice
re habeamus, ut diximus ſupra in.c.de Duce. nu.

11.12.&.15.Nihilominus liceat, & hic aliqua ſu-
5 bijcere, ſcilicet † ut is dicatur & habeatur loco
Præſidis in comitatu ſuo, & quod ipſe ſtatuit, ex
neceſsitate ſeruandum ſit.l.1.C.ubi popul. educ.
deb.& atteſtatur glo.in.c.1.in uer. obſeruetur.ſi
de inueſt.inter dom. & Vaſal.lis ori. Immo magis
Principi Comes aſsimilatur, ſecundum Bal.in.l.re
ceptitia.colum.2. de conſt.pecun.ſequitur Ruyn.
conſ.134.num.9.uol.5.conueniunt dicta D.Ay-
mon.Crauet.conſ.135.num.2. Et hic adde, Epi-
ſcopos ſimilitudinem Comitum gerere, ut per
Specul.in ration.diuin.lib.2.in prohęm.col.4.Et
6 ideo ſecundum eundem Bal.d.col.2. † eius ſtatu-
ta, ius ciuile, & non prætorium, exiſtimantur.Sed
dic.ut dictum eſt in.d. c.de Imp. uerſic. Secundo.
§.4.num.6.Nec omittas hic meminiſſe,Comitem,
uel Prælatum, non dicendum, qui de Iure non ſit
Comes, uel prelatus, ut not.Bal.in.c.1.§. Marchio
in prin.de his qui feud.dar.poſ.qui inquit, oporte
re id quod poſsidetur, uel quaſi, habeat in ſe ali-
quam realitatem: unde ſubſtantia poſſeſsionis cor
poralis eſt in corpore, ſubſtãtia uero quaſi poſſeſ-
ſionis iuris, eſt in iure. Subdit tamen, hoc aliter
poſſe intelligi, uidelicet, quod tale ius ſit in rerum
natura, non quod ſit proprium poſſeſſoris, quia ſe
queretur, quod in iuribus incorporalibus, nõ eſſet
ſeparata cauſa poſſeſsionis, a cauſa proprietatis,
illius iuris, quod eſt falſum.c. præterea.&.c. con-
ſultationibus. de iur. patr. & hæc bene not. quia
adaptari poſſe uidentur ad alias ſimiles perſonas.
7 † An uero quicquid eſt in comitatu, in dubio in-
telligatur eſſe in iuriſdictione Comitis, Specul.in
tit.de iuriſd. om. iud.in uer.magni ſunt.& ſeq.te-
nuit quod ſic, idemque in Regno: & idem dicen-
dum eſſe puto in Marchione, & alia ſimili iuriſdi-
ctione. Sed an in dubio, qui eſt ſub dominio regis
pręſumatur habere Comitatum, iure proprio, non
tanquam feudalem: Alciat.tenuit quod ſic in trac.
de præſumpt.reg.2.in.3.præſumpt. cum declara-
8 tionibus, ut ibi per eum. † Et hic repete dicta ſu-
pra in. c.de Duce, nu. 13. ut comitatus ex conſue-
tudine Italiæ diuidatur. An autem Comes cum
Duce, uel ſuperiore ſuo, pugnare poſsit, uel recu-
ſari in Duello, uide in tract. noſtro de Duello, &
Pace, concluſ.79.&.80. Hic etiam unum, licet ex-
traneum uideatur, notare poſſumus: quia & ſi Co-
9 mites ſint Clariſsimi, ut ſupra, † tamen ſi Comi-
tiſſa aliqua magna, nuberet doctori, nõ diceretur
nupſiſſe indigno, ut notabiliter tradit Salicet.in.l.
prouidendum.per illum tex.C.de poſtul.ſequitur
Ioan.Campez. in tractat. de dote.quæſt.13. Si
autem creantur aliqui Comites a Principe, ua-
cante Regno, quod poſtea regi deferatur: quod
teneantur iurare fidelitatem etiam ipſi Regi, ui-
detur tenuiſſe Bal. in tit. de Pac. Conſt. §. in-
ueſtituram. Poſt Comites, de Baronibus qui
eos ſequuntur, ut late tradit Franc. Curt. Iun.
in tractat. de Feud. in. 2. parte princip. in rub.
de feud. laic. ſicque & ordine ſuo, de alijs ca-
pitaneis iuriſdictionem habentibus, eſſet dicen-
dum

dum, ut ibi per eum: tamen hactenus dicta ſufficiant, cum ex ſuperioribus, metiri quoque perſonas Baronũ: & aliorum inferiorũ, ſatis apte liceat.

SVMMARIVM.

1 *Senatores conſtituuntur per Principes. habentes iura Imperij, vel non recognoſcentes ſuperiorem.*
Præſes prouinciæ, in omnibus negocijs prouincialibus, cognoſcit.
2 *Præſidis nomen generale eſt.*
Præſes prouinciæ, dicitur legatus Cæſaris, Corrector, & Rector prouinciæ.
Præſes prouinciæ dicitur, qui illi præeſt.
Præſes prouinciæ, dicitur ordinarius.
3 *Præſides qui ſint, ſecundum Budæum.*
4 *Prouinciarum apud Ro. aliæ proconſulares, aliæ prætoriæ, aliæ præſidales: quæ exprimuntur, remiſſiue.*
5 *Prouinciarum aliæ continentes, aliæ tranſmarinæ: ibi exempla.*
Prouincia, ſecundum ius Canonicum, quomodo accipiatur.
6 *Senatores qui fuerint antiquitus.*
7 *Senatores quotuplicis ordinis fuerint: & qui honorarij dicti.*
Senatoria dignitas, virtutis eſt præmium.
Senatores an dicantur Decuriones; & Conſiliarij Principis.
8 *Senatus in templis habebatur, & nõ ante exortum, nec poſt occaſum ſolis.*
Præſes morabatur in ciuitate metropolitana: & quando alibi.
Senatus repræſentat Principẽ, & illi æquiparatur.
9 *Præſes, & Senatores in prouincijs hodie Clariſſimi ſunt: quomodocunque antiquitus, vel Superilluſtres, vel Illuſtres, vel ſpectabiles habiti ſint.*
Dux Venetiarum, & eius Senatores, an Illuſtres, ex dominio.
10 *Senatores, cum præſide Mediolani; ſpectabiles dicti a Principe.*
11 *Senatus, & præſidis Mediolani; cura & poteſtas.*
12 *Præſidis prouinciæ poteſtas, ſecundum ius commune.*
13 *Proconſul in prouincia, pleniſſimam iuriſdictionem habet.*
14 *Præſes in prouincia, merum Imperium habet: & num. 16. per exempla.*
Imperium merum habet, qui præeſt vniuerſitati, quæ faciat prouinciam, non ſi faciat ciuitatem.
15 *Ciuitas hodie quælibet, licet habeat vim prouinciæ; declaratur tamen.*
17 *Præſidis, cum ſenatoribus cura, quæ debet eſſe, ſecundum ius commune, cum exemplis.*
18 *Præſes cum ſenatu, an debeat iudicare ſecundum acta, vel veritatem.*
19 *Iudices, vel præſides iuſtiſſimi, publicis acclamationibus collaudandi: Iniuſti, querelarum vocibus accuſandi.*

LIB. I. CAP. VII. DE PRAESIDE, ET SENATORIBVS.

PRÆSIDIS ſimulachrum, poſt recitatos Principes, toga, birretto, & annulo, & alijs inſignijs Doctoreijs ornatum, conſedebat: de quibus aliqua adduximus in. c. 1. §. 1. uerſic. Gladium. q. 2. num. 24. &. 25. eratque a multis ſenatoribus, ab eius dextra, & ſiniſtra parte cõſtipatum, illhinc militaribus, breuioriſque togæ: hinc togatis Iurec.
1 † Quorum conſtitutio fit per eoſdem Principes, qui habent iura Imperij, uel non recognoſcunt ſuperiorem, ut dictum eſt in eorum capitibus: & in ſpecie tradit Bar. in. l. 2. cir. fi. de decur. lib. 10. & ſequitur Nicol. Boer. in addit. ad tract. de parlam. Io. montaig. in prin. §. adde quod ſocius nu. 4. & dicemus inf. c. proxim. nu. 1. & qui in ſuo quiſque dominio, pro eorum auctoritate, Iuriſdictiones exercendo, magiſtratus creare ſolent, ut dictum eſt d. c. 1. §. 4. uerſic. Septimo. in uer. Iuriſdictones num. 1. facit. l. 3. &. l. legatus cum ſim. ff. de offic. præſid. ita ut omnia prouincialia negocia, & deſideria, præſes prouinciæ cognoſcere poſsit, quæ Romæ, uarios Iudices habent: ſcilicet uel præfectus prætorio, uel præfectus urbis, uel Conſules, & Prætores, cœterique ſimiles. l. ex omnibus. l. om-
2 nia. &. l. licet. ff. de offic. præſid. † Et quamuis nomen Præſidis generale ſit: eo quod proconſules, & legati Cæſaris, & oẽs prouincias regẽtes (licet Senatores ſint) præſides appellentur. l. 1. ff. eo: Is tñ legatus Cæſaris, & Corrector prouinciæ, quãdoq; appellatur. d. l. ex omnibus. &. l. legatus. eo. titu. Item & rector, ut. C. de offic. rect. prouin. l. 1. &. 2. Indeque dictus uidetur, quia iuriſdictioni præſit. l. ex quacunq;, ubi no. Alex. ff. ſi quis in ius uoc. non ier. uel ideo, quia præſit prouinciæ, ut facit. l. ſæpe. & legẽ. generaliter. ff. de offic. præſid. cum ſim. Diciturque etiam ordinarius, ut per Specul. in tit. de iuriſd. om. iud. uerſ Iudicum.
3 † Præſides uero non alios eſſe, quam quos, tum Gubernatores, ideſt Rectores dicimus, tũ locum tenentes, ideſt legatos Regis, oſtendit Budæus in annot. ad pandect. in tit. de offic. proconſ. & leg. fol. 317. quos & omnium magiſtratuum Rom. uicem implere, inquit uideri poſſe. Prouincias inde alias Conſulares, alias proconſulares, aut prætorias, pro belli neceſsitate factas, inibi demonſtrat. pag. 314. Prouincias etiam iuridiciales, poſuit aliquas pag. 260. in annot. ad. l. ult. ff. de ſenat. de quibus meminit & multa ſcribit etiam Alex. ab Alex. Genial. dierum lib. 2. c. 27. Porro And. Alciat. clarius etiam in his locutus uidetur, in lib. 3. c. 3. parerg. iur. de magis. ciuil. quod & milit. offic.
4 col. 4. qui inquit, † Omnium prouinciarum, ab Auguſto; quæ ſub Imperio Rom. erant factam diuiſionem; ita ut aliæ Proconſulares, aliæ Prætoriæ, aliæ Præſidales eſſent, quique Proconſulares

Senatui,

Senatui, Prætorias populo, demandandas tradit:
in Præſidales ipſe legatum ſuum; qui nunc Præſes
nunc legatus Cæſaris, eam ob cauſam dicebatur,
mittebat: Quæ uero prouinciæ Proconſulares, aut
prætoriæ, aut præſidales eſſent, inibi col.5. expri-
mit Alciat. & addit Proconſulum magiſtratum,
annuum fuiſſe: præſidum certum finem non fuiſſe;
niſi quatenus ſucceſſor, a Cæſare mittebatur: ad-
ditque e iam col.6. adhibendos fuiſſe in cõſilium
procuratores Cæſaris, a præſide, ubi de cauſa fiſca
li ageretur: Hocque etiam hodie obſeruari. Alio
loco idem Alciat. in. l. notionem. §. continentes.
ff. de uer. ſig. aliam diuiſionem ponit, ut prouincia
rum, quæ dictæ ſunt, eo quod procul ab Italia, ar-
mis uictæ fuerant, in quas proconſules, & legati
mittebãtur, qui ius redderet, & tributa exigerent;
5 † aliæ continentes, aliæ tranſmarinæ eſſent: ut illa-
rum quidem, Gallia, Illyricum, Rhetia, Vindelici,
Pannonia, Germania: Harum Aſia, Aphrica, Syria,
Cyprus, Achaia, eſſent. Tradit etiã Alex. ab Alex.
lib.2.c.29. Genialium dierum, multas fuiſſe pro-
uincias ut Cappadocia, & Aegiptus, quæ per ſo-
los equites Romanos præſidum loco regerentur.
Subditque Alciat. ibi, hodie quantum ad iuriſdi-
ctionem, quamlibet Ciuitatem, quæ merum Im-
perium habeat, ſuoſque magiſtratus conſtituat,
prouinciæ æquiparari. l. cum in longi. C. de long.
temp. præſcrip. quę declarat Iaſ. in. l. Imperium
num.16. ff. de iuriſd. om. iud. & dicemus in ſeq.
num. 15. at in iure Pontificio, Prouinciam pro
diœceſi accipi, in qua decem, uel undecim ciuita-
tes ſint: quibus is qui dominatur, Rex dici poteſt.
c. ſcitote. 16. q.2. & alibi diximus. Differentiam
tamen inter Proconſulem, & præſidem, ponit glo.
in. l. 1. ff. de offic. præſid. ut proconſul, ex conſuli-
bus eligeretur, & ad remotam prouinciam regen-
dam mitteretur, extra Italiam: ſed præſes non ex
conſulibus: & cum ea gloſ. tranſit Iaſ. in. l. 1. nu.
18. ff. de offic. eius. Verum capiendo præſidẽ pro-
uinciæ, conſtitutum a Principe, qui cum conſilio
ſibi aſsiſtentium, iura inibi reddat: ſiue illi Senato-
res, ſiue Conſiliarij: atque proptérea Curia, Con-
ſilium, Senatus, uel parlamentum, congregatio illa
appelletur: de quibus loquitur Budęus in annot.
l. fi. ff. de Senator. &. Io. montaig. in tract. de parla
mentis. §. & hæc. ubi Nicol. Boer. in addit. multa
cumulauit: præcipue de eorum inſtitutione, & nu-
mero, apud gallos, ibi in. §. adde quod inſtitutio-
nes: & quæ parlamenta nonario numero conclu-
dantur, & inter quæ enumerat etiam Senatum Me
diolanenſem, per quod Iuſtitia adminiſtretur. De
cuius auctoritate, & poteſtate etiam Carolus. V.
Imperator Conſtitutionem edidit, tempeſtate no
ſtra, in hoc dominio Mediolani, ad eum deuolu-
to, poſt mortem Franc. II. Sfortiæ, Ducis: inter
alias, ſitam ſub. tit. de Senatoribus. Dicamus, in-
6 quam ad propoſitum noſtrum. † Senatores uetu-
ſtiſsimo tempore, aliquando & primum Romæ;
inſtitutos a Romulo, centum numero: ex primori-
bus patrum, ut conſilij ope, nouam ciuitatem ful-
ciret: quam uiribus, & robore Iuuenum munitam
cerneret, quos ob honorẽ Patres, ob ætatẽ Sena-
tores, appellauit: atque ex his genitos, patritios
nuncupauit. Inde exactis Regibus, Brutus conſul,
exhauſtum bonis uiris ſenatum intuens, primores
equeſtris ordinis adſcribi in Senatores, operam
dedit: illoſque conſcriptos patres uocauit, Penes
quos quidem Senatores, adeo ſemper totius reip.
ſumma iunixa eſt, ut ne Reges quidẽ, Cõſules, aut
Dictatores, aut alius quiſpiam magiſtratus, incon
ſulto Senatu, quippiã moliretur, ut hęc proſequi-
tur L. Feneſtella de magiſtratibus Rom. c.1. q ſub-
7 dit, triplicis ordinis Senatores reperijſſe: † Quo-
rum alij Patritij, alij pedarij, nõnulli Conſcripti
appellarentur, apponitque horum omnium ratio-
nẽ. Et hi ſunt (ut opinor) de quibus loquitur Ariſt.
politic. lib.2. cap.7. in hæc uerba. Oportet enim
rẽp. quę duratura ſit, velle, vt omnes ciuitatis par-
tes conſtent, atque in ſtatu ſuo permaneãt. Reges
ergo propter honorem ſuũ, ita ſe habebunt, Præ-
ſtantes autem viri propter Senatum: nam ea digni
tas uirtutis eſt pręmiũ. Plebs propter Ephoriam,
nã cõſtituitur ex omnibus. Adde ut Aliqui etiam
Honorarij tantum dici potuerint, illi ſcilicet, qui-
bus collata ſit dignitas ſine adminiſtratione, de
quibus diximus ſupra in cap.1. §.3. uerſic.22. nu.
10. Decuriones etiam ſuę curiæ (ſi ſic dicere opor
tet) Senatores uidentur dicti, in. l. omnes iudices.
ubi glo. & Io. Plat. in fin. C. de decurion. lib. x. An
autem cõſiliarij Principis, Senatores cenſeri poſ-
ſint: dicendum eſt quod non, ſi inſpiciamus uerba
l. quiſquis. in prin. C. ad. l. iul. maieſ. quæ ponere
videtur differentiam inter eos: conueniunt dicta
ſupra in. c.1. §.3. uerſic.15. num.14. De hac inſti-
tutione, & auctoritate, multa quoque, & eadem fe
re adducit Budæus in annot. l. ult. pag.1. & ſeq. ff.
de ſenator. ex Liuio, Sed & rationem habendi Se-
8 natus, ponit Feneſtella. d. c.1. † uel ratione loci,
uel temporis: ſcilicet in templis, & non ante exor-
tum ſolis, nec poſt eius occaſum. Et de iam dictis
omnibus, præcipue de poteſtate Senatus, etiam
apud plures nationes, abũde refert Alex. ab Alex.
Genialium dierum lib.4. c.11. & cõueniunt dicta
ſupra. c.1. §.3. uerſic.15. num.10. de Apolectis, &
Areopagitis, quorũ ſanctius, & grauius conſilium
ex delectis uiris conſtabat. Quibus adde, vt Pręſes
moraretũ in ciuitate principali, quæ cuiuſque pro-
uinciæ, appellabatur Metropolitana; quæ nũc Ar-
chiepiſcopalis uocatur: vbi habebat omnem iuriſ-
dictionem, vt tradit Iaſ. in. l. 1. num.21. ff. de offic.
eius. Item Adde, vt tamen Præſes prouinciæ, poſ-
ſit pro libito, in tota prouincia, tribunal eligere, &
mutare, ſed hoc dẽt fieri notũ parti. Cęteri inferio
res nõ poſſunt: niſi in actibus uoluntariæ iuriſdi-
ctionis vt p Salic. in. l. ſi vt proponis. C. qũo & qñ
iud. Aliqua it idẽ Alci. cumulat, de Inſtitutione, &
ſenatorum poteſtate: & translato ad Imperatores
Imperio, in tit. de magiſt. ciuilibuſque & milit. of-
fic. column.1. & ſequen. & in. l. plebs. ff. de of-
fic. eius: & propterea ſuperilluſtrium gradum, il-
lis

lis attribuit:& cum eo idem uidetur ſenſiſſe cæteri
doct. ibi, & alibi, ut etiam diximus in d. tract. de
duello, & Pace, concl.77. licet Specul. in tit. de iu-
riſd. om. iud. uerſic. magni, Illuſtrium gradum eis
tantum concelſerit, per l. ult. ff. de ſenator. Sed Al-
ciat. diſpunct. lib.3.c.4.num.10. inter clariſsimos
hos reponens, horum Clariſsimorum, aliquē eſſe
gradum, ex Iſidoro, Aetymolog. li.9.c.4. omne
more: uidelicet ut primus ordo Illuſtris, Secun-
dus Spectabilis, tertio clariſsimus cenſeatur. Cla-
riſsimos tātum idem Alciat. tamē in l. ſpecioſas.
ff. de uer. ſig. & in l. pen. col.4. C. de pactis, Sena-
tores cenſuit; niſi quis conſularia, prætoriaque or
namenta: conſecutus fuiſſet quia tunc dicti ſunt,
uel ſpecioſi, uel Spectabiles, uel Illuſtres: repro-
batque inibi iureconſultorum recentiorum, aliter
tenentium opinionem. Sed opinio Alciati in enu-
cleatione horum titulorum, non uidetur poſſe
procedere: ſi præſertim nouiſsima iura, & tempo-
ra conſiderentur, ut etiam ſcripſimus ſupra. c.1. §.
1. in ver. enſem. q.2. nu.21. & ſeq. Atque ad præ-
miſſa adde ſecundum D. Aym. Crauet. conſ.144.
num.20. Senatum repręſentare Principem, allegat
Bar. in l. Aemilius. in fi. ff. de minor. & Deç. conſ.
200. in fin. ſubijciens, Senatum ipſi Principi ęqui-
parari, per l. quominus. ubi Iaſ. in.2. not. ff. de flu-
min. hocque idem repetit idem Crauet. conſ.168.
num.10. & conſ.198. num.7. de quibus dicas ut
infra num.9. Quicquid tamen in præmiſsis, ſecun
dum uetuſtiora tempora, excogitari poſsit, quo
ad rem noſtram, cōſtituto præſide, & ſenatoribus
9 aliqua in prouincia, a Principe. † Hodie & præſi-
dem, & Senatores, nō niſi clariſsimorum gradum
ſibi uendicare exiſtimo: Nam cum cōmunis om-
nium ſit ſententia, & præcipue Iaſ. in d. l.1. nu.18.
ff. de offic. eius. & dictum eſt dict. concl.77. & eſt
etiam tex. in l.2. C. ſi aduer. fiſc. Præſidem prouin
ciæ clariſsimum tantum eſſe, qui alijs præeſt: mul-
to magis hoc dicendum de Senatoribus, qui in-
feriores ab eo cenſendi ſunt: ut regens ſit nobi-
lius recto; & dependente id a quo quid dependet,
ut ſupra in c. de Duce nu.8. Non enim ea aucto-
ritate & poteſtate, conſtituuntur præſides, & Sena
tores, ut alias, qui hodie iura reddant, qua olim
apud Rom. qui rerū potiebantur, Senatores pol-
lebant. & licet D. Crauet. dicto conſ.168. nu.10.
per auct. Specul. d. uerſic. magni: Illuſtres ponat,
Senatores noſtri temporis: eius opi. per ſupradi-
cta uidetur repellēda: quia Specul. ſecundum alle-
gatam. l. ult. loquitur in Senatoribus Rom. ſicque
in ſupradictis alijs ſuis conſ. uidetur intelligendus
Crauet. Cuius opinio eo caſu forſan poſſet pro-
cedere, quo aliqui Senatores haberēt adminiſtra-
tionem in dominio ſuo: quod Regnum cenſeri
poſſet, propter magnitudinem, & numerū decem,
uel undecim ciuitatum, uel plus, in eo comprehen
ſarum, ut dictum eſt in c. de Rege: & c. de Duce;
& prout Dux, uel Præſes Venetiarum, cum Senato
ribus ſuis, ea potentia excellere creditur: nam Re-
10 gnum, Illuſtrem dignitatem præ ſe fert. † Specta-
biles tamen Pręſidem, & Senatores dominij, &
Ducatus Mediolani, appellare cōſueuit Carolus.
V. Imp. & Philippus Rex eius filius & ſucceſſor,
in reſcriptis, uel alijs literis ſuis. At quænam par-
tes ſint, & quæ cura in hac prouincia Ducatus Me
diolani, & quæ poteſtas Pręſidis, & Senatorum, ca
uetur in dictis Conſtitutionibus, in tit. de Senato-
11 ribus. † Ex quibus inter cętera hic colligere liceat,
ſanctitum eſſe, ut eorū munus ſit perpetuum: Au-
ctoritas uero ſit, Conſtitutiones Principis confir-
mandi, infirmandi, & tollendi: & concedendi di
ſpenſationes, contra eas, & ſtatuta. Circa quod ui-
de quæ ſcripſi ſupra. c.1. §.4. uerſic.3. quando &
quomodo ius poſitiuū tollatur. Item ſtatutorum,
ordinumque ac prouiſionum confirmationes fa-
ciendi. Nec non habilitationes, temporum proro
gationes, in integrum reſtitutiones, concedendi:
In his quæ ad Iuſtitiam, aut æquitatem ſpectant,
prouidendi, in quo uide dicta ſupra. c.1. §.3. uerſi.
21. nu.8. & §.4. verſi.4. & 5. & 28. & 29. quando
iuſgentium, & diuinum tollatur. Item cognoſcen
di de cauſis Marchionatuū, Comitatuum, & quo-
rumcunque Feudorum, quomodocunque lis oria
tur, ſiue inter Principem, & vaſallos, ſiue inter ip-
ſos vaſallos. Itē de omnibus cauſis arduis, & ma-
gnis, vbi res de qua agitur, ſit aureorum mille, an-
nui reditus: & ubi etiam agatur de interprætatio-
ne priuilegiorum: de quibus uide ſupra c.1. §.4.
uerſic. Septimo. in prin. & d. §.3. uerſi. uigeſimo-
primo. Et de controuerſijs finium, & alijs cauſis,
de quibus vel via appellationis, vel alio modo,
conſilia ducalia, retroactis temporibus, cognoſce
re conſueuerant. Itē quod plus eſt, cognoſcendi
de approbatione, confirmationeque, litterarum
principis, donorū, remiſsionū, indulgentiarū, pri-
uilegiorū, ordinū, edictorū, & gratiarū, tā in ciui-
libus, q̃ in criminalibus, & eas uel approbabit uel
limitabit, aut reſtringet, prout e re Principis, vel
publica, eſſe cognouerit. Item Senatus ſententię
inappellabiles ſunt, niſi depoſito centum aureo-
rum facto, miſſa tamē executioni ſententia. Item
prouiſiones facit: ſm caſuum contingentiam:
Quod in cauſis omnibus criminalibus adminiſ-
tur, pro Iuſtitia, & Aequitate: de quibus vide d. §.
3. uerſic. vigeſimoprimo. num.8. & §.4. uerſic.4.
& 5. & 28. & 29. quomodo procedendū ſit, licet
cauſæ ſint inappellabiles. Et quicquid ſanxerit Se
natus, parē vim habebit, ac ſi a Principe factum
fuiſſet. Non poteſt tamen Senatus, delictorum re
miſsiones, ſeu gratias, uel Literas ſalui cōductus,
reis criminum dare, vel concedere, quæ reſeruata
ſunt Principi. His adde vt apud hunc ordinem,
Controuerſiæ terminentur, vel ſi alternis diebus
in Curia Mediolani, in loco eminentiori Aulæ ſe-
dens, cum maieſtate ſua, auditis palam aduocatis
quod ſibi pro iuſtitia aut æquitate uiſum fuerit,
ſtatuit. Vel ad ſupplicata, & reſponſa, ſecreto. Vel
ſi delegatione facta, & relatione per Senatorem
delegatum: Ordinare ſolet in omnibus, apices, &
ius poſitiuum, ubi expedierit, tollēdo: uel dilatio-

nes,

nes, & prorogationes in cauſis concedendo, & in
delictis prouidendo: Et amplius ēt in his, quæ de
iure gentium ſunt, manum apponendo, ex cauſa.

Verum quæ ſolicitudo, & auctoritas præſidis
fuerit, ſitque ſecundum ius commune: cum tamen
quæ in Senatoribus Romę fuerit, ſupra exaratum
12 ſit, ſubijciamus. Illudque in primis, † vt Præſes
prouinciæ, maius Imperium in ea prouincia ha-
beat omnibus, poſt Principem. l. 4. ff. de offic. prę-
ſid. quod idem dicitur de Proconſule. l. & ideo. ff.
de offic. proconſ. & leg. Atque omnia prouincia-
lia negotia, & deſideria, cognoſcere poteſt: quæ
Romæ varios Iudices habent: ſcilicet vel præfe-
ctus prætorio, vel præfectus vrbis, vel conſules, &
Prætores, cęterique ſimiles habent, ut dictum eſt
ſupra hoc cap. nume. t. quæ pariter attributa ſunt
proconſuli. l. ſi in aliquam. ff. de offic. procon. &
leg. ubi tamen glo. ultima excipit proconſulem
non habere ea, quæ competunt Romæ, cōſulibus:
ſed puto eam glo. non recte locutam: ex quo tex.
ibi generaliter loquitur, ſicque vt proconſul ple-
niſsimam iuriſdictionem habeat, ad eumque per-
tineant omnium partes, quæ Romæ, vel quaſi ma-
giſtratus, vel extra ordinem, ius dicunt. Quod &
clarius probatē, quia expreſſe hoc cauetur in Pręſi-
de, qui ut ibi habetē in rub. procōſule eſt inferior:
vt tamen cognoſcere poſsit de omnibus cauſis,
de quibus etiā Conſul Romæ cognoſcere poterat
13 d. l. ex omnibus. ff. de offic. præſid. † Proinde ſi-
cut Proconſul pleniſsimam iuriſdictionem habet,
quā in ea. l. glo. interpretatur pro mero Imperio,
pleniorem pro mixto, ſemiplenam pro modica
14 coertione: † Sic etiam Præſes in prouincia ſua,
non extra, Imperium habere dicitur. l. 3. & 4. ff. de
offic. præſid. quod interpretatur eſſe merum, per
Principem communicatum proconſulibus, præſi-
dibus, & alijs ſimilibus, vt per Bar. in. l. Imperium
nume. 6. ff. de iuriſd. om. iud. per d. l. 4. & d. l. ſi in
aliqua. & ſubdit Bar. ibi, nu. 7. merum Imperium
eum habere de iure communi, qui præeſt alicui
vniuerſitati, q̄ facit prouinciā. l. illicitas. §. qui vni-
uerſas. ff. de offic. præſid. ibi, ius gladij habent, &
in metallum damnandi: non ſi præeſt vniuerſitati,
quæ faciat non prouinciam, ſed ciuitatem: quæ de
iure communi, nō habet nec merum, nec mixtum
Imperium. §. iuſiurandum. in fi. in aut. de defenſ.
ciuit. Niſi ex præſcriptione, cōſuetudine, uel con
ceſsione Principis: Et cum Bar. tranſeunt doct.
15 præcipue Iaſ. ibi nume. 18. & ſeq. † Declarans &
ut ſupra, nu. 5. quod licet quælibet ciuitas habeat
hodie vim prouinciæ, ſecundum glo. ſing. in l. ult.
in prin. C. de præſcrip. lon. tem. tn̄ hoc nō proce-
dat ſecundum Ang. ibi, quando ſingulæ Ciuitates
conſtitutę ſunt, ſub vno Principe ſed ſub diuerſis
principibus: quaſi quod tūc in primo caſu, metro
polis habeat vim prouinciæ: & clare uidetē ſentire
Bar. Bal. Salic. Barbat. in appoſtil. & doct. in d. l. fi.
dicētes, qđ in prouincijs, q̄ adhuc reguntē p̄ præſi-
dē, habet locū d. l. fi. In ciuitatibus, quæ habēt ſua
Regimina, illa ciuitas habebatur pro prouincia;
vt Florentia, Peruſium, & ſimiles: quæ ſequitur
Ang. & Bal. inſt. de uſucap. in prin. & Philip. Cor-
ne. conſi. 36. num. 21. uol. 2. & conſi. 275. in prin.
vol. 3. & propterea multa exempla meri Imperij, a
Præſide in Prouincia ſua exercendi, colligi poſ-
ſunt, & d. tit. ff. de offic. pręſid. & illud primū ge-
16 nerale, † vt ad eū pertineat purgare prouinciam
malis hominibus, non diſtinguendo vnde ſint. l.
3. & l. congruit. eo. tit. vbi ſolicite præſes agere, &
conquirere debet, Sacrilegos, Latrones, plagia-
rios, fures, & prout quiſque deliquerit, in eum ani
maduertere: receptatoreſque eorum coercere.
Sic habetur in. l. fi. eo. tit. ad præſidem pertinere co
gnitionem, & ſeueriſsimam animaduerſionem, de
ſeruo corrupto: vel Ancilla deuirginata, vel ſer-
uo ſtuprato: & ſi actor rerū agentis, corruptus eſſe
dicatur: non ſolum ſi iactura aduerſus ſubſtantiā,
ſed ad totius domus euerſionē, pertineat: Sed cum
ea quæ ſub mero Imperio continentur, abunde
ſint declarata per doct. in d. l. imperiū, ibi videas;
cum his, quæ vel mixti Imperij ſunt: vel modicæ
coertionis, vel ſimplicis iuriſdictionis, de quibus
multa poſita ſunt per iurec. in d. tit. ff. de offic. pręſid.
& in tit. C. de offic. rector. Nec hic omittas, vt
licet præſes in metallū damnare poſsit: non poſ-
ſit tamen in inſulam deportare, quod minus eſt,
ut per Bar. in. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offic.
præſid. qui ibi rationem aſsignat: quia inſulæ ſunt
in dominio principis, non pręſidis: ſic arguit Bar.
præſidē, non poſſe exbannire. Sed ibi repræhendi-
17 tur in appoſtil. † Quo vero ad ea, quæ Præſes, &
Senatores tenentur, in quibuſque eorum cura ver-
ſetur: præterquam quod curare debet, & congrui
bono, & graui Præſidi, ut pacata, atque quiet.
prouincia ſit, quam regit: ſolicite agendo, ut malis
hominibus, prouincia careat, vt ſupra dixi. d. l. con
gruit. reſumere etiam multa poſſumus, & tradita in
d. tit. ff. de offic. præſid. ad hoc propoſitum, ut ēt
illicitas exactiones, & violentias factas, & extor-
tas metu venditiones, & cautiones: vel ſine pre-
cij numeratione: & ne quis iniquum lucrum, aut
damnum ſentiat, Præſes prouinciæ prouidere de-
bet. l. illicitas, in prin. ff. de offic. præſid. Neue per-
mittere, ut humiliores a potentioribus viris iniu-
rijs afficiantur, aut opprimantur: atque ut ſub ſpe-
cie tributorum illicitæ exactiones fiant, prohibere
debet: & negociationes licitas permittere, & illi-
citas prohibere, ut ibi. §. ne potentiores. Item mul
ctas ex cauſa neceſsitatis, & paupertatis, remitte-
re debet; quas exigi remiſſas, non debet pati: ēt a
factis ſoluendo, vt ibi. §. fi. Item cauſa cognita, co
git dominos reficere ædificia, deformitati conſu-
lendo. l. præſes prouinciæ inſpectis. eo. tit. & dice-
mus inf. c. de prætore in. §. 1. nu. 30. Itē furioſos, q
nō poſſunt p̄ neceſſarios cōtineri carcere cōtineri
iubere debet: ne quid pernicioſius ipſi, in ſe mo-
liantur, ne ue alijs quoque exitio ſint. l. congruit,
& l. diuus. eo. tit. Item præſes munus, donumue
capere nō debet: niſi eſculentum, poculentumue,
quod intra dies proximos prodigatē l. plebiſcito.
eo.

eo. tit. ſed dic vt inf. in. c. de prætor. §. 1. nume. 6.
18 † Item debet iudicare ſecundum allegata, & probata, d. l. illicitas. §. veritas. ubi doct. ſic etenim melius eſt, ſecundum Philoſoph. c. 7. politic. lib. 2. licet aliud dixerimus in principe ſupra. c. 1. §. 3. verſic. Decimonono: Inquit tñ Decius in d. cõſ. 200. in fin. quē ſequitur D. Crauet. d. conſ. 144. & 198. Senatũ iudicare debere, ſola facti veritate inſpecta: ſicut Princeps, quem repreſentat: q cognoſcit tanq̃ Deus. Sed hoc tutũ non eſſe puto per dicta ſupra, niſi quatenus princeps, conſtituendo Præſidem, & Senatum, hoc conceſſerit. Et propterea frequentius obſeruatur in Præſide, & Senatu Mediolani, ſi quid ſtatuant, ut id fiat ſub noĩe Principis: præcipue in reſcriptis cõcedendis: qđ & recte fieri vr, nã Princeps ipſe caput eſt Senatus, & Conſiliariorũ ſuorũ. l. ius Senatorum. C. de dignit. lib. 12. & tradit Mart. Meus Laud. in tract. de conſil. prin. q. 1. Item obſeruare debet Præſes, vt ſe in adeũdo, facilem præbeat, ſed contemni ſe non patiatur: at qoc ut in cognoſcendo, neq; excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat: neq; præcibus calamitoſorum illachrimari eũ oporteat. l. obſeruãdum. ff. eo tit. & diximus ſupradict. §. 3. verſ. Sextodecimo & Septimodecimo. Item regens prouinciã, quique circa eas ſũt, nõ debẽt negotiari, mutuã pecuniã, dare, fœnusve exercere. l. principalibus. ubi doct. ff. ſi cer. pe. de quibus latius dicemus inf. de Prætore. nu. 9. §. 1. Item nõ debet regens prouinciã, eius fines excedere, niſi voti ſoluendi cauſa, dũ tñ abnoctare ei nõ liceat. l. illud. ff. eo. tit. Multa alia poterit quilibet curioſus perquirere, & cogitare, quæ ad p̃ſidem prouinciæ pertineant. Cui ẽt aliqua cõuenire poſſunt, de his, quæ ſcripta ſunt in. c. de Imperatore. præcipue d. §. 3. & 4. & de his, quæ dicemus inferius. in. c. de prætore, & faciunt multa dicta in tit. C. de offic. rect. prouin. Inter q̃ nõ omitte, vt nulli Patriæ ſuæ adminiſtratio, ſine ſpeciali
19 permiſſu principis pmittatur. ut ibi. l. fi. † Et poſtremo nota, poteſtatem eſſe datã ibi in. l. 3. omnibus, iuſtiſsimos, uigilantiſsimosq; iudices, publicis acclamationibus, collaudandi: ut honoris eius auctiores, proferantur a principe proceſſus: & econtrario iniuſtos, & maleficos, quærelarũ uocibus accuſandi, ut cenſuræ uigore abſumantur.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores Cæſaris, conſtituuntur a Principe.*
2 *Fiſcus, nec burſa fiſcalis, proprie non dicitur, niſi Principis, vel Rom.*
3 *Procuratores Cæſaris a Conſt. Mediolani, Quæſtores dicuntur: vulgari ſermone Magiſtri intratarum: Idem & Collectores Papæ. nume. 5.*
4 *Procuratores Cæſ. & procuratores fiſci, idẽ ſunt: Rationales, & procuratores patrimonij, etiam dicti:*
5 *Quæſtores vrbani, & quæſtores ærarij, idem dicti: & an conueniant cum procuratoribus Cæſ.*
6 *Procuratores Cæſ. ſunt iudices inter fiſcum, & priuatum: non inter priuatos tantum.*
7 *Procurator Cæſ. inter Clariſſimos collocatur.*
8 *Procurator Cæſ. an cenſeatur habere liberam adminiſtrationem: communis quod non.*
Procurator cum libera, poteſt omnia, quæ dominus: ſed non donare.
9 *Procurator cum libera; nemo niſi ſpecialiter conſtituitur.*
10 *Procurator Cæſ. quando poſſit tranſigere, & præiudicare domino.*
11 *Procurator cum illis verbis in mandato, vt poſſit facere omnia, quæ dominus, dicitur conſtitutus cum libera, ſecundum communes.*
12 *Procurator Cæſ. poteſt adire hæreditatem Cæſari delatam: quæ ſi non ſit ſoluendo, habetur pro non adita & repudiata.*
13 *Procurator Cæſ. vendens, non poteſt habere fidem de prætio: poteſt tamen confiteri ſe precium recepiſſe: & confeſſio probat, etiam contra fiſcum.*
14 *Procurator Cæſ. poteſt conſtituere procuratorem ad vendendum rem obligatam fiſco, & ſubhaſtandũ.*
Procuratoris Cæſ. officium eſt in negocijs maximis.
15 *Procurator Cæſ. non habet ius deportandi: vel Banniendi,*
Procurator Cæſ. poteſt prohibere rixoſum, ne accedat ad alienum fundum.
16 *Procurator Cæſ. quando vices præſidis agit.*
17 *Priuilegia fiſci multa ſunt, remiſſiue.*
18 *Fiſcus non eſt priuilegiatus, niſi in. l. expreſſum ſit.*
19 *Procurator Cæſ. debet tractare cauſas fiſcales, ſecundum ordinem iuris.*
Procurator Fiſci, cauet a protectione ſuorum debitorum, contra priuatos.
20 *Procuratores Fiſci, quando debitorem debitoris ſoluere cogant.*
21 *Procurator fiſci generalis conuenitur, pro negligentia procuratoris ſpecialis, non exigentis debitores fiſcales.*
Procurator Fiſci, an poſſit iurare in litem.

LIB. I. CAP. VIII. DE PROCVRATORIBVS CAESARIS.

PRocuratores Cæſaris ſuccedebãt, poſt præſidem, & Senatores: Iurecoonſulti aliqui, alij breuioris togæ, ſed uiri elegantes, induſtrij, & prudentes: ſic poſitus eſt titulus. ff. de offic. procur. Cæſ. immediate ſubſequẽs tit. de offic. p̃ſid. His, & huic muneri aliquẽ præficit Præſes: qui primũ locum tenet, ut in urbe Mediolani quotidie uidemus obſeruari, de quibus quoq;, & quorum officio habeẽ tit. de offic. quæſt. ord. ſequẽs titulũ, de Senatoribus. ĩ Cõſt. huius Dñij: ubi late explicantur partes, & ſolicitudo eorum in hoc munere, tam habita ratione redituũ ordinariorum, quam extraordinariorũ Principis, per aliũ tit. ſeq. Sed de his, q̃ in iure & alibi habentur, aliqua ſubijciamus. † Hi pariter cõſtituũtur a Principe: cũ magiſtratus omnes cõſtituere, proprie ſit principis, ut ſ. c. p̃ced. nu. 1.

Similiter tñ dicendum eſt de ciuitate, quę præſ. ri-
bus iura fiſcalia, & de his, qui ex priuilegio hoc ha-
bẽt, uel ex contractu principis, ſiue ciuitates, ſiue
2 dñi terrarum ſint: † licet alias fiſcus proprie, nec
burſa fiſcalis dicať, niſi principis, uel Reip. Roma-
næ. l. ſi multi. ff. de public. l. eum qui uectigal. ff. de
uer. ſig. & hæc colligit Bal. in. l. 1. cir. fi. C. de hæ-
red. uel act. uend. ſequitur Alex. conſi. 111. nu. 5.
uol. 4. Ná ubi iura Fiſcalia ſunt, ibi & ꝓcuratores
3 fiſci eſſe poſſe uidentur. † Et licet Quæſtores ho-
die appellent a dictis Conſt. & alias, & hodie, uul-
gari ſermone ẽt Magiſtri intratarũ, ut ẽt meminit
Iaſ. conſil. 101. col. 2. uol. 4. nihilominus in iure,
Procuratores Cæſaris hos appellari, proprius exi
ſtimo: ná qui Quæſtores alias habiti ſunt, dixi ſ.
4 c. 1. §. 4. uerſ. Septimo. in uer. Quæſtoris. † Hos pro
curatores Cæſ. qui ea procurabant, quæ ad Cæſa-
rem ipſum, ſeu Fiſcum pertinerent, quorũ fuerit
uaria poteſtas: & procuratores fiſci, eoſdem fuiſſe,
non dubitauit And. Alcia. quos & alio nomine Ra
tionales, & procuratores patrimonij nuncupatos
obſeruauit, in lib. de magis. ciuilib. què & milit. of-
fic. in prin. col. 6. & in. l. ꝓcurator. C. de eden. col.
1. & addo etiã. l. 2. C. de mod. mulct. &. l. 3. & con-
ueniunt tradita per Ariſtot. politicor. lib. 6. c. 8. &
ſi aliquos recentiores differentiã inter eos poſuiſ-
ſe, commemoret, ut addo Iaſ. in. l. 1. nume. 1. ff. de
offic. procur. Cæſ. diſtinguentem: ſed ex quo oĩa
tranſlata ſunt in Principẽ, hæc parũ curanda ſunt,
ut dixi ſ. c. 1. §. 4. uerſi. Septimo. in uer. Quęſtoris.
nume. 2. Budæus tamen in tit. de offic. quæſt. pag.
294. &. 295. qui propterea non uideť recedere ab
5 opin. noſtra. † Quæſtores urbanos, & quæſtores ę-
rarij, qui idẽ dicebantur, apud Romanos fuiſſe re-
fert, qui ęrariũ curabant, eiuſq; pecunias in publi-
cas tabulas, expenſas, & acceptas, referre cõſueue-
rant, pro quibus pręfectos ratiociniorum: & quos
Magiſtros computorum uocant, haberi hodie ſi-
gnificet: quæ uidentur accedere, ut pariter Præfe-
cti illi a Conſt. huius dominij, Quæſtores nuncu-
pati, aliquantulum cum his conueniant: nam & in-
ter alia, horum cura eſſe creditur: ut de pecunijs
ærarij, expenſis, & acceptis, habeatur in publicis
tabulis ratio, licet ſit cõſtitutus in Theſauriarium,
ſeu Quæſtorem, unus eorum, qui ſolus hoc mu-
nus ſubit: Sic inquit Bal. in. d. l. 1. ff. de offic. pro-
cur. Cæſ. quod Collectores Papæ, & ſimiles, dicun
tur eius procuratores. Iuxta prædicta inquit Al-
6 ciat. Hodie dubium non eſſe, † quotiens inter fiſ-
cum, & priuatum, quæſtio oriatur, eos procura-
tores Cæſaris adeundos eſſe: quibus adde & alija
ſupra adductis Feneſtel. de Magiſtr. Rom. c. 26.
& qui in hac re inquit: Quoniam maiorem ſe, a
quo ius inter priuatum, ac remp. decernatur, im-
poſsibile inuentu ſit: ipſumq́ue principem, in pro-
pria cauſa iudicare, haud ſane æquum eſſe uidea-
tur, Magiſtratum creari placuit: cui inter ſe, priua
tasq́; perſonas, competens quidem eſſet iuriſdi-
ctio: qui ſane appellatus eſt, procurator Cæſaris:
Cuique principalis totius rei licentia, commiſſa
eſt, ita ut quicqd ab eo negotiorum Imperialium
geſtũ eſt, ratũ habeatur, ac ſi a Cęſare geſtum ſit,
Ideo Bald. in. l. 2. col. 2. C. de ſenten. quę ſine cer.
quant. hoc etiam affirmat in eo tex. loquẽte in cu
ratore reip. qui idẽ uideť: ad idẽ eſt tex. in. l. 2. C. ſi
aduer. fiſc. cum glo. in. l. ad fiſcũ. C. ubi cau. fiſcal.
quo in loco, & rationalis appellatur. & in. l. non re
cte. C. de fideiuſ. & ubiq; not. Salic. & in. l. 1. C. de
repud. hęred. & ꝓpterea inqt Corn. cõſ. 30. nu. 3.
&. 5. uol. 2. Fiſcũ in ſuis cauſis, habere proprios, &
ſpeciales iudices, de quibus nõ cognoſcit alius iu-
dex: & a dictis conſtitutionibus caueť in. §. agno-
ſcet ẽt. Non eſt tñ procurator fiſci iudex cõpetẽs,
inter priuatos tñ, niſi ex prorogatione iuriſdictio
nis. l. 1. ubi not. Salic. C. de iuriſd. om. iud. idem
in. l. cum uendente. C. ubi cau. fiſc. ideo nõ habet
poteſtatem delegãdi, in cauſa priuatorum: nec ua-
let ſnĩa delegati. l. 1. ubi doct. C. de pedan. iudic.
7 † Eſtq; procurator Cęſ. inter clariſsimos collocan
dus, ut tradit Iaſ. in. l. j. nu. 17. ff. de offic. eius. & Al
ciat. in. l. ſpecioſas. ff. de uer. ſig. & dixi in tract. de
8 Duello & pace concl. 77. † Eaq; eſt pręrogatiua,
ut ſimpliciter conſtitutus, liberã adminiſtrationẽ
habere uideať, ut tradit Iaſ. in. l. a Diuo. §. ſed ſi em
ptor. nu. 9. ff. de re iud. & ante eũ not. Bar. in. l. 1. in
prin. ff. de offic. procur. Cęſ. in. 1. not. aliter tñ ſen-
tit in. 2. lect. nu. 9. quia procurator cum libera, oĩa
põt, quæ dñs: excepto quod non poteſt donare. l.
filiusf. ff. de donat. l. procurator totorũ. ff. de pro-
curat. & per Dec. conſ. 402. nu. 9. & ſic arguit, ma
gnum eſſe periculum, ſi libere adminiſtratio intel-
ligatur conceſſa: & cũ hac opin. uidetur tranſire
Bal. ibi, referẽdo Guil. licet in ꝑcedentibus innuat
procuratorem Cęſ. habere liberã adminiſtration.
a lege: quo caſu non ſit ꝑmiſſa alienatio, niſi fiat
conditio dñi melior, ut in. d. l. 1. & ſi habeatur li-
bera adminiſtratio ab homine, permiſſa ſit aliena
tio: ratio aũt qua re libera adminiſtratio, non cen
ſeať conceſſa procuratori Cæſ. in. d. l. 1. ſm Bar. &
Bal. & alios ubi ſ. ea ẽt eſt, † quia nemo habet libe
rã, niſi ſpecialiter concedať. l. quã Tuberon. §. aliũ.
ff. de pecul. & propterea Bal. in d. l. 1. ſummat ęã,
ut procurator Cæſ. partibus Cęſ. fungatur: tũ nõ
alienat, niſi ex certa ſcientia, & habeat in manda-
tis: & ideo ipſe interprętatur dictã. l. 1. in illis uer-
bis, Quæ acta, geſtaq; ſunt a procuratore Cæſ. ſic
ab eo comprobantur, atque ſi a Cæſ. geſta ſunt,
ut is poſsit ea facere quæ põt Cæſar, ſi ad com-
modum Cęſ. tendant quia in ea generali permiſ-
ſione, ſeu arbitrio, non cõtineť alienatio: nec qđ
Cæſarẽ poſsit damnificare, pręter ius cõe: & dictæ
✱ opi. uideť cõis, * affirmat Iaſ. in. d. l. 1. nume. 21.
& ideo habetur in. l. nulli. ff. de tranſact. ubi doct.
10 præcipue Iaſo. † procuratorem Cæſ. non poſſe
tranſigere, eo inconſulto, ita ut res immobilis
remaneat aduerſario, aliquo per fiſcum retento:
etiam quod aduerſarius poſsideret illam rem: ſe-
cus ſi eſſet res immobilis, quæ remaneret fiſco, ali
quo dato, aduerſario. Supradictis tñ adde Iaſ. de-
clarantem in conſil. 108. nume. 2. uol. 1. ut tales
pro-

procuratores Cæſ. & adminiſtratores, præiudica-
re poſsint in quærendis, licet non in quæſitis, ſine
ſpeciali mandato. l. ſi. cum ſim. C.de acquir.poſ.
vt hoc etiam procedere ponit in prælatis eccleſiæ,
vt dicemus inferius, in.c.de Abbate. numero. 31.
lib.2.& ad præmiſſa ponit Iaſ. in d. numero. 21.
11 † ſi procurator in mandato ſit conſtitutus, per il-
la verba, Quod poſſit facere ea omnia, quæ poſſet
dominus, ſi eſſet præſens: tunc ſecundum commu-
* nes * opio. cenſeatur habere liberam adminiſtra-
12 tionem. A præmiſsis infertur vnum ſpeciale. † ut
procurator Cæſ. poſsit adire hæreditatem, Cæſari
delatam. d.l.1. licet regulariter hæreditas per pro-
curatorem adiri non poſsit. l. Paulus reſpondet. ff. de
acqui. hæred. & not. Iaſ. ibi. nu. 4. poſt alios doct.
qui ſubijcit, per. l.2.ff.eo. poſt Bar. aliud ſpeciale
& ſingulare, ut ſi adita ſit hæreditas, quę non ſit ſol
uendo, habeatur pro non adita: & ſic Cæſar ſemel
hæres, deſinit eſſe hæres, licet regulariter ſecus ſit.
l. ſicut. C. de repud. hæred. & ſicut procurator Cęſ.
poteſt adire, ita & repudiare ſecundum Iaſo. in.
l.2. Iuxta præmiſſa etiam infert Iaſ. ibi, nume. 18.
13 poſt Bar. † Procuratorem Cæſ. vendentem rem
fiſcalem, non poſſe habere fidem de precio, ſecun
dum communes opin. idemque cenſet. in procu-
ratore minoris; & prælato eccleſiæ. Declarat tamē
procedere, quātum ad tranſlationem dominij; quo
ad robur inſtrumenti, illud valere: quæ ſequitur
Alex. in. l. a Diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iud.
nume. 9. Poteſt tamen procurator Cæſ. confiteri,
ſe recepiſſe precium, ex re vendita, vt ibi: & tunc
talis confeſsio probat numerationem, etiā contra
fiſcum, ut per Iaſ. in d. §. ſed ſi emptor. nume. 14.
quicquid ſit in procuratore priuati, vt per Iaſ. ibi
in præced. Item ſecundum eum Iaſ. in. l. neque tu-
14 tores. in fi. C. de procurator. † poteſt procurator
fiſci, vel Cęſ. conſtituere procuratorem ad venden
dum rem obligatam fiſco, & faciendam ſubbaſta-
tionem: quod dicit procedere etiam in alijs com-
miſſarijs. Item dicas officium procuratoris Cęſ. eſ
ſe in negotijs maximis, & habere iuriſdictionē in-
ter fiſcum, & priuatum, ut ſupra: & docet glo. fin.
15 in. l. vlt. in fin. ff. de offic. procur. Cæſ. † Non ha-
bet tamen ius deportādi, vel Banniendi, nec licen-
tiā dare redeundi poteſt, de Banno, ſm Bal. ibidē:
licet ipſe poſsit ſecundum eos, & quilibet alius of-
ficialis, prohibere ex cauſa, vt puta rixoſum, ne ac-
cedat ad alienum fundum, vt per Iaſ. ibi. nume. 8.
qui hoc etiam ampliat in arbitro: non tamen vt
prohibeat aliquem exire propriam domum: quia
eſſet ſpecies ſeruitutis: nec mandare, quod quis
16 exeat propriam ciuitatem. † Procurator Cæſ. tamē
in caſibus, vices Præſidis agit, videlicet ſi in eū con
ſentiunt priuati: vel ſi mortuo præſide, gerit eius
vicem, vel etiam eo viuo, vt not. glo. 2. in. l. 1. C. de
pedan. iudic. cū qua tranſit Salicet. ibi: & addit, ut
ſi mandato principis gerat, non aliter. Atq; uidetē
ſubijcere, vt hodie in caſu legitimæ abſentiæ, poſ-
ſit uicarium conſtituere; qui omnia poteſt, præter
mortis illationem, & membri abſciſionem. §. ad
hoc prohibemus. in aut. de collat. Poſt ea, quæ pro
curatores Cęſaris poſſe videntur, ſubiungere quo-
que multa poſſumus, ad quæ teneantur, ex eorum
officio: pro quorum obſeruatione ſcire debent,
17 † quod licet fiſcus multa priuilegia habeat, de q-
bus per Bal. in. l. 1. C. de priuileg. fiſc. & per Franc.
Luc. in tract. de fiſc. & eius priuileg. qui 141. enu-
merat. & Mart. Laud. in ſuo. tracta. & multa tradi-
ta ſunt in conſtitu. huius dñij Mediolani, in tit. de
18 iure, & priuileg. fiſ. tamen regula eſt notiſsima, † vt
fiſcus nunquā quicquā ſpeciale magis habeat, quā
priuatus, niſi in lege expreſſe cautū ſit. l. item vidē
dum. §. in priuatorū, ubi glo. ff. de petit. hæred. &
ibi. l. 1. C. eo. & per Decium conſ. 531. nu. 3. & D.
19 Aymon. Crauet. conſ. 168. atque propterea † pro-
curatores Cęſ. ita debent tractare cauſas fiſcales,
ſm ordinem iuris, ſicut alias cauſas priuatorum. l.
1. vbi Bart. & alij. C. de cond. & procur. pręd. fiſ-
cal. lib. 11. & tradit Iaſ. in. l. re coniuncti. nu. 120.
ff. de leg. 3. (veruntā in hoc Dominio multa con-
cedunt per dictas Conſt. in quibus aliter conceſ-
ſum eſt procedere, q̄ ius cōmune poſtulet). Quo
circa diligēter aduertere debent tales adminiſtra-
tores, vt omnia peragant ſm Iuſtitiā: & citra inui-
diā fiſci, & præcipue in protectione debitorū fiſci
ſuſcipienda contra priuatos: quod abhorrēt iura:
& ſi quis debitor partē cerū, uel actionū, quo ma-
gis eius iuribus protegeretur, fiſco donare velit, ut
habet in toto ti. C. Ne fiſc. vel reſp. ubi Iaſ. in rub.
20 † Procuratores tamē fiſci, debitorē debitoris, fiſ-
co ſoluere cogunt. l. ſi debitū. ubi Salicet. C. quādo
fiſc. vel priu. qui declarat, ſi debitor fatetur debitū
uel habetur pro confeſſo, & primus debitor nō eſt
ſoluendo, ut ibi. l. non prius. ubi idem Salicet. qui
declarat caſus, quando ēt eſt ſoluendo, ſ. ſi ex pecu
nia fiſcali, quis ſit factus debitor. Item ſi ex contra
ctu fiſcali conuenitur debitor: & adde Bar. in. l. 1.
C. de cond. ex. l. ut etiam ante diem conueniri de-
bitor debitoris fiſci poſsit, per illum text. ſing.
21 † Item uidetur dici poſſe, ut procurator fiſci gene
ralis, poſsit conueniri pro negligentia procurato-
ris ſpecialis, conſtituti ad exigendum debitores
fiſcales, ut colligit Bal. in. l. 2. colum. 2. uerſic. De
uno quæro. C. quando fiſc. uel priu. Item an pro-
curator fiſci, poſsit iurare in litem, glo. in. l. quo-
tiens. in fin. C. de exact. tribut. lib. 10. tenuit quod
non. Bald. & Io. platea ibi tenent contrarium, ut
eos refert Alexand. in. l. 1. §. in eum autem. ff. ne
quis eum qui, de quo uide ibi per eum, qui uidetur
tranſire cum opin. Ioan. Fab. idem ſentientis,
quod Bal. & Ioan. Plat. Multa alia poſſem cumu-
lare, circa poteſtatem & officium procuratorum
Cæſ. ſed cum magis reſpiciant ipſius Fiſci iura,
quæ paſsim licet euique perquirere: de quibus lo-
quitur Bal. in d. l. 1. C. de hæred. act. & Pau. de
Caſt. in d. l. 1. C. de priuileg. fiſc. ubi Doct. & Mar-
tin. Laud. in tract. de Fiſco, & eius priuileg. conſul-
to hæc ſilentio pretetire, opportunum duxi.

LANCELLOTTI CONRADI
IVRISCONSVLTI LAVDENSIS.

Lib. II. Cap. I. De Pont. Max.

IN DEXTRA PARTE TEMPLI, CONSPICIEBATVR PONTIFICIS MAXI. IMAGO, PRIMA OMNIVM, IN EXCELSO TRIBVNALI POSITA: HVMILIS: DEVM VNVM, & TRINVM, RESPICIENS DIADEMATE, TRIPLICI CORONA AVREA, COMPOSITO, VARIISQVE LAPILLIS LOCVPLETISSIME REFERTO, CAPVT COOPERIENS: DEXTERA MANV, COMPREHENDENS CRVCIS SALVTIFERAE SIGNVM, LONGO, RECTOQVE BACVLO SVPER IMPOSITVM, CVI DVÆ CLAVES, PAVLÒ INFERIVS, ALLIGATAE ERANT. PALLIO INDE, & PLVVIALI, SEV VESTE PVRPVREA, POST ALIA INDVMENTA PONTIFICIA, PERSONAM SVAM AMPLISSIME TEGEBAT.

§.I. DE ORNATV CORPORIS PONTIFICIS MAX.

SVMMARIVM.

1 *Spiritualia temporalibus ſunt digniora, quæ differunt, vt Sol, & Luna.*

2 *Pontificis caput, chriſmate conſecratur: Brachium Imp. oleo delimitur.*

PONT. DIGNITAS MAIOR IMP.

§.I.

AD interpretationem prçcedētiū uerborū: quç myſterium quoddā in ſe cōtinent, accedendo: ea ratione, prima, & dextera pars templi, Pont. max. aſsignatur, quia vti omnibus digniori: & Imperatore prçſtantiori, attribuitur, ut iam dixi ſupra lib. 1. §. 1. in prin. nume. 1. & 2. cap. primo.
1 † Spiritualia enim tēporalibus tanto ſunt digniora, quanto anima prçfertur corpori; atque tāta eſt inter Imperatores, ſeu Reges, & Pontifices, differentia: quanta eſt inter Solem, & Lunam, quantúque ſi plumbi mettallum, ad auri fulgorem compares, ut in iuribus, & auctoritatibus ibi adductis, legimus: atque oſtenditur in. c. 1. §. unde. de
2 ſac. unct. † cum caput Pontificis Chriſmate conſecretur: Brachium uerò, ſiue humerus, uel armūs Principis, oleo deliniatur. Nec hæc habent difficultatem, ubi de pontifice, & Imperatore, loquamur, qui uidentur eſſe ſupra omnes dignitatum gradus, etiam ſuperilluſtrium, ut ſupra lib. 1. cap. 1. §. 1. uerſ. Orbem. nume. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates eccleſiaſticæ licet minores, an præferendæ ſecularibus maioribus. 5.*

2 *Sacerdotiū, quemlibet ordinem eccleſiaſticum complectitur.*

3 *Sacerdotes, Dij, Angeli, & Reges, & Sal terræ, & Mundi lumen, dicti.*

4 *Sacerdotes præferendi ſunt militibus, & Iureconſultis.*

7 *Doctor, & præsbiter, dicuntur egregiæ perſonæ.*

Dignitatem eccleſiaſticā qui habeant, & qui ordinē.

QVAESTIO I.

An Eccleſiaſticç dignitates, licet inferiores in gradu, ſint præferendæ ſecularibus?

AT dūbitari poſſe videtur, an ſuppoſita di-
1 ſparitate: † Spiritualia quoque ſeu eccleſiaſticç dignitates, præferendæ ſint dignitatibus ſecularibus maioribus: ut puta ſi Epiſcopus q̄ tm̄ inter ſpectabiles reponit̄, poſsit cū, qui eſt ex Illuſtriū gradu, ueluti Regē præcedere: Vel ſi Abbas, qui clariſsimus habetur, ualeat præcedere Ducem, Marchionem, uel alium qui Spectabilis ſit. Quod uidebatur tenendum per proxime adducta, & quia clerici cuiuſcunque ordinis, præcellunt quoſcunque laycos, loco, & dignitate. cap. denique. ubi not. Card. Alexand. columm. 1. 4. diſtin. & per doctri. Abba. in. cap. ſolitæ. columm. 2. de maior. & obedien. & Decij, in cap. cum non ab homine in princ. de Iudic. qui abſolute affirmant, nullam dignitatem ſecularem ſacerdotio, † (quod quemlibet ordinem eccleſiaſticum comprçhendit, ut teſtatur gloſſ. in cap. qui per pecuniam. 1. quæſtio. prima.) adç-
3 quari poſſe: cum † Sacerdotes, Dij aliquando, aliquando Angeli, appellentur. cap. ſacerdotibus. undecima, quæſtio. 1. & clerici etiam Reges nuncupantur. 12. quæſt. 1. c. duo ſunt. &

ideo

ſunt. & ideó ex autoritate Abb. in cap. Nicolao.
4 de appellatio. † eos præferendos militibus atteſtatur 1 vt etiam ſequitur Felin. in rub. de maior. & & obed. col. 3. quibus addi poteſt, ſacerdotes Chriſti, ſal terræ, & mundi lumen: & Regum, & Principum omniumq; fideliũ patres, & magiſtros cenſeri, ut in. c. ſacerdotes. 93. diſt. &. c. quibus dubitet. 96. diſt. Verumtñ aliter ſentiendũ exiſtimo, nã cũ dignitatũ gradus, & ordines ſint diſtincti, ut ſu perilluſtres, Illuſtres, ſpectabiles, & clariſsimi aliqui ſint: & aliqui etiam poſt hos deſcribãtur, egregij dicti, qui dignitatem innominatam conſequuntur, ut dixi in ſuperioribus, lib. 1. cap. 1. §. 1. q. 2. nume. 20. &. §. 3. in materia Duelli concl. 77. non videntur iſti ordines poſſe immutari & præuerti: nam quod non mutatur, ſtare non prohibetur. l. præcipimus, cum ſim. C. de appellatio. & ideo cum magnus ordo differentiæ ſeruet vniuerſitatem creaturarum, quæ non poterat alia ratione ſubſiſtere, vt cœleſtium militiarum exemplar nos inſtruit quia dum ſunt Angeli, ſunt Archangeli, qui in poteſtate & ordine, non ſunt æquales, vt diſponit tex. in cap. fi. iuncta gloſſ. 89. diſtin. Ille qui in eccleſiaſtica dignitate conſtitutus, ſpectabilium locum occupat, non debet poſſe locum Illuſtrium Laicorum ſibi uendicare, & eos præcellere: ne confundantur rectè conſtituti ordines. Nec uidetur repugnare, dum opponitur ſpiritualia temporalibus eſſe digniora: & nullam ſecularem dignitatem ſacerdotio adæquari poſſe.
5 † quia poſſumus dicere, prædicta procedere abſolute inter clericos & Laycos tantum abſque dignitate, & nulla facta diſtinctione, hoc eſt, quod Dignitas ſacerdotalis in genere ſumpta, & quæ reſpicit ipſam vniuerſalem eccleſiam, & ipſum pontificem tanquam caput, ut in dictis iuribus allegatis in contrarium: omnino maior eſt quacunque ſeculari: ſed diſtinctim ſumpta, per gradus iam per iura ſtatutos, non eſt dicendum epiſcopum, (exempli gratia) ſpectabilem, poſſe præcedere Regem, & ſic illuſtrem. Nec etiã obſtat, quod Sacerdotes Dij, & Angeli, & Reges, & Sal terræ, & mundi lumen, & patres, & magiſtri Regum, & Principum, & omnium, nuncupentur: Quia reſpondendum erit, quod dum ſacerdos in ſacris uerſatur, veluti celebrando miſſam: confitentes audiendo, pœnitentiam iniungendo, abſolutionem dando, & eucharistiam exhibendo, & alia ſimilia peragendo, cum tunc in eccleſia, perſonam Dei gerit, a Deo Vicarius conſtitutus. c. inter hæc. &. c. ſceleratior. de pœnit. 3. diſtin. & meminit Anton. Roſel. in tracta. de poteſt. Imp. ac Pap. §. ſacerdotium. car. 5. numero tertio: tunc omnes perſonæ, quacunque dignitate præfulgeant, ſacerdotibus ſubijciuntur. & propterea ad hoc propoſitum diximus ſupra lib. 1. cap. 1. §. tertio. verſic. Quarto: etiam Imperatorem poſſe non ſolum a Pont. max. ſed etiam a ſuo epiſcopo peccando compeſci, corrigi, anathematizari, & ad pœnitentiam reuocari: Confiterique eum peccata ſua, etiam proprio ſacerdoti debere: qui eum ſoluit, & ligat: & ideo rectè Dij, & Angeli dicuntur, & alijs recitatis epithetis decorantur. Et his conueniunt quæ leguntur in tracta. de poteſt. ſecul. & eccl. incerto auctore in. §. in cautis. nume. 5. car. 157. dum intelligit illud dictum, ſcilicet, Sacerdotes eſſe magiſtros, & patres principum, procedere in foro pænitentiali, per cap. omnis, de pœnit. & ſic hos uti patres ſpirituales, eos præcedere. Hæcque opinio, ex eo etiam præcipue videtur corroborari, quia Doct. ſimplicem ſacerdotem, militi ſeculari, præferendum commemorant, vt ſupra. Hocque rectè fit, nam ſacerdotium eſt dignitas, ut per gloſſ. & Doct. præſertim Iaſ. in. l. penult. numero decimo. C. de pactis. quod de militia eſt dubium ut ſupra, dict. §. 1. quæſt. 2. Atque ſic Militia ſacerdotalis, ſeu cœleſtis inermis, armatæ militiæ quæ videntur aliquo modo ęquiparari, vt diximus ſupra dict. §. 1. quæſt. 2. in prin. &. nume. 23. ex opin. etiam Alciat. dignior habeatur: & ideo ubi ſit diſparitas in ſacerdotio, non uidetur inferior eccleſiaſticus ordo, ſuperiori ſeculari anteponendus.
6 Ac ex præmiſsis videtur ſimiliter poſſe determinari; Sacerdotem Iureconſulto præferendum, quia vbi dignitas ſimplicis ſacerdotij etiam non ſit ma
7 ior, ſed ęqualis dignitati doctoreæ, † cùm presbyter, & doctor, pariter dicantur egregię perſonę, ſecundum gloſ. ubi Abb. in. c. ſi qui teſtium. nume. 5. de teſtib. dignior omnino habenda eſt, ut in præcedentibus. Præmiſſa tamen dubia redduntur ex dictis Specul. in ration. diuin. lib. 2. in prin. col. 4. qui Sacerdotem nõ habere dignitatem uidetur innuere. Docet namq; eccleſiaſticarum (quod ad rẽ noſtram facit) perſonarũ duo eſſe genera: Dignitatis unum, alterum ordinis: Dignitatis, ut Papa, Patriarcha, Primas, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Archidiaconus, Archipresbiter, & Prępoſitus: Ordinis uero, ut Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus, Acolythus, Exoriſta, Lector, Hoſtarius, Pſalmiſta, qui idem eſt quod cantor, & clericus primæ tonſurę. Sed ſolutio uidetur conuenire, ut dicamus ſacerdotem ſaltẽ largo modo habere dignitatem per prędicta: uel reſponde, Specul. dictũ ſuum iure nõ probare: & ideo inquit Card. Alex. in. c. quicunq; 50. diſt. quemlibet in ordine eccleſiaſtico exiſtentem, habere gradum, & dignitatem, idem tenet in. c. de ſeruorum. 54. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Pontifices antiquitus qui fuerint, & vnde dicti, & hodie qui ſint.* 3.
2 *Papa, a Papę, admirabilis dicitur.*
Papa nec Deus, nec homo eſt, inter vtrunq;. ibi. & illi mentiens, ſacrilegus habetur.
4 *Pontifices aliquando ijdem fuere, qui & Imperatores, & Reges.*
5 *Chriſtus fuit Imperator, & Sacerdos.*
6 *Pontifex in ſpiritualibus, Imperator dici poteſt.*

9 *Pontificis munus, ab Imperatorio diſtinguitur, hodie.*
Pontificatus, officium, & beneficium, appellatur. ibi.

PONTIFICES MAX. QVI FVERINT. ET QVI SINT.

Pontificis Maximi Imago, prima omnium: & recte, eo in loco ponitur, per proxime, & alibi dicta. Verùm quia in primis perquirendum uide-
1 tur, † Quinam antiquitus Pontifices maximi, atq; unde dicti fuerint, mox qui ſint, ab inducta Chriſtiana religione, & ſacerdotio: ideo dicamus Pontificem max. prius a Numa Pompilio, cum Pontifices plures eſſent, eorum collegio præfectum: qui maximarum rerum, quæ ad ſacra, & religionem pertinent, iudex eſſet, & uindex contumaciæ priuatorum Magiſtratuum: & qui haberet ex ſe ſacra omnia ex ſcripta exignataque, quibus hoſtijs, quibus dicbus, ad quæ templa, ſacra fieri deberent, & cuius ſcitis, omnia publica, priuataque ſacra, ſubiecta eſſet: & cum de religione, & ſacris diſſenſio eſſet, populus illum conſuleret: nec cœleſtes modo cerimonias ducere, ſed iuſta quoque funebria, & prodigia, quomodo ſuſciperentur, placandique manes, eiuſdem cura eſſet edocere, ut auctor eſt Liuius lib. 1. & Dionis lib. 2. quod ſequitur Lucius Feneſtella. c. 8. & Pomp. Lætus. cap. decimo de ſacerd. Rom. Ariſt. autem lib. 6. politi. c. ult. eos qui præſunt ſacrificijs publicis (quæ ex publico fiunt) uocari ab alijs Reges ſacrorum, ab alijs Pont. maximos, tradit. Inſuper interpretandi ſcientia, & actiones, apud Collegium Pontificium erat, ut in. l. 2. §. ex his. ff. de orig. iur. legitur. Pontifices Q. Mutius Scæuola a poſſe, & facere, appellatos dicere ſolebat: quod haud ſatis probari uidetur a M. Varrone, qui a ponte, & facio, Pontifices appellatos putat: eo quod ab his primum pons ſublitius factus, ac ſæpe reſtitutus eſſe perhibeat, ut ait Lutius Feneſtella ut ſupra, & Pomp. Lætus. Qui & illud addit, non pontifices a Numa, ſed principes ſacerdotum nominatos: & inde regnante Anco Martio, quando ſublitius Pons factus fuit, a ponte, pontifices dictos, & quoſdam ſcribere, ab eo quod potentia ſacra perficiant. At qui in his quæ antiquitas obſeruauit, non ſunt diſſimilia: immo multum uidentur conuenire: quæ poſt aduentum Domini, Chriſtiana religio recepit. Nam & Pontifex, Sacerdotum Princeps, & quaſi uia ſequentium, ueluti poſſumus quidam, ſeu pōtem faciens, ad uehendum ſubditos in uiam, exemplo uitę, & doctrinæ, ut docet Abba. in. cap. 1. colum. penul. de iudicijs, quem ſequitur Iaſ. in. l. 1. nume. 25. ff. de acq. poſ. etiam ſummus Sacerdos, & Patriarcha, & Pontifex max. nuncupatur: qui efficit ſacerdotes, atque leuitas, ipſe omnes eccleſiaſticos ordines diſponit, ipſe quod unuſquiſque facere debet oſtendit. ut ſcribitur in. c. cleros ubi Card. Alexand. 21. diſtin. & c. ſacroſancta.
2 22. diſtin. † Proinde idem Pontifex, Papa quoque nuncupatus eſt, id eſt admirabilis, quia etiam legatus, uices Chriſti ueri Dei in terris gerit. c. in memoriam. 19. diſtin. cap. quanto, de tranſlat. epiſ. & per Socin. conſil. 13. nume. 27. uolum. 1. Vicarius quoque Petri dicitur, ſed impropriè: nam uicarius non dat uicarium, gloſ. in cle. 1. de iureiur. in uer. uicarium, & ut ſtupor mundi, nec Deus, nec homo eſt, inter utrunque: & prope etymologiam nominis, eſt pater patrum, ut docet gloſ. not. in prohœm. clem. in uer. Papa. & per Martin. Laud. in tract. de principibus. quęſt. 184. ubi & pater pauperum dicitur, & Epiſcopus epiſcoporum. c. Nouatianus. 7. q. 1. & cap. loquitur. 24. quęſt. 1. & alijs epithetis, & nominibus decoratur, & nuncupatur, denotantibus præſtantiam ſuam, de quibus dicemus inf. hoc. §. uerſic. Pallium. Quo fit, ut illi mentiens, ſacrilegus habeatur: exemplo Cain, qui Deo credidit mentiendum: dicens, neſcio. cap. ſerpens. cum glo. de pœnit. diſtin. 1. Hinc eſt etiam, ut in ordinatione, & conſecratione ſua, Apoſtolicę ſedis Præſul, & Primàs omnium, qui in orbe terrarum ſunt ſacerdotum, & uniuerſalis eccleſiæ Doctor, a Deo datus, & electus decanietur: ut in libro Pontificali in rub. de ordinatione, & conſecratione ſummi Pontificis, legitur. Et inquit Bal. in cap. primo. in fi. de conſ. quem ſequitur Felin. in. cap. nonnulli. column. 27. de reſcript. & Catel. Cotta in ſuis memoralibus in uer. Papa licet. Papam, eo ipſo quod Papa eſt, eſſe doctorem utriuſque iu-
3 ris, auctoritate tamen, non ſcientia. † Ruſus ſciendum eſt, pontificis max. munus, quandoque eo modo fuiſſe conſtitutum, ut a perſona Regis, ſeu Principis ſeorſum, in uno diſtinctim reſideret, ut recitati auctores in Numa, ita inſtituente docent: Atque eundem morem, & ritum fuiſſe, apud populum Iſraeliticum, tribus ęgregijs præcipuè exemplis oſtenditur: Dauid, Ezechiæ, & Ioſiæ, qui Reges, ſub ſe habeant, Sacerdotes ſuos magnos: quibus etiam inunctio Regum commiſſa eſſet, & ea quæ ad diuina pertinerent: ut Sadoch ſacerdotem, Dauid Regi ſubminiſtraſſe, & obtemperauiſſe, legimus libro tertio. Regum. cap. primo. Iſaiam, Ezechiæ, libro quarto. cap. decimonono, Regum. Helchiam verò Sacerdotem magnum, & pontificem ſimiliter appellatum, Ioſiæ. eodem libro quarto. cap. 22. Fuit nihilominus ante hæc tempora, Melchiſedech rex Salem; qui & ſacerdos fuit, ut expreſſe habetur geneſis. cap. decimoquarto. Et ſummi pontifices, & minores ſacerdotes, a deo inſtituti etiam dicuntur, per Moyſen. cap. 28. Exodi: & receptum eſt in cap. primo. 21.
4 diſtin. ubi Card. Alexand. † Verùm apud Romanos, poſt Reges & Conſules, tranſlata ſumma rerum & Imperio, in Imperatores, ſatis conſtat eoſdem creatos fuiſſe pontifices, qui & Imperatores erant, ſi Suetonio credimus, in uita Octa. Auguſti, cap. trigeſimo primo: & Lampridio in uita Alexandri Seueri: & Capitolino in uita Maximi, & Balbini: quod abſque conie-

coniectura, teſtatiſsimum ponit Lucius Feneſtella in tracta. de ſacerdot. c.5. qui inquit, Flaminem Dialem, primus Numa Pompilius Romæ, Rex creauit, cum antea Reges, Pontificum: Regumq́ue promiſcuè munera obirent, ut de Priamo, & Aenea, & Anio apud Virgilium, cernimus; qui ait, Rex Anius, Rex idem hominum, Phębiq́ue ſacerdos, fuit. Idque etiam a minoribus deinceps. ut a. C. Cæſare, Diuo Auguſto, multiſque poſtea Principibus, quos Pontificatus Maximi titulis inſignitos uidemus, obſeruatum eſt. Atqui hoc notiſsimè demonſtratur in monumentis, marmoreis inſcriptionibus ſæpius Romę viſis, vt etiam refert, & depingit pluribus in locis Bartholomeus Marlianus, de Antiquitatibus urbis Romæ. Hæc quoq; comprobantur in. c. de capitulis. x. diſt. & fide maxima ab Iſidoro, & recepta in. d. c. cleros. 21. diſt. in hæc uerba. Antea autem Pontifices, & Reges erant: nam maiorum hæc conſuetudo fuit, ut Rex eſſet Sacerdos, & Pontifex: unde & Pontifices Romani, Imperatores appellabantur, ut & ſupra diximus. §. 1. uerſic. Orbem, nume. 2. lib. 1. c. 1.

5 † Sic quoque CHRISTVS fuit Rex, ſeu Imperator, & Sacerdos, ut eum teſtatur Regem Paulus ad Philip. c. 2. per illa uerba, IN nomine Ieſu, omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtriũ, & infernorum, & clare loquitur tex. in prohęm. in priñ. ibi, Rex pacificus, cum glo. & no. glo. in. c. quoniam. x. diſt. & in. c. cum ad uerũ. 96. diſt. CHRISTVM Imperatorem fuiſſe, & Sacerdotem, & officia utriuſque geſsiſſe, ut etiam no. in. c. ſacerdos dei patris. de conſecrat. diſt. 2.

6 † Atque in ſpiritualibus, Pontificem Imperatorem poſſe dici tradit Abb. in. c. per uenerabilem nu. 17. qui fil. ſint leg. & Bal. in. l. reſcripta num. 7. C. de præcib. imp. offer. Marſi: Fici. in prologo in Pymandrum dixit Platonem ſcripſiſſe, Aegiptiorum morem fuiſſe, ex Phyloſophorum numero ſacerdotes, ex ſacerdotum cętu, reges eligere. Veruntamen quocunque modo hæc per tempora contigerit uariatio, iam diu conſtitutum eſt

7 † ut Pontificis Max. munus, ab Imperatorio diſtingueretur, hocq́ue illo inferius haberetur, atque ab eo dependeret, & originem haberet, ut aliquando diximus ſupra libro. 1. c. 1. §. 1. q. 1. & §. 2. q. 2. & §. 3. uerſic. 1. 2. 3. 4. & ipſe CHRISTVS ea officia Pontificis, & Imperatoris, diſtinguere noluit ſut ibi dixi, & iura ſunt aperta in d. c. quoniam. & c. cum ad uerum: Nec dicatur quod iſta diſtinctio, non ſit uera, nec poſsit habere locum, ex quo ipſe CHRISTVS, utrunque geſsit officium, nã ſit ſolutio ſecundum glo. in d. c. quoniam. & c. cum ad uerum: quod ideo ſimul geſsit, ut oſtenderet utranque poteſtatem ab eo proceſsiſſe, non autem ut una perſona, illa duo officia exercere deberet: Munus aũt Pontificiũ, Officiũ & Beneficiũ rectè appellari, ſublũgere hic aptè poſſumus, ut legit in. c. 1. de maled.

SVMMARIVM.

1 *Conſiſtorium attribuitur Pontifici, & Imperatori.*
2 *Tribunal attribuitur ordinario.*
3 *Conſiſtorium Dei, & Pontificis, idem cenſendum eſt: in quo non currit tempus appellationis.*

CONSISTORIVM ATTRIBVTVM PONT. ET IMP.

IN excelſo Tribunali. Hic ſubnotandum eſt,

1 † Conſiſtorium recitius attribuendum Pontifici, & Imperatori. c. anteriorum. §. ad hoc. 2. q. 6. c. conuenior. 23. q. 8. & c. ex inſinuatione. de appellatio. & l. quiſquis. in prin. & alibi, C. ad leg. iul. maięſt. & cle. 2. §. notoriũ cum glo. de re iud. ubi Cardin. tradit,

2 † Tribunal eſſe ordinarij, Conſiſtorium uerò Principis. Ex quibus patet, nõ bene ſenſiſſe Archid. in. c. Romana. de appellatio. lib. 6. quem refert Martin. Laud. in tract. de princip. q. 31. dum Conſiſtorium Papæ attribuit, Auditorium Imperatori. Illud tamen concedimus,

3 † Dei, & Põtificis, cenſendum idẽ Conſiſtorium, ut auctor eſt Hoſtien. in. c. quanto. per illum tex. & præced. de tranſlat. epiſ. ſequitur Ant. de Roſel. in tract. de concil. in rub. Sententia quæ potius attendenda ſit num. 30. & ante eum Abb. in. c. uenerabilem num. 18. & in. c. licet, de electio. num. 10. & in. c. propoſuit num. 9. de conceſ. præb. & Martin. Laud. in tract. de princip. q. 474. & Catel. Cotta in memoralibus. in uer. Papa legitime: & ait Martin. ubi ſupra. q. 222. In Conſiſtorium Principis non currere tempus introductę appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Humilitate, nihil ſplendidius fulget in epiſcopo.*
2 *Humilitas eſt clauis, quæ aperit Regnum Cælorum, & refert myſteria ſcripturarum, & Deo placet.*
3 *Maior veſtrum, erit miniſter veſter: &c.*
4 *Humilitatis ac patientiæ exempla, vt haberemus, Chriſtus multa tulit.*
5 *Seruum ſeruorum Dei, ſe appellare conſueuit Pontifex: Seruum tantum Imperator.*
Papa etiam inſcribitur per illa verba; diuina prouidentia, Papa. IIII.
6 *Humilitas nimium non eſt ſeruanda; ne regendi frangatur auctoritas.*
7 *Humilitatis tres gradus.*
8 *Humilitate ira ſedatur.*

HVMILITAS IN PONTIFICE, REQVISITA.

HVmilis deinceps ipſe Pont. Max. deſcribitur, quia ſcriptum eſt. c. contra morem. 100. diſt.

1 † Nihil in epiſcopali ceruice ſplendidius fulgere quã humilitatem, quod extollit Decius conſ. 151. num. 4. uolu. 1. idemq́ue habetur in. c. non negamus

mus, cum gl. 61. diſt. Atq; Humilitas apte utique Pootifici inprimis attribuitur, quandoquidem ſecuodum glo. fin. in cle. 1. de relig. dom. ex ſenten-
2 tia Diui Ambroſij, † illa ſit clauis, quæ aperit regnum cælorum, & reſerat myſteria ſcripturarum, & Deum placat. c. quicunque. 26. q. 5. Sic illud diuine ſcriptum Matthæi. c. 23. &. c. nullus. 9. q. 3.
3 decaotare ſolemus; † Qui maior eſt ueſtrũ, erit miniſter ueſter: Qui ſe exaltauerit, humiliabit, & qui ſe humiliauerit, exaltabitur: nam CHRISTVS
4 multa quoque pattẽter, & humiliter tulit † ut nos humilitatis, ac patientiæ, haberemus exempla. c.
5 domiuus, diſt. 93. † Proinde ſeruum ſeruorum Dei, idem Pontifex ſe appellare conſueuit, ad humilitatẽ quandam demonſtrãdam, ut in prohęm. Decretaliũ Gregorius. IX. iu prin. ſe profitet: & Bonifacius. VIII. in prohœm. Sexti vbi gl. & Ioa. in prohęm. clem. & alibi ſæpe. Seruũ autem Dei, tantum ſe inſcripſit Iuſtiniaous in. l. 1. cir. priu. C. de off. præfec. præt. af. ubi glo. & faciũt dicta Ant. de Roſel. in tract. de poteſ. Imp. & Pap. car. 19. uerſ. uam omnes appoſtoli. Inſcribitur tamẽ aliquãdo Pontifex, per illa uerba, ſcilicet: Pius Diuina prouidentia, Papa. III. ut in reg. Cancellariæ Innoc. VIII. Clemen. VII. & Paul. III. in prin. le-
6 gitur. † Humilitas tamen nimia non eſt ſeruanda, ne regendi frangatur auctoritas, ut ſcite legitur in. c. qõ. diſtinc. 86. cum glo. ibi. & in. c. eccl. 99. diſt. & in. l. obſeruandum. ff. de off. præſ. & di-
7 ximus ſupra lib. 1. c. 1. §. 3. uerſic. 16. &. 17. † Nec hic omitto, Humilitatis tres gradus poſitos per d. glo. fin. in. c. 1. de relig. dom. Primus ut quis ſubdatur maiori, & noo præferat ſe æquali: Secnndus, ut ſubdatur æquali, nec præferat ſe mioori: Tertius ut ſubdatur minori. Primaque dicatur ſufficiens, & neceſſaria. Secunda abundaos, Tertia ſuperabuodãs. Atque & illud ponimus, quod Ariſt.
8 lib. 2. c. 3. Rhet. ad Theodectem ſcripſit, † Quod autem bumilitate ira ſedatur, canes quoque oſteodunt, qui ſedentes non mordent.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex, Chriſtianæ religionis obſeruantiſſimus eſſe debet, & in cultu Dei, maiorem Zelum debet habere, quam alij Chriſtiani.*
2 *Pontifex a fide deuius mortuus dicitur.*
3 *Pontifex, poſt CHRISTVM, eſt caput Eccleſiæ; propter hæreſim tamen deſinit eſſe.*
4 *Pontifex prolabens in hæreſim iam damnatam, ſcienter, & voluntarie, priuatur ipſo iure.*

RELIGIONIS CHRIS. OBSERVANTIA IN PONT.

DEum unum, & trinum, reſpicere Pont. Max. recte quoque ponimus: quia ſi Imperator Catholicus, & Chriſtianæ religionis obſeruator & defenſor debet eſſe, ut dictum eſt ſupra
1 lib. 1. c. 1. §. 1. in uerſ. Inſpicere: † obſeruãtiſſimus utique ipſe Pontifex erit, cui traditæ ſunt, claues Regni cœlorum: quique uicarius Dei eſt (ut ſæpe dictum eſt) & qui in cultu Dei, maiorem Zelum debet babere, quam alij Chriſtiani, ut pulchrè legi-
2 tur in. c. officij. 24. q. 1. † Quo fit ut Pontifex, a fide deuius, continuò mortuus dicatur: quia ſi non operatur ſecuudum fidem, fides ſine operatione mortua eſt: Fundamẽtumque aliud ponere, quam quod poſitũ eſt, quod eſt CHRISTVS IESVS, non poteſt: nam ubi CHRISTVS non eſt fundamentũ, nullius boni operis eſt ſuper ędificium. 1. ad Corint. c. 3. c. cum Paulus. &. c. fertur. 1. q. 1. & Iacobi. c. 2. quæ comprobantur ab Aot. de Roſel. in tract. de concil. in rub. quanto temp. dur.
3 deb. concil. num. 60. † ubi pontificem caput eccleſiæ poſt CHRISTVM, eſſe atteſtatur per. c. 1. de uoto io. 6. ac inquit Martin. Laud. in tract. de principibus. q. 199. Papam hæreticum, eſſe minorem quolibet Catholico. per gl. in. c. Achatius. 24. q. 1. &. q. 22. ait Papam hęreticum, oon eſſe Papam, quia hæreſis priuat dignitate. c. 2. 23. q. 2. &. 1. q. 7. c. conuenientibus. Hinc eſt quod propter hæreſim, Papa deſinit eſſe caput eccleſiæ, ut tradit Pet. a monte, in Monarchia conciliorum. in tit. de concilij præeminentia nu. 12. quod probari rectè cõmemorat, in Deuteronom. c. 17. per illa uerba: Noo poteris alterius gentis Regem facere, qui nun ſit de fratribus tuis: & per tex. ſignanter in. c. audiuimus. 24. q. 1. unde inquit Ant. de
4 Roſel. in tract. de poteſ. imp. ac Pap. † ſi Papa prolabitur in hæreſim, iam damnatam, ſcienter, & uolũtarie, priuatus eſt ipſo iure. d. c. Achatius. 24. quæſt. 1. &. cap. Anaſtaſius. 29. diſt. de quibus alibi dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Corona triplici aurea coronatur Pont. Max. quam Regnum appellant. 2. Mitra tamen ſæpius vtitur.*
3 *Pontifex tantum ad altare. S. Petri inungitur, & ordinatur.*
4 *Pontificis inunctio, & conſecratio, fit ex chriſmate, in capite, ibi ratio.*

CORONA PONT. TRIPLEX.

1 DIademate † tripliciique Corona, Pontificis caput redimitum oſtenditur, quod æque conuenire uidetur, nam ſi eo pacto coronatur Iooperator, ut ſupra lib. 1. uerſic. coronã, multo magis coronãdus eſt ipſe Pont. Max. qui eo maior eſt & pręſtantior, ut ſupra hoc. §. uerſic. 1. cum ſeq. q. Corona autem Pootificis qualis ſit, an Ferrea, Argentea, & Aurea, prout Imperatoria deſcripta eſt, in d. uerſic. Coronam. noo mihi ſatis conſtat in iure canonico, minuſque in iure ciuili: oec hactenus aliquem ſcriptorum uidi dixiſſe. Atqui cum Cooſtantinus Imp. qui nomẽ Magni meruit, Irenæ, uel ut tradit Platina, Helenæ filius; Diadema ſeu Coronam capitis, cum alijs omnibus indumentis

mentis Imperialibus dono, tradiderit Sylueſtro Pour. & Petri ſucceſſoribus.c.Conſtantinus. 96. diſt.& abunde diximus ſupra.§.2.lib.1.c.1.Verſi. Electio. q.2. arguere forſan poſſumus, eandem eſſe Coronam Pontificalem, quæ & Imperatoria ſit : quę ſi hoc pacto ſe habent, multa ibi dicta, poſſunt hic conueoire. Et ad propoſitum uidet dixiſſe Specul. in rationali diuinorum, libr. 3. in rub. de pallio, in fin. Papam cum imperiali diademate coronari:& idem eo.lib.in rub. de mitra, ait eum in ſignum imperij uti regno, id eſt Corona imperiali: io ſignum uerò Pontificis, vti mitra: Qua ſemper utatur, & ubique: regno oon ſemper,& ubique:ſed niſi certis diebus,& locis,& nunquam intra eccleſiā, ſed extra. Verum tamen aliqui atteſtantur eam licet triplicem, totam eſſe auream,ut id etiam oculara fide affirment: quod ex ea pręſertim tenendum uidetur, quia ut habetur in.d.c.Conſtantinus. & Platina refert, in uita Sylueſtri pont.ille Conſtantinus Imp. eidem Sylueſtro,& Pontificibus, Diadema aureum, diſtinctum Gemmis conceſsit. Quod quidem Silueſter aſpernatus eſt, tāquam religioſo Capiti, minime conueniēs: Phrygia mitra,& candida, tantummodo contentus. Qua de re,elare liquet,aliam,& diuerſam eſſe coronam Imperatoriam,a Pontificia: Nam nec eadem uidebatur eſſe Imperatoria temporibus Conſtantini, quæ fuit poſt multa tempora a temporibus Caroli Magni, & in hanc uſque ætatem, ſi Platinam ſequimur, & ea quæ receoſuimus

2 In d.uerſic. Coronam. † Illud autem obſeruatur etiam hodie,ut Tiaram, quam Regnum appellāt, & triplici omnino Corona ornatam,pontificis capiti: imponat Diaconus,eum coronatur populo acclamante,Kyrieeleiſon, ut in eo pontificali legimus, de ordinatione Rom. Pontificis car.49. ubi

3 etiam car. 55.habetur,† Neminem ad Altare. S. Petri,inungendum,neminem ordinandū, niſi Ro.

4 Pontificem. † Iounctionem uerò,& conſecrationem eius, ex chriſmate in Capite fieri conſtat, ut diximus etiam ſupra in prin. huius.§.per d.c.1.§. unde de ſac.unct. & Anto. de Roſellis; in tract. de poteſ. imp. ac Pap.in.§. ſubſannabunt num.5. qui illam reddit rationem: quia in eo repręſentatur perſona CHRISTI. qui caput eſt eccleſiæ, Conſecratio ſimiliter fit ab epiſcopis Cardinalibus quia Papa: non habet ſupra ſe Metropolitanum,ut eſt tex.in.cap.in nomine domini.23. diſt. ubi Card.Alex.col.3.ex auct.Hoſt.refert Epiſcopum Hoſtieoſem, Cardinalem, hoc munus conſecrationis obire: ſicut etiam inungit Imperatorem,aſsiſtentibus omnibus alijs Cardinalibus, & alijs: qui tamen teneat, licet ab alio facta fuerit: quod is epiſcopus Hoſtiēſis, coronet Papā etiam, & inungat Imperatorem: dicemus inf.cap.prox. §.3.nume.4.

SVMMARIVM.

1 *Coronatio Pontificis, poteſt fieri extra vrbem Roma.*

2 *Pontifex electus,an dicatur Pontifex ante coronationem:qui tantum media Bulla vtitur.*

3 *Pontifex electus,confirmatione non eget.*

4 *Coronatio arguit,conſenſum eligentium.*

5 *Conceſſiones, ante coronationē Papæ, an valeant?*

6 *Stylus Rom.Curiæ,in magnis dubijs, ſeruandus eſt.*

CORONATIO PONT. VBI FIAT, ET ALIA.

IN hac Coronatione Pontificis Max. aliqua quęrere poſſumus, ſicuti aliqua perquiſiuimus,circa Coronationem Imperatoris,ſupra, dicto uerſic.Coronam.per.4. quæſtiones.Verùm cum quædā ibi latius deguſtata ſint, quæ hic poſſunt conuenire, propterea breuibus agēdo, & per

1 concluſiones,Hæc tria proponimus.† Primum eſt ut electio,& Coronatio Pontificis,poſsit fieri extra urbē Romæ, eiſdem etiam argumētis,de quibus in d. uerſic. Coronam.q.2. dictum eſt: & ſcribitur in eo pontificali car.52.de proceſ.Ro.Pont.

2 & dicemus inf.hoc.c.§.2.uerſic.uel.q.prima. †Secundum eſt, ut ille qui eligitur ad Pontificatum, non dicatur Pontifex, nec ſcribat Pontificatum in data, ante conſecrationem & Coronationem, ſecundum unam opioionem, & conſuetudinem, de qua habetur.io ſi.ſexti. per glo. in uerſic. data. in uer. Pontificatus,& in prohęm. clem.in fi.uer. Pontificatus,quam ſequitur Martin.Laud.in trac. de priocipibus.q.181. Et hanc obſeruantiam Curiæ,etiam hodierno tempore refert Felin.in. cap. eam te.col.4.num.6.de reſcrip. ita ut ante Palliationem,& Coronationem,ſe electum appellet: & nomeo ſuum non exprimat, atque dimidia Bulla tantum utatur;ut de Imperatore quoque dictum eſt ſupra lib. 1. uerſic. Coronam. quæſt. 3. cap. 1. Atque inquit quidam interpres reg. Cancel. ſeu conſtit. Innoc.8. in prohęm.earum pag.10. uſitari in curia, ut ſupplicationes, etiam ſignatæ in conclaui, non datentur, niſi poſt coronationem. His tamen vehemeoter aduerſatur tex.in c.in nomine domini.23.diſt. ubi habetur, quòd ſi electus iuxta cooſuetudioem intronizari non valeat, electus tamen ſicut verus Papa obtinet auctoritatem regendi Rom. Eccleſiam, & diſponendi ſuas facultates:& in.c.licet de uitanda, de electio. vbi ſancitum eſt, quòd ille abſque ulla exceptione ab uniuerſali eccleſia Rom.Pontifex habeatur,qui a duabus partibus electus fuerit,& receptus: & omnini glo.in.c.nihil.eo.tit.de electio. quod comprobat Abb. utroque io loco. Ea etiam ratione, quia papa oon habeat ſuperiorem: ac inquit Bal. in l. beoe a Zenooe,per allegata iura.colu.2. C. de

3 quad. præſcrip.† Papam confirmatione non ege-

4 re, quia Cardinales eligendo confirmant: † licet tamen coroontio quoque arguat conſenſum eligentium, ut per tex.in l.j.§. ſed & qni domini. C. de Latin.liber.tol. Arguit Bal. in tract. de ſciſmate.§.ſed in contrarium,nu.7.vnde ibidem Bald.in prin.col.7.num.28.tradit Papam habere plenitudinem

dinem poteſtatis,ex ſola electione, nec aliquid op-
poni poſſe ei electo a duabus partibus Cardina-
lium. Idem tenet per dicta iura Ant. Roſel.in trac.
de poteſ.Imp.ac Pap.§.ſecundum vnum,nume.5.
& 32.Spec.aũt in tit.de reſcrip.præſent.§.fi.uerſi.
Item quòd obtentum. idem tenet, quo ad tempo-
ralia,non quo ad ſpiritualia:& quo ad iuriſdictio-
nalia,hæc de iure veriora videntur ſupradicto in-
terpreti Reg.ſeu conſt. Innoc.8.pag.9. ubi ſupra.
Sed magis contrarius eſt tex.apertus,& excommu
nicationem indicens in.c.quia nonnulli. in extra-
uagan.communi, de ſenten.excom. de quo Felin.
in d.c.eam te, aut ſoluat, vel Iudicet; Apollo. Et
ex his uidetur dependere,tertia concluſio elicien-
5 da:† ſcilicet, quod conceſsiones ante coronatio-
nem, ſecundum dictam conſuetudinem, non ua-
leant. Veruntamen Philip. Franc.in d.uerſi.data,
tradit: ſi opponantur ea, quæ ibi dicuntur,contra
literas, quas Clemens tradidit ante ſuam coro-
nationem, hodie ſunt excommunicati: unde præ-
dicta redduntur ſatis dubia, & in.c.quoniam in
prin. de concel.præb.in 6.dicit Papa eſſe promo-
tum ad Papatum, etiam ante coronationem. Ego
tamen conſuetudinem obſeruandam opinor, ſi
adeſt: eſt enim altera lex quæ potuit legem con-
trariam tollere, ut habetur in.l.j. C.quæ ſit long.
conſuet.cum ſim.Atque an conceſsiones,circum-
ſcripta conſuetudine, ante coronationem ualeãt,
faciunt ea quæ dixi in d.uerſ.Coronam.q.4.& ad
propoſitum inquit Martin.Laud.in tract.de prin-
6 cip.q.210. † Stylum Rom. Curiæ in magnis du-
bijs ſeruandum, per glo.in, cap.diſpendia.in uer.
proceſſus. de reſcrip. in. 6. Quæ autem myſteria
in ſe contineant, uarij Lapilli,& gẽmæ,quibus di-
ſtinguitur Pontificium Diadema, cum dictum ſit
in d. uerſi. Coronam, hic non repeto.

SVMMARIVM.

1 *Paſtorali curuato, non vtitur Pontifex, ſed Bacu-
lo recto.ibi ratio, num. 2.*
2 *Pontifex à Deo ſolo, poteſtatem recipit: alij ab
homine.*
3 *Patriarchæ, non poſſunt portare Crucem ante ſe
vbi Papa eſt, & vbi Legatus Papæ, vtens inſi-
gnijs apoſtolicæ dignitatis.*
4 *Crux rubra in albo, eſt ſignum vniuerſale omnium
Chriſtianorum: ibi de alijs.*

CRVCE VTITVR PONT. NON CVRVO PASTORALI.

CRucis ſignum, recto ſcipioni ſuperimpoſi-
tum, dextera manu inde complectitur Pon
1 tifex Max.† Nam paſtorali, & curuato ba-
culo non utitur, ut docet tex.in c.1. in fi. de Sac.
unc.& cum multæ ibi reddantur,& in glo. pen. &
2 fin.rationes: illa imprimis aſsignatur, † quia ip-
ſe Pont. Rom. poteſtatem a ſolo Deo recipit:
alij autem, ſicut epiſcopi, ab homine; ſicque ille
liberam poteſtatem in ſpiritualibus, alij coharcta-
tam recipiunt: quæ per Baculi incuruationem de-
notatur, vt B.Thomas in 4.ſententiarum diſt. 14.
atteſtatur: quem ſequitur Feli.in rub.de conſtitu-
tio: col.2. & Troylus Maluetius in tract. de cano-
nizatione ſancto.uerſ.ſequitur.nu.38. & idem te-
net Petrus a monte, in monarchia Conciliorum.
3 in rub. de conciliorũ præãbulis,n.6.†Hinc eſt, qđ
non poſſunt Patriarchæ, portare Crucem ante ſe,
ubi eſt Papa:& in urbe Rom. & ubi legatus Papæ
adfuerit, utens inſignijs apoſtolicæ dignitatis.c.
antiqua.ubi Ab.de priuileg. & per Martin. Laud.
4 in tractat.de principibus.q.550. † Nec hic omit-
tendum eſt, Crucem Rubram,in albo,eſſe uniuer
ſale ſignum omnium Chriſtianorum: Crucis ue-
rò albæ, in rubro, eſt ſignum ordinis militaris.S.
Ioan. Hieroſolimitani: Et Crucis nigræ in albo,
ſignum eſt ordinis B. Mariæ, Theutonicorum,
ut legitur in Pontificali,car.50.in rub. de coron.
Ro.Pont.

SVMMARIVM.

1 *Claues traditæ Petro Appoſt.& eius ſucceſſoribus
quibus liberam poteſtatem exercere poſſint.*
2 *Paſtor vnus tantum eſt,qui alijs præeſt.*
3 *Claues duæ, an vna tantum ſit, & de earum effectu
num. 5.*
4 *Papa omnia poteſt,Claue non errante.*
6 *Claues eccleſiæ,duplici colore depictæ.*

CLAVIBVS VTITVR PONT.

CLaues autem ideo aſsignatæ ſunt Rom. &
5 ſummo Pontifici, † quia exploratum eſt,
eas traditas fuiſſe a CHRISTO, PE-
TRO APPOSTOLO, eius Vicario,illiuſq; ſuc-
ceſſoribus;c.1.20. diſt.&.c.in nouo.21.diſt.&.c.
quodcunque.24.q.1.&.cap.per uenerabilem. qui
fil.ſint leg.&.c.quia quorundã. §. qđ aũt.1. in ex-
trauag.Ioan.de uer.ſignif.ubi plene de effectu Cla
uium, ſit mentio: & alibi aliquid dictum eſt, præ-
ſertim lib.1.c.1.§.2.q.2.nu.17.ita ut dictã liberam
poteſtatem,per illas, præcipue in ſpiritualibus, &
nonnunquam in temporalibus, exercere poſſet.
Quodcunque enim ligauerit Pont.Max.ſuper ter
ram,eſt ligatum & in cęlis, vt ibi: & propterea ſi-
cut Imperator gladiũ habet,a Deo, Miniſter Dei,
uindex in iram, ei qui malum agit, ſicque ad uin-
dictam malefactorum, ad Laudem uerò Bono-
rum eodem modo Pontifex habet Claues,ad ex-
cluſionem excommunicandorum, & reconcilia-
tionem pœnitentium: uti Index enim eccleſiaſti-
cus,dignos recipere, & indignos a Regno exclu-
dere debet.d.cap. quia. §. quod autem: & dicto.
§.1.in uer. gladium. & ſecundum Bal. habet Cla-
ues Cęli & mundi ſibi traditas ad Iuſtitiam, in
prohęm.ff.col.3.Atque ſicut Imperatoris eſt,cor-
poralem irrogare pœnam: Pontificis eſt ſpiritua-
lem inferre uindictam,per correctionem namque
prauorum,

prauorum, Deum Deorum placere, feſtinandum eſt, ut diximus in.§.1.lib.1.c.1.uerſi.Gladiū. Atq; iſta poteſtas Clauium data eſt Petro, primum tanquam Capiti, alijs autē, uelut Apoſtolis, tanquam membris, ut per plura comprobat Pet.a monte, in monarch. Conſiliorum in rub. de poteſ. Rom. Pont.num.3.& ſeq.& præſertim per d.c.in nouo.

2 & illo fundamento † quod vnus tantum ſit Paſtor, qui alijs præeſt; & apud quem ſit omnis plenitudo poteſtatis: quam quoque comprobaſſe, & tranſtuliſſe Conſtantinum, in Silueſtrum Pontificem, ſcribitur, in.c.Cōſtantinus.96.diſt. & proinde inquit Pet.ibi.num.8.poteſtatem Clauium, ſimiliter eſſe datam eccleſiæ militāti: quod uidetur etiam probari in iuribus ſupra adductis, præcipue in d.c.

3 quodcunque. † Verùm an una tantum ſit Clauis, an duæ dici poſſint, uario modo uidentur poſita iura, atque uario modo locuti doctores: nam ut in Matthęo legimus.c.16. Claues, non Clauis una tantum deſcribitur, & in d.c.1.20.diſt. & d.c.in nouo.&.c.quodcunque, & alibi; & proinde Abb. in.c.licet.col.1. de elect. tradit duas eſſe Claues Petri, & per unā ſignificari poteſtatem: per aliam uerò diſcretionem, ſiue ſcientiam: & alteram ſine altera parum ualere per d.c.1. Hoſt.poſt aliquas declarationes, in ſum.de remiſ.inquit breuius dici poſſe, Vnam eſſe Clauem fori contentioſi, alteram uoluntarij pœnitentialis. His adhærere uidetur Ant.de Roſel.in trac.de poteſ.Imp.ac Pap. §.Hanc ſententiam.uerſir.ad illud.nu.31.& Ant. But.in.c.firmiter.§.una. de ſum.trin. in uer. nota ex litera, & copioſius per B.Thomam in.4.ſententiarum diſt.1.q.18. art.1.&.3.ubi duas ponit, nec plures, & non unam; & ibi abunde de earum effectu diſſerit diſt.19.q.1.art.21.idem tenet Martin. Laud. in tract.de princip.q.476. Atqui in.c. tanta.de exceſ.prælat.de claui in ſingulari, & plurali: locutione, fit mentio prout etiam latius fit mentio eodem modo in d.c. quia quorundam.§. quod autē.1. Gloſſa autem in d.c.1. unam tantum Clauem eſſe affirmat, quæ habeat duos effectus: atque proprie Clauē ſacerdotalem, eſſe tradit, poteſtatem ſacerdotalem, per quam ligat, & ſoluit, & cum ea gloſ. uidetur tranſire ibi Card.Alex.& idem concludit Abb.ibi contrarius in d.c.tanta: Nempe, ait in ueritate unam eſſe Clauem: & unam poteſtatem: ſed ideo in plurali, duæ dirantur, quia ultra poteſtatem, debet prælatus habere diſcretionem: unde una ſit Clauis poteſtatis, altera diſcretionis. Quare dicere ſoleamus:

4 † Papam omnia poſſe, Claue non errāte.c.manet. &.c.memor.24.q.1.In hoc diſsidio duas eſſe Claues, probabilius, & uerius ſentiēdum arbitrarer: ex quo apud Mattheū, pluralis locutio expreſſe deprehenditur: comprobantque hoc multa iura ſupra adducta, cum pauca, uel nulla ſingularitatem tantum deſcribant, ſed ſimul & pluralitatem: & clarius quam alio in loco, uidetur diſpoſitum in d.c.1.20.diſt.dum ibi dicitur quod in negocijs diffiniendis, non ſolum eſt neceſſaria ſcientia, ſed etiam poteſtas: unde CHRISTVS dicturus Petro, quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cęlis, prius dedit ſibi Claues Regni Cęlorum.

4 † In altera dedit ei ſcientiam diſcernendi inter Lepram, & Lepram; In altera dedit ſibi poteſtatem eijciendi aliquos ab eccleſia. Vnde cum qualibet negocia finem accipiant, uel in abſolutione innocentium, uel in condemnatione delinquentium; abſolutio, uel condemnatio, non ſcientiam tantum, ſed etiam poteſtatem præſidentium deſiderat. Nec his uidentur contraria ea quæ ſupra adducta ſunt, & præſertim d.§.quod autem: quia etiam de Clauibus, non tantum de Claui, ibi fit mentio. Præterea poſſumus dicere ſingularitas ibi Reſoluatur in pluralitatē; quod fit quandoque in iure.l.ſi quis ita.§.1.ff.de teſt.glo. inſti. de iure perſo. in prin.& expreſſe uidetur fieri in contrarijs.hocque tanto magis concedendum uidetur: ne una & eadem res, diuerſo iure & modo cenſeatur, quod in.l.eum qui ædes.ff.de uſucap.prohibetur.& in caſu noſtro, una, & eadem Clauis deſignaret abſolutionem, & cōdemnationem, uel receptionē dignorum: & excluſionem indignorum, a regno ut ſupra: quod uidetur minus rectè conuenire. unde glo. in d.c.1. cum alijs in contrarium adductis, non uidetur bene ſenſiſſe: Quare non inepte forſan aliqui,

5 † eas Claues colore duplici dipingunt. Alteram Albam, Alteram Rubram, ſeu ſanguineam: licet quidam aurei coloris hanc ponant: ut illa quidem quandam puritatem, & benefactorum acceptionem, & innocentiam, denotare uideatur: iſta culpam quandam & uindictam, & excluſionē malefactorum.

SVMMARIVM.

1 *Pallium in ſummo Pontifice, oſtendit plenitudinem, & ſupremam poteſtatem.*

Purpurea veſte exterius ſemper; candida interius induitur Pont. & ratio.

2 *Pontifex multis epithetis, & nominibus, præſtantiam ſuam ſignificantibus, decoratur. [illegible]rum multa enumerantur, & num.3.4.& num.8.vbi quod maior ſit Angelis.*

3 *Pontifex poteſt adæquare quadrata rotundis, & facere de nihilo aliquid, & de aliquo nihil, & factum pro nonfacto.*

5 *Pontificis factum, Dei factum cenſetur, & omnia poteſt ſupra, extra, & contra ius; & cui non poteſt dici, cur ita facis; Claue non errante.*

6 *Pontifex eſt dominus dominantium, & totius orbis, quo ad adminiſtrationem, & ordinarius omnium.*

7 *Pontifex dicitur maior Paulo, & ceteris Apoſtolis, præterquam Petro, cui par eſt in adminiſtratione, Et eius auctoritas maior eſt, quam Sanctorum.*

9 *Pontificis poteſtas, non poteſt præſcribi.*

10 *Pontificis poteſtas a Deo eſt.*

11 *Pontifex eſt ſupra omnes dignitatum gradus, etiam ſuperilluſtrium.*

Pontifex oſculatur in pede.ibi.

PAL-

PALLIVM SIGNIFICAT PLENITVDINEM POTESTATIS.

PAlium, habēs multas cruces, ſecundum Abb.
in.c. antiqua. de priuileg. inter alia ornamen
ta Pontificia, ſiue aurea, ſiue purpurea, ſiue
coccinea: quæ iã tradita diximus, Syluestro Pon-
tifici & Petri ſucceſſoribus, per Conſtantinũ: qui
nomen Magni adeptus eſt, ut demonſtrauimus
ſupra libro. 1. cap. 1. §. 2. q. 2. num. 10. & quæ inſi-
gnia Papalia, ſunt etiam ueſtis Rubea, palafrenus
albus, calcariaque deaurata, ut colligit Martin.
Laud. in tract. de principibus. q. 210. Quaque pur-
purea ueſte, ſiue Cappa, ut tradit Specul. in ratio-
nali diuinorum. lib. 3. in rub. de inſtrumentis lega-
libus, ſeu uet. teſtamenti: ideo Pont. Max. exterius
ſemp indutus eſt, cũ interius cãdida ueſte induatq;
quia etiam interius candere debet, per innocen-
tiam, & charitatem: & exterius rubere, per com-
paſsionẽ: ut, ſ. oſtendat ſe ſemper paratũ ponere
animam pro ouibus ſuis; quia perſonam gerit il-
lius qui pro oſbus uniuerſis, rubeum fecit indu-
mentum ſuum. Quibuſque inſignibus non poteſt
uti legatus de latere, niſi cum trãſit mare per not.
per doct. in. c. antiqua. præſertim per Ant. But. de
1 priuileg. † Pallium inquam in ſummo Pontifice,
oſtendit plenitudinem, & ſupremam poteſtatem:
& de qua habetur in. c. niſi. &. c. ad honorem ubi
Abb. de auct. & uſ. pal. Nam alij uocati ſunt in par
tem ſolicitudinis tantum, ut ibi: Eoque pallio ſo-
lum Papam, non alios, ſemper, & ubique uti, in
miſſarũ ſolemnijs, dicit tex. in d. c. ad honorẽ. Ve
rùm quid ſit plenitudo poteſtatis diximus, lib. 1. c.
1. §. 1. uerſ. purpureo: & q. aurea, purpurea, uel ſeri
ca ueſte uti poſsint. Quo fit ut ex memorata ple-
nitudine; & ſupræma poteſtate aſſumpta, Ponti-
2 fex Max. † multis, & uarijs epithetis, & nomini-
bus, illam præſtantiam ſuam ſignificantibus de-
coretur, & appelletur. Nam Princeps ſacerdo-
tum: & ſummus ſacerdos, Pater patruum, epi-
ſcopus Epiſcoporum, & culmen eorum: & Vniuer
ſalis eccleſiæ militantis Epiſcopus, ab eo nomine,
tanquam ab ordine digniori nominatus, ſecun-
dum Abb. in. c. licet. de election. & in ſpetie, dici-
tur Epiſcopus Romæ, Epiſtola. inter claras. C. de
ſum. tri. Martin. Laud. in trac. de princip. q. 509. &
Reuerendiſsimi, & Beatiſsimi titulis, nuncupatur.
c. ſi Romanorum. 19. diſt. c. in nomine Domini.
in princ. 23. diſt. item & ſanctiſsimi, c. fi. ubi not.
Card. Alex. 22. diſt. Item dr̃ Vicarius CHRISTI
uniuerſalis. ut per Card. Alex. c. in nouo. 21. diſt.
Archiepiſcopus etiam, & Princeps Apoſtolicus,
atque Admirabilis dicitur, qui Stupor mundi, nec
Deus, nec homo eſt, inter utrinque: quique uices
Dei Veri gerit in terris, ut ſupra tetigimus hoc. §.
uerſ. Põtificis imago: & cõprobãtur per Bal. in tit.
qui feud. da poſ. in prin. & Ant. Roſ. in trac. de po
teſ. Imp. ac Pap. §. ſacerdotiũ. ĩ fi. &. §. quo autẽ in
loco nu. 4. 5. 7. & Petrum a monte in monarchia
conciliorum, in h. princip. & Corn. cõſ. 60. uol. 2.
&. c. fi. 21. diſt. & per eundem Ant. Roſel. in tract.
de concil. in rub. Pontifex Max. ſolus, nume. 7. &
Ioan. Bertach. in tract. de epiſc. in Princ. num. 7. &
per Abb. in. c. ſignificaſti. num. 6. de electio. & per
Socin. conſi. 13. uol. 1. num. 27. per multa, & De-
cium conſi. 498. uol. 3. & And. Barb. in tract. de te
ſtibus in. 2. parte, nu. 42. qui ex ſententia Hoſtien.
3 in. c. nouit de iudicijs, † dicit eum poſſe adæquare
quadrata rotundis, quod etiam tradit Hoſtien. ip-
ſe, Abb. & Doct. in. c. cum ueniſſent. de Iudic. &
Corneus cõſ. 278. n. 17. vol. 3. Immo & Papa de ali
quo facit nihil, & de nihilo aliquid. c. tanta. §. 1. de
exceſ. prælat. &. c. 1. de tranſactio: & per glo. in. c.
quanto de tranſl. epiſc. & per alia docet Ant. Ro-
ſel. in d. tract. de concil. in d. rub. Pontifex Max. ſo
lus. num. 33. ſicque poteſt facere, quod factum, ha
beatur pro non facto. c. is qui. de ſponſalib. quod
tamen intelligit Io. de ſelua in tract. de iureiur. in.
4. parte. num. 8. non procedere in concernentibus
ius diuinum. Nec dubium uidetur, Papam poſſe
concurrere cum omni prælato, in poteſtate, & iu-
riſdictione, ſecundum Bal. in. c. qui feu. da. po. col.
1. & per Fel. in. c. canonum. col. 2. de cõſt. ubi mul
ta colligit de ſuperioritate Papæ, & illud inter alia
memorabile, ex opi. Archiepiſ. Floren. & Auguſti-
ni de Anchon. ut nedum circa terreſtria, cœleſtia,
& infernalia gerat vicariatum Chriſti: ſed etiam
ſuper Angelos bonos, & malos: quibus eſt maior,
iuriſdictione, ſacramentorum adminiſtratione,
cognitione, & præmio: atque ita ſecundum Chry
ſoſt. Deum ualidiorem cœlo eccleſiam mõſtraſſe.
4 Atque. † Pontifex Max. Sanctus reputatur arbitrio
cœleſti, ut facit text. in. l. j. C. de ſum. trin. & fid.
Cat. & tradit Card. in cle. 1. de probat. unde etiam
uiuus Fons Iuſtitiæ nuncupatur a Socin. in conſil.
264. nu. 5. uol. 2. & eſt canon animatus in terris. c.
ipſi ſunt. 9. q. 3. & per Bart. Brix. in quæſtionibus
dominicalibus. q. 55. num. 5. & qui omnia iura ſci
re, & in ſcrinio pectoris habere cenſetur. l. om-
nium. C. de teſtam. &. c. 1. de conſtit. & per Cor-
neum conſi. 16. nu. 14. uol. 1. ſimiliter, & Eccleſia
animata dicitur ſecundum Bal. in auth. niſi rogati.
num. 25. C. ad Trebel. Hinc meritò fit, ut etiam in
terris Deus dicatur, quando eſt legitime electus,
ſecundum glo. in. c. Achatius. 1. 24. q. 1. & Bal. in
l. fin. C. ſenten. reſcin. non poſ. & Decium in. c. 1.
colu. 6. in glo. in uer. ab omnibus, de conſtitutio.
ubi uerò non ſit legitime electus, dicitur non apo-
ſtolicus, ſed apoſtaticus, & Diabolicus, qui habet
claues inferni, ut ibi, & ſequitur Felin. in cap. ego
5 enim col. 2. de iureiur. Quo circa apte aiunt, † Fa-
ctum Papæ, Dei factum cenſeri: ut in d. c. quanto,
& per Decium conſil. 137. col. 2. uolum. 1. & cõſi.
341. nu. 8. uol. 3. & ideo omnia poſſe, ſupra, extra,
& contra ius: & quæ Deus poteſt, claue non erran
te, ut in. cap. propoſuit, de conceſ. præben. & per
Deciũ cõſi. 498. &. 578. uol. 3. &. 4. & Soci. d. cõſ.
13. nu. 27. & cui nõ poteſt dici, Cur ita facis, ut ibi
per eũ, & per Corn. cõſi. 189. uol. 4. & ſupra lib. 1.
cap. 1. §. 2. quæſt. 2. aliqua adduxi. Sic quoque recte
dicimus

dicimus eum totius orbis dominum. c. cuncta per mundum, &. c. per principalem. 9. q. 3. & Abb. & Doct. in. c. nouit. de Iudic. & comprobat Barb. in tract. de præſt. Card. in. 2. quæſt. primæ partis, numc. 3. & Mart. Laud. de princip. q. 18. quæ declarata ut ſupra lib. 1. c. 1. §. 1. uerſ. Orbem. nu. 10. & ſeq. in. §. 1. & plus dicit Iaſ. in. l. reſcripta. col. 2. C. de præc. Imp. off. ex opinione Bal. in. c. eccleſia ſanc. Mariæ. col. 3. de conſtit. & tradit Card. Alex. in. c.

6 ſi papa. col. fi. 40. diſt. † Papam eſſe dominum dominantium, & habere ius Regis Regum, in ſubditos: & habere ſupremam poteſtatem, in qua non habeat parem: qui eſt omnia, & ſuper omnia in ſpiritualibus: cum claue tamen diſcretionis, ut ſupra, & nec haber ſuperiorem, ut inquit idem Iaſ. in. l. duo Indices. nume. 11. ff. de re iud. poſt Abb. in. d. c. licet. nume. 10. de election. ac colligit Martin. Laud. in tract. de princip. q. 170. papam a nullo dependere, & ſe habere in eccleſijs, ſicut ſol ſe habet in planetis. Sic paparum eſſe primum locum tradit glo. in. c. ante. 40. diſt. & ad propoſitum cōſuluit Alex. conſi. 74. nume. 24. uol. 4. & Abb. conſil. 51. col. 2. in. 2. parte. Papam in ſpiritualibus eſſe Ordinarium cunctorum, & totum mundum eſſe eius Diæceſim, ſicut Imperator eſt in temporalibus, & habetur in glo. in. c. ut debitus. de appellat. Verùm tñ pontifex, non dr habere dominium rerum eccleſiaſticarum, ſed ſolum adminiſtrationem, ut per plura colligit Felin. in. c. conſtiturus. col. 10. in uerſi. dominium. de reſcrip. & dictū eſt ſupra lib. 1. c. 1. §. 4. uerſi. 30. Et talis, & tanta eſt potentia Pontificis, † ut etiam dicatur maior Paulo, & cæteris Apoſtolis, in adminiſtratione: præterquam Petro, cui in adminiſtratione par eſt, ut affirmat Anton. Roſcl. in tract. de concil. in rub. pontifex an poſsit cum Bigamo. num. 3. per text. in. c. puto. 2. q. 7. &. c. ſacroſancta. 22. diſt. & Martin. Laud. in d. tract. de princip. quæſt. 407. Atque inquit Bal. in. l. reſcripta. C. de præcib. imp. offer. allegando Diuum Bernardum, de contemplatione ad Eugenium: Maiorem eſſe auctoritatem papæ, quam ſanctorum. c. de libellis. 20. diſt. & ſecundū Martin. Laud. in d. tract. de principibus. q. 105. in ambiguitate opinionum, ei magis creditur, & legi canonicę, quam dictis ſanctorum: quodq; ſolus habet omnem poteſtatem, & dignitatem, quam habuerunt omnes Patriarchæ, & ibi alia multa Bald. præſtantiam pontificis denotantia deſcribit. Illud tamen quod dicunt maiorem eſſe auctoritatem papæ, quam ſanctorum, procedit ſecundum Ioan. Lupum in tract. de matrim. & legit. in. 2. parte nume. 25. quo ad cauſas diffiniendas, nō quo ad ſa-

8 cram ſcripturā exponendam. † Nec hic omitto cō memorare, ut docet B. Bernardus ibi ī. quē ſequitur Catald. de Boncompagnis in tract. de poteſt. pap. nū. 14. φ pontifex max. ēt hæres Apoſtolorū appellatur, primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, Iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, unctione Chriſtus. Item ipſe eſt diligentium Pater ſummus, Particeps oīum timentiū eum, Chriſtianorum Dux & Ordinator, omnium Paſtor, Magiſter ſapientū, oppreſſorum Refugiū, Aduocatus pauperum, Spes miſerorum, cæcorum Oculus, mutorū linguæ, Baculus ſęnum, malorum Metus, Bonorum Gloria, Potentum uirga, tyrannorum Malleus, Regum Dñs, Moderator legum, Sal terræ, Orbis lumen, Vicarius Chriſti, ſucceſſor Petri, & Mundi Arbiter, Dominus, & Magi-

9 ſter. † Pontificis quoque poteſtatem non poſſe præſcribi tetigimus ſupra lib. 1. cap. 1. §. 1. uerſic. Orbem, nu. 9. & tradit Abb. in. cap. omnis, & in. c. cum inſtantia. de cenſibus, & Bal. in. l. 2. in. 6. q. C. de ſeru. & aq. ſecus in alijs iure præſcriptibilibus. & inquit Felin. in. cap. nouit. colum. 4. de iudic. ex ſententia Card. præſcriptionem poſſe habere locum, ne quis ſubſit Imperatori, non autem Papæ.

10 † Verumtamen poteſtatem hanc ſummi Pont. a Deo eſſe, non eſt dubitandum, ut a præmiſsis arguere poſſumus, & in multis iuribus habetur, præſertim in. c. nolite. 11. diſt. & per Bal. in titul. de pace te. in prin. col. 2. & p multa ſcribit Pet. a mōte in tract. monarch. Concil. in prin. nu. 1. per illa uerba, paſce oues meas, & c. 1. Tu es Petrus, &c. & tibi dabo claues regni Cęlorū & c. de quibus ſœpe fecimus mentionē ī. & præſertim lib. 1. c. 1. §. 1. q.

11 2. † Hic quoq; poſſemus repetere multa, quæ præſtantiam Ponr. Max. deſignent, dicta ibi, in d. uerſ. Orbem, in Imperatore, quæ Pontifici conuenire uidenē: ſed ſatis ſit, tñ hoc exprimere, Pontificem eſſe ſupra oēs dignitatū gradus, ēt ſuperilluſtriū: q̄a ab eo, & Imperatore, oēs dignitates profluunt, tanq̄ a fonte, illudq; ēt dicamus, ut Pōtifex eo in honore habearur, ut oſculetur in pede, ut docet glo. in. l. 1. C. de domeſt. lib. 12. oſculum autem uidetur ſignificare in eo beneuolentiam, ſm Cardi. in cle. fi. de ſent. exco. Verū ea quæ ſigillatim pertinent ad potentiam, & præſtantiam, pontificis, enarrabimus inf. in. §. 4. in hoc capite.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex an habeat plenitudinem poteſtatis, tam in temporalibus, quam ſpiritualibus.* 3.

2 *Chriſtus, cui data fuit omnis poteſtas in cælo, & in terra, eandē conceſſit Petro, & eius ſucceſſionibus.*

4 *Pontifex, vacante Imperio, in eo ſuccedit: non populus Romanus.*

QVESTIO. I.

An Papa habeat plenitudinem poteſtatis, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus.

EX commemoratis, quæ arguunt ſupremam poteſtatem Pontificis max. cū etiam eandē arguant in Imperatore, quo ad temporalia, qui & ipſe Dñs dominantiū, & totius orbis dictus ſit, ut ī. lib. 1. c. uerſ. orbem. §. 1. poſuimus, dubitare apte

1 poſſumus, † an Pont. max. habeat plenitudinem poteſtatis, non tantum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, & utriuſque gladij auctoritaté: quæ licet non ſine aliqua controuerſia tranſeant apud doct. Nihilominus ego arbitror poſſe ut in ſequentibus declarari, ventilatis & perpenſis hinc inde adductis per ſcribentes: Quorum aliqui ſentientes pontificem habere utranque poteſtatem, illam illis comprobant argumentis. Primo
2 quia † Chriſtus cui data fuit omnis poteſtas in cœlo,& in terra,ut habetur Matthęi. cap.ult.eandem dicitur conceſſiſſe Petro,& eius ſucceſſoribus, per illa uerba;Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo ecçleſiam meam, tibi tradam claues Regni Cœlorum, vt quicquid ligaueris ſuper terrã, ſit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris in terris,ſit ſolutum & in cœlis. Secundo arguunt ab illis uerbis, Paſce oues meas, paſce agnos meos: Tertio arguunt ab illis verbis, Ecce duo gladij, &c. per quæ Oldrad. conſ. 180.nume. 12.dicit,ꝙ eum in euangelio ſubſequuntur illa uerba, ſatis eſt,non eſſe denotatum unũ gladium ſuperfluum; Quarto ab illis,in quibus iuſsit Petrum conuertere gladium ſuum,in vaginam; de quibus omnibus ſæpe dictum eſt,in ſuperioribus,præſertim lib. 1. cap.1.§.ſecundo.q.ſecunda.Quinto arguere poſſunt ab his quæ atteſtatur Paulus ad Corinth. 1. c. 6.in illis verbis,Neſcitis quoniam Angelos iudiçabitis,quanto magis ſecularia,quæ recepta ſunt in. c. per venerabilem. §. rationibus. qui fil.ſint. leg. Sexto arguere poſſunt ab illa poteſtate temporali, quam Chriſtus exercuit,quando e funiculis facto flagello,eiecit ementes & vendentes, de templo, cathedras uendentium columbas euertit, & menſas nũmulariorum,ut habetur Matthęi.cap. 21.& Marci,cap.11.&.1.q. 3.c.ex multis. Septimo faciunt ea quæ dicta ſunt ſupra d.q.2.num.7.ubi dicitur Imperium dependere ab eccleſia,& in eo. §. 1.q. 1. cum ſeq. ubi coronatio Imperatoris fit a Papa:& faciunt quæ de electione dicunẽ ſupra d. §.2.in uerſi.Electionum. cum ſeq. quæſtionibus, in quibus de reprobatione,& depoſitione Imperatoris,habetur. Contrariam verò opinionem tenentes,ab eo primum arguere poſſunt, quia Chriſtus iuſsit Petrum conuertere gladium in vaginã, vnde per iſtud dictum,& præceptum, quod reiaculatur contra dictam primam opinionem,magis videtur Chriſtus prohibuiſſe poteſtatem temporalem, quam conceſsiſſe. Secundo comprobare poſſunt,quia iuriſdictiones videntur ſeparatæ, diſtinctæ,& diuerſæ,vt habetur per glo.2. ubi Abb. Doct.in.c.nouit.de iudic. & diximus abunde per plura ſupra lib.1.cap.1.§. 3.uerſi. Secundo: ex eo præcipue,quia Imperator iura Pontificis,nec Pontifex iura Imperatoris,uſurpare debet:& ea ratione,quia Chriſtus actibus proprijs, & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis Imperatoris, ac Papæ diſcreuit. Tertio comprobare poſſunt,quia ſecundum d. gloſſ.in.c.nouit, Imperium, & Sacerdotium ab eodem principio proceſſerunt, ſcilicet à Deo, ut in authen. quom.op.epiſc.&.c.ſolitæ. de maioritat.& obed.per quæ ita diſtinctas eſſe iuriſdictiones conſuluit Alex. conſ. 1.nu.18.& conſi. 8.nu.4.uol.1. Quarto comprobare poſſunt,quia papa de temporali iuriſdictione, non debet ſe intromittere, niſi in ſubſidium: ſcilicet cum Iudex ſecularis negligens eſt, uel cum uacat Imperium. c.licet.&.c.ſeq.de for.compet.& tradit d.gloſſ. 2. in.c.nouit.& Alex.conſil.3.nume.3.vol. 5. Hæc, & alia quæ ab utraque parte poſſent adduci, diſsi-
3 dium aliquod pariunt in hac.q. † Veruntamen ex ſententia,quæ uidetur communis,dictæ gloſſ.2.& Doct. ibi,præſertim Abb. Felin.& Decij, uidentur conquieſcere: ita quod ad concordiam reducantur,ut uterque gladius,& ſic etiam temporalis poteſtas,ſit penes papam:hoc declararando, quo ad habitum, non quo ad exercitium, & actum, prout etiam dixi ſupra d. lib. 1.c.1.§.2.q.2.& tenet Areti.in.§.ſacra. inſti. de rer.diuiſ. Et propterea recte dicitur ex cauſa,& in ſubſidium, Pontificem etiam temporalibus ſe immiſcere poſſe, uti qui ſupremus iudex ſit,ut in coronatione,electione,& depoſitione Imperatoris, & aliorum principum, proxime & alibi diximus,& præſertim lib. 1. cap.1.§.4.uerſic. Vigeſimoquinto:&. 26. Et ideo non obſtant contraria proxime recitata, quæ etiã ad ſaturitatem confutauit Abb.in d.c.nouit,num. 11.cum ſeq.& Oldrad.d.conſ.180.nu.12.† Hinc eſt quod uacante Imperio, Papa in eo ſuccedit, non Populus Romanus,ut concludit Marti. meus Laud.in tract.de princip.q.34.per tex.in.c.paſtoralis.de re iudic.

§. II. DE ORNATV ANIMI PONT. MAXIMI, ET ELECTIONE.

§.II.

IN hoc ſecundo.§.in quo de moribus,& illis uirtutibus, quæ decent Pont.Maximum:ut iure merito,eo munere dignus dijudicari poſsit,ſubiungendum eſſet:cũ multa in ſuperioribus in capite Imperatoris, præſertim. §.2.in prin.explicauerimus, quæ multo magis in Pont. Max. eluceſcere debent,illa ſufficiat hic tantum repetita haberi: ne ſi iterum deſcribantur, faſtidium pariant, nam aliqua quoque dicemus inferius prox.q.4. nume. 11. Proinde ea quæ ad Electionem pontificis maxi.pertinere creduntur (cum non niſi is, qui bonis omnibus antecellat,ut diximus de Imperatore eligendus ſit)perſtringamus ex ordine.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non debet reſidere ſine ſponſo, & Paſtore: quo vacante, vniuerſale regimen penes eam eſt.*
2 *Petrus elegit Clementẽ in Pontificem,cum poteſtate a Chriſto ſibi tradita. 3.*

Succeſſorem ſibi eligere non poſſe epiſcopum, ſeu pontificem, ſtatutum eſt.

4 *Pontificis electio ſecundum ius, & antiquam conſuetudinem, cleri eſt, non Cæſaris: licet aliquando in Imperatores tranſlata: & ibi an potuerit transferri.*

5 *Pontificis electio, hodie ſolis Cardinalibus competit. declaratur, nume. 7.*

6 *Pontificis electio, ad quos ſpectet, deficientibus Cardinalibus.*

Cardinales de iure diuino, figuratiue ſaltem ſunt.

8 *Formula eligendi pontificem, deſcribitur.*

Nominis mutatio fit, aſſumpto nomine maiorum, in pontifice creato, qui in pede deoſculatur.

9 *Pontificis electio, ratione loci quomodo fiat, & ita vt Cardinales in conclaui claudãtur: & an ex cauſa alibi, quam in vrbe fieri poſsit. nume. 12.*

10 *Cardinalibus nõ eligentibus infra tres dies, vel quinque ſequentes, quomodo diminuitur cibus.*

11 *Conclaue quod dicatur.*

GENERALIA IN ELECTIONE PONT.

QVonam itaq; modo, a quibusve, qua formula, & quo in loco, in præſentiarum deligatur pont. max. cum qualiter conſtitueretur antiquitus, apud Gentiles & Iudæos, aliqua dicta ſint in. §. præcedenti, in uerſic. Pontificis.
1 atque non deceat eccleſiam, ſine ſponſo, & paſtorē reſidere, morte uel alio modo ſede vacante, ut docet glo. in cle. ne Romani. in uerſi. non conſonam. de elect. Pontificis enim carentia, maxima neceſsitas eſt, ſecundum gloſſ. in d. c. ne Romani. in uer. cæterum. tam & ſi penes vniuerſalem eccleſiam, ſede vacante conſiſtat uniuerſale regimen: quæ eſt congregatio fidelium. c. eccleſia. de conſec. diſt. 1. c. debitum, de bigam. c. fundamenta. de electio. in. 9. & per Franc. pauin. de offic. & pot. cap. ſed uac. prælud. 6. num. 8. Dicamus poſt aduentum Chriſti, petrum primum electum: & ab eo eidem, claues Regni Cælorum, & ligandi, & ſoluendi poteſtatem traditam, ut ſæpe dictum eſt, præſertim in. §. præcedenti. & refert Platin. in uita
2 Petri. † quem poſtea Clementem epiſcopum conſecraſſe, atque ei cathedram, & eccleſiam Dei cõmendaſſe commemorat, his verbis: Eandem ego tibi poteſtatem ligandi, & abſoluendi trado, quã mihi Chriſtus reliquit, ſpretis ac contemptis rebus omnibus, tum corporis, tum fortunæ: oratione, & prędicatione, ſaluti hominum, ut bonum paſtorem decet, conſule: licet tamē Clemens modeſtiſsimus, Linum, & Cletũ, ſpõte ſibi in tanto honore prætulerit, ſuſcepto quarto loco pontificatu, ut teſtatur idem Plati. in vita Lini, & Clemẽtis primi, etiã ex ſententia Diui Hieronymi: & uidetē ſentire glo. in. c. ſi Petrus. 8. q. 1. & ea quæ ponit Platina de inſtitutione Clemẽtis: locupletiori auctori-
3 tate comprobantur in d. c. ſi petrus. &. c. ſeq. † Verum in Antiocheno concilio, deinceps ſtatutum fuit, nõ licere Epiſcopo, pro ſe, alterũ ſibi ſucceſſorem conſtituere, & ſi quid tale factum fuerit, irritum eſſe: ſed cum concilio, & iudicio Epiſcoporum, & electione clericorum, qui poteſtatem habent, poſt exitum prædeceſſoris, dignum eligere, fit electio, ut in d. 8. q. 1. c. epiſcopo. &. c. ſeq. de quibus latius dicam inf. hoc. §. q. 2. & ideo ex mente glo. in d. c. ſi petrus. inquit Card. Alexan. in. c. in nomine domini. col. 2. 23. diſt. non tã deputauiſſe Petrũ, Clemẽtē ſibi ſucceſſorem, quã monuiſſe diſcipulos, quem ſibi eligere deberẽt. Nec deinceps poſt clementem, aliquo in loco Platina arguit illã inſtitutionem ſucceſſoris, ſed potius electionē: ut in uita Lucij Pontificis, & apertius in uita Alexandri. II. & Leonis octaui, & Gregorij quinti, & Septimi: quem ſequitur M. Antonius Sabellicus in nona enneade, lib. 3. qui in hoc conueniunt, ut Othonem Archiepiſcopum Colonienſem, Romam ab Henrico tertio Imp. veniſſe commemorent, res eccleſiæ compoſiturum. Atque Alexandrum ipſum, ſecundum pontificem increpaſſe, ꝙ Imperatoris iniuſſu pontificatum inuaſiſſet. Aduerſus quem exceperit Ildebrandus Archidiaco-
4 nus, partes pontificis acerrime tutatus: † quod diceret electionem ad clerum pertinere: ſi ius, ſi antiquã cõſuetudinē, vellet inſpicere: & nõ Cęſaris eſſe, creare põtificē. Quibus & alijs expõſitis in hãc ſententiam, eum, facilè Othonem traxiſſe, ſubdũt. Veruntamen non eſt nouum affirmare, creandi pontificis, & aliorum epiſcoporum, pro ſciſmaticorum atque hæreticorum diſſenſionibus, poteſtatem fuiſſe quandoque per ipſoſmet pontifices ad aliquos Imperatores tranſlatam, ut tranſtuliſſe in primum Othonem, habetur in. cap. Adrianus &. cap. in ſynodo. &. c. cum longe. &. cap. uota. 63. diſtin. & facit. cap. Conſtantinus. 96. diſtin. & de Adriano etiam meminit M. Antonius Sabellicus enneade. 8. libro octauo, & de Leone idem enneade. 9. lib. ſecundo & Platina vita Leonis. Octaui idem collegit. Atq; etiam obſeruatum eſt, vt electus in Rom. Pontificem, non conſecraretur, niſi primum decretum Imperatoris præſentaretur, & eius conſenſus haberetur. cap. agatho, cum ſex. cap. ſeq. dict. 63. diſtin. & per Plat. in vita Gregor. VII. Sed ſecundum glo. in fi. in d. c. in ſynodo, huic poteſtati, Imperatores poſtea renunciauerunt: per cap. tibi. &. c. ſacrorum. §. ex his, vbi Cardi. Alexand. eadem diſt. Vel eam per abuſum perdiderunt, vel cum fuerit conceſſa talis poteſtas ex cauſa, ceſſante cauſa, ceſſare debuit, vt arguit dict. glo. de quibus per Anton. Roſel. in. §. poſtquam ſatis, num. 3. de poteſt. Imp. ac pap. & Hug. de offic. quatuor prælat. in quarta parte. verſi. ſed & Imperium: & addit Archid. in dict. c. Adrianus. ex mente Laurentij, non potuiſſe pontifices, transferre talem electionem in Imperatorem, abſque conſenſu Cardinalium, quorum eſt electio: & ideo exponit uerbum Eligendi,
5 ibi poſitum, ideſt, confirmandi. † Quapropter Martin. Laud. in tracta. de principibus, quæſt. 3. & quæſtio: 262. tradit etiam de conſuetudine,

electione ſummi Pontificis, hodie ſolis Cardinalibus conuenire, excluſo Imperatore & facit text. in. c. maſſana. ubi Abba. & doct. de election. qui diſponit, electionem pontificis factam per laicos, & canonicos, non ualere, etiam ſtante conſuetudine immemoriali: idem tenet etiam Bald. in margar. in uer. electio. uerſic. 6. & Abba. in. cap. licet de vitanda, column. quarta in ult. not. de elect. & Philipp. Franc. in. cap. vbi periculum. in princip. column. ſecunda. de election. in ſexto. Quod comprobatur ex ſœpe dictis, præcipue in lib. 1. cap. 1. §. tertio. verſic. Secundo. ubi Imperator iura pontificis uſurpare non debet, nec econuerſo & ex eo, quia, Imperium dependet ab ecclesia, & pontifex vtrunque gladium babet, ſaltem quo ad habitnm, ut ſupra. §. præcedenti. in ult. quæſtio. Verum in iure apertum hoc quoque ſatis conſtat inſtitntum eſſe in decreto Concilij in dict. cap. in nomine domini. 23. diſtin. Nicolaus enim. II. Pontifex, anno ſalutis. MLVIIII. ut ibi legitur: & apud Platinam in uita eiuſdem Nicolai cum varijs procellis, & iniurijs, ſedes Apoſtolica affecta fuiſſet, ut futuris calamitatibus occurreret: ſtatuit, ut obeunte vniuerſalis eccleſiæ pontifice, in primis Cardinales Epiſcopi, diligentiſsime ſimul de electione tractantes, mox Chriſti clericos Cardinales adhiberent, ſicque reliquus clerus, & populus, ad conſenſum nouæ electionis accederent, ut etiam exprimitur in. cap. 1. &. cap. ſecundo. 79. diſtin. ubi gloſſ. in uer. ſeqnentium, interpretatur clericos alios, præter Cardinales, conſentire debere, non tamen de neceſsitate nocandos: Vnde Cardin. Alexand. in dict. cap. in nomine domini. column. ſecunda, ponit clerum Roma. non debere in electione pontificis ſe interponere, niſi obedsendo, & eſt aliud. cap. concilij in dict. cap. licet de uitanda. de electio. in. cap. ubi periculum. de elect. in. 6. ubi Philip. Fran. not. de iure communi, Ius eligendi pontificem, competere ſolis Cardinalibus, etiam per text. in dict. cap. licet. & ibi per Doct. præſertim Imol. quod affirmat etiam Bald. in tract. de ſcyſmat. column. ſecunda, & Anton. de Roſel. in tract. de poteſta. Imp. ac pap. §. ſecundum. numero primo cum ſeq. & Cardin. Alexand. in dict. cap. in nomine domini, column. ſecunda: ac inquit Anton. But. column. ſecunda. & Abba. in dict. cap. licet, column. quarta, hodie ex conſnetudine, omnes Cardinales eſſe pares in tractatu, (qui præcedere debet, ut in dict. cap. in nomine, cum gloſſ.) in electione pontificis, licet aliter de iure ſit, per dict. cap. in nomine domini 1 & ubi ſupra Abba. refert quinq; iura: Quæ licet de iure poſitino ſint inducta, tñ etiam de iure Diuino, ortum habuiſſe arguit Barbat. in tractat. de præſt. Card. in. 1. q. Baſilica. 1. partis. nu. 29. quia ſicut Apoſtoli, volnerunt Petrum eſſe principē ipſorum, ita & Cardinales, conſtituunt Pontificem de eorū gremio, exemplo eorum: quod dicit a ſe nonum dictum. Sicque miniſtri Dei in hac electione uidentur recte dicti Cardinales, in tracta. de poteſt. ſecul. & eccleſi. c. 161. & uidetur comprobari poſſe dictum Barbatiæ. per. c. ſi. 79. diſt. ubi habet, electiouē Pōtificū, commiſſam fuiſſe a Deo, ſacerdotibus, reſeruata ſibi deiectione: ac ad propoſitum inquit Cardin. in clem. 2. §. fi. de electio. Electionem Papæ eſſe negocium Dei: Et figuratiue eſſe de iure diuino ſaltem, ponit Mart. Laud. in tract. de Cardin. q. 7. per doctri. Abb. in. c. ex geſtis. de cler. non reſid. Facit, quia Cardinales ſunt in loco Apoſtolorum, Chriſto aſsiſtentium, ſecundum Card. in. cap. nomine. column. 2. 23. diſtin. † At deficientibus Cardinalibus, ad patriarchas pertinere electionem, videtur dixiſſe Bald. in. l. ubi abſunt. ff. de tut. & cur. dat. ab his. quod poteſt placere: præſtantiorem enim etiam locum, ſaltem aliqui eorum, ſecundum aliquos, ſortiuntur Cardinalibus, ut ſuo loco dicemus: licet hæc opi. Bal. non ſatisfaciat Cardinali, ubi ſupra: ea ratione, quia patriarchæ non repræſentant uniuerſalem eccleſiam: ſed ſolutio poſsit fieri, attenta dignitate ſua, & non minori aliquando quam Cardinalium, ut ſupra, eos itidem non ſecus cenſendos eſſe, ac Cardinales, quando ſcilicet deficerent Cardinales: Quidam tamen dicunt, eo caſu, electionem ſpectare ad Clerum Romanum., Quidam ad concilium generale, ſecundum Ant. But. & Abb. in d. c. licet in fi. Ant. Roſel. in tract. de poteſt. Imp. ac pap. §. poſtquam. num. 8. tradit, Canoniſtas communiter tenere, propter periculum moræ congregandi concilium, clerum Roma. eligere debere pontificem. Nec hic omittendum eſt, Concilium non poſſe auferre Cardinalibus hanc facultatem eligendi pontificem, ut dicemus inf. hoc. §. q. 2. in fi. † Item memoratā electionem ad Cardinales ſpectare, tunc demum declarat Abba. d. column. 4. &. 3. quando eccleſia vacat per mortem, vel per renunciationem papæ: quando autem per diſpoſitionem factam per concilium, uel quia concilium congregatum, ſuper diſcordia, decreuit nullam eſſe electionem, ſiue nullum eſſe papam, tunc electio debet ſpectare ad totum Concilium per text. in. cap. ſi duo forte. 79. diſt. quod iam allegatum fuit in concilio Piſano. Sed tunc tamen pro illa uice, tranſtulit poteſtatem eligendi in Cardinales, ad euitandam diſcordiam. Ad declarationem tamen præmiſſorum, tradit Felin. in. cap. inquiſitionis. §. ad petitionem colum. prima de accuſat. quod quomodocunque uacet eccleſia, prælatus dicitur mortuus, ſecundū gloſſ. in uer. prædeceſſor, in fi. in cap. 1. de renunciation. in. 6. unde infert, quod fortè deciditur ex hoc, electio papæ, & ita uidetur tenere Anto. de Roſel. in tracta. de poteſ. imp. ac pap. §. poſt-
8 qnam numero. 18. † Hoc in loco Formulam, qua pontifex eligebatur, quaque poſt Alexandrum II. Ildebrandns electus eſt, ſubnotare apte poſſumus, de qua meminit Sabellicus in dicto libro tertio, Enneade noua: poſt Platinam in uita Gregorij ſeptimi, quæ illa eſt, in

hæc

eſt, in hæc uerba. Nos ſanctæ Romanæ Eccle-
ſiæ Cardinales, Clerici, Acolythi, Subdiaconi,
Præsbyteri: præſentibus Epiſcopis, Abbatibus,
multiſque tum Eccleſiaſtici, tum Laici ordi-
nis, eligimus hodie. X. Kalend. Maij, in Ba-
ſilica, Beati Petri ad vincula, anno ſalutis.
M L X X I I. in uerum Chriſti Vicarium, Il-
debrandum archidiaconum, uirum multæ do-
ctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, Iuſtitiæ,
Conſtantiæ, Religionis: Modeſtum, Sobrium,
Continentem, Domum ſuã recte gubernantem,
pauperibus Hoſpitalem, In gremio Sanctæ matris
Eccleſiæ, liberè a teneris annis, vſque ad hanc ęta
tem educatum: quem quidem ea poteſtate eccleſię
Dei præeſſe volumus, qua Petrus, Dei mandato
quondam præfuit: & ille per hæc Pontifex decla-
ratus, ſe Gregorium dixit: qui ſeptimus a primo
nuncuparetur. Vnde inter alia, in vltimis verbis
huius Formulæ, notandum eſt, Conſueuiſſe Pon-
tificem electum omiſſo ſuo maiorum ſibi aſ-
ſumpto, nomen immutare: quod a Sergio. II.
Pon. prius factum, ob turpitudinem cognomen-
ti, quia os, porci appellaretur: conſuetudine ad no
ſtros manaſſe, tradit Plati. in vita eius: non ta-
men ut ab omnibus ſit obſeruatum. De qua muta-
tione nominis oot. Doct. in prohœ. 6. eam ideo
fieri commemorantes: quia ex mutatione nomi-
nis, oſtẽdatur mutatio hominis: nõ mutatur tñ no
men Imperatoris, ut & per Abba. & Feli. in proœ
mi. Gregor. uerſic. Tertia concluſio. colum. pen.
Atque in uita Leonis. 4. notat idem Platin. anti-
quum morem fuiſſe, vt pontificis nouiter creati,
omnes qui prope aderant, pedes exoſcularen-
tur. Hic non omittamus recte fieri, ſi expleta
electione decantetur Pſalmus ille, Te deum Lau-
damus: ſi quidem in alijs electionibus, hoc obſer-
uari, aptè explicat Pet. a Biax. in directorio Ele-
ction. cap. 33. 3. partis. At quì cum in hac formu-
la, electionem talem in Baſilica San. Petri ad
9 Vincula, fuiſſe factam conſtet: † Subiungamus ea
quę ratione loci ſanxit Gregorius. X. in dict. cap.
ubi periculum. §. hoc ſacro. de elect. in. 6. com-
probata in cle. ne Romani. de electionis. ut ſi con-
tingat, Pontificem claudere diem ſuum extremũ,
in ea ciuitate in qua cum ſua curia reſidebat, Car
dinales qui ibi fuerint præſentes, abſentes decem
diebus expectare tantummodo teneantur: qui-
bus elapſis, ſiue abſentes uenerint, ſiue non, ex
tunc omnes conueniant in palatium, in quo Pon-
tifex habitabat: contenti ſinguli, ſingulis tantum
modo ſeruientibus clericis, uel laicis: illis tñ qui-
bus patens neceſsitas id ſuggerit indulgeri: duos
habere permiſſum ſit: atque in eodem palatio, il-
los omnes unum Conclaue, nullo intermedio pa-
riete, ſeu alio uelamine, inhabitare in commu-
ni, eo pacto diſpoſitum eſt, quod reſeruato libe-
ro ad ſecretam cameram aditu, ita claudatur un-
dique, ut nullus illud intrare ualeat, uel exire: &
nulli ad eoſdem Cardinales aditus pateat, uel
facultas ſecrete loquendi cum eis, nec ipſi ali
quos ad ſe uenientes admittant: niſi eos, qui de
uoluntate omnium Cardinalium, inibi præſen-
tium, pro his tantum, quæ ad electionis nego-
cium pertinent, euocarentur: & nulli fas ſit, ip-
ſis Cardinalibus, vel alicui eorum, nuncium mit-
tere, uel ſcripturam: aliter obſeruantibus, ipſo
facto, ſententiam excommunicationis incurren
tibus. Aliqua tamen feneſtra in eo conclaui di-
mittatur, per quam eiſdem Cardinalibus, ad ui-
ctum neceſſaria, commode miniſtrentur. Et dein-
10 ceps ſtatutum eſt, † ut ſi infra tres dies, poſt in-
greſſum conclaue, eccleſiæ (quod abſit) prouiſum
non fuerit, per ſpatium quinque dierum ſe-
quentium, ſingulis diebus, tam in prandio, quam
in cœna, uno ferculo ſolo ſint contenti: qui-
bus (prouiſione non facta) decurſis, ex tunc tan-
tummodo panis, uinum, & aqua, miniſtren-
tur, donec eadem prouiſio ſubſequatur. Sic ete-
nim celeriter electio talis deſideratur, ut etiam ali
bi dictum ſit, poſſe Imperatorem, ſaltem indire-
cte, per ſubtractionem eorum quæ ad uictum per
tinent, compellere Cardinales, ingredi concla-
ue, ut deueniant ad electionem Pontificis, ut ſu-
pra lib. 1. cap. 1. §. quarto. uerſic. Decimoquarto.
11 † Conclaue autem (ut obiter dicamus) etiam
ad propoſitum noſtrum, Io. And. in d. §. hoc ſa-
cro. in gloſ. in uer. conclaue, dici colligit, quod
pluribus clauibus, clauditur, uel ad quod per
plures claues itur. Verùm de conclaui, quod
ad caſum noſtrum magis alludit, mentionem fa-
cit text. in. l. 1. §. in quo conclaui. ff. de uent.
inſpic. ubi locus ſignificatur cuſtodiendi partus,
aut uentris inſpiciendi cauſa, ſi mulier ſe prægnan
tem dixerit, conſtitutus, & a cuſtodibus etiam
obſeruatus. De conclaui pariter loquitur text.
in. l. quod conclaue. ff. de dam. infec. ubi Barth.
diuinando (ut opinor) exponit locum eſſe diſco-
opertum, inter duas domos, in quodam ſolario,
ſupra terram, uel cameram bene firmatam, cum
claui: cum gloſſ. ibidem interpretetur locum
quendam in domo, uel extra domum, ſecretio-
rem, uel ad quem, non niſi per plures claues
perueniretur, quem cum alijs expoſitionibus re-
fert Barthol. Cæpol. in tracta. de ſeruitut. urb.
præd. in rubr. de clauſtro, ſeu conclaui. Apud
grammaticos uerò, conclaue dictus eſt locus
ſecretior in interioribus tectis, ubi colloquia
fieri ſolent: quod habeat unam clauem com-
munem domeſticis, & intra eum multa loca
clauſa ſint, adhærentia triclinio. Cicero con-
claue, triclinium interpretatus eſt. Licet uerò
electio in urbe, & in loco idoneo facienda ſit, ut
ſupra, ut exprimitur in dict. cap. in nomine do-
mini, uigeſimotertia, diſtin. & in dict. cap. ubi
12 periculum. † tamen ubi ob iniquorum quando-
que peruerſitatem pura fieri non poſsit, & ſic ex
cauſa, alibi celebrari poterit, ut eſt text. cum
gloſſ. in dict. cap. in nomine domini, in uer. fie-
ri: immo ut ibi abſolute Archid. concludit,
ſi alibi fiat electio, non tamen propter hoc illa eſ-

ſet nulla, aut annullanda, quia locus nõ eſt de ſubſtantia electionis, dum ſit honeſtus, non taberna, aut Lupanar, & videtur ſenſiſſe Cardin. Alexand. ibidem column. 3. &. 7. & Philip. Francus in dict. cap. ubi periculum. column. 1. His in genere expoſitis, quæ ad electionem Pontificis, quo ad eligentes, quo ad Formulam, & quo ad locum electionis, pertinent: aliqua quoque ſigillatim perquirere operęprętium erit, quæ illis conueniunt: in quibus per quæſtiones (ut arbitror) rectius procedemus.

SVMMARIVM.

1 *Electionis, triplex forma comprobata in iure reperitur.*

2 *Cardinales quomodo in conclaui includantur, pro electione Pontificis.*

3 *Cardinales in tractatu pares, eligunt vt volunt, dũ duæ partes conſentiant; quibus non poteſt per ipſos renunciari, nume. 8.*

4 *Electio pontificis, impedimentum iuris poſitiui tollit.*

5 *Electio pontificis habet tredecim ſpecialia ſecundum Abb. adduntur quinque, nu. 7. & ſeq.*

Cardinalis non expectatus tempore debito, an poſſit agere de contemptu.

6 *Electio quomodo fiat, per duos Cardinales, vel vnũ tantum, reliquis mortuis, vel abſentibus.*

Mare ſub territorio comprehenditur, ſub numero. 7.

Cardinalis an poſſit renunciare voci ſuæ, in electione papæ. ibi.

9 *Electio per inſpirationem, vel quaſi, vel alijs modis, ſcilicet per ſcrutinium, vel compromiſſum, quomodo fiat, remiſſiue etiam.*

QVAESTIO I.

Quomodo ſe habeant Cardinales, in Electione Pont. Maximi.

1 LIcet † triplex forma electionis in iure comprobata reperiatur, de qua habetur in. c. quia propter de election. ubi no. dnct. præſertim Abb. poſt Anto. But. ſcilicet Scrutinij, Cõpromiſsi, & inſpirationis diuinæ, uel quaſi inſpirationis per quas proceditur ad electionem prælatorum in eccleſijs cathedralibus, & de quibus abunde loquitur Pet. a Biaxio in tract. Direct. Electionum. c. 16. cum multis ſeq. in. 3. parte. &. c. 39. ubi ponit quando, & in quibus caſibus ſit obſeruanda forma dict. c. quia
2 propter. Nihilominus, † Cardinales, qui confeſsi, & contriti ſuſcepto ſacramento, & audita miſſa ſpiritus ſancti, ut in alijs electionibus, fieri ſolet, ſecundum Biax. ubi ſupra. c. 13. &. 14. deſcendere deberent, ex laudabili quadam obſeruantia: nõ ut ex ſubſtantia actus, ad id teneantur, vt in ſequentibus patebit: ſicut obſeruari vidi in quodam folio impreſſo, vbi inſcripta erant inſignia, & nomina Cardinalium, tunc uiuẽtium, anno. 1550. &. 1555. quique congregantur, & includuntur in conclaui, vt in præcedentibus fit mentio: prout quælibet alia electio ſubſtantialis, regulariter, & generaliter, per congregatos in vnum eſt facienda, ita ꝙ in vnum collegialiter conſentiant. c. in geneſi. de election. & tradit Abb. in d. c. quia propter. num. 12. Tertia die poſt ſepulturã defuncti. c. nullus. 2. 79. diſt. &. c. bonæ. de election. 2. procedunt inquam ad electionẽ pontificis max. ſm formã traditã in
3 d. c. licet de uitanda, de election. †, ſ. ut habito tractatu, in quo ſunt pares, ut ſ. uerſi. proximo. nu. 5. dictum eſt: eligant, vt uolunt, ſiue per ſcrutinium ſecretum, ſiue publicum, ſiue per compromiſſum, dummodo conſentiant duæ partes, quod eſt ſpeciale in papa, ut declarat Abb. ibi d. col. 4. circa fi. ibi col. 2. Ant. de Butrio, ait electionem Papæ, nõ
4 aſtringi alicui de formis dict. c. quia propter. † omne enim impedimentum iuris poſitiui, ibi ſublatũ uidetur, non naturale, aut diuinum ſecundum Abba. numero. 4. &. numero. 11. & declarat Ant. a Canario in tracta. de execut. inſt. nume. 10. qui tradit electionem Papæ, non ex toto, ſubijci iuri poſitiuo: cum in ea procedatur ſecundum merum ius naturæ, quæ etiam affirmat Anton. de Roſel. in tract. de poteſt. Imp. ac Pap. §. ſecundum unam. in princ. &. nume. 51. dum tradit eam non eſſe ſubiectam iuri poſitiuo, niſi in tribus caſibus: ſed eſſe ſubiectam iuri naturali, & diuino. Vnde quomodocunque duæ partes Cardinalium in papam conſentierint, eum recipiendo, ſiue ad oſculum, ſiue eum in cathedra ponendo, uel intronizando, uel ei obedientiam præſtando, uel quocunque modo eligendo, abſque alia forma, ꝙ talis recte electus, cenſendus eſt: & ideo ibidem Ant. Roſ. nu. 59. etiã ſignificat ualere electionem conditionalem, ſiue alternatiuam, uel incertam: ut ſi dicatur, Eligo talem, & ſi talis nõ erit, talem, uel cõſentio in talem, aut in talem: Quo circa ſm Ab. ubi ſ. in Ro. eccleſia, aliqua ſpecialia cõſtituuntur, ex quo nõ poterit ad ſuperiorem recurſus haberi,
5 quæ enumerantur tredecim numero per eũ d. col. 4. & Ant. But. ibi & Ant. Roſel. aliqua in tracta. de poteſt. Imp. ac pap. §. Secundum. nume. 12. & illa ſunt breuiter: Vt primo ex quadam inducta cõſuetudine, duo genera ſcrutatorum eligantur: uidelicet tres, qui debent ſcrutari nota omnium Cardinalium, & inde alij tres prius, qui debent ſcrutari nota iſtorum ſcrutatorum, qui tres de quolibet ordine Cardinalium eliguntur, ſcilicet unus epiſcopus, alius præsbyter, alius diaconus. Secundum ſpeciale eſt, ut quilibet Cardinalium poſsit Nominare quos & quot uult, uel per uerbum nomino, uel eligo, uel conſentio in talem, quod ſecus eſt in alijs, per not. in cap. in geneſi. de election. Tertium eſt ſpeciale, quia

quoniam non ſit in ordine nominationis; quod tamen & idem eſt in alijs prælatis. Quartum eſt in acceſſu, quia etiam publicato ſcrutinio, poſſunt Cardinales reſilire ab electo, & accedere ad electum ab alijs, ut duarum partium habeatur conſenſus; quod non fit alibi. Sicque concordia ſuperueniente, ualet electio Papæ, ſecundum Cardi. in cle. quod circa. q. 5. de electio. Quintũ eſt ut nõ liceat Cardinalibus uariare & reſilire, niſi per acceſſum ad alium: cum in alijs non liceat uariare, etiã per acceſſum. Sextum eſt, quia non fit collatio, niſi quo ad numerum: non autem meriti, quo ad meritum: nec Zeli, quo ad Zelũ, aliter tamẽ fit in alijs, cum fiat etiam collatio quo ad meritum. c. eccleſia. 2. de election. Septimũ eſt quia in iſta electione nõ admittitur aliqua exceptio contra electum a duabus partibus: ſecus in alijs. c. h. de election. in. 6. de quo alibi dicemus: Octauum eſt, ut Abſentes Cardinales expectentur per decem dies, ita quod ſi aliqui ſint adeo etiam remoti, ut non poſſint uenire, per dictos decem dies, non poſsit tamen intra illud tempus fieri electio, ſecundũ glo. in d. c. ubi periculum. in uer. decem diebus, ubi Philip. Franc. dicit etiam eos expectandos, non citandos: ſequitur Iaſ. in. l. non omnis. num. 7. ff. ſi cer. pet. & ideo illi tres dies, poſt ſepulturam. c. nullus. 79. diſt. non habent locum, ſecundum glo. in. c. ego Ludouicus. 63. diſt. Verum ſi Cardinalis dicto tempore non fuerit expectatus, non tamen poteſt agere de contemptu, ut argumentatur glo. in d. uerbo, decem diebus. quod intelligit Philip. Franc. ibi, dũmodo electio ſit facta a duabus partibus collegij, Cardinalium omnium, non autem præſentium tantum. Nonum eſt ſpeciale, quia nulla tradita ſit forma in hac electione, unde poſſunt eligere ut uolunt, ut ſupra, per ſcrutinium ſecretum, uel publicum, uel per compromiſſum (cui tamen unus ſolus poteſt reſiſtere, ne præiudicetur iuri ſuo) dum tñ conſentiãt duæ partes: Et ſi procedit ꝑ ſcrutiniũ, licet alias uota ſingulariter ſint inquirenda, d. c. qa pp. de electio. ubi doct. & ꝑ Pet. a Biax. in d. tract. Directorium electionum. c. 26. 3. partis num. 1. tamen opinor hoc non eſſe in caſu noſtro neceſſarium, ex quo ius poſitiuũ remittitur, ut ſupra. Decimum eſt, quia electio Papæ, non requirit aliud adminiculum, cum electiones aliorum prelatorum, confirmatione egeant. Vndecimum eſt, quia requiruntur duæ partes collegij in electione autem aliorũ, ſufficit maior pars.
6 d. c. licet. Hic tamen notandum eſt, † ut ſi omnes Cardinales ſint mortui, uel e conclaui receſſerint, preter duos: unus poſsit eligere alterũ, dum alius cõſentiat electioni ſuę: Si uero unus ſolus remãſit, ille habebit electionem. c. gratum. de poſtul. prælat. non tamen ut eligat ſe ipſum. c. per noſtras. de iure pat. ſed poterit dare hanc poteſtatem alteri, & ille tanq̃ commiſſarius poterit eligere iſtũ, dummodo ceſſet fraus, & ambitio: ut hæc tradit Abb. licet Ant. Butr. ibi aliter ſentiat. in d. c. licet. in fi. de electio. quę ſequitur Philip. Franc. in d. c. ubi periculum nume. 17. cum relatis per eum, de electio. & Pet. a Biax. in tract. Direct. elect. c. 2. 1. partis. & Iaſ. in l. ſi grege, nu. 12. de leg. 1. qui loquuntur non tantũ de Cardinalibus mortuis, ſed etiam abſentibus. Computabitur autem hoc caſu uox electi, in numero duarum partium, ſecundum tamen dicta ſupra lib. 1. c. 1. §. 2. q. 4. num. 8. Duodecimum eſt, quo ad pœnas cõtentas in d. c. licet; quæ non habent locum in electionibus aliorum. Tertium decimum eſt ſpeciale ſecundum de. ne Romani. §. cœterum, de election. circa exceptionem excommunicationis, ſuſpenſionis, uel interdicti, non admittendam, contra eligentes: quæ admittitur contra alios. c. illa, de election. & ſubdit ibi Abb. alia quoque ſpecialia colligi poſſe ex tex. d. c. ubi periculum, de election. in. 6. & d. cle. ne Romani. eo. ti. quæ illa uidentur (ut arbitror.)
7 † ut. Quartum decimum ſpeciale fit ratione loci, cum Cardinales in conclaui, ita claudantur undique: ut nullus illud intrare ualeat. uel exire. d. c. ubi periculum. §. 1. & dictum eſt ſupra uerſic. præcedenti. num. 9. ac in alijs electionibus aliud eſt: nam fiunt in capitulo, in choro, & in eccleſia, & alibi in quocunque loco honeſto, ut declarat Hoſtien. in ſumma de election. §. ubi fieri debet: Sed ratione loci hic quoque illud ſubnotandum erit, ut ſi Põtifex moriatur extra ciuitatem, in qua erat cum ſua curia reſidens, tenẽãtur Cardinales in ciuitate, in cuius territorio perijt, conuenire: niſi ſit interdicta, uel rebellis, & tunc in alia uiciniori, & ad electionem peruenire, prout ſupra, & infra exprimitur. d. c. ubi periculum. §. porro. ubi Philip. Fran. & d. cle. ne Romani. §. ſane. de election. declarando tamen ut ibi: Sed nihilominus ualere electionem in loco tali, & interdicto, concludit Io. And. in d. §. porro, quia nulla exceptio admittitur, & Card. Alex. in. c. in nomine domini. col. 5. 23. diſt. & Ant. Roſel. in. d. §. ſecundum. num. 57. & dixi ſupra uerſic. prox. in fi. locum non eſſe de ſubſtantia: Si uero Pontifex obierit in mari, idem etiam arguendum ſit, ſecundum glo. in d. §. porro, quia mare, ſub illius territorio comprehenditur, idem ſentiente Philip. Fran. ibi: & per Barr. Cep. in tract. de ſeruit. ruſtic. tit. de mari, num. 18. poſt Ang. in. l. ſane. ff. de iniur. declara tamen ut ſupra. Quintum decimum eſt, ut nulli ad eos Cardinales pateat aditus, uel facultas ſecrete loquẽdi cum eis, nec ipſi aliquos ad ſe uenientes admittant: niſi uolentibus Cardinalibus: pro his tñ, q̃ ad electionis negociũ ꝑtinent, nec fas ſit ipſis Cardinalibus nuncium mittere, uel ſcripturam: aliter obſeruantibus, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurentibus, ut in eo. c. ubi periculum. §. 1. ubi Philip. Fran. & ſupra diximus. Sextumdecimum eſt: quia Cardinalibus eo pacto incluſis, differrẽtibus electionem Pontificis, diminuitur cibus: & quinque diebus elapſis, panis, uinum, & aqua tantum, ſubminiſtratur: donec prouiſio electionis ſubſequatur, ut ubi ſupra: quæ non uendicant ſibi locum in alijs electionibus, ut per Hoſtien. in d.

ſum. §.

ſum.§.ſi.in qnibus quoque alijs , ex cauſa electio
poteſt differri. c.bene nouit.cum gloſ.61.diſt.ubi
Cardin. Alex.Decimum ſeptimum eſt, quia Car-
dinalis abſens,uel recedens ex iuſta cauſa, non po
teſt uocem ſuá: alteri Cardinali committere cum
ſecus ſit in alijs electionibus. c. ſi quis iuſto.de ele
ction.& hæc affirmat Philip.Fran.in d. c.ubi peri-
culum.§.ſane. per illum tex. ex quo infert ualere
renunciationem, quam expreſſe faceret Cardina-
lis,uoci ſuæ,pręſentibus Cardinalibus: Cõtrarium
tamen, quod non ualeat renunciatio , tenuit Ho.
ſtien.& Io. And.relati per Marti.Laud in.2.tract.
de card.q.37. cum quibus ipſe tranſit: Sed Fran-
cus prędicta declarat,ut renunciatio ualeat,etiam
non ſubſiſtente cauſa infirmitatis: & etiam pœni-
tere non poſsit , quando Cardinalis de conclaui
exit,uel quãdu non intrat, quia tunc amplius non
admittitur : alias ſi ſtaret in conclaui , uel debito
tempore intrat, poſſet indiſtincte pœnitere, quia
pacta,conuentiones,& iuramenta non ualent , ut
in eo tex. Decimũ octauum ſpeciale uidetur eſſe,
quia Cardinales de alio negociu non debent ſe
intromittere,niſi ex urgenti neceſsitate,uel immi-
nente grandi periculo, cui præſentibus Cardina-
libus perſpicue occurrendum uideretur.ut in d.c.
ubi periculum. t .uerſic.idem quoque: quæ in alijs
electionibus, non hábentur: ſi pęnæ per Hoſtien.
poſitę in d.§.ſi.inſpiciantur. Verum quia hic iam
dictum eſt,Cardinales,poſſe ut uolunt,procedere
ad electionem: dum duæ partes conſentiant , ſe-
cundum formam traditam in d.c.licet de uitan-
da:animaduertendum eſt, quod Ant. But.in d.c.
licet.commemorat,Cardinales hodie non ſeruare
formam d.c.licet : quod uidetur contrarium prę-
dictis; in quibus dictum eſt,duas partes conſentire
debere:nam declarandum opinor ſecundum glo.
per eundem allegatam ibi in.§. ſi cui , in uer.præ-
ter de election.in Sexto: quæ in hæc uerba loqui-
tur ; Cardinales nec arctãtur, nec de facto ſeruant
formas: ſed ſufficit, ſi duæ partes conſentiant : ut
de alijs formis, quam de duabus partibus con-
ſentientibus , dictum Anto. But. intelligamus.
Quod comprobatur per ea quæ magiſtraliter do-
cet Hoſtien. in ea ſumma de electiou. §. qualiter.
8 uerſic.& nota,† affirmans Cardinales non poſſe
renũciare,uel in totum infringere, quin d.c.licet.
habeat locum,in eo quod a duabus partibus,Pon-
tificem eſſe eligendum diſponit:quia hoc pro bo-
no publico, introductum eſt ; cui renunciari non
poteſt.c.ſi diligenti. de for.comp. nec per inferio
rem infringi,etiam ſi concilium concordaret.arg.
c.ſignificaſti.eo.tit.de electio: quæ(circunſcripta
conſuetudine)credo ueriora : quia ſolius princi-
pis eſt condere, uel legem tollere , ut diximus ſu-
pra lib.1.c.1.§.4.uerſic. ſecundo & Tertiu. Facit
quia ſede Papali uacante, iuriſdictio non eſt pę-
nes collegium Cardinalium , & per conſequens,
nec ius condendi legem , ut per Barbat. in appoſ.
ad Bar.in.l.ubi abſunt.ff. de tut. & cu. reprobata
opin.Bar. ibi, per tex.in.c.ut animarum.de conſt.
in.6.& per alia. Vnum tamen ad propoſitum no-
ſtrum non omitto tactum ab Hoſtienſe, in d.uerſ.
& nota , quod mihi non uidetur eſſe uerum , dum
tradit,neutram dictarum formarum, iam per eum
ibi declaratarum , ſcilicet uel ſcrutinij, uel com-
promiſsi,uel inſpirationis diuinæ , uendicare ſibi
locum in electione ſummi Pontificis. Nam hoc re
fragatur proxime dictis , cum Cardinales quo-
cũque modo procedere poſsint,in electione:dum
duę partes cõſentiant, ut ſupra: ut & ipſe Hoſtien.
in ſequentibus ſe ipſum declarare uidetur, ideo
inquit Card. in d. cle.2.q.7. de election. Papam
per inſpirationem eligi poſſe , etiam intra decem
9 dies, ante ingreſſum cõclauis.† Et dr̃ fieri electio
per inſpirationem,Quando inter eligentes, nullo
ordine ſeruato, quaſi inebriati Spiritu Sancto , &
Deo auctore, eligunt : unde cõfirmatio ſuperflua
eſt: quia quę Spiritu Dei aguntur,non ſunt ſub le-
ge. Quando autem repente,aliquo tamen ordine
ſeruato , unus poſt alium, ſine aliquo interuallo,
eligunt omnes , & uno ore in unum conſentiunt,
licet de deo auctore non conſtet : cũ tamen præ-
ſumantur uti inſpirati elegiſſent,ratione concor-
dis abſque uitio Simoniæ conſpirationis: coniu-
rationis,requiſitionis,conſenſus, extra capitulum
habiti ante electionem: tũc dicitur fieri,per quaſi
inſpirationem, ut ponit Specul.in tit. de election.
per totum,& Oldrad.conſ.155.& late Pet.a Biax.
in d.tract.Direct.electionum.c.16.cum ſeq.in.3.
parte; ubi d.c. 16. electionem per inſpirationem
raro;per ſcrutinium uero frequentius fieri,docet,
in.c.20. & adde etiam de prædictis Bertachin.in
tract.de epiſc.in.1.parte princip.q.48.cum ſeq.&
quomodo præmiſsis, & alijs modis fieri dicantur
electiones, declarant doct.in ſupra recitatis locis.
Facta electione,ad cõſecrationem,& Coronatio-
nem peruenitur , de quibus diximus ſupra.§.1.
uerſic.Diademate.in fine.

S V M M A R I V M.

1 *Electio Pontificis,altero ſuperſtite , fieri non poteſt,*
idem in alio prælato.

2 *Tractatus diffinitorius, in electione Pontificis pro-*
hibetur,conſultorius conceditur.

3 *Pontifex per teſtamentum , cum teſtari poßit , vel*
aliter,non poteſt ſibi eligere ſucceſſorem.

4 *Cardinales non poſſunt ſtatuere ſuper ſucceſſores*
Rom.Pontificis.

5 *Pontifex poteſt dare licentiam , vt quis ſibi eligat*
ſucceſſorem.

6 *Pontifex poteſt ſtatuere ſuper forma & electione*
ſui ſucceſſoris.

7 *Pontifex an poſſit concedere alijs , quam Cardinali-*
bus , poteſtatem eligendi Pontificem, præſertim de
eorum conſenſu.

Concilium non poteſt auferre Cardinalibus , faculta
tem eligendi Pontificem.

QVAE-

QVESTIO. II.

An viuente Pontifice, poſsit a Cardinalibus alter eligi: & an ipſe Pontifex, poſsit ſibi eligere ſucceſſorem.

CVm uacãte ſede appoſtolica, pręſertim per obitum Pontificis, ad nouam electionem ſit deueniendum, ut in ſuperioribus explicauimus; & decretum eſt in d.c. in nomine Domini. 23. diſt. & in. c. ubi periculum. §. 1. de electio. in. 6. & clē. ne Romani eo. tit. illamq́ue omnino per Cardinales abſoluendam traditum ſit, dictis iuribus. & d.c. licet de uitanda, cum alijs adductis de election. Dubitare hic apte poſſumus, an uiuente ipſo Pontifice,
1 ad alterius electionem deueniri poſsit. † Quod nullo modo fieri poſſe affirmandum eſt: quia electio talis eſt illicita, non ſolum ante mortem, ſed etiam antequam corpus mortui tradatur ſepulturæ. c. bonæ. 2. de electio. cum glo. &. c. nullus. 2. ubi Archid. & Card. Alex. qui de conſuetudine dicunt hoc non obſeruari, &. cap. ſi quis Papa. 79. diſt. & his conueniunt dicta ſupra lib. 1. c. 1. §. 1. verſic. Orbem. q. 2. nu. 2. cum ſeq. etiam per iam dicta iura. Si quidem uotum captãdæ mortis inducitur; & conuentio de ſucceſsione uiuentis, contra bonos mores prohibita, plena triſtiſsimi euentus, tractatur: hocq́ue generaliter in quolibet pręlato, oſtẽdit procedere Petrus a Biaxio in eo trac.
2 Directorium Electionum. c. 3. tertiæ partis: † Verum tñ pdicta declaranẽ, ut tractatus deliberatorius, ſeu diffinitorius, ut ſupra, omnino ſit illicitus, ante mortem Papæ, uel alterius prælati, non ſolum quando concluderent electores inter ſe, de certa perſona eligenda, ſed etiam quando ordinarentur aliqua ſpectantia ad electionem futuram, ut puta eligendo locum electionis faciendæ, & ſimilia d.c. bonę. in fi. & c. 1. 79. diſt. & idem dicendum eſt, de quolibet alio tractatu ambitioſo, conuentionali, conditionali, uel aliter inhoneſto: At tractatus conſultorius, non eſt prohibitus a iure: poteſt enim Papa cum Cardinalibus de eo tractare, etiam ſi aliquis dicat, qđ talis perſona eligenda, eſſet honeſta, & alia ſimilia. c. ſi tranſitus. 79. diſt. ubi glo. & doct. pręſertim Archid. & Cardin. Alex. &. c. apoſtolica. §. his omnibus. 8. q. 1. & doct. in d.c. bonæ. 2. ubi inter alios Abb. num. 12. de electio. & Pet. a Biax. ubi ſupra, & tetigi in d. q. 2.
5 † Quo circa ex proxime dictis, & alijs præcedentibus: recte infertur, non poſſe Papam per teſtamentum, uel aliter (licet alioquin teſtamentum facere & mutare poſsit, glo. in. l. cum hæredes. ubi Bal. C. qui teſt. fac. poſ. & per Mart. Laud. in tract. de princi. q. 13.) ſibi eligere ſucceſſorẽ, ut aliquando dictum eſt, ſed præſertim in prin. huius. §. nu. 3. & tradit glo. ubi doct. in d.c. ſi tranſitus; & eſt tex. in. c. epiſcopo. 1. &. 2. & d.c. apoſtolica. §. his omnibus, cum glo. 8. q. 1. quæ ibi eam aſsignat rationem: quia eſſet immutare ſtatũ eccleſiæ. c. quę ad perpetuum. 25. q. 1. & quia ipſe Pontifex ſtatutum faceret in id tempus, in quo nõ eſt futurus iudex. l. eum qui. ff. de iuriſd. om. iud. & hanc rationem uidetur approbare Abb. in rub. de teſta. num. 2. & alibi, quem ſequitur Mart. Laud. in trac. ſuprad. q. 66. & Io. de ſelua in tract. de iureiur. in. 4. parte nu. 41. Sed & illa ratio aſsignatur, quæ efficax eſt in d. §. his omnibus, ut hoc prohibitum ſit: quia officium non vitæ, ſed ſanguini cæptum ſit deferri; atque ad epiſcopatum, tales quiſquis ſibi ſucceſſores quærere cœpit, qui vel odioſi populis, uel a plebe docendi inueniuntur: quamuis Beat. Petrus ſibi ſucceſſorem quæſiuiſſe arguatur in eo tex. quod declarauimus tamen ſupra in prin. huius. §. nu. 3. & hanc concluſionem per dictas rationes reſpondendo ad multa argumenta contraria, confirmat etiam Ant. de Roſel. in. §. poſtquam ſatis, num. 9. cum ſeq. in tractat. de poteſ. Imp. ac Pap. idem tenet etiam philip. Franc. in d. c. ubi periculũ. nu. 4.
4 de elect. in. 6. quia † nec Cardinales ſuper hoc ſtatuere poſſe ſubdit: & idem ſentit Martin. Laud. in tract. de princip. q. 475. & in tract. de Cardin. q.
5 39. † qui tamen addit poſſe eum dare licentiam alicui prælato, vt ſibi eligat ſucceſſorem. c. petiſti 7. q. 1. & tradit Archid. in d.c. ſi tranſitus. reddendo rationem, & alibi dicendum erit. Veruntamen hæc concluſio declaratur, ut Pontifex, licet non
6 poſsit ſibi eligere ſucceſſorem, † poſsit tamen ſtatuere ſuper forma, & electione ſui ſucceſſoris d.c. licet. ubi Abb. in. 2. not. de electio. & facit d. c. in nomine domini. 23. diſt. & d.c. ubi periculum. ubi Philip. Franc. eo. tit. num. 4. & cle. ne Romani, de election. & Bulla, ſiue Conſt. Iulij. II. de election. Rom. Pont. ſine labe ſimoniæ. & docet Ant. Roſell. in d. §. poſtquam num. 13. cum ſeq. &. §. ſecundum, nu. 14. & ibi in d. §. poſtquam, nu. 14. uide-
7 tur affirmare, † Papã poſſe concedere alijs, quam Cardinalibus poteſtatem eligendi pontificem, accedente pręſertim eorum conſenſu: de quo dubito, ex quo de iure diuino talis electio apud Cardinales conſtituta dicitur, ita ut electio tantum deo reſeruata uideatur, vt ſupra hoc. §. in prin. nu. 5. & facit quia ibi. nu. 18. concludit etiam concilium non poſſe auferre Cardinalibus facultatem eligendi Pontificem.

SVMMARIVM.

1 *Pontificibus duobus electis, a duabus partibus, an valida ſit electio, & quis eorum erit Pontifex, & num. 4. & 9.*

2 *Pontificibus duobus a duabus partibus electis, valent geſta vtriuſque.*

3 *Pontificibus duobus contendentibus de papatu, oritur ſciſma quoddam; toleratur tamen, nu. 6.*

5 *Pontificibus duobus contendentibus de papatu, valida exiſtente electione, ille remanebit, quem concilium approbauerit.*

7 *Sciſma*

7 *Sciſma aliquando inducit hæreſim.*
8 *Cantela data per Regem Aragonum, ad finiendum ſciſma.*
10 *Pontifex vnus tantum eſſe poteſt, non plures.*
Eccleſia militans, eſt diuinitus exemplata, ab eccleſia triumphanti. ibi.

QVAESTIO. III.

An duobus electis in Pontifices, a duabus partibus, valeat Electio: Et quis erit Pontifex Max.

1 QVIA contingere poteſt, † duos
eodem tempore, ſimul eadem
ſchedula in Pontifices nomina-
ri, & eligi a duabus partibus Car
dinalium: cum in numero eligẽ-
tium adſit ualiditas, ut ſupra: du
bitatur an ualeat electio duorum, & quis eorum
erit Pontifex: Ant. de Roſel. in d. tract. & eo. §. Se
cundum. circa fi. de poteſt. Imp. ac Pap. ponit hãc
quæſtionem: & breuibus concludit, neutram ele-
ctionem ualere, arg. l. duo ſunt titij. ff. de teſt. tut.
ubi ſi titius datus eſt tutor, & duo ſunt titij, pater,
& filius, is tutor erit, de quo ſentit teſtator, quod
ſi non appareat, neuter eſt tutor, quia ius non de-
ficit, ſed probatio: vnde ipſe Ant. pariter infert,
quod ex quo non appareat in quem unum conſen
ſerint Cardinales, non ualet talis electio. Sed his
contraria ſunt ea quæ dicta ſunt ſupra. lib. 1. c. 1.
§. 2. q. 4. num. 7. in duobus electis in Reges Roma-
norum, ut ſcilicet uterque adminiſtret: ſed ualidi-
tas geſtorum dependeat, a futuro euentu, & per
conſequens ab altero poſtea approbato, per ibi
2 allegata: † & in ſpecie ualere geſta per utrunque
in locis in quibus tolerantur taliter electi Ponti-
fices, affirmat Ant. Corſ. in repertorio Abb. in
uer. Papa ſi cum alio, per not. in. c. didicimus. 24
q. 1. nec uidetur repugnare: d. l. duo ſunt titij, quia
dicere poſſumus, quod non benefacit ad caſum
noſtrum: cum ibi omnino eſſet incertitudo in ele-
cto: at in caſu noſtro adſit certitudo nominato-
rum, in quos etiam conſenſum fuit: & ſic uidetur
adeſſe ius, & probatio: unde potius uidetur milita
re diſpoſito. l. 3. §. ſi duobus. ff. de adimen. lega.
ubi ſi duobus Titijs, ſeparatim legatũ ſit: legatum,
uidetur deberi, etiam ſi uni ademptum ſit, cui non
appareat ademptum: declarabit ergo euentus, cui
ſit adempta electio. Sed ulterius pro opin. Ant.
Roſel. ſcilicet electionem eſſe nullam, licet ipſe
3 non dicat, magis uidetur iurgere, † quia conten-
dentibus duobus de pontificatu exoritur ſciſma
quoddam, ſecũdum Abb. in rub. de ſciſmat. quod
uidetur inducere excommunicationẽ, ut ibidem
per eum. Excommunicatio autem inhabilitat ad
eligendum, ut notauimus ſupra lib. 1. c. 1. §. 2. uer-
ſic. Excommunicatio: quod uidetur ex eo com-
probari: quia in d. c. licet. de election. tam ille qui
ſe gerit pro Papa, qui non ſit: quam adherentes
excommunicationi ſubiacent ipſo iure, & ita ar-
guit Abb. in d. rub. de ſciſmat: & apertius hæc quę-
ſtio uidetur determinari per. c. ſi duo forte. 79.
diſt. ubi ſi contra phas, temeritate concertantium,
fuerint ordinati, nullus ex eis permittitur eſſe Pon
tifex, quia electio de duobus in diſcordia, nulla
eſt, ut ibi etiam Colligit Card. Alex. Sed nihilomi
4 nus his obſtantibus † puto itidem talem electio-
nem, non eſſe nullam: ſed per concilium genera-
le, terminandum eſſe de ualiditudine, & inualiditu
dine ambarum electionum. c. conſideramus. c. au
ditis. de election. & conſuluit Iaſ. conſ. 95. col. 4.
uol. 4. Nam licet in d. c. ſi duo. ſit inter docto. diſ-
ſidium in illius interpretatione, nihilominus ue-
rior uidetur, & magis cõprobata opinio, ibi, ideo
electionem nullã, quia certum erat, eam non ca-
nonicam, neque factam a duabus partibus: unde
noua omnino erat facienda: & tertius erat eligen-
dus, ut declarat ibi Card. Alex. poſt Bellam. re-
probando opin. Card. Flor. aliter ibi ſentientis:
ſcilicet illud. c. loqui, quando eſt incertitudo, an
aliqua electio ualeat, cum in caſu noſtro præſup-
ponatur, electionem proculdubio ualidam eſſe: &
ad interpretationem datam per Bellam. & Card.
Alex. tendunt dicta Panor. in d. c. licet col. 3. &
poſt eum Feli. in. c. ſuper his. col. 13. uerſic. Nono
5 facit de reſcrip. † dum demonſtrat, in diſcordia
duorum electorum, debere cõgregari concilium
generale: quodq́ue ille remanebit Papa, quem
Concilium approbauerit, cuius conuocatio tunc,
ut ipſe notanter ibi tradit, ad Cardinales ſpectet,
quodq́ue concilium iudex erit, ut etiam Card. in
fi. d. cap. ſi duo. dicit tenere Bellam. ibi: & tenet
etiam Pet. a Biax. in d. tract. Direct. electionum. c.
2. ſecundæ partis. de quibus tamen uide quæ dixi
ſupra in prin. huius. §. num. 7. unde concluden-
dum uidetur, tales electiones ualere, ex quo a dua-
bus partibus Cardinalium, ſunt celebratæ: & pro-
pterea ubi etiam non concederetur adminiſtratio
in utroque, nihilominus expectanda erit uel ap-
probatio, uel improbatio alterius. Nec obſtare
uidetur quod ex ſciſmate inducatur excommuni-
catio, quæ reddat inhabilitatem ad eligendum,
ſtante pręſertim diſpoſitione d. c. licet: qa reſpõde
tur quo ad diſpoſitionem d. c. licet, illam non mi-
litare in caſu noſtro, ſcilicet quando uterque eſt
electus canonice ut ſupra, cum ibi inducatur ex-
communicatio in eis, qui minorẽ numerũ, quam
duarum partium habuerint: & propterea etiã pro-
babilis error, poteſt excuſare iſtos duos electos,
quorum quilibet ad pontificatum aſpirat canoni-
ce, ut docet Abb. in d. rub. de ſciſmaticis in fi. &
6 ulterius ad obiectum ſciſmatis dicimus † quod in
Pontificibus taliter electis, non cadit ſciſma; uel ſi
cadit, toleratur ſecũdum Abb. ibi per glo. in prin.
24. q. 1. & in. c. didicimus, ea. q. Hinc eſt quod di-
citur, eum qui habet ſe pro Papa, ſimul cum ad-
hęrentibus, non eſſe hæreticum, contendentibus
duobus electis de Papatu: ut celebratur glo. ſing.
in uer. qui uero. 24. q. 1. p Panor. in. c. quia diligẽ-
tia col. 2. de electio. & in. c. at ſi clerici. de iudic.

quem ſequitur Pet.a Biax.in d.trac.directo. elect.
7 c.2.ſecundę partis:† cum aliquando tamen ex ſci-
ſmate,inducatur hæreſis,ut per Abb. in d. rub. de
ſciſmat.& p Bernar.Diaz in ſua practi.cau.crim.
in uer. Sciſmatici.& late per Ant. Roſ. in d. tract.
§.hic tria, nu.22. Quo circa ſciſmata aliqua fuiſ-
ſe ſopita in concilijs conuocatis, per aliqua exem
pla,commemorat Card.Alex.in d.c.ſi duo.col.2.
8 & ulterius ibi addit Cautelam†ad finiendum ſciſ-
ma, datam per Regem Aragonum; quam tamen
non bene in iure defendi poſſe oſtendit: ut credo
uerum, niſi expreſſa apparente renunciatione, ut
dicemus inf.q.6. num.15. cum Cardinales nihil
ſtatuere poſſe ſuper electione Pontificis, dictum
ſit ſupra.q.1.num.8.&.q.2. num.4. Cautela uero
illa eſt, ut per uiam prouiſionis, Cardinales pro-
uideāt de altero electorum,tollendo uerſutias al-
terius,ita ut talis prouiſio habeat uim renunciatio
nis ſpontaneæ,& legitimæ: ut quo ad eum, ſedes
apoſtolica cenſeatur uacare: & etiam renunciet,
ut alter electus plenum ius de nouo acquirat & c.
9 † Porro aſſumptum iſtud,ut electio duorum ſit ua
lida,ſed altera probāda,uel improbanda per Con
cilium ut ſupra, declaratur,ut non procedat, ſed
caſſanda ſit, ſi timetur ſcandalum futurum in ec-
cleſia,ut interpretatur Card.Alex. in d.cap.ſi duo.
in.1.not. & col.h. poſt glo.in.c.ſi forte. 63. diſt.
nam ratione ſcandali euitandi, multa concedun-
tur,quæ alias non concederentur,ut per plura tra-
dit Barbat.in tract.de præſt.Card.in.1.q.1.partis
Baſilica num.37. quod uſque adeo procedere af-
firmat,ut alter electus, etiam inuitus renunciare
cogendus ſit Papatui, per no.per Innoc.in ſim.in.
c.niſi cum pridem. de renunciat.& ita declarari
poſſe dicta per Rom. conſ.123.ad hoc propoſi-
tum,ibi tradit:ex quibus Cautela illa Regis Ara-
10 gonum,uidetur aliquo modo ſuſtineri poſſe.† Ex
uentilatis in hac. q. ſatis apte inferre poſſumus,
unum tantum eſſe eligendum in Pontificem: cum
unus tantum Pontifex, & non duo, uel plures eſſe
poſſint: ſicut eſt unus Deus. Eccleſia enim mili-
tans, eſt diuinitus exemplata, ab eccleſia trium-
phanti: ut per Abb.in.c.2.de cle.non reſid.& Fel.
in rub.de conſtit. col.1.& eſt memorabilis glo. in
cle. fi.in uer.eccleſiæ.de hæretic.quam commen-
dat Martin. Laud. in tract. de princip. q.512. ubi
ad propoſitum.q.189.etiam tradit, Papam non
poſſe ſibi eligere, uel facere æqualem, per doctri.
Bal. in prohœm. feud. &.q.18. ait, ponere duos
uicarios, generalis poteſtatis in terris, hæreticum
eſſe: factū nanq; eſt unum ouile, & unus paſtor.
c.fin. de Baptis. cui de neceſſitate ſalutis eſt obe
diendum, & ita credendum, ſm dicta glo. ibi, per
tex. præſertim in extrauagan. Bonifacij, Vnam
Sanctam Catholicam: idē tenet glo.in.c.nō autē.
7.q.1.& Abb.in.c.quoniam.in fi. de offic.ordin.
& latius explicat Petrus a mōte in ſua monarchia
concil.in prin.num.5.qui aliter ſentientem errare
contra illum articulum fidei, Vnam Sanctam Ca-
tholicam,proponit: & per Ant.Roſel.in tract. de
concil.in rub. Auctoritatē conuocandi concilium
num.10.& ſeq.& faciunt dicta ſupra lib.1.c.1.§.1.
uerſ.Orbem.q.1.quod unus tantū ſit Imperator.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex an eligendus e cætu Cardinalium, quod videtur Conſtitutum nume.2.& conſuetudine receptum num.3.& potius epiſcopus, quam præsbyter, & præsbyter, quam Diaconus.*
Petrus Apoſtolus habebat uxorem.
4 *Conſtantinus laicus, electus in Pontificem, deijcitur, iam per annum Pontifex.*
5 *Monachi, Archidiaconi, & præsbyteri, poterant alias eligi in Pontifices.*
6 *Electio, quo ad electum, ſubijcitur non ſolum iuri poſitiuo, ſed etiam diuino.*
7 *Dignus ſemper aliquis præſumitur in eccleſia: & non creditur in ea, non dignum reperiri.*
8 *Electus habet præſumptionem pro ſe.*
9 *Hæreticus, Femina, Infans, Furioſus, non poteſt ad Pontificatum promoueri.*
10 *Mulier, Ioannes nomine, Pontificatum adepta eſt.*
11 *Pontifex qualis eligendus, vel moribus, vel ætate, vel ſcientia &c.*
12 *Pontifex maiori ſcientia præditus eſſe debet, cunctis alijs.*
13 *Pontificis electi conſenſus, debet interuenire; & qualiter, ante, vel poſt electionem*
Eligendus non recte petit ſe eligi.
14 *Electus, ſi dignum ſe putat, recuſando mortaliter peccat.*
15 *Electus ad officium publicum, an cogatur illud ſuſcipere.*

QVAESTIO IIII.

Quis, & Qualis eligendus ſit in Pontificem Max.

EXPLICATIS pluribus, quæ
ad eligentes, ad eligendi for-
mam, & ad locum electionis,
pertinent: ea quoq; quæ ad ele-
ctum conueniant, ſubijcere re-
cte poſſumus. Illudque impri-
1 mis occurrit,† An pontifex eligēdus ſit e Cætu,&
ordine Cardinalium: Abb.in d.c.licet.col.2.&.6.
de electio. poſt Ant. But.col.pen. quem ſequitur
Martin.Laud. in tract. de Cardin. q.65.& Anto.
Roſ. in tract. de poteſ. Imp. ac Pap.§. ſecundum
nu.56. uidetur innuere, qđ ex quo ibi tolluntur
omnia impedimenta, iuris poſitiui, non poterit
opponi, electum ipſum eſſe laicum: quia & Petrus
quando conſtitutus fuit Pontifex, erat Laicus, &
habebat uxorem: quod tamen declara, ut infr.c.5.
§.3. num.12. & grçci prçsbyteri habent uxorem,
ibi quoque innuit, uxoratum electum in Pontifi-
cem, non ab hoc eſſe repellendum, & idem ſentit
in.c.Ioannes, de regular. num.7. immo eum eſſe
aſtrictum, reddere debitum uxori: affirmat; atque
inſu-

inſuper monachum, in pontificem eligi poſſe ar-
guit. Porro in.c.in nomine domini. 23. diſt.ſan-
citum eſt, ut Pontifex eligatur, de ipſius eccleſiæ
gremio, ſi reperietur idoneus: uel ſi de ipſa non
inuenitur, ex alia ſumatur: quod not. ibi Card. col.
2 † 3. Atqui in.c.oportebat.&. c.nullus, & alijs duo
bus.c.ſequentibus.79.diſt. conſtitutum eſt, a Ste-
phano. III. Pontifice (de quo in uita huius memi-
nit Palatin.) ut in apoſtolatus culmen, unus de
Cardinalibus presbyteris, aut Diaconis, conſe-
craretur; quodque nullus unquam laicorum, neq;
ex alio ordine, præſumat, niſi per diſtinctos gra-
dus aſcendens, diaconus aut presbyter factus Car
dinalis, ad ſacram Pontificatus ordinem promo-
ueri; ſub anathematis pœna, aliter Pontificatum
inuadentibus, & fauentibus, infligenda, & in d.c.
oportebat. arguit Card. Alex. potius eligendum
Epiſcopum Cardinalem, quam Presbyterum: &
Presbyterum, quam Diaconum, ubi quis ſit ido-
neus: & tradit glo. ibi in cap. ſi quis ex Epiſcopis.
Hæcque ideo inſtituta, recenſet Platin. ob impu-
dentiam Conſtantini: qui laicus Pontificatum,
inuadere conatus erat exemplo Sergij, Rauenna-
tum Archiepiſcopi: tūc Laici, & Stephani Epiſco-
pi Neapolitanorum, & prędicta uidetur amplecti
Barb. in tract. de pręſt. Card. in. 1. q. Baſilica. pri-
mæ partis num. 38. dum tradit, Papam eſſe eligen-
dum, de numero Cardinalium. Verum eſt quód
Archid. in d.c. nullus, & Card. Alex. in d.c. opor-
tebat; addunt, nullum eligendum in Papam, niſi ſit
Cardinalis: dummodo inter eos idoneus inueniaｔ
tur: atque nō ita hoc eſſe de neceſſitate, ut electio
de extraneo facta, & de eo, qui non ſit Cardinalis,
non ualeat: & cum his uidet̄ tranſire Philip. Franc.
in. c. ubi periculum. §. præterea. de elect. in. 6. Qua
propter ex memoratis, ſatis ambigua redditur
hæc quęſtio: Sed nihilominus ego arbitror, uerio-
3 rem in iure eſſe opinionem † ut nullus, quam e
Cardinalium gremio, in Pontificem eligendus ſit:
hocque etiam conſuetudine, receptum eſſe puto,
ſi diſpoſitio d.c. oportebat. &. c. nullus, cum ſeq. &
dicta Platinæ, recentius inducta, inſpiciamus: nam
præciſe hoc ſancitum eſt, ſub cenſura anathema-
4 tis. Atque inſuper † ille Conſtantinus, ea de cauſa
turpiter, e ſede apoſtolica deijcitur, cum per an-
num, munera Pontificatus obſtinate exerauiſſet,
in locumque eius, Stephanus ipſe tertius ſuffici-
tur: & hic illud quod in alijs electionibus dicitur,
ſuccedit: ut electio de certo gremio facienda, ali-
ter facta non ualeat, ut diximus ſupra lib. 1. c. 1. §.
2. q. 3. num. 6. Nec obſtat opinio Abb. & aliorum,
qui eum ſequuntur, quia ubi iure probetur Lai-
cum, uel uxoratum potuiſſe eligi, id forſan conce-
dendum eſſet, in primitiua eccleſia, & ſecundum
uetuſtiores canones, quibus derogatum fuit per
d.c. oportebat, prout etiam derogatum fuit in mo
5 nachis † qui licet antiquitus, & ſimiliter Archi-
diaconi, & presbyteri, eligi poterāt, ut etiam ſœpe
refert Plat: tamen aliter hodie conſtitutum eſt:
Non etiam obſtat (quod uehementius uidetur ur-
gere) illa ratio Abb. ut omnia impedimenta iuris
poſitiui, ſublata dicenda ſint, in electione Ponti-
ficis Max. ut etiam diximus ſupra hoc. §. q. 1. num.
4. nā arguere poſſumus qđ ſicut in. c. licet, de ele-
ction. obſeruatur, ut duæ partes Cardinalium om
nino in electione conuenire debeant: ita obſer-
uandum erit, ut nullus quam Cardinalis eligi poſ-
ſit, per diſpoſitionem d.c. oportebat. cum ſeq. in
quo æque fulminatur pęna anathematis. Iſta enim
pariter uidetur qualitas, ſuper qua ius ſe fundat,
prout loquitur Abb. in dictis duabus partibus in
6 d.c. licet. col. 5. Rurſus dicere poſſumus † non ſu-
bijci tantum electionem iuri poſitiuo, ſed etiam
iuri diuino, cum CHRISTVS PETRO, uti
Appoſtolo, tradiderit Claues Regni cœlorum, ut
ſępe dictum eſt: & ut par erat, ſucceſſores Petri, lo
co Appoſtorum ſubrogandi erāt, & tanquā Appo
ſtoli ad Pontificatum uocandi, prout eos, ueluti
Appoſtolos, eligere Pōtificem diximus ſupra hoc.
§. in prin. num. 5. qua re ius diuinum, hoc caſu erit
obſeruandum: nec licebit recedere. Non obſtabit
etiam ſi dicabitur opinionem contrariam: ſaltem
habere locum ubi inter Cardinales, idoneus non
7 inueniatur: nam fit ſolutio † quod ſemper quis
præſumitur dignus in eccleſia: & non creditur in
ea non dignum reperiri poſſe. c. nullus. cum glo.
&. c. obitum. 61. diſt. ubi no. Card. Alex. & propte
8 rea procedendum erit ad electionem, † & pro ele
cto tanto magis præſumetur, ut generaliter tradit
Alciat. in tract. de præſumptio. reg. 3. præſump.
19: ubi ponit, quando electus inſufficiens poſſit
remoueri; cum tamen in Papa, id non procedat
per not. in. c. 1. in uer. inſufficientem. de renūciat.
lib. 6. & dictum eſt ſupra hoc. §. q. 1. num. 5. Poteſt
tamen ex quacunque natione, talis electio fieri:
quia Domini eſt terra, & plenitudo eius, ut per
Bal. in tractat. de ſciſmate. in prin. num. 29. Con-
9 ſtabit proinde ex præmiſſis multomagis, † Hære-
ticum (de quo tamen dicemus inf. q. prox). Fœmi-
nam, Infantem Furioſum, & ſimiles, ad Pontifica-
rum non eſſe promouendos, ut colligit Abb. & in
d.c. licet. col. 5. de electio. & in muliere adducit
tex. in. c. nona. de pœnit. & remiſ. & Ant. Roſel. in
tract. de poteſt. Imp. ac Pap. §. ſecundum num. 52.
Adepta tamen eſt Pontificatum (ut hic obiter ſu-
bijciam, id quod eſt admiratione dignum) poſt
10 Leonem quartum, Fęmina ſexum mentita, † Ioan
nes ſept. appellata, quæ illud ſceleri addidit ſcęlus,
ut à ſeruo compreſſa, cum aliquandiu occulte uen
trem tuliſſet, tandem dum ad Lateranenſem Baſi-
licam proficiſceretur, inter theatrum (quod Co-
loſſeum uocant, a Neronis Coloſſo) & Sanctum
Clementē, doloribus circumuenta, peperit: eoq;
loci mortua, pontificatus ſui anno ſecundo, men-
ſe uno, diebus quatuor, ſine ullo honore ſepelitur,
ut refert Platina in uita illius, & M. Anto. Sabel. in
noua Enneade. lib. 1. Qualis quoque ſit eligendus
Pontifex Max. cum hoc proximis conuenire di-
cendum ſit, ultra ea quæ dicta ſunt de Imperato-
re: quæ æque conſiderari poſſunt in pont. ut in
prin

prin.huius.§.expoſuimus.Accedere poſſunt in ar-
gumentũ, illa quæ de electionibus ſimpliciter ſan
11 cita reperiuntur:† vt ſcilicet tempore electionis,
grauitate morũ,ætate,ſcientia,& ordine,idoneus,
&ſufficiens eligatur: & ſm ea, quæ exprimuntur
abunde in.c.qui epiſcopum.23.diſt.&.c. obeunti-
bus.63.diſt.c.cum in cunctis.&.c.dudũ. ubi Abb.
col.2.nu.8.de electio. & per Pet.a Biax. latius in.
d. tract.direct.elect.c.1.2.partis, ubi pdicta,&alia
plura enumerat,quæ apertius demonſtrãtur obſer
uanda,in Formula eligendi Pontificem, de qua fe
cimus mentionem ſ. hoc.§.nu.8.in prin.& ita hęc
electio neceſſaria fieri dẽt, vt vtilis vniuerſo orbi
cẽſeatur.c.ubi periculum.§.cęterum.de elect.in.6.
& per Bal.in tracta. de ſciſmat.in princ.nu.24. At
qui ſi pariter alia in iure inſtituta, quæ ad electio-
nem pertineant, trahere poſſumus in argumenta,
meliorem vtique, & in omnibus præſtantiorem,
eligendum eſſe in pontificem, arbitrabimur:& qui
doctior,& ſanctior habeatur. cap.metropolitano.
63.diſt.& elegantius.cap.licet ergo. 8. q.1.& tra-
dit glo.in.c.cum inter.in ver. aliam. de electio. &
in. 6. fi.cum tex.de offic. cuſtod.ubi not.Abba.&
not.Philip.Franc.in.c.ſi duo procuratores.§.ſane
de procurato.in.6.ſemper magis idoneum eſſe eli
gendum.Si tamen alius eligatur, licet non ſit me-
lior, dum ſit ſufficiens: ſat erit, quia conueniens
ſcientia,ſufficit in prælato, ut ibi in dict.cap.fi.per
glo. & Abb.per.c.niſi cum pridem. de renunciat.
&.c.cum nobis olim.de electio. Proinde ſcriptum
eſt in.c.2.40.diſt.aut clarus ad hæc faſtigia ponti-
fex erigitur, aut qui erigitur,illuſtratur,& clarus ef
ficitur, ſic inquit Bart. in. l. Barbarius.col. 2.ff.de
offi. præt. Papatus aut ſanctum facit, aut ſanctum
recipit.Abbas tamen poſt Innoc. in dict.cap. cum
in cunctis. ea col. 2. & Bertach. in tract. de epiſc.
lib.2.num.84.differit,quæ ſcientia requiratur tam
in epiſcopo,quam in alijs:ponendo ſcientiam emi
nentem,mediocrem,& ſufficientem. Et hic nota,
eminentem ſcientiam dici,illius, qui ſine reuolu-
tione chartarum,ſcit reſpõdere,ut ex Innocen. tra
dit Felin.in.cap.per tuas.1.de ſimon.atque ad pro
12 poſitum noſtrum,† Pontificem maiori ſcientia
præditum debere eſſe cunctis alijs, tradit, quia is
ſit, qui præeſt Curiæ totius Chriſtianitatis. His
conueniunt quæ latius ſcripſimus ſupra lib.1.cap.
2.§.2.nu.5.&.ſeq.Sed hic repeto ea,quæ ſcite ſcri
pta reliquit Flau.Vegetius, de re milit. in princ.
Nullum magis decere, vel meliora ſcire, vel plu-
ra,quam Principem,cuius doctrina, omnibus põt
prodeſſe ſubiectis.Quocirca, electio diuina cenſe
ri poſsit,& præcepta Dei,& ſpiritus ſanctus,in ele-
cto eſſe,vt dictum eſt ſupra lib 1.cap. 1. §. ſecun-
do in prin.nume. 9. Quicquid ſit,tamen hic repe-
tere poſſumus, vt vbi deſinit memorata in pontifi
ce, non admittatur aliqua eorum exceptio, con
tra electum a duabus partibus, cum in alijs ſecus
ſit, ut ſupra hoc.§.quæſtio.1.numero.5.Nam ua-
let electio, licet non ſit idoneus electus, ut no. in.
cap. in nomine domini.ubi Cardin. Alexand.col.
6.in glo.in uer.gremio,diſtinct.23.qui tamen pec
care Cardinales eligentes:commemorat unde pro
pter inſufficientiam,non deponitur, ut inf.q.6.nu
mero. 20. Suppoſita undique habilitate ele-
cti pontificis,ut & e grege Cardinalium,& pręſtan
tior ad pontificatum promotus ſit,ut in præceden
13 tibus dictum eſt:† Conſenſus poſtremo electi in-
teruenire debet, ut habetur per Abb. in. cap.cum
poſt.col.1.&. 2. de election. per Anton. Roſel in
tract. de poteſt. Imp. ac pap. §. nunc tertiam, nu-
me.28. & ſeq.qui inquit eum electum non eſſe pa-
pam, antequam conſentiat. Qualiter autem con-
ſenſus ipſius electi accedere debeat, ponit Abbas
ibi poſt glo.& tex.in.cap.in ſcripturis.8.q.1. & In
nocen.in. cap.cum in iure. de election. ut ſi con-
ſenſus requiratur ante electionem, non debeat cõ
ſentire, quia electio eſſet ambitioſa dict. cap. cum
poſt. ſed debet dicere Nolo, uel rogo, quod me
non eligatis: uel prudentius reſpondere per illa
uerba, Non intendo Dei uocationi reſiſtere: ſic-
que indirecte, declarare uoluntatem ſuam. Adde
propterea Ariſtot.Politic.lib.2.c.7.qui tradit,Eli-
gendum, non recte petere ſe eligi, id enim Am-
bitioſum eſt:Quod doctor quidam, collega meus
In petitione Senatoriæ dignitatis, imprudenter ex
petens,reprehẽſus eſt: utile namque eſt quandoq;
requirere uoluntatem eligendi ante electionem:
ne ſi contingat electum poſtea renuere, uilipen-
datur dignitas, & differatur prouiſio eccleſiæ. Si
autem requiratur conſenſus poſt electionem, po-
teſt electus reſpondere,Nolens uolo,uolens nolo,
uel quodque honeſtum eſt, poteſt non ſtatim con
ſentire, ſed aliquantulum reſiſtere, ne notetur
ambitione: licet non damnetur quiſpiam, ſi ſta-
tim conſentiat: ſi forte dubitat, ne aliquis perni-
cioſus ſe ingerat,vnde dicat,Charitas me cogit ad
conſentiendum, argu.cap.ſciendum. &. cap. qui
epiſcopatum. 8.q.1.& hæc fere de uerbo, ad uer-
bum, refert & ſequitur Pet. a Biax. in dict. tra-
cta. Direct. electio. cap.42. tertiæ partis, nume-
ro ſexto, & ſeq.addens ibi,gratiarum actionem, &
Deo, & Electoribus habendam. † Vbi autem ele-
ctus electioni ſuæ non conſentiat, ſi ſentiat ſe
dignum: recuſando, mortaliter peccat; gloſ. eſt
in dict. cap.in ſcripturis. in uer. minime. & tradit
Archid.Ioan.And.& Philip. Franc. in. cap. ſi ele-
ctio.de election. in ſexto.& Pet. a Biax. ubi ſupra
nume. 9. Quod tamen uerum eſt eum peccare,
ut ipſi atteſtantur, ſi alius deeſt. Petrus ta
15 men dicit tale peccatum, iamdiu abijſſe. † An au
tem electus ad aliquod officium publicum, cogat
illud ſuſcipere, niſi adſit iuſta excuſatio, uide per
doct. in. l.hi qui ad ciuilia.C.de appellatio. & per
Innocen. in cap.1.de his quæ fi. a maio.par. cap.
& per Imo.in.l.dotem.ff.ſolut. mat.Et inquit Ari
ſtot.Politicor.lib.2.cap.7.uolentem,& nolentem
eligendum,ſi dignus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Pontifici eligendo obſtant exceptiones de iure naturali, & diuino, ibi, quæ ſint: Item aliquæ quæ ſunt de iure ciuili: Item quæ crimino ſæ ſunt.*

2 *Cardinalibus eligentibus pontificem, non obſtant exceptiones hæreſis, excommunicationis, & aliæ ſimiles criminoſæ.*

3 *Pontifici electo nulla exceptio obijci poteſt, regulariter. Limita. nume. 4.5.*

6 *Pontifici electo, hereſis exceptio opponi non poteſt, ſed accuſatio.*

7 *Pontifici electo, electionis nulla obijci poteſt exceptio veluti metus, & impreſſionis.*

8 *Papa non dicitur, per metum electus.*

9 *Coronatio voluntaria pontificis, an purget metum præcedentem.*

QVESTIO. V.

Quæ exceptiones militent, in electione Pontificis Max.

IN electione ſummi Pontificis, de qua in ſuperioribus plura annotauimus: cum multa quoq; ſuperſint, quæ ipſam dubiã reddunt: ſiue opponenda ſint ante, ſiue poſt eius celebrationẽ: Idcirco illa inueſtigare hic opportune, uiſum eſt. Et primo quærere exceptiones, quæ ante electionem: Secun-
1 do quæ poſt allegari poſſunt. In primo caſu, † reſumendo exceptiones, quæ ſunt de iure naturali, & diuino, non videtur eſſe dubium, illas militare, cum etiam militẽt in iam electo, Veluti ſi dicatur, quod quis eſt mulier, furioſus, mentecaptus, intellectu carens, & infans, vel pupillus, & ſimiles, vt colligit Ant. Roſel. de poteſt. imp. ac pap. §. ſecundum nume. 51. cum ſeq. & ante eum Abba. in dict. cap. licet. col. 5, de electione. Sic quoque penitus illiteratus, qui prædictis æquiparatur, ſecundum Felin. in. cap. ſi quando. column. penul. de reſcrip. iudetur repelli poſſe, licet poſt electionem aliter ibi concludat, & dicemus inferius. Item uitium corporis, vt puta ſi deficit manus, uel ſimiles habeat inhabilitates eligendus, poterit reijci. per glo. in. cap. quia licet. de corp. viti. Similiter exiſtimo militare exceptiones illas, quæ ſunt de iure ciuili: & videntur eſſe etiam de iure diuino, ut puta ſi alij, quam Cardinales, eligere uellent, vt ſupra hoc. §. in prin. numero. 5. &. 7. & ſi alius, quam Cardinalis proponeretur eligendus, vt ſupra conc. uel. q. 4. numero ſecundo, & ſeq. & illæ quæ ſunt de iure ciuili: ut ſi minor numerus, quam duarum partium, in electione obſeruandus diceretur, vt ſupra, hoc. §. quæſtio. 1. nume. 3. &. 8. & ſi intruſus fuerit in pontificatum, ante conſenſum, & electionem Cardinalium, ut in dict. cap. licet: & commemorat Ant. Roſel. in dict. tract. de poteſt. Imp. ac pap. §. ſecundum. nume. 51. Videtur tamen declarare ibi in. §. abunde, nume. 21. & recte (ut opinor) vt hæ exceptiones prouenientes ex diſpoſitione. c. licet. militent, quando ſunt oppoſitæ, antequam electus eſſet toleratus, non poſt; quia tunc nullus eſt iudex, & patebit inf. q. proxima in reg. negatiua. & faciunt dicta inferius hic. nu. 3. Illa quoque exceptio, qua quis hæreticus, Simoniacus, homicidia, fornicator, adulter, irregularis, uel aliter criminoſus, & indignus dicitur: an opponi poſsit ante electionem: licet doctores ſæpe tranſire videantur ſimpliciter, cum illa concluſione, qđ impedimenta iuris poſitiui ſublata ſint, in electione Pontificis, non autem iuris naturalis, aut diuini, quodque contra electum nulla exceptio, opponi poſsit. per dict. cap. licet. nihilominus ex auctoritate gloſſ. Card. & Card. Alex. & aliorum ſcribentium, & in. c. ſi quis pecunia. 79. diſtin. receptum videtur, vt tales exceptiones admittantur, atque probari poſsint per opponentem: & inde repellatur eligendus. Nec mirum, cum præclatis uirtutibus eluceſcere debeat princeps: & adeo ex ſe ſe ſufficiens eſſe, ut bonis omnibus antecellat: ſic ut electio diuina cenſenda ſit, & præcepta dei, & ſpiritus ſanctus, in electo ſint: & grauitas morum, ætas, & ſcientia, in eo reperiantur, tempore electionis, ut conueniunt dicta de Imperatore ſupra lib. 1. c. 1. §. 2. in princ. & ſupra. q. præcedenti. nu. 10. An vero accuſatus, inquiſitus, aut de crimine denũciatus, ad eccleſiaſticas dignitates ſit alioquin eligendus, no. in tex. c. omnipotens Deus, cum concord. de accuſatio. ubi Abba. & Felin. quos ſequitur Pet. a Biax. in dict. tract. direct. election. c. 23. 2. partis, & in eam videtur deſcendere ſententiam, ut id totum ſit attribuendum infamiæ præcedenti, vel non* Pet. tamen ibi. cap. 5. 2. partis, tradit eum poſſe promoueri, qui deinceps ob crimen
2 præſumptum, ſe purgauerit. † Verumtamen exceptio hæreſis, excommunicationis, & aliæ ſimiles criminoſæ, ut ſupra, in caſu contrario, ſcilicet Cardinalibus eligentibus, opponi non poſſunt. ut faciunt dicta Abba. in cap. licet. column. 4. in fin. & ſupra in hoc. §. quæſt. 1. nume. 6. per cle. ne Romani. §. cæterum. de electio. & tradit Anto. Roſel. in d. tract. de poteſt. Imp. ac Pap. §. ſecundum. nu. 26. &. nu. 37. amplians hoc procedere, dato qđ hereſis eſſet notoria. Et licet hæreticus videatur ipſo iure dignitate priuatus: quia donec toleratur in dignitate, iſta exceptio non repellit eum a iure eligendi, arg. l. barbarius. ff. de offic. præt. ſecus ſi non toleratur, ut per Anto. ibi. nu. 37. Hanc eandem concl. comprobat Anto. nume. 56. & hæc ſane non ſine admiratione videntur conſtituta: ſi quidem obſtare dicantur huiuſmodi exceptiones eligendo, non autem eligentibus. In ſecundo autem caſu, poſt electionem pontificis iam celebratã
3 regula ſit, & concluſio, † ut nulla exceptio contra electum in Pontificem admittenda ſit, ubi interuenerit conſenſus duarum partium Cardinalium. dict. cap. licet. ubi doct. & præſertim Abba. col. 5.

&

& dictum eſt ſupra d. q. 1. nu. 5. ratio eſt, quia ſm Abb. & alios, electus ex ſola electione, conſequit plenum ius, vnde exceptio non cenſetur proportionabilis, quia opponit cōtra petentē, cū ſit actio
4 nis excluſio. c. 2. de ord. cog. † Nihilominus arguit Abb. & ex dictis Ant. But. ibi, vt ſi opponatur exceptio, per quā negatur aliquem fuiſſe electū a duabus partibus Cardinaliū, abſq; dubio admittatur: qa detrahit huic qualitati, ſuper qua ius ſe fundat, vt in d. c. licet: & ſic proueniat ex capite eiuſdem
5 legis, iuxta not. in l. 1. ff. quòd vi, aut clam. † Similiter concludit in exceptione, quæ naturaliter, id eſt de iure diuino uel naturali, infert electum non eſſe, nec poſſe eſſe papam, quia inficit ius habendi, & poſsidendi: & talis exceptio admittitur, etiā in poſſeſſorio recuperandæ, vt not. glo. in. c. quo iure. 8. diſt. Sicque mulier, furioſus, infans, & ſimiles repellantur; & hæreticus, quia eſt extra eccleſiam, unde non poteſt eſſe huius caput. Declarat tamē, quod obſtabit exceptio antequā adipiſcatur poſſeſsionē adminiſtrandorum, vt faciunt dicta ſ. nu. 1. quia poſt non poſſit excipi, ſed accuſari. Exceptionē vero quæ reddit eum inhabilem de iure poſitiuo, omnino repellendam, proponit per d. c. licet. tanquā per illud, ſint ſublata oīa impedimenta iuris poſitiui: quæ tñ exiſtimo declarāda ut ſ. q. proxima, nu. 3. cum ſeq. ſcilicet niſi alius quā Cardinalis electus: & niſi alij quam Cardinales eligerent. Ant. Roſel. in d. tractat. §. ſecundum, materiā iſtarum exceptionū, prolixe reſumit: & ibi, nu. 35. conſiderat diſtinguendo cauſam agentem, hoc eſt Cardinales eligentes: cauſam materialem, hoc eſt ipſum electum: & cauſam formalem, id eſt ipſam electionē, videturq; in multis conuenire eum Abbat. & pdictis: ſed in eo diſſentit ut ibi nu. 33. &.
6 55. cum abſolute, † hæreſis exceptionem non poſſe contra electum opponi, ſed eum accuſari poſſe differat, quam ſententiam ſequiturquoque Cardi. Alexand. in. c. in nomine domini col. 6. 23. diſt. & in. c. ſi papa. col. 2. 40. diſt. & in. c. ſi quis pecunia. col. 3. & c. ſi duo. colum. 2. 79. diſtin. & ita dicit tenere doct. in d. c. licet. præſertim Innoc. quem ſequitur Martin. Laud. in tract. de princip. q. 196. Quod credo verius, quia in d. c. licet. remouetur omnis exceptio: & electus conſequitur plenum ius, ſecundum eos, non obſtante regula, Cui actionem, multomagis damus exceptionem: quia illa non mſſitet in iudicijs poſſeſſorijs, etiam adipiſcendæ, per not. per glo. in cap. qui ad agendum. de reg. iur. in. 6. Cogitabam tamen opin. Abb. for ſan poſſe ſaluari, ſi conſuetudo vigeret, ut ante conſecrationem, & coronationem, electus non poſſet dici pontifex, nec adminiſtrare, ſecundum ea quæ diximus ſupra in hoc cap. §. 1. uerſ. in hac.
7 Exceptio † quoq; nullitatis electionis iam celebratæ, opponi quandoque poteſt, ut ſi dicatur metu, & per impreſsionem facta: quod etiam procedit in quacunque electione. c. quiſquis. de electio. & docet Abba. in dict. cap. licet. num. 12. de electio. per text. in eo. c. ubi periculum. §. cæterum. de electio. in. 6. ubi idem tenet Philip. Franc. poſt Imo. licet aliqui non eſſe nullam contendant, ſed irritandam. Hæc tamen declarat Abba. ibi, quando eligentes coguntur eligere aliquem, de certo genere perſonarum, vt conueniunt dicta ſupra lib. 1. cap. 1. §. 4. uerſic. Decimo quarto. Hanc exceptionem propter metum, nullamquoque affirmat Bald. in ſuo memorabili. tract. de ſciſmate, colum. 2. & 3.
8 per d. §. cæterum, & per alia multa. † ita ut papa non dicatur, qui per metum electus eſt. Et dicit Card. Alex. in d. c. ſi duo. col. 2. 79. diſt. quod reg. per me aſſumpta, fallit, vbi vitium reddens electionem nullam, eſſet notorium: ita quod iudiciali indagine non indigeret, ut quia papa eſſet electus per impreſsionem notoriam, omnibus apparentem: tunc enim non Apoſtolicus, ſed apoſtaticus cenſeretur. & idem per plura tenet Anto. Roſel. in d. tracta. de poteſt. Imp. ac pap. §. ſecundum, numero. 46. cum ſeq. etiam ex auctoritate Innocen. Hoſtien. & Anto. But. adducens præcipue etiam text. in. cap. in nomine domini. 23. diſtin. amplians hoc procedere in electione, quę per præſumptionem, ſeditionem, ſeu quodlibet malum ingenium fieret: declaranſque præſumptionem eſſe ambitioſum tractatum promotionis: ſeditionem violentiam: ſiue metum, malum ingenium, pro calliditate, uel fraude, accipiendum. Pet. a Biax. in dict. tracta. Direct. elect. cap. 6. 1. partis numero. 3. ſequitur Abba. in dict. cap. licet. † An autem Coronatio voluntaria ſubſequens ualeat, & purget metum præcedentem, Bald. in d. tract. de ſciſma. uerſ. ſed in contrarium. nume. 7. concludit ualere per text. l. ſi ob turpem. ff. de condi. ob turp. cauſ. quem ſequitur Iaſ. ibi: & Card. Alex. in. cap. in nomine domini. colum. 4. in prin. 23. diſt. Contrarium tamen videtur ſentire Philip. Franc. in dict. §. cæterum. in. 6. dicens, non poſſe Cardinales poſtea confirmare, electionem meticuloſam a principio: remittit tamen ſe ad Bal. in d. tracta. Sed idem Bal. in l. ſi duobus. §. 1. in ſi. C. com. de le
9 ga. & in. l. ſi mulier. C. ad Velleian. non ualere dicit etiam per cap. innotuit. de electio. & Martin. Laud. idem tenet in tracta. de Cardinal. 2. quæſt. 96. Et notandum eſt hic ſecundum Iaſ. ibidem: ſi econuerſo electio ſit ſpontanea, coronatio meticuloſa, non per hoc, electionem eſſe nullam, per doctri. Bal. in. l. cum te. C. de pignor.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex pro crimine hæreſis, accuſari, iudicari, & deponi poteſt: decla. nume. 2. 4. idem in papa mortuo. nume. 3.*

5 *Pontifex hæreticus, qualiter puniatur.*

6 *Papa hæretico, licet ſubditis ab eo recedere, nulla etiam declaratione facta, non tamen illum eijcere.*

7 *Papa coinquinatus in notorio crimine, quo ſcandelizatur eccleſia, & incorrigibilis, & qui facit con*

tra vniuerſalem ſtatum eccleſiæ, accuſari, & deponi poteſt, ibi, quomodo turbetur eccleſia.

8 *Canoniſtarum opinio, Theologorum opinioni præfertur, vbi tractatur de moribus, & integritate uitæ: non de articulis fidei.*

9 *Papa iudicari poteſt à Concilio, quando ſponte huic ſe ſubijcit.*

10 *Papa iudicari poteſt a Concilio, quando inter duos eſt Sciſma.*

11 *Papa ſubijcitur ſuo confeſſori, ei confitendo peccata ſua.*

12 *Pontifex de iure diuino, & naturali incapax, quandocunque reijcitur.*

13 *Pontifex iure ciuili, & diuino inhabilis deponi poteſt; ut ſi non erat Cardinalis, & a Cardinalibus electus.*

14 *Pontifex nulliter electus propter metum, ſemper deponi poteſt.*

15 *Pontifex renunciare poteſt pontificatui, & ſic ſe ipſum deponere.*

16 *Pontifex non poteſt accuſari, iudicari, aut deponi, pro aliquo crimine, etiam notorio: & ſcandaloſo eccleſiæ, nec pro uitio corporis. num. 18.*

Papa cum homo ſit, peccare poteſt, licet præſumatur ſemper bonus.

17 *Papa, denunciatione euangelica corripi poteſt.*

19 *Pontifex de ſimonia accuſari, nec deponi poterat, hodie ſecus videtur.*

20 *Pontifex inſufficiens ad regimen pontificatus, deponi non poteſt.*

Inſufficientia unde oriatur, ibi.

QVAESTIO VI.

Quibus ex cauſis accuſari, iudicari, & deponi poſſit, Pont. Max.

EX quo dictum eſt Pontificẽ Maxiam electum, non poſſe regulariter repelli aliqua exceptione, et hæreſis: accuſari tamen poſſe, & deponi concedatur: diſcutiendũ eſt, in quibus accuſatio, & depoſitio, locum habeat. Occurrit itaque in primis,
1 vt vnam reg. affirmatiuam ponamus, ſ. † Pont. maximum accuſari, iudicari, & deponi poſſe: & primo pro ipſo crimine hæreſis. ut ſtatutum eſt in. c. ſi papa. ubi doct. præſertim Card. Alexand. poſt glo. in uer. a fide deuius. 40. diſtin. ratio autem eſſe poteſt: quia tunc eſt extra eccleſiam, & deſinit eſſe papa, & caput eccleſiæ. cap. Achatius. 14. quæſt. prima, & ſupra. q. prox. num. 5. cum hac concluſione tranſit idem Card. in. c. in nomine domini, col. 6. 23. diſt. & in. c. ſi duo. column. 2. ubi tradit ordinem iuris ſeruandum, etiam quo ad capturam perſonę. & c. ſi pecunia, col. 3. 79. diſt. & Ant. Roſel. in d. §. ſecundum, num. 33. & 55. de poteſt. Imp. ac Pap. & in. §. hic tria, nume. 10. & Abba. in. cap. propoſuit. numero. 17. de conceſſ. præben. & conſulendo Decius conſi. 151. col. 2. uol. 1. etiam illa ratione motus, quia nullum peccatum eſt grauius hæreſi: & quia admodum pernitioſum eſt, ſi uera fides, quæ in toto populo Chriſtiano requiritur, in capite non reperiatur. c. miramur. 61. diſt. his conueniunt quæ conſuluit Abb. conſi. 4. nu. 3. uol. 1. ubi Marcellinum papam, depoſitum ait, qa ſacrificabat Idolis, licet eſſet metu gentilium coactus. Sed Ant. in d. tract. §. abunde. nume. 29. non priuandum tradit, ſi eum pœniteat: exemplo Petri. Quod uidetur verius, per dicenda in proximis. Immo non condemnatum, tradit Decius eo conſil. 151. col. 4. & Platina in uita Marcellini. Sed immo Felin. in. c. paſtoralis. colum. 2. de offi. lega. iuris ordinem non ſeruandum tradit, ſi Papa committit crimen depoſitione dignum: & eum puniendum, ac ſi eſſet ruſticus, & acerbius. per glo. in. c. præſul. 2. q. 4. idem affirmat in. c. cum quidam. col. 3. de iureiur. ſi per eum, & Imperatorem committatur hæreſis: ita ut duo teſtes ſufficiant, licet in Cardinalibus plures requirantur. † Declaratur autem hęc reg. vt procedat in hęreſi proprie, & ſtricte ſumpta, quæ uerſatur circa articulos fidei, ut poſsit de tali ſola papa accuſari, & deponi, non autem de alia, quæ late ſumpto vocabulo, hæreſis diceret, vt eſt ſimonia, ut docet glo. in d. c. ſi quis pecunia. 79. diſt. & ibi eam ſequitur Card. Alex. col. 3. & in. d. c. ſi papa, col. 2. ubi col. 3. ſubdit idem ſentiendum in omni hæreſi, expreſſe damnata ab eccleſia. c. 1. de ſum. trin. & fid. cat. uel etiam de hæreſi, non expreſſe damnata: ut in nutriente ſciſma inueteratum, qui poteſt dici hæreticus. c. inter ſciſma. 24. q. 3. cum concor. in quibus caſibus, etiã ſubdit, ſiue ſit notoria, ſiue occulta, talis hæreſis in põtifice, eum poſſe accuſari, dum modo poſſit probari: idẽ tenent doct. præſertim Philip. Frãc.
3 in. c. in fidei, de hæretic. in. 6. † vbi loquitur etiam in pontifice mortuo, prout etiam loquitur Card. Alex. in d. c. ſi papa. col. 4. & Ant. Roſel. in d. tract. §. hic tria, nu. 5. Et hic nota de papæ mortui hæreſi, cognoſcere papam uiuentem: de uiuentis concilium, ſecundum Martin. Laud. in tract. de princip.
4 quæſt. 498. † Atqui ubi hæreſis non ſit damnata per eccleſiam, neque notorie ſouat in hæreſim, ſed dubium eſt, an ſit hæreſis: tunc donec ſit declaratum per concilium generale quòd ſit hæreſis, nõ poterit papa, ut hæreticus accuſari, nec deponi: niſi facta declaratione per conciliũ generale, monitus, pertinax in ea perſeueret: quibus in caſibus, concilium generale, Iudicem fore commemorat
5 Card. Alex. ſubijciens practicam in hac re, ita, † ut aliquando pontifex tradatur poteſtati ſeculari, q̃ puniendus, nolens mutare ſñiam: aliq̃ñ in monaſterium detrudatur: ex quo aliquo tempore pertinax, & incorrigibilis fuit: & in hac re deferre ſolet concilium ei, ſi vult ſe ipſum cõdemnare, ut colligitur ex. c. nunc autẽ. cum glo. 21. diſt. ſi noluerit, expediet cauſam, & eũ degradabit. & ſequit̃ Iaſ. d. cõſil. 95. col. 7. uol. 4. nã papa delinquẽs ſine uenia puniri debet. ut not. tradit glo. in. c. aliorũ. 9. q. & ipſe in criminibus obiectis, debet conuocare concilium

cilium,vel alteri mandare,ꝙ auctoritate ſua con-
uocet,vel data negligentia,cõuocabit clerũs, ſiue
cardinales,ut per plura diſſerit Ant.Roſ.in tract.
de concil.in rub.aucto.conuoc.concil.nu.14.cũ
ſeq.& alibi dicemus.inf.§.4.immo eo caſu,ẽt con
uocabit Imperator,& alij principes,vt ſ.li.1.§.4.
verſ. 14.& de quo iudice late diſſerit Ant. Roſ.in
d.tract.§.abũde.Videtur tñ Imperator eſſe iudex,
nolente eccleſia iudicare,ut ſ.lib.1.c.1.§.3.uerſi,
4.nu.3.Declaratur itidem hæc concluſio,cum am
6 pliatione,† ut ſi papa hæreticus,uel apoſtaticus e-
xiſtat,ẽt occultus, liceat ſubditis ſcientibus ab eo
recedere,etiam nulla declaratione præcedente:nõ
tamen licet alium eligere,& eum eijcere, niſi ſecu
ta declaratione per Concilium Generale, ipſum
eſſe hæreticum:uel apoſtaticum, uel niſi quando
concilij, & iudicis copia haberi non poſſet,ut per
multa docet Anto.Roſel.in d.tract.§.abunde.nu.
107.& ſeq.& not. hic ꝙ ſi papa mandat aliquid
quod ſonet in hæreſim,dr̃ turbare ſtatum ecclæ;
unde nõ eſt ei parendũ ſm Hoſt.& Io.And.de cõ
ceſ.preb.in.c.propoſuit.& per Flo.in.l.ſed & loci.
7 §.1.ff.fini.reg.† Secundo accuſari, iudicari, & de-
poni põt papa,qñ coinquinatus eſt in aliquo no-
torio crimine,uel per facti euidentiã,uel per cõfeſ
ſionẽ ſuã,pro quo ſcandelizatur eccleſia,& eſt in-
corrigibilis: quia multotiens monitus,ſe emenda-
re nolit,cñ habeatur tunc pro hæretico,quia noto
ria inobedientia, habeatur pro hæreſi, ut atteſtat
glo.in d.c.ſi papa,ubi doct.præſertim Card.Alex.
col.3.diſt.40.q refert Panor.in tribus diſputatio-
* nibus ſuis,aſſerentem hanc glo.cõiter teneri,poſt
Lud.Rom.in conſ.923.quæſtio diſcutiẽda.per.c.
ſi qui ſunt pſbyteri.81.diſt.pdicta tenet ẽt Troyl.
maluez.in tract.de cano.ſanct.in.4.dubio.nu.45.
& declarat Ant.Roſ.in d.tract.§.hic tria.nu.7.cũ
ſeq.illud addẽs:ut hoc caſu papa ab Imperatore iter
rogari poſsit: ſi uult talẽ ultã ſequi, ut ſi pſeueret
poſsit iudicari. Hęc eadẽ pſequitur Iaſ.d.cõſ.95.
col.6.7.&.8.ſed col.9.cum.2.ſeq.diſſerit eam red
di dubiã,multa adiacens: non uidetur tamẽ ab ea
expreſſe diſcedere: Verũ Decius d.conſ.151.col.
2.& ſeq.uol.1.per plura hãc opi.cũ multis atteſtat
eſſe cõem, non obſtante opi. B. Thomæ.& alio-
rũ Theologorũ,cõiter in cõtrarium ſñiam deſcen
dentiũ,de qua ante cũ mentionẽ facit Card.Alex.
8 in d.c.ſi papa.col.3.nam ſm Decium,† opinio ca
noniſtarum in caſu iſto,magis eſt attendenda, qa
tractatur de moribus,& integritate uitæ,non de ar
ticulis fidei,p auct.Pet.de Anc.Io.de Ana.& Alex.
cõſ.1.col.6.vol.2.& circa hanc concluſionem ali
quid ſupra lib. 1. c.1.§.2.q.6.nu.8.ubi nu.9. quis
dicatur incorrigibilis.Hanc tñ opin. reſtringi, &
declarari tradit Card. Alex.d.col.3.per Bellã.ibi,
ſi crimen illud,de quo accuſatur papa, attingit fi-
dem, quia cauſat ſcandalũ circa fidem, puta quia
papa notorie committeret ſimoniam in ordini-
bus,& uenderet beneficia,unde inualeſceret ſcan
dalum in eccleſia, quia alij inferiores putarent
hoc eſſe licitum,& pariter talia committerent. Ve
rum alij doct.cũ d.concl.generaliter ut ſupra for-
mata communiter tranſeunt. Hinc eſt, quod Feli.
ultra prædicta in.c.nulli.de ſenten. exco. ait papã
deponi qñ uellet facere cõtra vniuerſalem ſtatũ ec
cleſiæ.Et fortius dixit in.c.ad audientiã.col.2. de
præſcrip.poſt Aba.in.c.cum veniſſent. col.4.de iu
dic. Papã poſſe deponi,qui in concedendo terras
eccleſiæ,attinentibus ſuis, eſt incorrigibilis: quia
non põt eſſe,quando ſcandeliaet eccleſiam:qđ qui
dem eſt magnũ dictum.Cui aduerſantur dicta per
Card.Alexan.in.d.c.ſi papa. col. 3. quæ uidentur
tutiorã.Tertio ſecundum Decium eo conſi.151.
nũ.4.Papa iudicari põt a concilio, quando ſponte
huic ſe ſubijceret:ẽ.nos ſi incompetenter. in prin.
2.q.7.ſicut Damaſus,Sixtus,Leo,Gregorius,& Pe
trus Apoſto.Pontifices ſe ſubiecisse ibi perhiben-
tur,expurgando eorum Innocentiam, in crimini-
bus ſibi obiectis.ut in.c.mandaſtis.&.c. auditum. 10
legit.2.q.4.&.d.c.nos.in fi.† Quarto iudicari po-
teſt ſm eundem Decium,qñ inter duos eſſet ſciſ-
ma,cõtendentes de pontificatu,per allegata p eũ,
pręcipue glo.in.c.ſi.79.diſt.nam ut etiam dictum
eſt ſ.q.3.& hic in proximis, concilium eſt iudex.
11 † Quintus caſus ſm Decium eſt,quando pontifex
confitetur peccata eius confeſſori,quia illi ſubijci
tur,per tradita in glo.c.nemo.9.q.3.& Mart.Lau-
den.de prin.q.36.& per Iaſ.in.l.eſt receptũ.nu.2.
ff.de iuriſd.om.iud.& Abb.in.c.oĩs.col.5. de pæ-
nit.& remiſ.Hic cõuenire videt̃,quod diximus, ſ.
lib.1.§.4.uerſi.27.in fi.Papam patri ſuo naturali,
reuerentiam debere, in re domeſtica, atque uita,
extra remp.& loca publica.Ego licet in his videan
tur acquieſcere doct. ut pontifex ulterius ab alio
iudicari non poſsit, exiſtimo addi poſſe alios quo
que caſus,de quibus in ſuperioribus facta eſt men
tio, dum in modum exceptionis opponendos tra
12 didimus: ſcilicet ut Sexto loco. † eum qui de iure
diuino, & naturali,ſit incapax, poſsit reijci quan-
docunque,& deponi: veluti ſi mulier,furioſus,&
talis ſit, ut ſupra ſcripſimus, q. proxima. num. 1.
Cũ enim ſimiles ad tale munus non ſufficiant, ali
quo modo non videntur tolerari poſſe: & ad hoc
conueniunt dicta ſupra quæſt. quarta. nume. 9.
13 † Septimo loco reiectionem illius quoque facien
dam cenſeo, qui iure ciuili,& diuino, uidetur eſ-
ſe inhabilis: ut ſi electus ſit ab alijs, quam a Car-
dinalibus, vel electus alius ſit quam Cardinalis,
ut ſupra hoc. §. in prin. numero. 5.&.7.quæſtio.
quarta, numero ſecundo, cum ſeq. hocque tanto
uerius uidetur, quanto iam obſeruatum diximus,
ibi.nume.4.Conſtantinum non e gremio Cardina
lium electum, etiam per annum, munera ponti-
ficatus obeuntem, e ſede Apoſtolica, atteſtante
14 Platina, turpiter deiectum. † Octauo repellen-
dum eſſe eum exiſtimo, qui per electionem nul-
lam, propter metum præcedentem, ſaltem non
purgatum, intruſus eſt,ut eſt dictum. ſ.q.proxima
nu.7.& ſeq.non enim papa eſt: & cum electio ſit
nulla, non entis nullæ ſunt qualitates. l. eius
qui. ff. ſi cer. pet. ubi doct. Nono an repelli

poſsit, propter crimen ſymoniæ, dicemus in proxi
15 mis. † Decimo ſubijcere poſſumus, depoſitionem
quandam pontificis habere locum ex voluntaria
pontificatus renunciatione, quam libere poſſe fie-
ri, maxime cum ſe inſufficientem cognoſcit, ad re
gendam vniuerſalem eccleſiam, ſtatutum eſt, in. c.
ſ. de renunciat. in. 6. ubi glo. & doct. præcipue Io.
And. & Philip. Franc. & Alexand. conſi. 224. in fi.
vol. 6. quod comprobatur ibi in additionibus, ex
eo quia Clemens, Marcellinus, Cæleſtinus. V. &
alij multi, renunciauerunt: vt de ipſo Cœleſtino, &
de eius conſtitutione lata ut ſ. meminit Platina in
uita eius. Declara tamen vt cum cauſa renunciare
poſsit, alias grauiſsimum peccatum committat, ut
atteſtat Ant. Roſel. in tract. de poteſ. Im. ac pap. §.
nunc tertiã. nu. 20. Adde quoq; ꝙ Inuitus tñ non
põt cogi renuntiare papatui, ut dicemus inf. §. pro
16 ximo. verſ. Tertio nu. 7. † Alterã uero contrariam
regulã, negatiuã ponere poſſumus, ſ. pontificẽ ele-
ctum, non poſſe accuſari, iudicari, nec deponi ꝓ
aliquo crimine, (nam cum homo ſit, & ipſe pecca
re poteſt, ut infradictis iuribus probatur, licet præ
ſumatur ſemper bonus. glo. cum tex. in. c. non nos.
diſt. 40. ideo facta eius, licet iniuſta excuſantur.
c. 1. 40. diſtin. & Ioan. Lecir. de primoge. q. 8. nu.
13.) huius. n. culpas illhic redarguere, præſumit
mortalium nullus, cum cunctos ipſe iudicaturus, a
nemine ſit iudicãdus d. c. ſi papa. ubi doct. 40. diſt.
&. c. nemo. &. c. aliorum. 9. q. 3. & Card. Alex. in. c.
ſi quis pecunia col. 3. ubi loquitur in crimine noto
rio, & in. c. ſi duo. col. 2. 79. diſt. & eo pacto loqui
tur Ant. Roſel. in d. tract. §. hic tria. nu. 3. cum ſeq.
etiam ſi quodcunque aliud crimen ſit notorium,
17 & ſcandaloſum eccleſiæ: † licet denunciationem
euangelicam, poſſe fieri eidem, affirmet: de qua
2. q. 1. c. ſi peccauerit. & tradit Abb. in. cap. propo
ſuit. nu. 58. de conceſ. præben. & Felin. in. c. no-
uit de iudi. col. 52. & conſuluit Rom. d. conſ. 523.
18 col. 3. in fi. Hæcq; regula † locum habet etiam ſi
aliquo vitio coporis, pontifex laborauerit, ut puta
ſi deficiat ſibi manus, ſecundum Card. in dict. c. in
nomine dñi. col. 6. 23. diſt. ea etiam ratione, quia
inferiores prælati, prætextu talis uitij, non amo-
ueãtur a dignitate iam obtenta, c. eſt percuſsio. 7.
q. 5. & de cler. ægrot. per totum: Hinc eſt, ut renun
ciare papatui, non poſsit inuitus cogi, ut dicemus
inf. §. 3. uerſ. tertio. in fi. Ac inquit Bal. in. l. penul.
C. de bon. quæ lib. omnes eccleſias mundi, & om
nes clericos, non poſſe ei auferre Papatum. Hicq;
conuenire recte uidetur, quod traditum eſt ſupra.
q. proxima. nu. 1. ut exceptiones prouenientes ex
diſpoſitione d. c. licet. militent, quando ſunt oppo
ſitæ, antequã electus eſſet toleratus, non poſt: hac
ratione, quia nullus eſt iudex: & per alia multa cõ
probat hanc regulã Decius d. conſ. 151. col. 1. &.
19 2. † Hinc eſt quod contra electũ in papã, non pro
cedit accuſatio de ſymonia, etiã ſi in propria per
ſona eam cõmiſiſſet, & licet dicatur Apoſtaticus,
non Apoſtolicus, ut colligit glo. in d. c. ſi quis pe
cunia, ubi doct. præcipue Card. Alex. col. 2. & 3.
Cardinales tamen puniri poſſunt ut ibi. Et ideo
etiam in alijs criminibus exprimit Card. ipſe in c.
c. ſi duo. col. 2. & in d. c. in nomine domini, col. 4.
in prin. 23. diſt. & cum hac illatione tranſit Anto.
Roſel. in dict. num. 3. & ſeq. Dixit tamen Martin.
Laud. in tract. de princip. q. 243. Papam, & Impe-
ratorem, iniuſte agere, ſi pro pontificatu, & Impe
rio conſequendo, pecuniam præbent: & alibi di-
ctum eſt. Veruntamen hodie Iulius. II. Pont. Max.
anno ſalutis milleſimo quingenteſimo quinto, Cõ
ſtitutione ſua memorabili ſanxit: Electionem Si-
monaicã, penitus eſſe nullam: ita ut nullum ius ac-
quiratur electo: & eidem a quocumq; Cardinali,
excipi, & opponi poſsit, ſicut de uera, & indubita-
ta hæreſi: adeo ut apoſtaticus, non apoſtolicus, &
tanquam Symon Magus, & hæreſiarcha, perpetuo
inhabilis habeatur: nec huiuſmodi electio per ſub
quentem intronizationem, ſeu temporis curſum,
aut etiam omnium Cardinalium adorationem,
ſeu obedientiam, ullo unquam tempore, conuale
ſcat: ſed liceat omnibus ab ea diſcedere, conuoca-
to etiam brachio ſeculari: eligentibus etiam, om-
nibus dignitatibus, titulis, & honore, priuatis: qui-
buſcunque pactionibus, & promiſsionibus inuali-
dis, & nullis habitis, licet iuratis: atque ut non expe
ctata alia ſñia declaratoria eius ſimoniacę electio
nis, ad alterius pontificis electionẽ, canonicè de-
ueniri poſsit: & Concilium generale etiam indice
re, & conuocare, non obſtantibus conſtitutioni-
bus apoſtolicis: & præcipue conſt. Alex. III. in. c.
licet de uitanda. de electio: indicta etiã pœna Car
dinalibus, prædicta non obſeruantibus: & contra-
riũ attentantibus, excommunicationis latę ſñię, ip
ſo facto incurrendæ: a qua non niſi per pontificẽ,
canonice electum, abſolui poſsint, in mortis arti-
20 culo. † Hinc eſt quod ex hac reg. inferre etiã poſ-
ſumus, papam inſufficientem ad regimen pontifi-
catus, non poſſe deponi, ut not. in. c. 1. cũ lo. ubi
doct. de renuntiat. & not Card. Alex. in. d. c. ſi pa-
pa. col. 1. & in. c. ſedulo. 38. diſt. col. 1. & per Felĩ.
in. c. ſi quando. col. pen. de reſcrip. In alijs tñ præ-
latis ſecularibus, uel regularibus, ſecus, ut declarat
idem Card. Alex. in. d. c. ſedulo. Inſufficientiã aũt
inſurgere poſſe ex multis, ueluti ex defectu litera-
turæ, ex Senectute, ex Infirmitate, uel ſimilibus ha
betur, præſertim ex auctoritate Io. And. in d. c. 1.
de renuntiat. Hęc autem regula declaratur, ut non
habeat locum in caſibus præſcriptis hic in princi-
pio, in altera regula affirmatiua.

§. III. DE OBLIGATIONIBVS PONTIFICIS MAX.

§. III.

ADmirari plane poſſumus, quod cum præſtantiam, & plenitudinem poteſtatis Pontif. Maxi. in pluribus expoſuerimus: præcipue in hoc lib. §. 1. uerſic. Pallium, & multo plura ſcribenda ſint inferius. §. quarto ita ut eum, Deum

quoque

quoque in terris, appelare liceat; cur ſit tamen, ut in multis ipſum aſtrictum & obnoxium, etiam inuitum, aliqua adimplere, omittere, concedere, & prohibere, deſcribamus; non ſecus ac in Imperatore dictum ſit lib. 1. c. 1. §. 3. Verum cũ omnia. D. O. M. iubente, & naturali ratione ſuadente, quadam lege moueantur, & hæc conſtituta ſint, deſinamus admirari: exemplaque eorum, in quibus pro cura, & ſolicitudine ſua, uocatus eſt, exquiramus.

SVMMARIVM.

1 *Pontificis bonitas ea debet eſſe, in qua ſit ſalus omnium.*
2 *Pontifex in cultu Dei, maiorem Zelum, quam alij Chriſtiani, debet habere.*
3 *Præſidentium integritas, ſubditorum eſt ſalus.*
Pontifex debet legẽ diuinã, omni conatu defendere.
4 *Pontifex conatur, vniuerſalis eccleſię ſtatum, ſaluum facere.*
5 *Pontifex exaltationem fidei, & ne in ea ſcandalum eueniat, debet procurare.*
Et primum facere, deinde docere; exemplo Chriſti.
6 *Pontifex poteſtatem peccandi, non habet.*

CVLTVM DEI, PRAE ALIIS DEBET HABERE.

PRrimo igitur, poſt eas uirtutes, quas in ſe oſtendere debet Pont. Max. repellendo omnia uitia, unde omnibus antecellere uideatur, de quibus diximus ſupra lib. 1. c. 1. §. 2. in prin. & ſupra hoc lib. §. 1. uerſic. Deum. & §. præced. q. 4. num. 11. & q. 6. per totum: poſtquè eam boni-
tatem, † quæ in eo requiritur, in qua ſalus eſt omnium, cum peruerſitas cẽdat in damnatione innumerabilium perſonarũ. cap. ſi Papa. 40. diſt. ponamus eum in cultu Dei maiorem Zelum debere habere, quam alij Chriſtiani, c. officij. 24. q. 1. nam totius familiæ domini ſtatus, & ordo nutabit, ſi Zelus, & fides, quę requiritur in corpore,
3 non reperitur in capite: † cum integritas præſidentium, ſit ſubditorum ſalus. c. miramur. 61. diſt, & tradit Decius conſ. 151. col. 2. uol. 1. & propterea uſque ad animam, & ſanguinem, & omnes conatus ſuos, debet legem diuinam defendere. c. ſunt quidam. 25. q. 1. & tradit Abb. in c. literas nu. 4. de reſt. ſpol. Quo circa aliter nõ licere ſibi Pont.
4 Max. commemorat, in. c. memor. 24. q. 1. † quam ut conatus ſuos omnes, ei cauſæ impendat, in qua uniuerſalis eccleſiæ ſalus infeſtatur, ut ea ſaluam faciat, & tueatur, atque eius conſtructor, non euerſor comprobetur. c. ſi ea. 25. q. 2. & ſequitur Ant. Roſel. in trac. de concil. in rub. quanto temp. dur. hab. nu. 15. & in trac. de poteſ. Imp. ac Pap. §. abũde num. 62. & propterea Martin. Laud. in tract. de princip. q. 516. inquit, Principes poſſe uocari ad defenſionem eccleſiæ. c. principes. 23. q. 5. atque ita ſe habere debet, ut operoſę ſolicitudinis ſtudium, ad diuini nominis gloriam; & exaltationem Catholicæ fidei impartiatur, ut in cle. 2. §. 1. de ſe-
5 pult. ſcriptum eſt, ubi Card. not. † & in primis prouidere, ne in fide CHRISTI, ſcandalum oriatur. c. peruenit. & c. ſeq. 95. diſt. Sicque, cum eum imitari debeamus, approbãdo ea, quę ipſe approbat, uel reprobando ea, quæ improbat. ut per glo. in. c. ſi Romanorum. 19. diſt. claue tamen non errante, ut comprobat Iaſ. in l. & militibus nu. 2. C. de teſtam. primum facere, deinde docere, exẽplo CHRISTI debet, ut arguitur ex. c. 23. Matthæi & Actuum Apoſt. c. 1. in prin. adeo ut etiam ipſe teneatur confiteri peccata eius confeſſori, ut dixi-
6 mus, ſup. §. 2. q. 6. num. 11. † nec poteſtatem peccandi habeat, ſecundum Abb. in. c. omnis. de pœnit. & remiſ. col. 5. & Barb. in tract. de præſt. Card. in. 4. q. 1. partis num. 4. per tex. in. §. 1. 40. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex communem vtilitatem, non propriam reſpicere debet, & omnia in finẽ perfectũ regulare.*
2 *Pontifex, errãtes, in viam veritatis inducere debet.*
3 *Pontifex vult eccleſiam abundare uiris, linguarum notitiã habentibus, quibus præcipue vtuntur infideles: ſcilicet Hebraicis, Arabicis. Chaldæis.*
4 *Pontifex de qualibet mũdi parte, pro auxilio adeundus eſt.*
5 *Pontifex de omnibus iudicat, a nemine iudicatur.*
Pont. Imperatorem adiuuare debet, & magis cogitare de ſtatu Regis Franciæ, quam aliorum Regum.

SVBDITORVM VTILITATEM RESPICERE.

SEcundo, ad proxima accedit, ut dicamus
1 † Pontificem Max. ad communem utilitatem, non autem ad propriam, omni cura intendere, & ſubiectorum commoda inueſtigare debere: & omnia in finem perfectum, & optimum, regulare: ut etiam eadem per multa, dicta ſunt de Imperatore in. c. 1. §. 3. uerſic. Quinto, ſupra lib. 1. quæ hic recte repetenda ſunt. Et illa etiam addere poſſumus, ut ipſe Pontifex cunctorum credẽtium ſaluti proſpicere aſtrictus ſit, c. quemadmodum, §. uerum, de pœnit. & remiſ. in extrauag. communi, & c. ſeq. in prin. ita ut etiam ſtudioſa diligentia
2 ſe uigilare profiteat, † ut errantes in uiam ueritatis inducere, ipſoſque lucrifacere Deo (ſua nobis cooperante gratia) ualeat, ut ſcite ſcribitur in. c. 1. in prin. ubi no. Card. de magis. quo in loco quoque notanter ad propoſitum noſtrum habetur, Pontificem Max. CHRISTI, cuius uices gerit in terris, exemplum imitatum, qui ituros per uniuerſum mundum ad Euangelizandum Apoſtolos, in omni Linguarum genere, fore uoluit
3 eruditos: † uiris catholicis notitiã linguarum habentibus, quibus præcipue utũtur infideles, abundare ſanctam affectare, & uelle eccleſiam: qui infideles ipſos ſciãt, & ualeãt ſacris inſtitutis inſtruere;

rè, Chriſticólarumq́ue collegio, per doctrinam
Chriſtianæ fidei, ac ſuſceptionem ſacri Baptiſma-
tis, aggregare: Quocirca, Scholas apud Ro.
curiam, nec non in Pariſienſi, & Oxonienſi, Bono
nienſi, & Salmantino Studijs, prouidere uoluit
erigendas, ut uiri catholici ſufficientem habẽtes
Hebraicæ, Arabicæ, & Caldeę linguarũ notitiã, duo
uidelicet uniuſcuiuſq; linguę periti, alios linguas
ipſas doceant, ad fidem propagandam, ſalubriter
in ipſos populos infideles, ſumptibus prælatorum
& monaſteriorũ iuxta facultatum exigentiam, ad
id ſubminiſtrandis: Qua de re dictum eſt in d.
uerſic. Quintum. Imperatorem pariter curam ſtu-
diorum debere habere. Et ad præmiſſa omnia
4 apte conuenire dicamus, † Pontificem Max. pro
auxilio, & opportuno remedio, de qualibet mun-
5 di parte, eſſe adeundum. † Sacroſancta enim Ro-
mana eccleſia, fas de omnibus habet iudicandi:
neque cuiquam de eius licet iudicare iudiio. c.
cuncta per mundum. &. c. fi. 9. q. 3. cũ ſim. Atque
dicamus Papæ munus eſſe, adiuuare Imperato-
rem, & punire eius rebelles. ut ſupra lib. 1. c. 1. §. 3.
uerſic. 1. in fi. Sed & de ſtatu Chriſtianiſsimi Regis
Franciæ magis cogitat, quam de cæteris regibus,
ut atteſtatur Io. Feraldus. in tract. de iurib. & pri-
uileg. Reg. Fran. in. 4. priuilegio nu. 15. qui Boni-
facium Pont. hoc atteſtantem, & concedentem
ſcribit, ab uigentem eius Regis, & Regni deuotio
nis integritatem, erga Ro. matrem eccleſiam.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex debet Iuſtitiam Colere.*
2 *Pontifex tenetur reſpondere conſultationi, & Iuſti-
tiam non denegare. aliter peccat.*
3 *Pontifex debet prouidere, ne quis lucretur, ex ini-
qua ſententia.*
4 *Pontifex debet cauere, ne ſine cauſa aliquid contra
quæ ius diuinum permittat.*
5 *Pontifex peccat, ſine cauſa priuans aliquem be-
neficio.*
6 *Pontifex ſine cauſa priuans aliquem beneficio, te-
netur ei prouidere de æque bono.*
7 *Pontifex non poteſt cogi renunciare Pontificatui, &
promiſſio etiam cũ iuramento ante facta non valet.*

IVSTITIAM COLERE.

1 Tertio breuibus repetamus, † ut ad Max. Pon
tificem potiſsimum pertineat Iuſtitiam co-
lere, & obſeruare, ſicuti abunde dictum eſt
de Imperatore ſupra lib. 1. cap. 1. §. 3. uerſic.
Sexto. quę hic omnino multomagis militant. † In
hac concluſione facit id quod tradit Card. in cle.
2. col. 1. de re iud. ſcilicet Papam teneri ad con-
ſultationem reſpondere & non debere Iuſtitiam
denegare, alioquin eum peccare affirmat. Item ait
3 Innoc. in. c. quia plerique de im. eccleſ. † eum de-
bere prouidere, ne quis lucretur ex iniqua ſenten
4 tia, ut tactum eſt etiam d. uerſ. Sexto. † Item caue-
re debet Pontifex, ne ſine cauſa aliquid contra ius
diuinum permittat, nam quanto magis præeſt, tan
to durius iudicabitur, ſecundum Anto. Roſel. in
tract. de concil. in tit. Pont. in quib. hab. poteſ. nu.
28. & dixi ſupra lib. 1. c. 1. §. 4. uerſi. 29. Immo etiã
ſi ſine cauſa tollat ius ciuile, & poſitiuum, peccare
5 Principem diximus eo. §. 4. verſi. Tertio. † Simili-
ter peccare ſi ſine cauſa aliquẽ deponere, vel epi-
ſcopũ, uel aliũ, & priuare beneficio uoluerit, eo-
dem. §. uerſ. uigeſimo octauo, nu. 15. diximus: ex
auctoritate præſertim Card. & Felin. dato quòd in
beneficialibus latiſsimam, & ſupremam poteſta-
6 tem habeat. † Quo circa ſi ſine cauſa pontifex ali-
cui auferat beneficium, tenetur ei prouidere, de
alio ſimili, & æque bono, ut tradit Felin. in. c. quæ
in eccleſiarum col. 11. in prima declaratione, &
latius ibi col. 15. in. 1. declaratione. de conſtitut.
& comprobat in. c. cum olim. 1. col. pen. de re iud.
& relati per Catel. Cottam. in memoralibus. in
uer. Papa auferens: Licet Iaſ. in. l. Barbarius. ff. de
offic. præt. nu. 41. & ſeq. aliter uideatur ſentire per
allegata per eum: & idem quod Iaſ. tenet Decius,
& Socin. & relati per eos, ut dixi in d. uerſ. 28. nu.
15. ubi etiam dixi, magis mihi placere opin. Feli.
& Cardin. Sed idem Iaſ. in. l. ſi reus. col. fi. ff. de pa-
ctis. tenet idem quod Felin. illud etiam inferens,
7 & addens, † ut Papa non poſsit cogi renunciare
Papatui, quia non poteſt ſibi dari bonum cãbium,
referendo hoc eſſe dictum Io. de Imol. Immo ẽt
ſi antequam eligeretur, promiſiſſet Cardinalibus,
cum iuramento renunciare papatui, non ualeret
promiſsio, nec iuramentũ, ut tenet Bal. in. c. uene-
rabilem de electio. ſequitur Bertach. in tract. de
epiſcop. lib. 2. nu. 52.

SVMMARIVM.

1 *Pontificis multæ obligationes, quæ militant in Im-
peratore, repetuntur.*
2 *Pontifex debet in genere vocare Cardinales, & epi-
ſcopos, fratres ſuos: Idem in Patriarchis, archiepi-
ſcopis, Epiſcopis: alios filios.*
3 *Plurali elocutione nunquam vtitur Papa, ſi vni tan
tum ſcribit: & niſi in ſe ipſo, quod aliquando Im
perator facit.*
4 *Papa, Iudæum vel Infidelem, filium non appellat.*
5 *Prælati ſcribentes ſubditis ſuis, debent appellare
eos fratres, vel ſocios.*
*Subditus ſcribens prælato, debet eum appellare
patrem.*
6 *Papa ſcribens Abbatiſſæ, vel Regi, addit Filiæ, vel
Filio in Chriſto, non alijs.*
7 *Cardinales videntur eſſe membra ſpecialia pontificis;
qui eſt Caput.*
8 *Papa non debet exigere fidelitatem nec obedien-
tiam a Cardinalibus, niſi ſint epiſcopi.*
*Papa tenetur ſubuenire Cardinali indigenti, ſecun-
dum eius qualitatem.*
9 *Papa ſcribendo, debet præponere nomen ſuum: ali-
ter reſcriptum eſt nullum.*

10 *Pontifex*

10 *Pontifex tenetur, omnia in Concilio geſta, inſinuare clero: & populo manifeſtare: ſicut epiſcopi tenentur.*

11 *Papa quandoque ſubeſt Imperatori.*

OBLIGATIONES IN PONT. REPETVNTVR.

QVarto. plura alia in eo.§. Tertio. per mul-
tos Verſiculos, & alibi in ſuperioribus:
quæ quo ad obligationes Imperatoris in-
ducta ſunt, hic æque militantia, quo ad uinculum
Pontificis Max. paucis, ad rectum ordinem obſer-
1 uandum, ſubijciamus: † ut ſcilicet, Non debeat iu-
ra Imperatoris uſurpare, ſicut nec Imperator eius.
Si ſolutus dicatur, uiuere tamen debeat legibus: &
licet non ligetur lege prædeceſſoris, debet ſaltē ex
urbanitate, ſequi factum eius, ut in eo.§.3. uerſic.
Septimo. in fi. Inde contractus iuriſgentium ob-
ſeruare tenetur, & iuramentum, & uotum: Plenitu
dine poteſtatis uti tantum cum cauſa. Pacificus,
& pacis obſeruantiſſimus eſſe. Prouocatus tātum,
ad arma, & Bella confugere: uel iuſta petendo, uel
iniqua recuſando. Perſonaliter nō pugnare. Duel-
lum prohibere. Vſuras tollere. Conſultatione uti.
Facilem in adeundo ſe præbere, ut quę rimonias
de aliorum iniurijs audiat. Manſuetus eſſe. Veri-
tatem negotij de quo agitur, accurrate perquire-
re. Inde ſuper cognitis pronunciare ſecundū con
ſcientiam. Perſonarum acceptor non eſſe. Dubi-
tationes iuditiorum interprætari. Abuſus tollere.
Liberalis eſſe. Sortilegia euitare debeat. Atque
pro officialibus ſuis iniuſtis teneatur: & ſupplere
eorum negligentiam. Immo quandoque ipſe pro
ſuo delicto puniatur, abſque aliqua uenia, ut di-
ctum eſt ſupra.§. præcedenti.q.6. præſertum nu.5.
non ſolum ſubijciatur alterius iuditio, ſed ēt Im-
peratoris. ut ibi num.4. & facilius debet remitte-
re ius fiſci, quam ius priuatorum ut ſupra lib.1.c.
1.§.4. uerſ. Nono. ſub hoc uerſ.4. cū multa, licet di
uerſa, complectamur, iam ſigillatim enumerata;
poſſumus itidem & aliqua diuerſa, non tacta, ſub-
2 iungere: atque illud, † ut Pontifex debeat in gene-
re uocare Cardinales, & Epiſcopos, fratres ſuos,
alios, filios, ut vr̄ eſſe glo.in.c.1.in uer. fratribus. de
offic.leg.in.6. quæ allegat.c. licet tertiū. de teſti-
bus & ibi Philip. Frāc. & Doct. & glo.in.c. funda-
menta. in uer. fratres de electione.in.6. & uidetur
tex. in.c. ad Apoſtolicę.§. nos itaque de re iud.in.
6. & clare habetur in.c. quam graui. de crim. falſ.
& ſequitur Mart. Laud. in d. tract. de princip.q.
217. Conſuetudinem eſſe Romanæ Curiæ, & Apo
ſtolicæ ſedis, ut Patriarchas, Archiepiſcopos, Epi-
ſcopos, fratres: cęteros autem, Reges, Principes,
uel alios, cuiuſcunque ordinis, filios, in litteris ap-
3 pellet. † Et nunquam utatur plurali locutione, ſi
uni tantum perſonæ literæ dirigātur, quæ com-
probat glo. in prohæm. Decretalium. in uer. filijs
ubi Abb. & Felin. & per Abb. in d.c. quam graui.
qui cōfirmat quod dictum eſt per dictum.c. licet;
de ſe autem ſemper loquitur in plurali d.c. quam
graui. Imperator autem loquitur in ſingulari per-
ſona de ſe ipſo. l.4. C. ad. l. falcid. & tradit Martin.
4 Laud. in tract. de princip.q.50. † Iudæum tamen,
uel infidelem, filium non appellat, ſecūdum eum:
5 qui ſubdit † ſi prælati inferiores, ſcribunt ſubditis
ſuis, debent eos appellare fratres uel ſocios, ut eſt
glo.in.c. eſto ſubiectus.95. diſt. Si ſubditus ſcribat
prælato ſuo, debet eum patrem appellare. Et no-
tandum etiam eſt ſecundum Abb. in prohęm. de-
6 creta † ſi Papa ſcribat Abbatiſſæ, uel Regi, ponere
Filiæ, uel Filio in CHRISTO, non alijs. Proba-
tur etiam in.c. intellecto. de iureiur. de quibus per
Spec. in tit. de reſcrip. præſ.§. ratione. in prin. &
ad propoſitum noſtrum, Cardinales uidentur
7 † eſſe membra ſpecialia Pontificis, qui eſt caput;
8 unde hac ratione, † non debet ab eis fidelitatem:
nec obedientiam exigere, ſecundū Hoſtien. quem
ſequitur ibi Ant. But. in.c. antiqua, de priuileg. ſed
Martin. Laud. in tract. de Cardin. primo.q.39. &
in.2.q.4.5. & 8. poſſe exigere fidelitatem a Car-
dinalibus Epiſcopis tradit, tanquam Epiſcopis:
Atque ex præmiſſis recte dicitur: Pōtificem aſtri-
ctum eſſe ſubuenire, & prouidere, Cardinali indi-
genti, ſecundum qualitatem, & dignitatem ſuam,
cum eum diligere debeat, ut ſe ipſum, ut idē Mar-
tin. tradit in d.2. tract.q.6. ſecutus Hoſtien. in d.
9 c. antiqua. † Item debet Papa ſcribendo, præpone
re nomen ſuum: licet in primitiua ecclſia, aliter
eſſet, ut not. Philip. Fran. in prohœm.6. nume.1. &
habetur in.c. dilectiſsimis.12.q.1. & ſi aliter in re
ſcripto contineatur, inualidum eſt ut oſtendit
Abb. in dicto prohęm. Decreta. in prin. interdum
tamen Imperator Romano Pontifici ſe præmit-
10 tebat.c. uictor.97. diſtinct. † Item Pontifex tene
tur omnia in concilio geſta, inſinuare Clero, &
populo manifeſtare: ſicut & epiſcopi tenentur.c.
fi.18. diſtinct. & tradit Ant. Roſel. in tract. de con-
cil. in rubr. Forma concilij uocationis nume.19.
11 † Item quandoque ſubeſt Imperatori, ut ſi eccle-
ſia eidem tributum præſtet. ut per gl.in.c. ſatagen
dum.25. quæſt.1. alioquin omnes Principes
ei ſubſunt, ut per iura ibi allegata, & alibi nos
declarauimus.

§. IIII. DE PRAEST. ET POT. PONT. MAX.

§.IIII.

MAGNA profecto oſtenditur Exę-
ſtantia, & Potentia Imperatoris
in ſuperioribus, præcipue lib.1.
c.1.§.4. maior utique in Ponti-
fice Max. demonſtrari poteſt:
tum a iam ibi, & hactenus di-
ctis: tam ab his, quę in hac parte dicenda ſe ſe of-
ferunt: ad quæ pariter breuiori ſtylo accedere,
non parua cura noſtra eſt. Verum cum præter
multa, quæ ſolum ad Pontificem ipſum pertinent,
plura permixtim commemorauerimus ſimul cum
Impe-

Imperetore,etiam ad Pontificem ſpectare,eoploſius in eo capite enucleata; hic quoque primum ea oĩa breuibus, & p epitomata fere quędam repetere,apte poſſumus; mox ad alia nondum intercepta peruenturi;ne Caput iſtud Pontificium,Imperatorio præſtantius: aut in ordine, aut honore, aut aliqua in re,minus cultum uideatur,

SVMMARIVM.

1 *Pontificis præſtantiam, & Potentiam denotantia, plura repetuntur,iam dicta in Imperatore, & in ipſo Pontifice.*
2 *Officiales Ro. Pontificis, & ſedis Apoſtolicæ,multi ſunt; quorum aliqui enumerantur.*

PONTIFICIS PRAEST. ET POTENTIA, REPETITVR.

1 PRimo † itaque repetamus, Pontificem Max. ea eſſe prēſtantia,ut in ordine,& loco,& cœteris, Imperatori præponatur, ut ſupra dictum eſt lib.1.c.1.§.1.in prin. & hoc cap.1.§.1.in prin. Atque Coronam imponere Imperatori inuncto,& conſecrato, & defenſori Fidei Catholicæ,& Rom.Eccleſiæ d.lib.1.§.1.in uer.coronam. Item eandem Coronationem, poſſe ſpecialiter alteri committere,cum ſit de reſeruatis,quæ nihilo minus ſpecialiter committi poſſunt, ut ibi.q.1. Item poſſe eandem Coronationem celebrare extra urbem, cum etiam poſsit transferre ex cauſa, ſedem Apoſtolicam,de loco ad locum;cum & ubi Papa ſit,ibi Roma eſſe dicatur,quæ communis patria cenſeatur,ut ibi.q.2.Item habere claues Cęli,& Mundi, a Deo ſibi traditas, ad iuſtitiam; ut quodcunque ligauerit,& ſoluerit ſuper terram, ſit ligatum,& ſolutum & in cęlis,ut lib.1.c.1.§.1.in uerſic.Gladium,& ſupra hoc.c.1.§.1.uerſic. Claues. Item ſupra omnes gradus etiam ſuperilluſtrium,eum reponendum: a quo omnes dignitates,tanquam a fonte profluant,ut in d.lib.1.c.1.§.1.in uerſic.Orbem nu.4.ubi etiam nu.9. habetur, præſcriptionem contra ſuperioritatem, iuriſdictionem,& præminentiam Papæ,non poſſe habere locum: licet contra Imperatorem, aliqui hoc concedant:cum aliter ſentiendum ſecundum ma- gis * cõmunes, & catholicas opiniones, ibi dixerim. Et ibi in prima. q. Sequenti num.4.traditur Papam permittere poſſe,hodie etiam duos Imperatores; Imperare quod tamen reprobatur,ut ibi. num. 10. Illud etiam ibi conſtare diximus nu.12. Imperium a Papa & eccleſia dependere, & latius dixi in.§. ſecundo. ſeq. q.2. qui potuit transferre electionem in Germanos, & actiue, & paſsiue; & a gente in gentem, ut ſupra lib. 1.c.1.§.2.q.2.&.3.num.4.&.8.& poſſe Papam, tractatum conſultorium facere,de ſucceſſore ſuo,in d.§.1.q.2. nu.6.& hoc.c.1.§.2.q.2.num.2.dictum eſt. Et purpura,& ſerica ueſte auro intexta:& conchilijs,uel murice tincta; indumẽtis Imperatorijs, Siluestro Papæ, per Conſtantinum iam donatis: & Pallio, denotante plenitudinem poteſtatis, uti Papam, expoſuimus, d.§.1.in uerſic. Purpureo.& hoc.c. §.1.uerſic. Pallium.in prin. Item in Pontifice electio diuina cenſenda eſt: & præcepta Dei,& ſpiritus Sanctus, in electo ineſſe,ut d.lib.1.c.1.§.2. in prin.num.9.& hoc.c.1.§.2.q.4.Eſt etiam ad præſtantiam Pontificis referendum, ut electus tum demum Imperator, & Auguſtus dicatur, ſi ab eo confirmatus per coronationem fuerit: ante eam Cæſar tantum, & Rex Romanorum nuncupetur, ut ſupra li.1.c.1.§.1.q.3.&.§.2.in rub.de elect.& electoribus Regis Rom. nume.3.& ſimiliter,cum Conſtantinus Imperator, præ manibus habens frēnum equi Pontificis, pro reuerentia Beati Petri, Stratoris officium Syluestro Papæ exhibuerit: qui ab eodem multa priuilegia, & alia dono ſibi tradita recepit,recognoſcente fidem, & ſuperioritatem Rom.eccleſiæ,ut ibi in d.§.2.q.2. nume.6.&.10.Et illud præcipue,ut conceſſa urbe Romana, & omnibus Italiæ, & alijs occidentis prouincijs terrenus Imperator ibi nullam, ſed ipſe Pontifex omnem poteſtatem,& ſedem haberet, ut in d.§.2.q.2.num.6.10.&.11.& in.§.3.uerſic. Tertio. Ad eandem præſtantiam quoque tendit, ut ſi electoribus Regis Rom.pfixo termino, monitis, ipſi uoluerint,uel nõ potuerint eum eligere: poteſtas eligendi,ſeu prouidendi, deuoluatur ad Pontificem: ne ſedes apoſtolica careat defenſore, & aduocato.Quod quoque habet locum, ſi contingat electores, in diſcordia uerſari: etiam in pari numero exiſtente diſcordia,cum tunc Papa poſſit eligere,& gratificari cui uoluerit:in cuius manibus etiam fit renunciatio, poſt confirmationem tamen, ut prædicta notauimus inibi.q.3.& deinceps.q.5.Explicauimus ad Pontificem pertinere approbationem,uel reprobationem, electi regis, quem examinat, perquiritque perſonam:cum ipſius ſit manus impoſitio,in caſibus ibi poſitis, per octo uerſiculos ſequentes: in quorum ultimo, & q.6.ibi ſeq.num.11.habetur, Papæ conuenire, dare curatores, & coadiutores regibus: quando ſunt inſufficientes,& inutiles ad ſe gerendũ:Ibiq; in d.6.q.quæ ſequitur,deſcripſimus, poſſe Papam deponere Imperatorem,iam coronatum, ex cauſis ibi inſertis, etiam ſine conſilio Cardinalium, ſine quibus poſsit quoque ardua explicare. Atque repetere liceat, Pontificem ea eſſe præſtantia, ut Imperator teneatur ipſum,Romanam Eccleſiam, fidemque Catholicam,conſeruare reuerenter,defenſare, & exaltare, ut ſupra lib.1.c.1.§.3.uerſi.1. Immo, nullo pacto Imperator poteſt uſurpare iura Põtificis, quia a Deo officia poteſtatis utriuſq; diſcreta ſunt, ut ibi uerſic. Secundo. Sed potius executiones ſuas, Eccleſiaſticis præſulibus ſubdere,non præferre,ut ibi in uerſic. Quarto. Atque ut Paſtor populorum appelletur, & qui dicitur eſſe diuinę maieſtatis, imago, qui omnia recte, ac ex ordine conſtituit, ut ibi uerſic. Quinto. Atque ut præſumatur iuſtũ Bellũ,quod ipſe indicit:ſicut de

Impera-

Imperatore ſcriptum eſt ibi uerſic. Vndecimo. Et poteſt diſpenſare ut Iudæi exercere uſuras ualeant: & ſic diſpenſare contra legem euágelicam, & contra apoſtolum, ceſſante ratione, uel ex cauſa, ut ibi, uerſic. Quartodecimo. & qui oſculatur in pede, ut ibi uerſic. Sexto decimo num. 4. Et poteſt proferre ſententiam ſuam, abſque peremptoria citatione. Et ordinem iudiciarium, & ſolennitates poſitiuas proceſſus, & ferias, etiam in honorem Dei, non tenetur obſeruare. Qui etiam recipit probationes, non ſolum poſt concluſum in cauſa, ſed etiam poſt ſententiam: & impartitur officium ſuum non petenti: & poteſt iudicare ultra contenta in libello: & ut Deus, ſola facti ueritate inſpecta, & ſecundum conſcientiam: immo etiam ad id teneatur; quique aliter non præſumitur iudicare quam Deus, ut ibi uerſic. Decimonono. Item apud Papã, poteſt eſſe acceptio perſonarũ, in his quæ fiunt de mera gratia: & ſic ubi ſunt plures æque idonei, poteſt gratificari cui potius uoluerit, eligendo, citra iniuriam aliorum, ut ibi uerſic. uigeſimo. & uerſic. uigeſimoquinto. Et poteſt declarare intentionem ſuam, & ſui prædeceſſoris: & interpretari dubitationes in iudicijs emergentes, & priuilegia ſua, declarando tamen: & interpretari teſtamentum uoluntates, ut ibidem, uerſic. uigeſimoprimo. Videtur etiam poſſe Pontifex, uendere titulum beneficij, & officia, prout Imperator: quia in his, in quibus ius poſitiuum Simoniam inducit, & quę dicũtur ſimoniaca, quia prohibita: non autem ſi ſint prohibita, quia ſimoniaca, non ligatur ipſe. Item licet eidem, propter atrocitatem delicti, tranſgredi terminos legum: & recedere a comunibus regulis, ratione ſcandali euitandi: & concedere multa non concedenda, ut ibi uerſic. Vigeſimoſecũdo. Referre etiam poſſumus ad præſtantiam Pontificis, ut proprie eius ſit donare, cum potentiſſima dos in in Principe, ſit liberalitas, & clemẽtia: ut ibi uerſ. uigeſimotertio. Verum ea quæ ſingillatim d. lib. 1. cap. 1. §. quarto enurauimus in Imperatore, quo ad oſtendendam eius pręſtantiam, & potentiam, breuiter perſtringendo, æque in Pontifice Max. militantia; dicamus apud Pontificem, eſſe uniuerſale dominium, & ſupremam poteſtatem, præſertim in ſpiritualibus: cum quandoque etiam ſit in temporalibus, ſi non exercitio, & actu: potentia, & habitu tamen ſemper, ut in ſuprad. §. 4. uerſic. 1. nu. 1. §. 2. q. 2. & hoc lib. 2. §. 1. q. prima. poſt uerſic. Pallium. Vnde dicitur omnia poſſe ſupra ius, contra ius, & extra ius, nec poteſt ei dici, Cur ita facis: & in quo ſit pro ratione uoluntas; de cuius potentia, diſputare nefas ſit, & committatur crimen ſacrilegij: quia ſit cauſa cauſarum, & iuſta cauſa: & quod iuſtum & uerum eſt, ſibi placere præſumendum ſit: qui uult omnes actus ſuos regulari Iuſtitia Poli, & Fori. Quam autem ſupremam poteſtatem, magis oſtendere uoluit in multis ſibi reſeruatis, de quibus inferius fiet ſermo. Hic illud tantum dicamus, reſeruata in ſignum uniuerſalis dominij, & ſubiectionis, & ſuperioritatis, non poſſe præſcribi: atque ea occupantem, Tyrannum eſſe, & morte puniendum: ut hæc ſcripta ſunt in d. uerſic. 1. §. 4. Eſt quoque apud Pontificem ſolum poteſtas condendi, & interpretandi legem generalẽ, etiam motu proprio: & qui facilius diſpenſare poteſt: Atque uim legis generalis habere cenſeatur, etiam ſi in priuato loco, diffinitiuam ſententiam tulerit, in controuerſia, de qua plene cognouerit; & idẽ ſi epiſtola emiſſa fuerit: & ſi reſpondet conſultationi. Et propterea ad ipſum pont. tãtum ſpectat, confirmare ſtatuta laicorum, reſpectu eccleſiarum, & earum perſonarum, ut ibi explicauimus, uerſic. Secundo, ubi & in uerſic. Septimo. §. tertio, habetur: ipſum eſſe ſolutum legibus, & non ligari lege prædeceſſoris ſui, poſſeque eius facta abrogare. Et amplius, legẽ generalem iam conditã, ius ciuile, & iura poſitiua poſſit Papa tollere, quo ad forum ſuum: unde a lege etiam per eũ condita, recedere queat: præſertim cũ clauſula Nõ obſtãte: ut multa exẽpla iuris poſitiui enumerant, & multæ clauſulę & carũ usu, abrogando, uel aliter diſponendo: & illa ante alias, cum reſcribit per uerba, Sic facias. quæ alij inferiores, uti non poſſunt, ut ibi uerſ. Tertio. Immo contra ius naturale uel gentium, & contra ius diuinum, ex cauſa ſtatuere poteſt: diſtinguendo, & interpretando, non tamen in totum tollendo, ut aliqua exempla ponuntur ibidẽ verſ. Quarto, & Quinto. Item poteſt reſcripta concedere, uel ſecundum, uel contra ius commune, illud interpretando, aut limitando, aut in totum tollendo. Immo quandoque interpretando, & limitando, contra ius naturale, gentium, & diuinum, cum cauſa, uel ſine cauſa, ut ibi verſ. Sexto, & ſupradicto uerſic. 4. & 5. & uerſic. vigeſimo octauo. Idem dicitur in priuilegijs, quo ad ſpiritualia & cauſaliter quo ad temporalia, ut ibi verſic. ſeptimo. Sub quo continetur auctoritas, concedẽdi iuriſdictiones, Immunitates, & Dignitates, ut diſtinctè ibi legitur in ver. Iuriſdictiones, in uer. Immunitates, ac in uer. Dignitates. In quibus demonſtramur gradus eorum, qui in ſacro ipſius principis palatio militant, prout miniſter quiſque, ex officio ſibi iniuncto deſeruire ſolet, ut eſt præfectus ptorio, uulgo Maior Domus appellatus: Cancellarius magnus: Quæſtor: Præpoſitus ſacri cubiculi, uulgo Gran Cianberlan dictus; Pincerna; Seneſcalchus: Scutifer magnus, & alij ſimiles, ut legitur ibi ſucceſſiue in illis uerbis. Dignitatum. Cancellarius Imp. Quæſtoris. Cubiculi ſacri. Pincerna. Seneſcalchus. Scutiferum magnum. Spectabilium. Clariſſimorum. Comites palatinos. Et in d. uer. Dignitatum, nu. 1. habetur, Papam ſolo uerbo, creare doctorẽ, & nouam dignitatem; & quem p onunciare ſacerdotem, immo etiam epiſcopum.

2 † Sed ultra præmiſſa, Ro. Põtificis, & ſedis Apoſtolicæ, multi ſunt officiales conſtituti, quorum opera, & ſolicitudine, negocia, & præſertim beneficia eccleſiaſtica explicantur: Inter quos Vicecancellarius, ſummum locum tenet, ut aliquid tetigimus ſupra lib. j. cap.

cap.1.§.4. uerſi.Septimo. in uer. Cãcellarius,nu.5. Hicque exprimamus Vicecancellarium, regere Regulas cancellariæ, eumque eſſe iudicẽ in pertinentibus ad expeditiones iuridicas Bullarum, & eſſe maiorem in curia poſt papam: & qui Bibliothecarius,& Quæſtor appelletur:& Præſes ſit Iuſtitiæ,& poſsit ſtare cum auditoribus Rotæ, in deciſionibus cauſarum, ut declarat allegatus interpręs in prohęm. Reg.cancellariæ, Innocen.8.pag.15. Cuiusquę officium non expiret ipſo iure, per obitum Papæ, ſicut nec officia auditorum Rotæ, ut per eundem Interp. ibi Pag.in.247. & ſeq. Sic adeſt officium pœnitentiarij maioris, qui abſoluit in caſibus arduis etiam reſeruatis Papæ: & officium pœnitentiarij minoris, qui abſoluit in caſibus in quibus non abſoluunt ſacerdotes parochiales, ut in caſibus reſeruatis epiſcopis: Quorum officium pariter non expirat per mortem papæ: ſicut nec Camerarij, ut oſtendit Card.Zab.in cle.ne Romani. uerſ.eo ipſo. col.2.de elect. Auditores aũt à Papa, quadruplilci modo conſtituuntur: uidelicet Cameræ, Contradictarum, ſacri Palatij,& Specialis cauſæ, ut idem Zabarel. declarat in cle.auditor.col.3.de reſcrip. ſunt etiã Referendarij. Item ſunt protonotarij participantes, literarum apoſtolicarum Correctores, eiuſdem ſedis ſubdiaconi numerarij, cauſarum palatij Apoſtolici Auditores: Cameræ Apoſtolicæ clerici, ſimiliter numerarij,& participantes: Curiæ cauſarum dictæ cameræ generalis Auditor: Abbreuiatores de Parco maiori, ſua officia actu exercentes: quæ omnia colliguntur ex Reg. Cancel. Iulij. II.in reg.1.& aliqua declarat ibi pdictus Interpres, multa omittens, cum plurima ſint officia huiuſcemodi: quæ & nos breuitatis cauſa omittimus. Repetere quoque iuuat, Papam poſſe reuocare priuilegia, etiam ſine cauſa: & expectatiuas per prædeceſſorem ſuum conceſſas, ut in d.§.4. uerſicu. Octauo: & ea eſſe præſtantia, ut nudo uerbo,& aſſertioni ſuæ credatur: & ſtandum ſit, ſicut litteris ſuis narratiuis, etiam in præiuditium alterius, etiam ante Pontificatum: ita ut non recipiat etiam probationem in contrarium, in facto proprio: & qui Papa habeat omnia iura in ſcrinio pectoris, & poſsit Papam in teſtem adducere, ut ibi uerſic. Nono. Item poteſt iudicare in cauſa propria, prædicta ratione, quia nõ aliter pręſumitur iudicare, quã Deus. & in cauſa propria poteſt etiam eſſe teſtis. ut ibi uerſic. Decimo. Item poteſt imponere ſubditis ſuis, uectigalia, ſeu gabellas,& alia onera, ut ibi uerſic. Vndecimo: Sub quo cõtinetur. in uer.it: hoc, cum ſimiliter cudendi monetam facultatem habere. Item licet eidem Infideles aliquando in auxilium inuocare, ut ibi Verſic. Duodecimo. Item in caſibus poteſt alienare bona ſuę dignitatis, ut ibi verſic. Tertiodecimo, & latius in uerſic. Trigeſimo. Item ſoli Papæ, congregatio concilij tantum conuenit, ut ibi uerſic. Decimoquarto,& dicemus inf. uerſic. Nono. Item poteſt Papa cõgere partes altercantes ad concordiam, ſiue in cauſa ciuili, ſiue in cauſa criminali. ut ibi uerſic. Decimo ſexto. Item damnatos,& degradatos, etiam ſolo uerbo reſtituit. & confiſcationes bonorum inducit, & promouens ſcienter indignum, cenſetur cum eo diſpenſare: & aliquando poteſt cõcedere ſaluum conductum, ut ibidem. uerſic. Decimo Septimo. Item poteſt imponere pœnam mortis: ſtatuendo, non exequendo, quia fieret irregularis, ut ibi uerſic. Decimo octauo. Item iniuſſu Pontificis, non licet clericis, aut ſubditis ſuis, monere, deferreque arma, ut ibi uerſic. Decimonono. Item poteſt legitimare quoſcunque filios, etiam ex nefario coitu,& damnato natos: etiã filios ſacerdotis, etiam ſtantibus legitimis,& naturalibus: & legitimationem alteri cõmittere, ut ſit Comiti Palatino. Item poteſt creare ciuem, qui non ſit alicuius ciuitati, ſibi ſuppoſitę, ut ibi uerſic. uigeſimoprimo. Item poteſt ius primogeniturę inducere; tam in ſucceſſionibus, quæ ad dignitates pertinent, quam in alijs allodialibus, ut ibi uerſic. Vigeſimo Secundo. Item concedit dilationes: & literas ſalui conductus, debitoribus, ad ſoluendum infra certum tempus: etiam ſi debitum ſit iuratum, quia Papa expreſſe poteſt elongare uim iuramenti, ut ibi uerſic. Vigeſimo tertio. Item in Pontifice præſumitur iuſta cauſa, etiam ſi eam nõ exprimat, cum declaratione tamen ut ibi. uerſic. Vigeſimoquarto. Item Papa eſt Iudex omnium, non recognoſcentium ſuperiorem: etiam Imperatoris, ratione peccati,& manifeſtæ iniuſtitiæ, uel ex conſuetudine: uel ubi ſubſit neceſsitas iuris, uel facti: uel ſi aliqui Reges, ungantur ab eccleſia, uel dificiente poteſtate ſeculari: uel uacante Imperio,& in his quæ tendunt in ſalutem animarum: & in ſpiritualibus, & in cauſa graui concernente ſtatum totius Chriſtianitatis. Et tandem Papæ iudicium requirendum eſt, qualitercunque oriatur difficultas, & ambiguitas: ſiue in foro eccleſiaſtico, ſiue ciuili: ſiue in cauſa criminali ſiue ciuili: & qui poſsit citare in terris Imperij, ut ibi uerſic. Vigeſimoquinto. Item ſentẽtiam inappellabilem profert:& ad eum prouocatur in caſu manifeſtę iniuſtitiæ, & peccati, & uacante Imperio:& ceſſat appellatio ſi committat cauſam, Appellatione remota;& poteſt interpretari, mutare, & corrigere ſententiam ſuam, ut ibi, Verſic. Vigeſimo Sexto. Item Papæ eſt obediendum in ſpiritualibus,& alijs ad eum ſpectantibus, uſque adeo, ut inobedientes in hæreſim incidere arbitrandi ſint. Vnde eius ſubditi, tenentur ei iurare obedientiam:& in omni pacto, & iuramento, intelligitur eius auctoritas excepta. Et crimen læſæ maieſtatis comittant, facientes ligam cõtra eum: ſecus eſt in alijs, ut ibi uerſic. Vigeſimo Septimo. Item poteſt facere, quod factum pro non facto habeatur, etiam quantum ad effectus præteritos. Item poteſt reuocare alienata in damnum, & pręiudicium ſedis appoſtolicę,& obſides dare, & alienare bona eiuſdem ſedis, in caſibus, ut ibi uerſic. Trigeſimo. Deinceps pręſtantiam Pontificis, quaſi etiam ab antiquitate repetitã in multis

præ-

præclaris titulis, nominibus, & officijs deſignatam, replicare poſſumus: & illud præſertim, ut totius orbis dicatur dominus, & vt nedum circa terreſtria, cœleſtia, & infernalia, gerat vicariatum Chriſti, ſed etiam ſuper Angelos bonos, & malos, quibus eſt maior iuriſdictione, ſacramentorum adminiſtratione, & cognitione, ut in hoc. cap. ſupra. §. primo verſic. Pontificis Max. imago, & in verſic. Pallium. & eidem eſſe attributum Conſiſtorium: atque quod plus eſt, illud idem cenſendum eſſe, quod dei ſit, vt ibi verſic. In excelſo. Sic pontifex dicitur caput eccleſiæ, poſt Chriſtum, ut ibi verſic. Deum vnum, & cuius caput triplici corona aurea redimitur, & Chriſmate inungitur, & conſecratur: quia in eo repreſentatur perſona Chriſti, ut ibi in uerſic. Diademate. Item etiam ante coronationem pontifex appellatur: & eius geſta ualent, ſecundum unam opinionem, ut ibi in uerſic. In hac. Item ſolus in curia, non alius, ueluti patriarcha, poteſt portare crucem ante ſe, ut ibi, uerſic. Crucis. Poſſunt etiam ad præſtantiam pontificis, referri multa ſpecialia conſtituta in electione eius, quæ in alijs electionibus non militant, ut hoc cap. §. ſecundo. quæſtio. prima. Item poteſt referri & illud, ut Pontifex cum Cardinalibus, poſsit habere tractatum conſultorium, licet non diffinitorium, de ſucceſſore alio eligendo, & ſtatuere ſuper forma eiuſdem, ut ibi, quæſtio, ſecunda. Item & illud, ut electio de duobus pontificibus quandoque teneat, per concilium tamen Generale probanda, uel improbanda, in altero eorum: & interim ualeant geſta utriuſque ut ibi. quæſtio. tertia. Item ut non niſi e Cardinalium cætu, in pontificem poſsit eligi: & deinceps eligendus ſit præſtantior: quod ſi non contingerit, electione tamen illuſtretur, & clarus efficiatur, quia papatus ſanctum facit, aut recipit. ut ibi. quæſtio. quarta. Item ut pontifici electo, nullæ exceptiones, uel accuſationes opponi poſsint, niſi hæreſis, & aliquæ aliæ, ut ibi, quæſtio. quinta, & quæſtio. 6. a nullo enim iudicatur, qui poteſt omnes iudicare. Item ea cenſetur præſtantia Pontif. max. ut eum imitari debeamus, approbando ea quæ ipſe approbat, uel reprobando ea, quæ ipſe improbat, ut hoc, cap. 1. §. tertio. uerſic. Primo.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruata pontifici, in ſignum ſupremę poteſtatis, a Speculo iam in. 89. caſibus annotata, breuiter enumerantur.*

2 *Irregularitas, quæ contrahitur ex actu in ſe licito, eſt, de iure poſitiuo. & quando ſit de iure diuino, remiſſiue.*

RESERVATA PONTIFICI ENVMERANTVR.

SEcundo, ad oſtendendam Pontificis præſtantiam, apte ſubijcere poſſumus, & enumerare ea quæ ſibi ipſe reſeruauit in ſigni ſupremæ poteſtatis, ſuperioritatis, & uniuerſalis dominij; collecta ut diximus ſupra lib. 1. c. 1. §. quarto uerſic. 1. per Specul. in titul. de legato. §. nunc oſtendendum. qui octoginta nouem caſus ſummatim ſere recitauit, & multos refert etiam Bal. ibi per me adductus: quorum cum multa deſcripta ſint, & latius declarata in Imperatore d. uerſi. 1. & per omnem illum. §. multo plura tamen, ultra etiam dicta in præcedenti uerſic. in pontifice ſubnotari poſſunt: de quibus etiam loquitur, & multis collectis, Bertachin. in tract. de epiſcop. in. 2. parte. nu. 144. Nec hic aliquis hoc inſtitutum meum uitio uertat, quaſi aliena ſcripta, nimis curioſus repetam, & penitus membranis his meis inſeram. Nam præterq̃ quod ſcribentium penæ omnium more, ita ſæpe obſeruatũ uideri poſsit: nos tñ hæc potius ſubiungimus ad rectum quendã ordinem inducendũ, & lectori promptiorẽ, & faciliorem lectionẽ proponendam, in hoc intercæpto opere: Inſuper aliquãdo aliqua uberius uentilata, ab alijs tantum delibata, præſertim a Spec. ẽt explicabimus: ut multa ĩ ſuperioribus expoſuimus. Specul. igitur ſumpta occaſione a legato Pontificis, cui interdicta ſint ea, quæ ſibi ſedes Apoſtolica ſpecialiter reſeruauit, in ſignũ uniuerſalis dñij, exorditur, ut in eis ipſe legatus iure legationis, ſe intromittere nõ poſsit: & pręmittit cauſas maiores ad ſedem apoſtolicã referẽdas. c. maiores, &c. & per Mart. Laud. in tract. de prin. 237. q. & deinceps reſeruata hæc eſſe cõmemorat, per iura p eũ allegata, de qbus habetur etiã per glo. & doct. in. c. qđ tranſlationẽ. de offi. lega. Primo, ut Papa, uel prima ſedes, a nullo accuſari, uel iudicari poſsit: niſi de hæreſi. II. ut ipſe erigat, ſiue de nouo ordinet eccleſias cathedrales. III. ut regalis dignitas ab eo impetretur, ſ. utrũ, & a quo Rex ungat, quia hoc ad eũ ptineat diffinire. IIII. ut poſsit ſubijcere unã eccl'iam cathedralẽ, alteri. V. vnit duos epiſcopatus in unũ, & unũ diuidit in duos. VI. mutat ſedẽ epiſcopalem de uno loco in aliũ. VII. trãsfert unũ epiſcopũ de una eccl'ia ad aliam. VIII. ſolus, uel is cui ipſe mãdauerit, poteſt cõmutare uotum terræ ſanctæ, uel redemptionẽ illius recipere. IX. reſtituit ſolemniter degradatos. X. remouet ab epiſcopatu, uel ab adminiſtratione epiſcopum decreſcentem eccleſiam ſuam. XI. eximit epiſcopos, & alios. XII. legitimat illegitimos filios. XIII. promouet inſufficientes, & defectum patientes, puta Bigamiæ, ætatis, & ordinis: unde aiunt, ſacrilegij inſtar eſſe diſputare utrum dignus is ſit, quem princeps elegerit. XIIII. ſolus poteſt committere cauſam

appellatione remota. XV. ſententiam inappellabilem profert, quia ſuperiorem non habet. XVI. licet quilibet legitimæ ætatis, poſsit in qualibet religione facere profeſsionem, tamen in inſulis citra decimum octauum annum conſtitutum, prohibet ſuſcipi. XVII. deponit epiſcopos, quod etiam Patriarcha Conſtantinopolitanus uidetur poſſe: & Alexandrinus. XVIII. defectum contractuum, uel iudiciorum ſupplet. XIX. ſupplet defectum Regis, vacante Regno: & defectum Imperatoris vacante Imperio. XX. deponit Imperatorem propter ipſius iniquitates, & etiam Reges, & dat eis curatores, ubi ipſi ſint inutiles ad regendum. XXI. epiſcoporum recipit renunciationes, ſuper quo ſcriptum requiritur. XXII. recipit renunciationem Abbatis, uel Prioris exempti, cum regulare ſit, quod nullus poteſt renunciare niſi in manibus prælati ſui. XXIII. ſolus diſpenſat cum ſimoniaco in ordine. XXIIII. diffinit, & decernit, vtrum iuramentum ſit licitum, ſeruandum, vel non ſeruandum, vbi de eo dubitatur, & poteſt ab eo abſoluere, & ibi late qualiter hoc procedat. XXV. ſolus, vel is cui commiſerit, poteſt abſoluere excommunicatum a ſe: quia eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare. XXVI. ſolus poteſt abſoluere a ſententia ſua. XXVII. ſolus declarat, & diſpenſat, ſi lex ſua, vel legati, legatione extincta, eſt obſcura. XXVIII. ſolus abſoluit participantem, ex certa ſcientia, in diuinis officijs, excommunicato a ſe. XXIX. ſalutans, vel aliter participans cum excommunicato, ex certa ſcientia, præſumitur eo ipſo illum uelle abſoluere. XXX. ſolus abſoluit quando Lator Canonum ſibi abſolutionem retinet, quia inferior abſoluere non poteſt; alias videtur
a alijs abſolutionem conceſsiſſe. XXXI. † ſolus papa diſpenſat cum eo qui in irregularitatem incurrit. Nam ſecundum Philip. Franc. in cap. fi. ne cle. vel. mona. in ſexto omnis Irregularitas quæ contrahitur ex actu in ſe licito eſt de iure poſitiuo, in quo papa diſpenſare poteſt: quæ an, & quando ſit de iure diuino, refert ponere Innocen. in cap. niſi cum pridem, de renunciat. XXXII. ſuſpenſum vel hæreticum eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrantem, ſolus abſoluit. XXXIII. cauſam quomodocunque ad ſe delatam, examinat, & diffinit. XXXIIII. ubi dubitatur de reſcripto appoſtolico contentioſo, utrum per aliud reſcriptum reuocetur, ſolus Appoſtolicus, hoc diffinire poteſt. XXXV. ſi de fide, vel fidei articulis dubitetur, ipſe diffinit. XXXVI. diſpenſat, ut quis habeat plura beneficia, cum cura, uel plures perſonatus cum cura. XXXVII. pronuntiat electionem, & promiſsionem, quæ nondum facta eſt, ſi eam contingat fieri, irritam, & inanem, quia tractus futuri temporis, non ſpectant ad inferiorem iudicem, in hoc caſu. XXXVIII. edit legem generalem. XXXIX. approbat electum in Imperatorem: & confirmat, vel infirmat electionem ipſius: gratificando cui vult, quādo ſunt plures electi in diſcordia: conſecrat, & inungit, & coronat ipſum: & ex cauſis iuſtis repellit, & iam coronatum deponit. XL. congregat, & facit Concilium Generale. XLI. canonizat, & approbat ſanctos, & in cathalogo ſanctorum iubet eorum nomina ſcribi, aliter nullus quantiſcunque fulgens miraculis, debet venerari pro ſancto. XLII. nihil facit de aliquo, mutando etiam rei naturam. XLIII. de nihilo aliquid facit. XLIIII. ſemper & ubique pallium portat, quod nulli licet. XLV. concedit pallium inſtanter petenti, quod nullus alius poteſt, exceptis patriarchis. XLVI. ſolutus eſt legibus. XLVII. appellatur ad eum, omnibus medijs omiſsis. XLVIII. ſententia eius facit ius, ſi animo ius condendi pronuntiat. XLIX. Abbate, & Monacho contradicentibus, poteſt monachum extrahere de monaſterio, & alicui epiſcopo, vel principi in ſocium aſsignare, vel ſecū tenere. L. diſpenſat in criminibus, quæ ſunt maiora adulterio, epiſcopi uero poſſunt in adulterio, & in minoribus. LI. canonica impedimenta matrimonij, quandoque reſtringit, & anihilat. LII. ſolus licite ordinat extra quatuor tempora, in feſtiuis diebus, puta dominicis: & ſi alius hoc fecerit, papa ſolus, cum taliter ordinato, & ordinatore diſpenſat. LIII. ſolus una, & eadem die, aliquem promouit, ad duos ſacros ordines. LIIII. promotum a ſe, vel a præceſſore ſuo, ipſe ſolus ordinat. LV. ſolus facit ordinationem, in die ſuæ conſecrationis. LVI. ipſe ſolus poteſt beneficia vacatura conferre. LVII. ſolus poteſt uni auferre, & dare alteri. LVIII. poteſt contra omnia concilia, & ſtatuta, venire. LIX. concedit epiſcopalia inſignia, Abbatibus, & inferioribus, puta annulum, & mitram, Baculum paſtoralem, Sandalia, & ſimilia; uel quod aliquis ferat ante ſe crucem, quod tamen non debet fieri in pręſentia eius uel ſui legati: & Archiepiſcopi recipiunt inſignia ſua, de corpore Beati Petri. LX. ipſe concedit Laico ſpiritualia, puta ius eligendi, & eximit eum a præſtatione decimarum. LXI. concedit præsbytero, ut poſsit infantes chriſmare in fronte. LXII. ſedet pontifex in ſede illa, quam Dominus ſibi in perſonam Beati Petri ſpecialiter elegit: unde ſummus Pontifex appellatur. LXIII. approbat ſcripta aliorum, & concilia. LXIIII. ſolus diſpenſat cum filio ſacerdotis, ut habeat eccleſiam, in qua pater eius adminiſtrauit. LXV. ſolus diſpenſat, cum illegitime nato. LXVI. ſolus diſpenſat cum ſuſpenſo, ſeu interdicto ab homine, vel excommunicato celebrante. LXVII. ſolus abſoluit Incendiarios, poſtquam ſunt excommunicati denunciati. LXVIII. ſolus abſoluit occiſores clericorum, uel ſi alias læſio ſit enormis. LXIX. ſolus diſpenſat, vt nouitius, uel homo alterius profeſsionis fiat Abbas. LXX. ſolus diſpenſat, vt monachus, vel laicus in minoribus exiſtens, fiat epiſcopus.

LXXI.

LXXI. ſolus diſpenſat cum iſto qui ſcienter excommunicatus ordinem recipit. LXXII. ſolus diſpenſat cum ordinato in apoſtaſia. LXXIII. ſolus diſpenſat cum ordinato a Sciſmatico. LXXIIII. is qui renuntiauit executioni pontificalis offitij, ingrediendo religionem, per ſolum papam, ipſam recuperare poteſt. LXXV. ſolus diſpenſat in gradu conſanguinitatis prohibito. LXXVI. ſolus diſpenſat cum irregularibus, exeuntibus ad audiendas leges, uel phyſicam, ut promoueantur. LXXVII. diſpenſat cum non ordinato miniſtrante, ut ad ſuperiores aſcendat. LXXVIII. cum eo qui excommunicatus, uel ſuſpenſus, recipit beneficium eccleſiaſticum. LXXIX. ſolus concedit laico, ut compagis, ſiue ſcandalijs vtatur: & clericis ut manipulis uti poſſint. LXXX. ſolus diſpenſat in decimis non dandis. LXXXI. ut portet Chriſtianus arma Sarracenis. LXXXII. committit laico cauſam ſpiritualem. LXXXIII. ſolus diſpenſat cum clericis cõferentibus eccleſiaſtica ſacramenta hæreticis: & ab eis elemoſinas recipientibus. LXXXIIII. ſolus diſpenſat contra canones iniungentes certã pœnitentiam, ſeu ſatisfactionem, in enormibus criminibus, ut eſt homicidium, & ſimonia in ordine, vel in beneficio cum cura. LXXXV. in voto continentiæ, & pro terra ſancta emiſſo. LXXXVI. in ætate. LXXXVII. ipſe ex certa ſcientia, & ſanat, & firmat, infirmum confirmando. LXXXVIII. papa habet vtrunque gladium, ex cõmiſſione Dei. LXXXIX. eſt ſucceſſor Petri, & uicarius Chriſti, uicem non puri hominis, ſed ueri Dei, gerens in terris. Hoc in loco etiam apte, remiſſiue repetere poſſumus, ea eſſe & cenſeri reſeruata principi: quæ declaráſur, ſecundum regulam traditam ſupra d. lib. 1. cap. 1. §. quarto. uerſic. 1. nu. 8. At an, & quando tranſeant in alium, reſeruata principi, ibi diximus, nume. 10. Hanc autem potentiam pontificis, explicat quoque in centum quatuor caſibus Ioan. de ſelua in tract. de iureiur. in. 4. parte. nume. 51. cum ſeq. quorum tamen aliqui ſimiles uidentur, non diuerſi: & qui pariter recitantur a Specul. in d. §. nunc oſtendendum. de legato. & ante Ioannem abundantiſſime declarat Anto. Roſel. in tract. de poteſt. Imp. ac pap. ſiue in tracta. de concilijs. in rub. Pontifex. maxi. cart. 86. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Papa nedum circa terreſtria, cœleſtia, & infernalia, gerit vicariatum Chriſti, ſed etiam ſuper Angelos bonos, & malos.*

2 *Matrimonium inter alia ſacramenta, quæ ſeptem ſunt; magnum eſt, & antiquius, dignius, & vtilius.*

3 *Papæ poteſtas in matrimonió contrahi prohibito, uel in prohibito diſſolui.*

4 *Matrimonium inter aſcendentes, & deſcendentes prohibitum eſt, in infinitum.*

5 *Matrimonium eſt prohibitum inter tranſuerſales, vſque ad quartum gradum, incluſiue.*

6 *Matrimonium eſt prohibitum inter affines, vſque ad primum genus, & in dicto genere, vſque ad quartum gradum.*

7 *Matrimonium eſt prohibitum, inter affines ſpirituales: inter perſonas, de quibus ibi, remiſſiue.*

8 *Matrimonium eſt prohibitum, ratione ordinis, voti, & aliorum impedimentorum, vt in verſibus ibi.*

9 *Papa non diſpenſat inter aſcendentes, & deſcendentes, in infinitum, vt contrahant matrimonium: & in prohibitis iure diuino. & . nume. 11.*

10 *Papa poteſt diſpenſare inter collaterales in ſecundo gradu, in linea æquali: ex cauſa magna etiam in inæquali, inter patruũ, & neptem, licet iure diuino ſit caſus prohibitus. & . nu. ſeq.*

11 *Papa ſolus diſpenſat in caſibus, humana lege prohibitis.*

12 *Diſpenſatio, contrahentes illicitum matrimonium, abſoluit.*

13 *Papa poteſt diſpenſare in omnibus caſibus, in quibus prohibitum non reperitur.*

14 *Papa poteſt diſpenſare in affinitate carnali, eo modo quo inter collaterales.*

15 *Papa poteſt diſpenſare inter fratres ſpirituales, non inter compatrem, & commatrem: & leuatum, & leuantem.*

Papa poteſt diſpenſare in prohibitis iure poſitiuo.

16 *Papa poteſt diſpenſare, vt clerici in ſacris conſtituti, ſicut Græci, ducant vxorem.*

Clerici Græci quomodo intelligantur poſſe habere vxorem.

Ordo ſacer eſt in presbytero, Diacono, & ſubdiacono & qui habet annexum votum caſtitatis.

Clerici in minoribus, vel maioribus, ducentes vxorem, amittunt beneficia.

17 *Papa poteſt diſpenſare in voto continentiæ, & ſolemni: & ſic vt monachus contrahat matrimoniũ, & habeat proprium, ex magna cauſa, ita quod deſinat eſſe monachus.*

18 *Nuptiæ implent terram, virginitas paradiſum.*

19 *Papa non poteſt diſpenſare, vt monachus matrimonium contrahat, vſque ad tempus, & vſque quo filium ſuſcipiat: aliter diſpenſatio vitiatur.*

20 *Papa poteſt diſpenſare in ſimplici voto, caſtitatis, vel continentiæ.*

Vouens ſimpliciter caſtitatem, poteſt contrahere matrimonium; licet peccet.

21 *Papa non poteſt diſpenſare vt Rex habens vxorem ſterilem aliam ducat: uel concubinam, ad procreandam ſobolem.*

22 *Papa an poſſit diſpenſare, vt quis habeat plures vxores: vt antiquis patriarchis conceſſum fuit, & obſeruant infideles.*

13 *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.*

24 *Papa non poteſt diſpenſare, in matrimonio carnali*
copula conſummato, niſi in caſibus.

25 *Matrimonium quando diſſoluatur, remiſſiue.*

26 *Papa poteſt prohibere aliquas perſonas, ne con-*
trahant matrimonium, non omnes: & an impedire
matrimonium poſſit.

27 *Papa poteſt diſpenſare in matrimonio, per verba de*
præſenti, non conſummato copula carnali declara.
nu. 29. cum cauſa iuſta, & nota.

28 *Matrimonium conſummatum, & non conſummatũ,*
quid ſignificet.

29 *Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio, inter Chri*
ſtianum, & Iudæam, & econuerſo.
Diſpenſatio in caſibus matrimonij, & alijs, qua ex-
penſa fiat.

30 *Papa poteſt diſpenſare, vt nuptiæ celebrentur, tradu*
ctio vxoris fiat, & conſummatio matrimonij, tem-
pore feriato.

31 *Matrimonij conſummatio, non eſt prohibita tempo-*
re feriato, licet nuptiæ, & traductio prohibean-
tur.

32 *Matrimonium tria bona habet, prolem, fidem, & ſa-*
cramentum.

33 *Conſuetudo an prohibeat conſummationem matrimo*
nij, tempore feriato.

PAPAE POTESTAS, IN MATRIMONIO.

TErtio, collectis ſummatim mul-
tis, in duobus verſiculis præce-
dentibus, quæ uſque adeo oſtẽ-
dunt prestantiam, & potentiam
1 Pontificis max. † vt nedum cir-
ca terreſtria, cœleſtia, & inferna
lia, gerere vicariatum Chriſti, cenſendus ſit: ſed e-
tiam ſuper Angelos bonos, & malos, quibus eſt
maior, iuriſdictione, ſacramentorum adminiſtra-
tione, & cognitione, ut dixi hoc. c. §. 1. uerſic. Pon-
tificis. & uerſic. Pallium: ad enucleationem multo
rum, licet quandoque ibi conſcriptorum, in ſequẽ
tibus deuenire, non inutile eſſe duximus: interpræ-
tando ea quæ ipſe pontifex poſsit, & mox nõ poſ-
ſit facere, ordinando, diſponendo, concedendo,
prohibendo, uel aliter prouidendo, circa matri-
monium, circa ordines, ubi adſit defectus ætatis,
ordinis, Bigamiæ, illegitimitatis, & Illiteraturę, cir
ca beneficia, circa uotum, circa iuramentũ: & quę-
cunque alia ad illius iuriſdictionem, & adminiſtra
tionem pertinentia. Quo circa capiẽdo primo ea,
2 quæ matrimonium reſpiciunt. † id enim eſt inter
alia ſacramenta eccleſiæ, (quæ ſeptem deſcribun-
tur. Baptiſmus. Confirmatio. Euchariſtia. Pœni-
tentia. Extrema unctio. Ordo. & Matrimonium.
ut colligit glo. c. veniens. ubi Abb. de tranſaction.
& Conſt. Concil. Florentini, ſuper vnione Armeno
rum: de quibus ſacramentis, plene ſcribit Nicol.
plou. in tracta. de ſacramentis) ſacramentum ma-
gnum: ut ex ore Apoſtoli tradit Abba. in cap. ex
publico. nume. 13. de conuerſ. coniug. & equidem
2 antiquius, dignius, & utilius, & iure diuino etiã, &
naturali, non ſolum ciuili, quandoque inſtitutum,
ut atteſtatur Ioan. And. in tracta. de ſponſ. &
mat. nume. 1. & Ioan. montaig. in tract. de bigam.
in. 1. quæſt. nume. 6. cum ſeq. & per Bald. nouel.
in tracta. de dote, in. 3. parte. nume. 6. & Ioan.
Lup. in tracta. de matr. & legit. in priu. nume. 15.
per. cap. ius naturale. 1. diſtin. & inſtit. de iure.
nat. in princ. & per illa uerba Matthei. cap. 19.
Quos Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. & Gene.
cap. ſecundo. &. 8. &. 9. per illa uerba, Creſcite, &
multiplicamini, & replete terram. &. cap. primo,
de uoto in. 6. & per Alexand. in conſil. 56. nume-
ro quarto, in quarta parte. & Decium conſi. 681.
numero. 12. Conſiderare inquam poſſumus po-
tentiam pontificis principaliter in duobus caſi-
3 bus: Primo ſcilicet, † in matrimonio contrahi
prohibito: Secundo in prohibito diſſolui: Quo-
rum diſpenſationes aliquando alijs conceſſas, ſo
lent Pontifices per reg. Cancel. ſeu conſt. ſuas re-
uocare, ut in reg. 13. Innocen. 8. legitur. In pri-
4 mo caſu præmittendæ ſunt hæ Regulæ. † Prima
uidelicet, Matrimonium inter aſcendentes, & de-
ſcendentes omnino prohibitum eſſe uſque in infi-
nitum: unde ſi Adam uiueret uxorem habere non
poſſet. §. ergo cum glo. inſt. de nupt. ubi doct. &.
l. nuptiæ. cum glo. ff. de rit. nupt. & per Abba. in.
cap. non debet. de conſang. & affin. Secunda.
5 † Matrimonium eſſe prohibitum inter collatera-
les, ſiue tranſuerſales, agnatos, vel cognatos,
uſque ad quartum gradum incluſiue, dinumera-
tione facta, ſecundum ius canonicum: quic-
quid eſſet alias de iure ciuili dict. cap. non debet.
de conſang. & affin. ubi doct. præſertim Abba. &
per Corneum conſil. 201. numero, ſexto uo-
6 lum. ſecundo. Tertia. † Matrimonium eſſe pro-
hibitum, inter affines, affinitate carnali, hodie
uſque ad primum genus, ſecundum not. per gloſſ.
in dict. cap. non debet. ubi Abba. & doct. & in eo
genere uſque ad quartum gradum, ut elicitur
ex dict. cap. & gloſſ. & declarat pract. pap. in
for. lib. quo uxor ag. ad dot. in uer. matri-
monium, colum. quinta, numero trigeſimo. Qui
inquit prohibitionem hanc, referri ſolum ad al-
terum coniugum, & conſanguineos alterius, uſ-
que ad quartum gradum. Idem tenet abundan-
tius Steph. Coſt. in tract. de affin. numero. duo-
decimo, & ibi videas præcedentem tract. de con-
ſanguinitate: & ad propoſitum colligit Cardina.
Paris. in conſil. 68. numero decimotertio, vo-
lum. quarto: ſicut primus gradus conſanguinita-
tis præſtat impedimentum de iure diuino, ita &
7 primus gradus affinitatis. Quarta, † Matrimo-
nium eſſe prohibitum, ratione cognationis ſpi-
ritualis: quæ contrahitur per Baptiſmum, uel con-
firmationem, & per catechiſmum, ut habetur in ti
tulo de cognat. ſpir. præſertim in cap. Marti-
nus. & cap. ueniens. & cap. contracto. ubi
doct. & abunde per Io. And. in tract. de ſponſ. &
matr.

matr. nume. 7. & per Ioan. Brunel, in ſimili tracta;
concl. 20. column. ſecunda, &. 3. & Chriſt. por.
inſti. de gradibus, in materia cognat. ſpirit. qui po
nunt perſonas, & caſus, inter quas contrahitur
8 iſta cognatio. Quinta Regula, † multa complectē
do, ut breuius agamus, Matrimonium eſſe prohibi
tum, ſatis conſtat, ratione ordinis, uoti, & alio-
rum impedimentorum, quæ his verſibus conti-
nentur: Error, Conditio, Votum, Cogna-
tio, crimen, cultus diſparitas, Vis, Ordo, Liga-
men, Honeſtas, Si ſis Affinis, ſi forte coire nequi-
bis. Hæc ſocianda vetant connubia: iuncta retra-
ctant: vt eos refert, & declarat Ioan. And. & Pra-
ctic. vbi ſupra. Verum quo in gradu cognationis,
apud pleraſque Gentes matrimonia licuerint, in
eiſq; contrahendis diuerſos mores, uide apud Alo
xand. de Alexand. lib. 1. Genialium dierum. c. 24.
elegantiſsime, & varie.
9 Circa primam † regulam aſcendentium, & de-
ſcendentium, non poſſe, nec conſueuiſſe Pontificē
diſpenſare, ſatis perſpicuum uidetur, ut eſt deter-
minatum in cap. literas. ubi Abb. de reſtit. ſpoliat.
cum glo. & in. cap. pietatium. 30. quæſt. 3. eo quia
ſimus in caſibus diuina lege prohibitis, ibi recita-
tis, ſub illis uerſiculis: Nata, Soror, Matertera,
Fratris & vxor, & Patrui coniunx, Mater, Priui-
gna, Nouerca, Vxoriſque ſoror, Priuigni nata, Nu-
ruſque: atque ſoror patris, cōiugi lege uetantur.
Et colligit Chriſtoph. por. inſti. de gradibus, in ex
poſitione arboris, in uerſic. circa quartum: & ante
eum tradit Spec. in tit. de diſpenſat. §. nunc breui-
ter, uerſic. Sexto. & expreſſe docet Anton. Roſel.
in tracta. de concil. in rub. ſum. pont. an poſſ. di-
ſpenſ. Papam inter aſcēdentes in infinitum, non
poſſe diſpenſare.
10 Circa ſecundam regulam, † Papam poſſe diſpen
ſare inter collaterales in linea æquali, in ſecundo
gradu, uideturquoque affirmandum, ut puta inter
filios duorum fratrum, ut per Abb. nu. 17. & Chri
ſto. por. ubi ſupra: & idem Abb. eo. tit. in. cap. quia.
notát duas cauſas diſpenſandi ſuper matrimonio
contracto, vel contrahendo, lege canonica pro-
hibito. Prima eſt quando ex matrimonio contra-
cto, ſoboles ſupereſt, cuius fauore fit diſpenſatio.
Secunda eſt propter ſcandalum euitandum, quæ
cauſa eſt idonea, & ante, & poſt contractum matri
monium. Vnde quotidie Papa, propter bonum pa
cis, uel ſcandalum euitandum, diſpenſare ſolet, ſe
11 cundum eum ibi. † Notandū eſt hic tñ, quod Abb.
in. c. quod dilectio. nu. 5. eo. tit. de conſanguin. &
affin. ex glo. colligit, ſolum papam poſſe diſpenſa
re in caſibus, humana lege prohibitis. In linea ue-
ro inæquali hoc non conceditur: veluti quod pa-
truus contrahat cum nepte: & ita communiter ſer
uari in hoc caſu, ut pote in prohibitis a lege diui-
na, tradit ibidem Abb. d. num. 17. & in c. gaudemus
nume. 10. de diuort. Subdit tñ ex not. dicto Ioan.
And. Papam ex cauſa poſſe diſpenſare, in caſibus
diuina lege prohibitis, quod tamen inquit nullibi
ꝓbari: ſed ex cauſa maxima, & ardua cōcedi, & cō
ceſſum fuiſſe magno principi in cap. per venera-
bilem, nume. 21. qui fil. ſint. leg. Hæc tamen ita
concedit, ut matrimonium ualeat, ut ex nunc,
non ut ex tunc: nam ex tunc, validum eſt tan-
tum, in caſibus lege humana prohibitis, ita ut
tunc filij legitimi cenſeantur: de quo etiam uide
Cardin. Alexand. in dict. cap. per uenerabilem, co-
lumn. 23. verſic. unde breuiter repilogando. & co
lumn. 74. uerſic. ſi uero proles. Proinde Abba. in
practica aduertendum docet, hoc ſæpe poſſe cō-
tingere inter magnos principes, qui petunt diſpen
ſationes a Papa, ut poſsint ducere filiam fratris.
Ideo ibi in appoſtil. Barbatiæ ad Abbs. habetur,
Petrum Anch. conſuluiſſe in conſ. 373. reuocatur
in dubium, Nepotem potuiſſe ex diſpenſatione pa
pæ ducere in uxorem, uxorem quondam patrui:
ſed Petrus, a Barbatia reprehenditur: quia con-
ſuluerit contra legem diuinam, moralem, & pu-
nitoriam: & ita uidetur ſentire Abbs. in dict. cap.
literas. colum, 3. numero 12. & in. cap. propoſuit.
numero. 16. de conceſ. præb. Quia papa non poſ-
ſit diſpenſare contra ius diuinum morale, maxi-
me contra præcepta negatiua, quæ obligant ſem-
per, & ad ſemper, id eſt omni tempore. cap. ſunt
quidam. uigeſimoquinto, quæſtio. prima: & ita
ſimpliciter tenet Ioan. rand. in tract. de diſpēn-
ſat. in ſexto caſu. ubi ſubdit per diſpenſationem
12 † contrahentes, etiam ab excommunicatione ab
ſolutos; de qua in cle. 1. de conſang. & affin. & ita
conſuluiſſe refert Roman. conſil. 307. & idem te-
net Ioan. de ſelua in tracta. de iureiur. in. 4. parte.
nume. 26. & expreſſe diſſerit Anto. Roſel. in dict.
tract. de concil. in dict. rub. ſum. pont. an poſ. di-
ſpenſ. numero. 3. & ſeq. Qua de re quæſtio iſta,
ex prædictis redditur ſatis ambigua, cum idem Ab
ba. ultra alios docto. parum ſibi conſtare uidea-
tur: ſed nihilominus crediderim ego illam opinio
nem tenendam, ſcilicet Pontificem poſſe diſpen
ſare in matrimonio, in dictis caſibus, etiam a le-
ge diuina prohibitis: ex cauſa, ſaltem magna, præ
ſertim inter principes: cum iam potentiam eius in
multis explicauerimus, pręcipue in duobus uerſic.
præcedentibus: & ex cauſa poſſe limitare, & inter-
prætari ius diuinum, dictum ſit ſupra libro primo
cap. 1. §. Quarto, uerſic. Quinto. & dictum con-
ſilium Pet. de Anchar. uidetur approbare De-
cius conſil. 112. &. 602. column. 3. ex eo etiam
13 argumento, † quia papa habeat poteſtatem di-
ſpenſandi, in omnibus caſibus, in quibus prohi-
bitum non reperitur, ut memorabiliter docere
ait Hoſt. & Abba. in. cap. propoſuit. de conceſ.
præben. & Pet. Anch. d. conſil. 373. & idem tra-
dit Spec. in titu. de diſpenſ. §. nunc breuiter. in
princ. & ad propoſitum idem Deci. conſil. 681.
nume. 14. inquit, licet matrimonium ſit de iure
diuino. poſſe tamen ex cauſa, papam ſuper eo
diſpenſare, & in hæc uidetur conſentire Anton.
Roſellus, in tracta. de legitimat. numero 16.
libro ſecundo, & abundantiſsime, Paduæ legēs pręceptor meus cōſuluit, Card. Paris, cōſ. 68. nu. 12.

& ſeq. &. nu, 138. vol. 4. vbi ponit exempla Regũ, & Principum in quibus Pontifices diſpenſauerint, enumerando Regem Angliæ, qui Henricus. 8. eius nominis dictus, tempeſtate noſtra uixit, quodque ex eo Matrimonio ſuſcepit Mariam filiam, in præſentiarum Reginam Angliæ, & nuptam Philippo Hip. principi, Caroli. V. Imp. filio. Videtur tamẽ ipſe Paris, reprobare talia exempla, & contrarium conſulere, niſi in caſibus ibi per eum expreſsis. nume. 350. quę pariter uidetũ tenere Gozad. conſ. 51. nu. 37. &. 42. & ita, ut ex magna cauſa diſpenſare poſsit, etiam in linea inæquali, vt in quolibet gradu lege diuina prohibito, vidi, ex practica Cancellariæ Apoſtolicæ nupertime edita, in rub. Notabilia ſuper diſpenſationibus matrimonialibus. charta 413.

14 Circa tertiam reg. affinitatis carnalis, † Papam poſſe diſpenſare eo modo quo dictum eſt ſupra in præcedenti regula ſecunda, affirmare poſſumus; cum videatur eadem eſſe ratio prohibitionis, vel conceſsionis, vſque ad quartum gradum vt ſupra proxime, in verbo, Tertia. ergo eadem ratione diſpenſatio videtur poſſe militare. l. a Titio. ff. de verb. oblig. cum ſim. Verumtamen vidi in d. practic. Cancel. Apoſtol. ca. car. ubi dicitur ex cauſa poſſe diſpenſare, etiam in primo gradu affinitatis,

Circa quartam reg. matrimonij prohibiti ratio
15 ne cognationis ſpiritualis, † papam non poſſe diſpenſare, oſtendit Abba. in. c. fin. nume. 5. de purg. can. Qui inquit nuſquam legi, Romanã eccleſiam diſpenſaſſe circa cognationem ſpiritualem, cum tamen quotidie diſpenſet in cognatione carnali, quo ad matrimonium contrahendum. De quo meminit Felin. in. c. at ſi clerici. in prin. col. pen. de iudic. & Ioan. de Sel. in tract. de iureiur. in. 4. parte. num. 49. qui tamen illud addit, Non ſequitur quin poſsit diſpenſare, Et propterea Anton. Roſel. in tract. de concil. in rub. pont. max. nunquid circa impedim. matr. ſpir. refert, quod cum hæc impedimenta ſint a iure poſitiuo, papa poteſt diſpenſare: non tamen conſueuit diſpenſare, inter compatrem, & commatrem, uel leuantem, & leuatum, & generaliter in prohibitis iure poſitiuo: & hanc opin. Roſelli, credo ueriorem, attento quod Papa quandoque diſpenſat in caſibus, diuina lege prohibitis, ut ſupra proxime, in uerbo, Circa ſecundam regulam. Nec obſtat dum Abba. dicit nuſquam legi de tali diſpenſatione, ea etiam ratione: quia cognatio ſpiritualis, tanquam procedens ex uenerabiliori parte, eſt magis ueneratione digna, ſecundum eum. cap. primo, & cap. pictatium. 30. q. 3. nam reſponde, quòd recte fit, ut papa conſuetudines ſuas quandoque obſeruet, licet aliter poſsit facere, & ideo non improbe fiet, etiam ſi diſpenſabit, ſaltem inter filios leuantium ut ſupra.

Circa quintam regulam, ſcilicet matrimonij prohibiti ratione ordinis, & uoti, ut in cap. 1. &. 2. qui cleric. uel uouen. ubi Abba. & per practic. Pap. in dict. uerbo, Matrimonium: conſideran-
16 di ſunt duo caſus. Primus ſcilicet † an pontifex poſsit diſpenſare, ut clerici in ſacris conſtituti, non aſtricti tamen uoto continentiæ, tacito, uel expreſſo, ſicut Græci, poſsint ducere uxorem. (Intellige tamen Græcos non poſſe ducere uxorem, ſi ſunt in ſacris: ſed poſſunt eam habentes, ad illos promoueri, & ita retinent quam habent. ut per Hoſtien. in ſumma de uoto. §. utrum. 32. diſtin. ſi quis. 31. diſtin. nicena.) Secundus an poſſit diſpenſare circa ordinatos, qui tenentur ex uoto continentiæ tacito, uel expreſſo. Quocirca Abba. in. cap. cum olim. de cleric. coniug. ex glo. ibi eliciens duas quæſtiones; In Primo caſu in eam opinionem deſcendit, ut apud ſe indubitatum dicat, poſſe papam diſpenſare, clericum, qui non ſit obligatus ex uoto tacito, uel expreſſo, ut poſſit ducere uxorem: quod etiam ea ratione probat, quia continentia non eſt in clericis ſecularibus, de ſubſtantia ordinis, nec de iure diuino: alioquin Græci peccarent. Cum Abb. tranſit Felin. in. c. ſi quando. column. 4. uerſic. & etiam ex iſto arg. de reſcrip. & Martin. Laud. de princip. quæſtio. 497. & Dec. in. c. quæ in eccl. colum. 4. uerſ. ſucceſ. liue, de conſtitut. & conſi. 182. nu. 4. uolum. 1. & Gozadin. conſil, 51. num. 16. & idem conſuluit Alex. conſil. 2. numero. 23. uolum. 1. ſic Pau. c. 3. ad Tymot. recte conſtituit epiſcopum, unius uxoris uirum. Et hic conueniunt, quæ dicta ſunt ſupra. §. 2. quæſtio. quarta, numero primo, &. 2. ſcilicet Petrum Apoſto. etiam electum in pontificem uxoratum fuiſſet quod tamen declara ut inf. cap. 5. §. tertio, numero. 12. Dicuntur autem in ſacro ordine conſtituti, Præsbyteri, Diaconi, & Subdiaconi. & Sacer ordo cognoſcitur, eo quia habet annexum uotum caſtitatis: quod non eſt in minoribus ordinibus, ut declarat Abba. in. c. a multis. per illum tex. de ætat. & qualit. ubi ſubdit Sacrum ordinem habere uotum annexum, ex promiſsione, non ſolum ex conſtitutione eccleſiæ. Et inquit Archid. in. c. quicunque. 77. diſtin. quod nullus ad ſacrum ordinem recipitur, niſi promiſſa continentia: licet quandoq; olim uxorati promouerentur ad minores ordines: immo quandoque ad Subdiaconatum, Diaconatum, & præsbyteratum, ut fit in orientali eccleſia, argu. cap. quoniam in fin. 31. diſtin. Eapropter conſtituti in minoribus, poſſunt ſe ipſos exuere omnibus priuilegijs clericalibus, ut clerici non dicantur, & ducere uxorem. cap. 1. de bigam. in. 6. & per alia tradit Cardin. Alexand. in cap. cleros. column. 3. 21. diſt. Quam ſi duxerint, uel in minoribus, uel in maioribus conſtituti, per uerba de præſenti, non futuro, amittunt tamen beneficia, ut per Abba. in. cap. 1. & ſanc. 2. de cler. coniug. & cõſ. 62, nu. 18. uol. 1. declarat Ber. Diaz in pract. ca. crim. in uer. matrimoniũ: & ſi nulliter cõtrahãt ſm D. Aymo. Crauet. cõſ. 191. nu. 7. contrariũ tenet Ripa. in. l. j. ſe. ſ. cõdemnatũ. de re iud. In ſecundo caſu uoti expreſſi uel taciti, cõtinẽtiæ, & ſic in uoto ſolemni, ut puta ĩ monacho an Papa poſsit

poſsit diſpenſare,ut matrimoniũ contrahat, Abb.
poſt glo. Inno.& doct.in.c.cũ ad monaſteriũ nu.
21.de ſtat. monach. concludit, oẽs fere Canoni-
ſtas tenere,ex magna cauſa,& non aliter,ualere di
ſpenſationem, contra uotum religionis: hocq́ue
ſibi placere,cum fiat commutatio uoti: & ibi po-
nit exemplum magnæ cauſæ, atque inquit B.Tho
mam in hoc articulo uariaſſe: qui ultimo tenuerit
contrarium.idem tenet Abb.in.c.1. in fi. de uoto
& in.cap.cum olim.circa fi. de cleric. coniug. ubi
18 † adducit per nuptias impleri terram, per uirgini-
tatem paradiſum.c.nuptiæ.32.q.1.& per Deci.in
* d.uerſic. Succeſsiue: & ita communiter * teneri
ẽt tradit idẽ Abb. in.c. ueniens.in fi. qui cler.uel
uouen. & Iaſ.in.l.fi. num.2.C.de tranſact. dicit
magis communem: & cum hac opin. uti commu-
ni,cum multis relatis per eum tranſit Cardin. Pa-
riſ.& magis communem affirmat conſil.68.num.
148.uol.4.ſecutus Felin.in d.c. ſi quando. col.4.
de reſcrip. qui inquit ſublato uoto continentiæ,
Papam facere de monacho,non monachum,& ſe
credere ita obſeruari,in Curia: attento quod Ca-
liſtus Papa.III. recuſauit diſpenſare ſuper con-
iugio cuiuſdam diaconi. & ibi docet hoc tamen
conceſſum cuidam Remigio monacho,orto e ſan
guine Regio Aragonum. & ad propoſitum etiam
dicit Io. Bap. Caccialup.in tract.de penſionibus.
q.19.nu.60.Papam diſpenſare, ut monialis pro-
feſſa,nubat alicui Regi,ſi filia regis:& inquit Bal.in
l. ſi paterfam.§. fi.ff. de adoption. ſi filius Regis
ingrediatur monaſterium,peccat: unde Papa po-
teſt diſpenſare, ut uxorem ducat,ne Regnum pe-
reat; Immo quod plus eſt, Bal.in.l.ſi tibi filius.in
fin.ff.de adoptio. ait Papam poſſe diſpẽſare cum
monacho;ut matrimonium contrahat, uſque quo
habeat filium, ne ſtirps nobilis deficiat, ſequitur
Iaſ. d.l. fin. nume. 3. Socin. conſil.28. nume.9.
uolum.1.& Decius conſ. 112. num. 4. uolum.
1. Verumtamen in pręmiſsis aduertendum eſt,
quia Anto. Roſel. in d. tractat. de concil. in
rub.Pont.max.an poſ.in uot.ſolem.contin. diſp.
& in rub.Pontif.max. ſol. uid. abſol.num.33. ac-
curatius reſumendo hanc materiam: & in ea diſpu
tando ad partes, format tres principales Conclu-
ſiones,ſeu quæſtiones.Prima eſt an Papa poſsit ſu
per uoto ſolemni continentiæ diſpenſare cum mo
nacho:in qua per alias tres concluſiones conclu-
dit, quod papa poſsit diſpenſare cum monacho,
ut ex cauſa legitima matrimonium contrahat, uel
proprium habeat:ſed non tamen ut monachus exi
ſtat,& permaneat, quia eſſet contra ſubſtantiam
naturæ: & cum doct.canoniſtis hoc pacto ſe tran-
ſire proponit, non cum illis, qui in d. cap. cum
ad monaſterium, ſentiunt etiam Papam poſſe di-
ſpenſare, ut ſupra, cum monacho exiſtente,
& permanente: & quod ex cauſa poſsit Papa de-
ſpenſare ut habeat proprium, tradit Deci. conſ.
530. in fi.& hanc partem tenet etiam Ioan. Rãd.
in tract. de diſpenſ.in.14.caſu Quo circa cũ hæc.
q.ſit ampla,& ardua, ut ibi per eum, cogitandum
relinquo: pręcipue cum propoſuerim breuiter, &
ſummatim procedere in hoc opere. Illud tãtum
dicam,potentiam Pontificis fere ineffabilem eſſe,
etiam diſpenſando: quandoq́ue contra ius diui-
num: ut in ſuperioribus,uerum tamen hanc opin.
Roſelli a Pontifice ipſo, rectius amplectendam
arbitrarer:quicquid ſenſerint aliqui, aliter ſentien
tes,quam Roſellus: cum tamen ſupra recitati per
me doct.non uideantur ab opin. Roſelli diſſenti-
19 re. In ſecunda principali.q. † an Papa poſsit di-
ſpenſare, ex cauſa tamen, ut matrimonium per
monachum contrahatur,& ad tempus duret, do-
nec is filium maſculum ſuſceperit: diſtinguendo
concludit, quod in matrimonio carnali copula
conſummato, Papa in nullo caſu poſsit diſpenſa-
re,poſt Baptiſma: & ſic non poteſt diſponere, ut
ſuperuenientibus filijs, matrimonium diſſoluatur:
niſi ipſis iugalibus conſentientibus, & religio-
nem ingredientibus,idem tenet Abb. in.c.ex pu-
blico nume.15.de conuerſ.coniug.qui refert Io.
And.diſputantem hunc articulum,& nihil conclu
dentem, quia in alto pelago uerſari crederetur.
In tertia principali.q. ſuppoſito quod præmiſſa
diſpenſatio non ualeat,an per illam adiectionem,
quod matrimonium duret donec filiũ ſuſceperit,
uitietur tota diſpoſitio: uel ſolum reijciatur con-
ditio. Concludit quod diſpenſatio & diſpoſitio
uitietur in totum, & in his cum maior quoque ſu-
boriatur ambiguitas, magis cogitandum eſt. Cre-
diderim tamen Pontificem raro, aut nunquam in
tali caſu diſpenſare: licet potuiſſe affirmaremus.
nam ſi ex cauſa diſpenſat, ut monachus matrimo-
nium contrahat:ſine cauſa tamen diſſolueret matri-
monium: quod graue uideretur cõtra illum præ-
ceptum diuinum: Quos Deus coniunxit, homo
non ſeparet, de quo in proximis dicemus. Hic ta-
20 men ſubnotandum eſt † Papam poſſe diſpenſare
in ſimplici uoto caſtitatis, uel continentiæ,permit
tendo minus peccatum, ut euitetur maius: ideo
permittit, ut uouens ſimpliciter caſtitatem, con-
trahat matrimonium, quando de incontinentia
timetur.c. ueniens. ubi doct. præſertim Abb. qui
cleric.uel uouen.& per Ant.Roſel.in d. tract. de
cõcil.in d.rub.Pont.Max.an poſ.in uot. ſol.diſp.
nu.24.immo talis uouens ſimpliciter,poteſt con-
trahere matrimonium,licet peccet ueniendo con-
tra uotum: ſed debet peragere pęnitentiam. ut ibi
in d.c.ueniens.&.c.1.de uoto,in.6.& per practic
Pap.in d.for.libel. quo ux. ag. ad dot.in uer. ma-
trimonium.col.2.

Subnectere nõ inepte poſſe uidemur,in hoc ca-
ſu matrimonij contrahi prohibiti,ex diſpenſatio-
ne tamen quandoque conceſsi, an Pontifex poſ-
ſit diſpenſare, ut plures uxores poſsint haberi
cum id omnino ſit prohibitum, & ueteri, & nouo
teſtamento: ſcriptum eſt, enim.cap.2.geneſis. &
Matth.cap.19. relinquet homo patrem ſuum, &
matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo
in carne una, & ſic de una tantum fit men-
tio, & pluralitas excluditur: & tenet Ioan. lu-
pus

pus.in tract.de matrim.& legit.in prin.nume.201
qui ſubdit, nunquam diſpenſatum, vt plures ha-
beret uiros una mulier, præſertim ne proles incer
ta eſſet: licet econuerſo quandoque diſpenſatum
ſit. Atque facit dictum Bald.in. c.lator. de re iud.
quod ſequitur Felin.in. c.quæ in Eccleſ.col.8. de
21 conſtit. † ut ſcilicet Papa non poſsit diſpenſare,
ut Rex qui habet uxorem ſterilem, ducat aliam, vel
concubinam, ad procreandam ſobolem, ſequitur
Ioan.de ſelua.in tract.de iureiu.num.43.in.4.par
te. Atqui aliquando aliter conceſſum legimus, an-
tiquis Patriarchis, ut receptum eſt in.c. gaude-
mus.de diuort. & per Abb.in. c.propoſuit nu.10.
de conceſ.preb. & apud Infideles; præcipue Tur-
cas, ex Mahometi inſtitutis, ut in eorum Alchora-
no ſcribitur, obſeruari ſatis conſtat: & meminit
M. Ant. Sabellicus Enneade.8.libt.6. Veruntamen
Ant. Roſel.in d.tract.de concil.in rub. pont.ſum.
diſpenſ.nunq.poſ.in mat.per uer.de præſenti. nu.
22 5.† concludit, Papam non poſſe diſpẽſare, ut quis
duas habeat uxores, quia uti contra fidem, talis di
ſpenſatio non ualet, cap. ſicut.15.diſt.&.c.Acha
tius.24.q.1.idem tenet antè Ant. Spec.in tit.de di
ſpenſ.§. nunc breuiter uerſi.1. Videtur tamen at-
qui poſſe, ab ea diſpenſatione a Deo facta, illis an-
tiquis patriarchis, utſupra, Papam quoque ex ali-
qua maxima cauſa, in certas perſonas, talẽ diſpen-
ſationem inducere poſſe, cum ſit Vicarius Chriſti:
cum ſuprema, & omnimoda poteſtate: & factum
ab ipſo, a Deo factum cenſeatur: & qui ex cauſa
poſsit interpretari, & limitare ius diuinum, licet
non in totum tollere, ut ſępe dictum eſt: & ad hãc
interpretationem uidentur tendere, & poſſe ada-
ptari dicta Abb.in d.c.propoſuit nu.10.& uidetur
innuere uerba d. c.gaudemus, ibi: qui mos, quan-
doque interdum etiam, fas cenſetur & c. Cogita
tamen, quia hæc quæſtio eſt altiſsima, & nuſquam
diſpenſaſſe crediderim: licet Card. Pariſ. præce-
ptor meus, conſ.68.num.154.uol.4. quandoque
diſpenſatum dicat. ſed num.275. hodie non reci-
pi affirmet, nec diſpenſari poſſe.

In ſecundo caſu principali, ſcilicet in matrimo
nio prohibito diſſolui, in quo conſiderari poteſt,
potentia Pontificis: licet diuine ſcriptam ſit, & in
23 iure ſępe receptum, † ut quos Deus cõiunxit, ho-
mo non ſeparat. Matth.c.19.&.c. quos Deus con
iunxit.33.q.2.&.c. inter corporalia. de tranſlat.
epiſ. nihilominus Pontificem aliquando poſſe di-
ſpenſare, haud dubitandum eſt. Veruntamen di-
ſtinguendi, & conſiderandi ſunt duo caſus prin-
cipales. Primus quando matrimonium eſt per uer
ba de præſenti contractum, & carnali copula
conſummatum. Secundus, quãdo eſt contractum
per uerba de præſenti, ſed non carnali copula con
24 ſummatum. † In primo caſu, non poſſe Papã di-
ſpenſare, ut diſſoluatur, ſtatutum eſt in.c. ex publi
co.de conuerſ. coniug. ubi doct. præſertim Abb.
& per glo. in d.c. inter. in uer. fortius de tranſl.
epiſc. ubi Abb.& doct. & Bal.in l. Deo nobis nn.
7.C.de epiſcop.& cleric.& per Lapp. alleg.86.&
Soci.conſ.28.num.6.uolum.1.& hæc eſt commu
nis opi. ut aſſerit poſt multa Io. Neuiz.in ſilua nu-
ptiali.in.§. deueniendo nume.152.& ibi ex cauſa
poſſe ſubdit: & ita diſpenſaſſe Papam Alex VI.
Anton. Roſellus in d.trac.de concil. in rub. põt.
ſum. diſpenſ. nunquid poſ.in mat. examinat hunc
articulum, & idem concludit, rationibus, de qui-
bus ibi per eum abunde: Verum in quibuſdam ca-
ſibus, poſſe etiam conſummatum matrimonium
Papam diſſoluere, ſubijcit, ſcilicet Dei reue-
latione, ut in. cap. quanto. &. cap. gaudemus.
de diuor. Infidelium enim matrimonium diſſol-
uit, licet conſummatum. Sic quoque diſſolui-
tur iugalibus cõſentientibus, & religionem ingre-
diẽtibus, ut p Ioan. Brunel.in tract.de ſpõſalib. &
25 matr.concl.30.in 6. & 7.declaratione:† ubi uide
plene an, & quando diſſoluatur matrimonium: &
per practic.pap.in d.uer.matrimonium: & ibi in.
5.declaratione ponit Brun.etiam alium caſum, in
quo papa, ſeu eccleſia poſsit diſpenſare, ſcilicet ut
altero Infideliũ lapſo in hæreſim, poſsit alter con-
iugum tranſire ad ſecunda uota, per doctr. Hoſti.
in.c.de infidelibus, de conſanguinit. licet de ea du
bitare Abbatem dicat. Poteſt & ille caſus hic re-
petiiam dictus in ſupradicto, uerbo: Circa quio-
tam reg.num.17. ut matrimonium ſpirituale mo-
nachi, ducentis uxorem, ex diſpenſatione diſſolua
tur, die tñ ut ibi. Atque inquit Lappus ubi ſupra,
quod licet matrimonium, matrimonialiter cõtra-
ctum, dirimi non poſsit, tamen bene poteſt Papa,
uel conſuetudo, per eum approbata, reddere ali-
quos inhabiles, ad contrahendum.& dirimendum
ſam contractum per decretal.1.2.&.3. de cogn.
26 ſpirit.& ait Alex.conſ.1.nu.26. uol. 2.† Papam
poſſe prohibere aliquas perſonas, ne contrahant
matrimonium, non tamen omnes: alioquin per-
ueteret ſtatum fidei, quod non licet. Et dicit Abb.
in.c. ad diſſoluendum in fi. de deſponſ. impub.
poſſe Papam ſolum, impedire matrimonium, ſi
interdictum eius habeat perpetuam cauſam, non
temporalem. Sed tamen & hoc dubium dicit, &
recte, per ſupradicta, in matrimonio conſumato:
27 ſecus in non conſumato, ut inferius.† In ſecundo
caſu matrimonij per uerba de præſenti contracti,
non conſummati copula carnali, Papam diſpen-
ſare poſſe, ut diſſoluatũ affirmãt.d. c.expublica
& p memoratos doc.ubi ſupra: & ratio inter hũc,
& præmiſſum caſum, aſsignatur, uel ex eo quod
matrimonium, in hoc ſecundo caſu, ſit confirma-
tum, ex inſtitutione eccleſiæ: in primo autem ex
inſtitutione diuina, contra quam non poſsit di-
ſpenſare. Vel ex eo potius, quod cõſiſtat in facto,
28 quod infectum reddi nõ poſsit: Et ulterius,† con
ſummatum ſignificet unitatem, conſiſtentem in-
ter CHRISTVM, & eccleſiam, per aſſumptio-
nem carnis humanæ, in utero uirgili; & per con-
ſequens ſignificet rem inſeparabilem.c. debitum.
de bigam: non conſummatum uero ſignificet uni
tatem, quæ conſiſtit in ſpiritu, inter Deum, & fi-
delem animã, quæ unitas ſæpe diſſoluatur, interce
dente

dente peccato:& ideo non eſt firmum, ante copu
lã carnalem. Nam matrimonium quatenus eſt res,
& non ſacramentum, poteſt diſſolui, ſicut cęteri
contractus, ut hęc declarant recitati doct. præſer-
tim Abb.& Roſellus.& clarius Hoſtien. in ſum. de
bigamis.§.quare.col.1.& Gozad. conſ.2. num.6.
29 † Hæc concluſio declaratur tamen, ut Papa
non poſsit diſſoluere tale matrimonium, etiam
non conſummatum, niſi ex cauſa in iure expreſſa,
uel omnino ſibi ſimili, vt magiſtraliter docet Abb.
in. c. ex parte num.3. de conuerſ. coniug. de cauſa
etiã atteſtatur Felin. in. c. quæ eccl. col.6. de conſt.
& Ant. Roſell. ubi ſupra num.11.& ita communi-
* ter * teneri in glo. & per doct. in d.c. ex publico.
conſuluit Decius conſ.681. num.13.&. 603. nu.
7. uol.4. qui etiam addit, requiri talem cauſam eſ-
ſe ueram, & iuſtam, & alijs notam: immo idẽ De-
cius in conſ. 602. dicit de tali cauſam conſtare,
non eſſe ſtãdum aſſertioni diſponentis: circa quæ
uide tamen quę dixi ſupra lib.1. cap.1.§.4. uerſic.
Nono.& uerſic. Vigeſimo quarto: & iuxta prædi-
cta, ex communi ſententia Hoſtien. & doct. in d.
c. ex publico.& in. c. tuas. de ſponſ. duo. Inquit Io.
Brunel. in tract. de ſponſ.& matr. concl.30. nu.1.
& Socin. conſ. 28. num.6. uol.1. Papam interce-
dente conſenſu cuiuſque ſponſi, poſſe de poteſta-
te abſoluta, nulla legitima ſubſiſtẽte cauſa, diſſol-
uere tale matrimonium: de poteſtate uero ordi-
naria, etiam idem poſſe, aliqua rationabili cauſa
ſubſiſtente. Plus adde ſecundum Hoſt. in d. c. tuas
papã poſſe diſponere, ut per ſecundum matrimo-
nium conſummatum, tollatur primum non con-
ſummatum, per uerba tamen de præſenti contra-
ctum, quia in tali non conſummato, latiſsime pa-
tet poteſtas Papæ. Quod ex cauſa magna tantum
concedit Ab. ibi circa conſumatum, & non con-
ſumatum: uide ẽt dictã practic. cancel. Apoſt. car.
415. In pręmiſsis autem, quando diſpenſatio a
Pontifice impetratur, qua expenſa id fiat r ui-
de tractat, quod inſcribitur: Taxæ pœnitentia-
riæ Apoſtolicæ: in rub. Summarium Literarum
expediendarum per offic. lac. pœnit. Apoſt: ubi
& de alijs diſpenſationibus & abſolutionibus, ex-
penſa exprimitur. Notandum tamen eſt, nun-
quam poſſe papam diſpenſare, ut Chriſtianus cum
Iudæa contrahat, & econuerſo: niſi præcedat Ba-
ptiſmus. c. nõ oportet. 28. q.1. ubi glo.& compro-
bat Pau. Gril. in tract. de pœnis omnif. coi. q.12.
num.4. Hinc ſubnectere recte poſſumus: contra-
cto matrimonio per uerba de præſenti, tempore
feriato, ut puta, tempore aduẽtus, ſeptuageſimæ,
& quadrageſimæ, quo ſupponuntur prohibitæ nu-
ptiæ, & traductio uxoris ad domum, & quod plus
eſt copula carnalis: ut tenent aliqui, præcipue Ab.
& relati per eum in. c. Capellanus, de feri, per alle-
gata per eum: & apud nos uiget conſuetudo, pro-
30 hibens conſummationem: † Papam poſſe diſpen-
ſare, ut nuptiæ celebrari poſsint, & fieri traductio,
& etiam conſummari matrimonium, per copulam
carnalem: hæc enim ubi inducta ſunt, ex inſtitutio-
ne eccleſię, & de iure poſitiuo inducta cenſenda
ſunt, cum non comprehendantur in prohibitis de
iure diuino, ut in glo. d. c. literas, de reſt. ſpol.&
ratione orationis, & ieiunij, & ſolum cuiuſdam
reuerentiæ, ſtatuta ſint per pontifices, ut in iuribus
allegatis per Abb. legitur. Vnde clarum eſt in ſimi-
libus iure poſitiuo, & lege humana prohibitis, poſ-
31 ſe Papam diſpenſare, ut in proximis dictũ eſt. † Ve
runtamen non ego aſſentiendum puto opinioni
Abb. in d. c. capellanus, & Spec. in Rationali diuin.
lib.1. c. fi.& aliorum, qui concludunt de iure, con-
ſummationem matrimonij eſſe prohibitam tem-
pore feriato, licet nuptias, & traductionem ſolen-
nem prohiberi conſentire poſſim: & propterea ue
rior contra Tanc. & Abb. mihi uidetur opinio
Goff. qui inquit, nuptias ideo cum ſolẽnitate pro-
hibitas: quia in pluribus partibus fierent maiori
ſumptu, quam dos eſſet, eo tempore, quo oratio-
ni, & contemplationi eſſet inſiſtendum: ſed matri
monij conſummationem eo tempore concedit.
Pro quo uidetͻ tex. in d. c. capellanus: ibi, ut quo-
cunque tempore matrimonium contrahatur, con-
ſenſu interueniente legitimo de præſenti, quod ex
eo uidetur corroborari: quia libera debẽt eſſe ma
trimonia.& eorum contrahendi libera facultas. l.
Titia in prin. ff. de uer. oblig. c. requiſiuit, de ſpon-
ſalib. unde ab eis repelluntur, & uitiantur multæ
conditiones, quæ quandoque apponuntur, ut in
tit. de cond. appoſ. in diſponſ. Atq; cum ſit ſacra-
mẽtum magnum eccleſiæ, & antiquitus, & dignius
& utilius: & cõſummatum ſignificet vnitatem con
ſiſtentem inter Chriſtum, & eccleſiam, per aſſum-
ptionem carnis humanæ in utero uirginali; & nõ
conſummatum ſignificet unitatem, quæ conſiſtit
in ſpiritu, inter Deum, & fidelem animam: quæ
equidem in conſummato etiam conſiderari poſ-
ſunt, ut in ſuperioribus dictum eſt: non uidetur
32 hoc tantum bonum, † ex quo tria bona prodeũt,
ſcilicet proles, fides, & ſacramentum. c. omne. 27.
q.2.& per Socin. conſ.65. nu.13. uol.1. qui etiam
allegat B. Thomam. ſecunda ſecundæ. q.89. art.2.
aliquo temporis impedimento ſubtrahi, aut dif-
ferri poſſe, aut debere: immo potius ad illud citiſ-
ſime, abſque aliqua repugnantia, eſſe deproperan-
dum, nec aliter diſpoſuiſſe Pontificem Max. in d.
c. capellanus, uel alibi crediderim: pręſertim ſi uer
ba ſunt accipienda, in potentiori ſignificatu ut in
l.1.§. qui in perpetum. ff. ſi ag. uectig. uel emphit.
petat. unde cum in d. c. capellanus, fiat mentio de
matrimonio contrahendo, quocunque tempore:
interpretabimur non ſolum Papam intellexiſſe,
de matrimonio non conſummato, ſed etiam de
conſummato, quod eſt potentius, & firmius, ut pa
tet ex iam dictis. Preterea cum hæc dictio, Matri-
monium, ibi prolata, poſsit referri idonee, tam ad
conſummatum, quam ad non conſummatum; ſuc
cedit, ut una determinatio, reſpiciens plura deter-
minabilia debet ea æqualiter determinare l. iam
hoc iure. ff. de uulg.& pupil. &. l.2. ubi doct. C. de
impub.& al. ſubſtit. Et iſta ſententia, auctoritate
quoque

quoque præcipua comprobatur, ita ut nullo modo negligenda ſit: quandoquidem ipſemet Abb. in.d.c. capellanus. affirmet cum hac opin. Goff. tranſire omnes doct. & idem uidetur concludere Caietanus. Cardinalis.S.Sixti,in ſummula peccatorum, in uer.Matrimonium.uerſic. Septimum caput.qui tradit hoc non cadere ſub prohibitione eccleſiæ,ut prohibitum: ſed ut finis nuptiarum, & prohibiti: quodque aliud eſt id quod pręcipitur, aliud finis præcepti. & ideo,uti matrimonio conſummato tali tempore: non eſſe peccatum, ſicut nec alio ſacro tempore:cum aliter ſit in nuptijs, & traductione uxoris, ut per eundem Caietanum, ibi,in uer. Nuptiæ.Nec obſtant argumenta ex aduerſo adducta ibidem per Abb. Et primum quia, dicat rationem Goff.ſcilicet, ut non poſsit uacari orationibus,& contemplationibus, militet tam in nuptijs, quam in copula carnali, quæ uidentur afferre impedimentum: Nam reſpōdere poſſumus, hoc non eſſe uerum;quia nuptiæ bene poſſunt impedire orationem: copula carnalis nequaquam. Cum hac enim orationes poſſunt cōuenire, opportuno tempore;& ueluti bonum cum bono, ſacramentum hoc cum oratione,fœdus apte inire poſſunt, ita ut unum aliud non tollat,aut aliqua læſione afficiat: ſicque etiam denotetur unio Chriſti cum eccleſia, & in ſpiritu,inter Deum, & fidelem animam,ut ſupra. Nec hęc cōſummatio matrimonij,conſumit dotem:ſed nuptię immoderatæ eam conſumunt.Non etiam obſtat glo. fin.c.uir.33.q.4.quæ contrarium uidetur affirmare: nam cum glo.non probet hoc aliqua lege, uel canone,non eſt ei credēdum,ut ſatis conſtat: & eadem ſolutio fieri poteſt ad glo.in d.c.capellanus.Vel dicas per dictam glo.non prohiberi matrimonium, ut prohibitum, ſed nuptias, ne carnaliter quis coniungatur, & hoc ut finis prohibiti, ut ibi, & ſupra per Caietanum: Non obſtat etiam tex.in.c.nec uxorem.d.33.q. 4. ubi dicatur: nec uxorem ducere licet & c.nam reſponde: quod cōcedere poſſumus conuiuia, & traductionem prohibitam, non autem conſummationem:immo tex.ibi ſe ipſum declarando, traductionem, & conuiuia prohibenda exponit,ſi conſenſus mulieris interceſſerit, alioquin cauſa orationis, continentia ſeruari non debeat,nec coniuges inuicem carnali debito debent fraudari, ut in ſeq.c.legitur: Non obſtat etiā tex. in.c.non oportet.2.ca.33.q.4.ubi ſeparatio in fine inducatur:quia reſponde illum tex.loqui ſi nuptiæ celebratę fuerint:ut tunc ſeparatio fiat quod in nuptijs, quia prohibitæ ſunt, recte inducitur non autem hoc ibi inducitur,in matrimonio conſummato: abſque nuptijs immo & in nuptijs, hoc uidetur intelligendū,i.interueniente conſenſu coniugum,ut ſupra. Non etiam obſtat dum Abb. arguit a pluribus capitulis d.33.q.4.ubi commixtio carnalis,in matrimonio iā conſummato tali tempore orationis,& ieiunij, non debet fieri:nam ſolutio eſt illa non eſſe præcepti,ſed conſilij, ut ibi, in gloſsis,illorum capitulorum: Præterea uidētur etiam militare ſolutiones ſupradictę. Et hęc quo ad ea quæ in iure in controuerſiam deducuntur,

33 dicta ſufficiant. † Verum an conſuetudo iam diu obſeruata,obſtare poſsit, cum ſit altera lex: magis eſt dubium, niſi dicamus talem conſuetudinem, tanquam irrationabilem,contra libertatem matrimonij, eſſe contemnendam, per doctr.Bar.in.l.1.C.quæ ſit lon. conſ.col. pen.& Abb.& doctor. in.c.fi.de conſuetud.& Socin.conſ.7.co.pen.uol.1.Salutare tamen eſſet,ſi ſummus Pont. nuperrime declararet ſecundum prædicta, matrimonium poſſe conſummari,tempore tali feriato: quandoquidem multi, quadam religione ducti, abſtineant,& in deteriorem libidinem tamen irruant, feruentius acti.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex poteſt conferre Dignitates, & ordines;Quorum tamen aliquos, Epiſcopi & alij inferiores conferre poſſunt; præfertur tamen ordinatus a ſuperiore,& ſic a Papa.*

2 *Pontifex creare Cardinales ſolus poteſt, habiles tamen communiter, & excommunicare, & deponere, quorum ſolus eſt iudex.*

3 *Cardinalatus eſt officium, non ordo: licet Cardinalis debeat eſſe in ſacro ordine conſtitutus.*

4 *Electio Prælatorum quorumcunque, quomodo ſpectet ad collegium.*

5 *Epiſcopi electio a canonicis quomodo facienda.*

6 *Archiepiſcopus confirmat Epiſcopum: Patriarcha Archiepiſcopum.*

7 *Pontifex poteſt ſibi reſeruare electionem de epiſcopo,vt quotidie reſeruare ſolet, etiam de Archiepiſcopis, & Patriarchis, & dignitatibus maioribus*

Militiæ,quæ dicantur non eſſe reſeruatæ Pontifici.

Cardinalium beneficia,ſunt reſeruata Papæ.

8 *Reſeruationes generales Papæ, non extenduntur ad Reges, Duces,Marchiones,& alios Principes, habentes ius patronatus.*

9 *Reges Hiſpaniæ,habent ius patronatus, in eccleſiis ſuæ iuriſdictionis,de iure communi.*

10 *Reges Franciæ habent ius patronatus, pręſentandi epiſcopos Pontifici,ex ſua pragmatica.*

11 *Pontifex poteſt reſeruare ius patronatus, & Regum.*

DIGNITATES, ET ORDINES ALIQVOS, SOLVS PAPA CONFERT.

1 QVarto pont. Max.† Dignitates eccleſiaſticas,de quibis diximus ſupra.§.1. uerſic. 1. q.1.in fi.& ſacros ordines,& eos qui ad religionem pertinent, conferre poteſt: ſolus autem aliquos;cum & aliquos epiſcopi,& alij ab eo inferiores, concedere valeant: & ut hic obiter dicam, ordinatus tamen a ſuperiore,& ſic a Papa,præfertur Ordinato ab inferiore,ut habet.in.c.per tuas.

2 ubi Abb.de maior.& obed.† Atque in primis ipſe Pontifex,Cardinales creare ſolus poteſt,ut memorabile.

rabile dictum Ioan. And. in, c. fane. de conuerſ.
coniug. ubi Ab. receneſet Felin. in rub. de conſtitut.
col. 1. & inibi Dec. in. 2. lectur. colu. 3. & per Mar-
tin. Laud. in tract. de Cardin. q. 20. & in. 1. q. 1. per
cle. ne Romani, de election. & per Barb. in trac. de
præſt. Card. in. 1. q. 1. partis num. 25. In Cardiná
lem uero eligere inhabilem, aut cum eo diſpenſa-
re, communiter non ſolet, licet poſsit ſi uult, ut
not. Abb. in cap. dilectus. num. 1, de conceſ. præb.
per. c. propoſuit, eo tit. Deponere econuerſo Car-
dinalem non poſſe, niſi cum concilio Cardi-
nalium, uel cum concilio uniuerſali, tenent
aliqui: quos refert Barb. in tract. de præſt. Card.
in. 8. q. Baſilica. 1. partis, & ibi arguendo ad par-
tes, uidetur inclinare in hanc ſententiam: non ta-
men hæc opi. uidetur tuta, attenta ſuprema pote-
ſtate Papæ, de qua ſæpe dictũ eſt, & meminit Abb.
* in. c. 2. de cleric. non reſid. & cõmunis * opi. uide-
tur, ut quoque alias dixi, Papam poſſe etiam ſo-
lum explicare ardua ſine concilio Cardinalium. ut
per Felin. in d. col. 1. Decius tamen in hoc caſu, re
mittit ſe ad dicta Barb. in d. 8. q. Mihi proinde in
hoc diſsidio placet concordia poſita per Martin.
Laud. conterraneum meũ, in d. 2. tract. de Cardi.
q. 78. qui fœdere diſtinctionis ait, de ordinaria po
teſtate, & condecenti, Papam cum collegio Cardi-
nalium, deponere, & excommunicare poſſe Car-
dinalem, At de abſoluta etiam, ſolum idem poſſe,
ſecundum glo. Abb. & Io. Lign. In d. cap. 2. & licet
abſolute idẽ Mart.. in d. 1. tract. Papã ſolum poſſe
deponere. & excommunicare Cardinalem in. q. 4.
tenuerit: recte fiet, ſi intelligatur ſecundum præ-
dictam ſuam diſtinctionem. & ad prædicta facit;
quia Papa ſolus dicitur Cardinalium iudex. ut per
3 Barb. inibi in. 1. parte. q. 11. in fi. † Hic tamen no-
tandum eſt, Cardinalatum eſſe officium, non or-
dinem, licet requiratur ut Cardinalis ſit in ſacro
ordine: ut per Martin. Laud. in d. 2. tract. de Car-
din. q. 17. & in primo tract. q. 19. per doctrin. Bal.
in. c. bonæ. 1. de poſtul. prælat. & prædicta omnia
tenet etiam Io. de Sel. in tract. de iureiur. in. 4. par
te nu. 63. aſſerens Cardinalatũ eſſe de iure diuino.
4 Prælatorũ † aũt aliorũ quorumcunq; electionẽ,
ſiue in eccleſijs cathedralibus, ſeu cõuentualibus
ſeu collegiatis, haud dubiũ eſt de iure cõmuni ſpe
ctare ad collegium. c. Adrianus. 63. diſt. & c. In no
mine domini. 23. diſt. & c. miramur. & cap. multis
inuitis datur epiſcopus. 61. diſt. & cap. 1. de elect.
5 † Vnde in eccleſia cathedrali, ſoli canonici ha-
bent ius eligendi epiſcopum, qui faciunt unũ cor-
pus, cum epiſcopo. c. nouit. & c. quãto de his quę
fi. a præl. ſin. con. cap. & per Abb. in c. dilecti. col.
2. de maior. & obed. quæ tamen intelligenda ſunt,
niſi conſuetudine, uel priuilegio, aliter eſſet recc-
ptum, ut per tex. & Abb. in. c. cum eccleſia ſutrina
de ca. poſ. & propr. & c. cum dilectus. de conſuet.
& ſequitur Pet. a Biax. in tract. Direc. elect. c. 2. 1.
partis. Quorum prælatorum confirmatio, ubi di-
gnitates immediate ſubſunt Ro. Pontifici, ad eun-
dem ſpectat, ſiue epiſcopales ſint, ſiue Abbatiales,
ſiue ſuperiores. c. nihil. ubi glo. Io. And. & Abb.
de electio. & per alia ſequitur Petrus ubi ſupra.
c. 43. 3. partis nume. 3. Si uero non ſubſunt imme-
diate Rom. Pontifici, epiſcopus poteſt cõfirmare
prælatos inferiores, ſuæ dioceſis, ueluti Abbates,
& alios. c. cum olim. de maior. & obed. ubi Abb. &
alij relati per Pet. ubi ſupra num. 5. & ibi nume. 6.
6 ſubdit † quod Archiepiſcopus confirmat epiſco-
pum, Primas uero, ſeu Patriarcha (ſi adſit) confir-
mat Archiepiſcopum: ſin minus, Papa. c. quia igi-
tur. 63. diſt. Quomodo autem antiquitus, poteſtas
conferendi epiſcopatus, pertinere ad Papam, de-
clarat gloſ. in. c. quamquam. de elect. in. 6. & Ber-
tachin. in tract. de epiſcop. in. 3. parte nu. 1. lib. 1.
& Pet. a monte in tract. de monach. concil. 10 rub.
de Cardinalib. nu. 13. Verum tamen in præmiſsis
cadit declaratio, ut ſcilicet ſuperior poſsit eligere
epiſcopum, canonicis negligentibus. c. bonæ. 1. in
fin. de elect. & per Spec. in tit. de election. §. fin.
in fin. præterquam ſi eligat ſcienter indignum,
cum tunc electio deuoluatur ad Papam, ut ibi,
& ſequitur Ioan. Bertach. in d. tractat. de epi-
7 ſcop. in. 3. parte nume. 33. libr. 1. † Declara-
tur itidem magis præmiſſa, ſi Papa reſeruat ſi-
bi prouiſionem de epiſcopo, ſeu alijs Prælatis,
circa electionem: prohibendo, & decernendo,
ut ad eam abſolute ſpectet electio: ut atteſta-
tur Bertach. ubi ſupra, nume. 51. ex auctoritate
Innocen. & Io. And. in. c. inter dilectos. de exceſ.
prælat. & per alia: & not. in cap. ſi eo tempore. de
elect. in. 6. ubi Philip. Franc. Et prouiſiones eccle-
ſiarum cathedralium, ſiue metropolitanarum, ac
patriarchalium; ſeu electionum ad illas confirma
tiones, ad ſedem apoſtolicam hodie pleno iure
pertinere, & eccleſijs paſtore uiduatis, vel de no-
uo prouidere: uel electiones ab illis, quibus ex pri
uilegio licet, ſi canonicæ celebratæ ſint, ab eadem
ſede confirmari; obſeruatur in pontificali, in titu.
de conſecrat. electi in epiſcopum colu. 1. Hęcque
quotidie generaliter, uel ſpecialiter ordinantur,
etiam per receutiores Pontifices: uel per Regulas
Cancellariæ, uel per cõſtitutiones ſuas, ut legitur
in regulis Cancellariæ, & Conſtitutionibus editis,
per Innoc. 8. in regu. ſecunda. cum ſeq. ubi omnes
eccleſias ſpecialiter reſeruauit, etiam Patriarcha-
les, Archiepiſcopales. & Epiſcopales, nec non om
nia monaſteria uirorum, valorem ducentorum
Florenorum auri, communi æſtimatione exceden
tia. Et generaliter reſeruat omnes dignitates ma-
iores poſt pontificales in Cathedralibus, & metro
politanis; ac principales in collegiatis eccleſijs, ua
lorem decem Floren. excedentes: nec nõ priora-
tus, præpoſituras, & præpoſitatus, ac alias digni-
tates conuentuales, & præceptorias generales, or
dinum quorumcunque: ſed non militarum &c. ut
ibi, præſertim reg. 3. quæ omnia declarat ibidem
quidam interpres; qui aperit, quatuor præcepto-
rias, ex quo ſunt militarum, non eſſe reſeruatas.
uidelicet ordinis. S. Iacobi de Spata: De Alcanta
ra, De Calaterba: & S. Ioannis Hyeroſolymitani:
idemq;

idemque ego crederem de militia, ordinis S. Marię Theutonicorum: De quibus, & alijs ſimilibus ordinibus, meminit Rapha. uolat. in anthropologia. lib. 21. Et quæ quidem conſtitutiones, & Regulę, repetuntur, & pariter promulgantur. per Leonem. X. Pont. mox per Clementem. VII. poſtremo per Paul. III. & idem interpræs in reg. 5. Innocen. in fi. tradit Cardinalium Beneficia eſſe reſeruata Papæ, per reg. Cancellariæ, ut & iure communi hoc cõſtare per extrauag. Ad regimen, commemorat. Hic tñ not. concurrere tẽpus ignoranti Papæ, qui ligauit manus ordinario, in concedendis beneficijs uacantibus; ſecundum Bal. in. l, quam diu. C. qui admit. & no. in. c. ſtatutum. de præben. in. 6. ſed hoc tamen non procedit in reſeruatis abſolute ſecundum Phil. Fran. ibi. † Subdeclarantur tamen præcedentia: ut reſeruationes, licet generales, non extendatur ad Reges, Duces, Marchiones, & alios Principes, habentes ius patrona-
9 tus in eccleſijs, ſitis in iuriſdictionibus ſuis: † ut Reges Hiſpaniæ uidentur habere, ut eſt tex. ſing.
10 in. c. cum longe. 63. diſt. † Reges Franciæ habent ex ſua pragmat. licet non iure cõmuni, ita ut poſſint pręſentare epiſcopos confirmandos, Papę, non Archiepiſcopis ſuis, ut prædicta declarat Interpres Regularum Innocen. 8. in reg. 19. & cla-
11 rius. 40. in qua hæc exprimuntur. † Qui tamẽ ſubdit Papam poſſe expreſſe reſeruare ius patronatus, etiam Regum. & hæc deaclarat etiam Card. Alex. in. c. Imperium. X. diſt. ut Reges non habeãt ius eligendi, uel præſentãdi, niſi ex priuilegio Apoſtolico. Adde poſſe idem eos conſequi, ex conſuetudine immemorali: priuilegium enim, & talis coſuetudo, æquiparantur. Et ita habere poſſe Reges Franciæ, Vngariæ, & Angliæ, & Apuliæ, meminit Alex. conſ. 74. num. 8. uol. 4. & Mart. Laud. de priuil. & reſcrip. q. 2. & tactum eſt ſupra lib. 1. c. 2. §. 3. num. 10. De reſeruationis autem uiribus, quando illa ſpecialis, uel generalis concipitur, & multa alia, uide per Caſſadorum in diciſionibus: ſuper Regulis Cancel. in tit. de reſeruat. pręſertim deciſ. 3.

SVMMARIVM.

1 *Ordinum incapacitas, & exceptio, fit aliquando ratione ætatis, aliquando ratione ordinis non obſeruati, aliquando ratione Bigamiæ: aliquando ex illegitimitate, aliquando ex defectu literaturæ: vnde diſpenſatio neceſſaria eſt.*

2 *Eccleſiarum regimini, qui præficiendi ſint.*

3 *Puer in cauſis poteſt eſſe ſacerdos, & epiſcopus, & omnes ordines recipere.*

4 *Papa diſpenſare poteſt circa ætatem, veluti in epiſcopo: & an epiſcopi poſſint diſpẽſare ad inferiores dignitates, in defectu ætatis.*

5 *Diſpenſatio cum minore, in dubio non intelligitur facta, quo ad adminiſtrationem bonorum temporalium.*

6 *Regulæ Cancellariæ, quomodo diſpenſent in minori ætate, quo ad canonicatus, & præbendas.*

Diſpenſatio Papę non dicitur: ſed potius diſſipatio, vbi non ſubeſt cauſa legitima.

Papa an peccet, diſpenſando ſine cauſa.

ORDINVM DEFECTVS SOLVS DISPENSAT.

1 QVinto † quia quo ad ordines memoratos conferendos, aliqui diuerſimode exceptionem patiuntur: uel ex ætatis inhabilitate: uel ex defectu alicuius ordinis: uel ex bigamiæ incapacitate: uel ex natalium macula, uel ex literarum imperitia, & alijs ſimilibus: propterea capiendo primo ea quæ ad ætatem pertinent,
2 licet † indecorum ſit, ut hi debeant eccleſias regere, qui non nouerunt ſe ipſos gubernare, cum ad id munus, tales perſonæ ſit admittãdæ, quę deſcretione prę emineãt, & morum fulgeãt honeſtate, ut præclare ſcribitur in. c. indecorum. de ętat. & qualit. & conueniunt uerba Apoſtoli in. c. 3. ad Tymot. qui inquit, Quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit, qui domui ſuæ præeſſe neſcit, Nihilominus cum ut memorabiliter tradit Ar-
3 chid. in. c. ſubdiaconus. 77. diſt. † poſsit puer in cunis, eſſe ſacerdos: & omnes ordines recipere, intelligendo tamen, ut ordinatus ſuſpendatur ab executione ipſius ordinis, uſque ad ætatem legitimam, ut ibi per eum in. c. ſeq, incip. placuit. Non
4 eſt dubium, † Papã diſpãſare poſſe, circa ætatem, ueluti promouendo minores triginta annis, ad epiſcopatus, ut docet Spec. in d. §. nunc oſtendendũ. uerſi. Decimotertio. de leg. p. cũ nobis olim. §. fi. de elect. & p Hoſtien. in ſum. de ætat. & qualit. in uer. ætas, hic enim caſus uidetur de reſeruatis Pontifici, ut in eo. §. per Specul. & per ipſum in tit. de diſpenſ. §. nunc de epiſcoporum, uerſi. 43. licet aliqui per eum allegati uideantur tenere contrarium. Subdit tamen ibidem, aliquos tenere nullum niſi ſolum papam, diſpenſare poſſe in defectu ætatis, etiam quo ad inferiores dignitates. c. nihil, de electi. & l. j. 2. & 3. C. de his qui uen. ætat. impet. in quibus ætas. 25. annorum incœptorum ſpectatur. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. ubi doct. & per Hoſtien. ubi ſupra. qui inquit, epiſcopum diſpenſare poſſe, in dignitatibus inferioribus, & in eccleſijs parochialibus, inſtante neceſſitate: In minore tamen, 14. annis, ad dignitates non diſpenſare epiſcopum, ſed Papam, ait Bertachin. in d. tract. de epiſcop. in. 2. parte. 4. lib. num. 144. plures itidem caſus colligit, in quibus epiſcopus non poſsit diſpenſare. At hodie ademptam omnino eſſe poteſtatem epiſcopis, diſpenſandi in ætate, quo ad eccloſias parochiales, commemorat ibidem Spec. cap. licet canon. de electio. libr. 6. de quibus meminit Bernard. Diaz. in prac. can. crim. in uer. extra tempora. & Ioan. Rand. in tract. de diſpenſat. in. 56. caſu: qui tamen oſtendit ipſum epiſcopum poſſe diſpenſare in maiore uiginti annis: quo ad perſonatus, & dignitates, non curatas per

c. 1. de

c.1.de ætat.& qualit.lib.6. ubi Philip. Franc. not. & ſubdeclarat, vt epiſcopi tamen, non poſsint diſpenſare, etiam in dictis dignitatibus,& perſonatibus, licet non curatis, quando habent ſacrum ordinem annexum, per not.in.c.ſi cui.in glo.pen. de pręben. in. 6. licet ſecundum eundem poſſent diſpenſare, ut obtineant dignitatem, uel perſonatũ, nõ curatum, quamuis his ſit annexa eccleſia curata.
5 Illudque etiam notabiliter ibi ſubdit, † quod licet ſit cum minore in beneficio diſpenſatum, non tamen intelligitur diſpenſatum in adminiſtratione temporalium bonorum, dicti beneficij, niſi appareat de uolnntate diſpenſantis: de quibus tamen ſe remittit ad allegatos per eum. Et iuxta prędicta Leo.X.Pont.max.ex reg.Cancellariæ ſtatuic
6 & diſpenſauit, † ut canonicatus,& præbendas, aliqui poſsint habere, uidelicet in.14.anno in cathedralibus, in decimo in collegiatis eccleſijs: & conuenit reg. 17.Innoc.8.Hic quoque conueniunt dicta in uerſ. proxime præcedenti, de reſeruationibus: nam in eis reſeruatis, pariter videtur dicendum, ad Papam pertinere diſpenſationem in defectu ætatis. Immo Pontificea per Regulas Cancellariæ, conſueuerunt reuocare quaſcunque conceſſiones factas, per prędeceſſores ſuos, Patriarchis, Archiepiſcopis, & c.de diſpenſando inter alia in ætatę, ut in.13.Reg.Innoc.oct.legitur. Nõ omitto tamen hic, memorabiliter commemorare dictum Abb. in.c. cum in cunctis.col.1.de electione. qui inquit, ubi non ſubeſt cauſa legitima, non dicitur proprię diſpenſatio, ſed diſsipatio potius: & ibidẽ tangit an Papa peccet diſpenſando, ubi non ſubeſt cauſa, & remittit ſe ad meliua dicta per eum in.c.de multa.de præbend.

SVMMARIVM.

1 *Ordines in eccleſia nouem ſunt: inter quos Subdiaconus, Diaconus, & Præsbyter ſunt ſacri, ſicut ſunt nouem chori Angelorum: quod eis tribuatur, numero 2.*
2 *Epiſcopus ordinem habet, inter nouem ordines eccleſiæ.*
3 *Clericorum appellatione, comprehenduntur omnes ordines eccleſiæ, in ſauorabilibus.*
4 *Ordines eccleſiæ gradatim ſunt conferendi, alias diſpenſatio requiritur.*
5 *Ordinatio præpoſtera vbi facta ſit, quis diſpenſare poteſt, vel epiſcopus, vel Papa.*
6 *Papa ſolus diſpenſat cum epiſcopo, in ſacris non conſtituto: & in epiſcopalibus.*
7 *Papa ſolus diſpenſat, ut ordines ſacri aſſumantur, ſine temporis interuallo.*
8 *Ordinatus furtiue, quis dicatur.*
9 *Papa ſolus diſpenſat, & ordinat extra ſtatuta tempora.*
10 *Papa ſolus poteſt quolibet tempore ordines conferre.*
11 *Papa ſolus diſpenſat cum non ordinato miniſtrante: vt ad ſuperiorem ordinem aſcendat.*
12 *Papa ſolus diſpenſat cum eo, qui irregularis ſit, non habens ordinem, diuinum officium exercens.*
13 *Falſum committit, qui prætendit dignitatem, quam non habet.*
14 *Papa ſolus diſpenſat cum clerico, ſcienter excommunicato, recipiente ordinem.*
15 *Papa ſolus diſpenſat cum irregularibus.*
16 *Papa ſolus diſpenſat cum ordinato ſciẽter ab excommunicato, & a ſciſmatico: & cum excommunicato maiori excommunicatione, vel interdicto, vel ſuſpẽſo ſcienter miniſtrante, & cum concubinario notorio, officia exequente, & cum ordinato ab hęretico, & ab eo, qui epiſcopatui renunciauit: uel ab alieno epiſcopo, & alijs num.17.*
17 *Papa ſolus diſpenſat, ut filij præsbyterorum, ad ſacros ordines, in eccleſiis etiam paternis, & parochialibus dignitatibus, & ad epiſcopalem dignitatem, & c.promoueantur: & cum homicida voluntario, qui eſt irregularis.*

1 ORdinum defectua amplectendo, † præmittamus in eccleſia Dei ordines multos eſſe, Nouem numero: ſcilicet Pſalmiſtam, qui eſt Cantor, idemq́ue quod clericus primæ tonſuræ, ſiue coronæ: Hoſtiarium, Lectorem, Exorciſtã, Acolythum, Subdiaconum, Diaconum, Præsbyterum. Quorum tres ultimi, ſacri appellẽtur: alij autem, minores, ut in præced.uerſi.3. nu.16. † Quibuſque etiam includitur Epiſcopus, ut per Abb.in c.aqua, de conſec.ec.uel alta.& alibi & in.c.cleros 21.diſt.colligit Cardin.Alex.col.1.&. 3. ex communi canoniſtarum ſententia: quicquid & aliter ſenſerint aliqui etiam Theologi, aſſerentes Pſalmiſtam, nullum habere ordinem. Cuius contrarium uerius eſſe, pluribus ipſe oſtendit argumentis col. 2.cum & aliqui ab his etiam ordinibus, excludant epiſcopum. Nouem autem ordines ex opi. Hoſt. ab eccleſia inſtitutos, tradit ibidem col.4. Cardin. Alex.inſtar Hierarchiæ Cæleſtis; ubi ſunt nouem Chori Angelorum.c.ad hæc.79.diſt.uel ideo ſecũdum B.Thomam in.4.diſtin.24.q.4.uerſi.ad ſecũdum quæſtionem: quia quidam ſumunt ſufficientiam ordinum, per quandam aptationem ad gratias, gratis datas, de quibus habetur.1. ad Corinth. c. 12. declarando, ut ſermo ſapientiæ Epiſcopo, ſcientiæ Sacerdoti, fides Diacono, uirtutum opera ſubdiacono, interprętatio ſermonum Acolytho, gratia ſanctitatum Exorciſtæ, prophetia lectori, diſcretio ſpirituum Hoſtiario, genera linguarum Pſalmiſtæ, conueniant. De his etiam ordinibus meminit Io.Lup.in tracta.de lib.eccl.in.2.parte.q.5.nume.3.& latius Nicol.Plou.in tract. de ſacram. cap.1.in.6.parte, munus eorum deſcribena
3 in quolibet. † Quos omnes, clericorum appellatione, ſimul etiam cum epiſcopis, compręhendi in fauorabilibus, & ex lata interprætatione, ait ipſe Cardin. ubi ſupra, column. prima: cum aliter compręhendantur tantum minores ordines, p dicta Panor. in. c.2: de cohabit.cler.& per alia. † At

q; i cum memorati ordines, gradatim ſint con-
ſerrēdi.c. qui in aliquo.51.diſt.nec omiſsis inferio
ribus, liceat per ſaltum, ad ſuperiores peruenire,
cum executio, & adminiſtratio in illis interdica-
tur, licet characterem quis recipiat. c.ſolicitudo.
ubi doct.præſertim Card.Alex.52.diſt.cap.1. ubi
Abb, de cleric.per ſal.prom.Immo ordinatus eo
pacto ſcienter, uel ambitioſe, uel per ſuperbiam,
deponitur, ſecus ſi per ignorantiam, uel per negli-
gentiam, ſecundum Hug.Archid.& Card.Alex.in
d.c.ſolicitudo,& Nicol.Plou.in d.6.parte.c.3.per
c.ſicut olim.48.diſt.ubi igitur contingat fieri præ-
poſtera ordinatio, diſpenſatio utique neceſſaria
eſt, ad hoc ut promotus reſtituatur, uel permitta-
tur adminiſtrare, ſuſcepto omiſſo ordine, ut tra-
dunt recitati doct. Quo circa diſpenſatio, vel ad
5 epiſcopum pertinet, vel ad Pontificem. † Nam ſi
ſcienter promotus, ad talem ordinem præpoſtere,
in eo non adminiſtrauit, iniuncta ei pœnitentia, &
caute ſupplendo, quod omiſſum fuit, per epiſcopū
diſpenſabitur, idque tenet Hoſtien. & Archid. ut
affirmant Card. ubi ſupra: licet dicat eundem Ho-
ſtien. tenere in d.c.1.de cler.per ſal.prom. papam
ſolum diſpenſare cum tali ſcienter, licet non dolo
ſe promoto. Nicol. Plou.uero vbi adſit ignoran-
tia, vel negligentia, innuit diſpenſationem ad epi
ſcopum pertinere: & ſic permitti epiſcopo diſpē-
ſationem in dict.cap.1.tradit Abba.& idem vide-
tur tenere Specul.per illum text.in.§.nunc de epi-
ſcoporum.uerſ.17.de diſpenſat.ſequitur Bertach.
in tracta.de epiſcop.in. 2.parte.4.lib. nume. 110.
& Ioan. Rand. in tracta. de diſpenſat. in. 32. ca-
ſu: quæ intelligit Bernard. Diaz. in practic. can.
crim.in ver.per ſaltum.habere locum, etiam quod
talis ignorans, adminiſtrauerit. Si vero ſcienter
promotus adminiſtrauerit, ſolum papam diſpen-
ſare, dicit idem Bernard. ex ſenten. Hoſtien. Do-
min. & aliorum: & idem tenet Cardin. vbi ſupra.
Prope ſupradicta, cum epiſcopus tempore electio
nis ſuæ, debeat eſſe in ſacris conſtitutus.c. a multis
de ætat.& qualit.ubi Abb.ita ſaltem, ſit ſubdiaco-
nus, vt ibi, & per Abb.in.c.cum in cunctis. §.infe-
6 riora.de elect.nume.11.† Subnotandum eſt, ad ſo
lum pontificem ſpectare diſpenſationem promo-
uendi ad epiſcopatum illos, etiam laicos, & qui nō
ſunt in ſacris ordinibus conſtituti, ut per Specul.
in dict.titu.de legat.§.nunc oſtendendum, uerſic.
Tertiodecimo.&.70.per dict.cap.a multis.ubi Ab
ba.qui per c. fi. de poſt. prælat. tradit ibidem ge-
neraliter concludere doctores, poſtulandum ad
epiſcopatum, ſemper eſſe poſtulandum a Papa, &
tunc tenet collatio ordinis epiſcopalis, licet ordi-
natus non ſit ſacerdos, qui non poteſt exequi e-
piſcopalem ordinem, cum character epiſcopalis,
omnino imprimatur, ſecundum Abba. in dict. c.
1.de cleric.per ſal.prom.& ad Propoſitum infert
Hoſtien.in ſum.de ætat.qualit.§.ordo.column. 1.
in epiſcopalibus ſolum Papam diſpenſare, in mi-
noribus autem diſpenſare epiſcopum, neceſsita-
te, uel utilitate urgente. Addo hic conuenire, ut
in epiſcopo, uel alio Prælato creando, qui habeat
filios, debere ſuccedere diſpenſationem, de qua
in.c.de ſimonia.28.diſt. vt colligit Martin. Laud.
7 de principibus.quæſt.397. † Præmiſsisquoque ſi-
mile eſt, ſi dicamus, Pontificem diſpenſare, ut
quis ordines ſacros aſſumat ſine temporis inter-
uallo, vt per Specul. in tit. de leg. §. nunc oſten-
dendum. verſic. 53.& innuit Bertach.in.2.parte.
4.lib.nume.145.per.c.non confidat.50.diſt. quic
quid in alijs minoribus conſtitutum ſit, ut per
eum ex not. in. c.de eo.de temp. ord.& per Ho-
ſtien. in ſum. de temp. ord.§.& qualiter. column.
1. qui ait omnes minores ordines, poſſe ſimul re-
cipi, non tamen minores, & unum ſacrum: mul-
tominus duos ſacros: & multominus tres ſacros.
cap. literas.&.c.dilectus. eo tit. Quo caſu ſi quis
8 tales ordines receperit † dicitur, quoque furtiue
ordinari: licet & furtiue ordinari dicatur, cū quis
citra conſcientiam proprij epiſcopi, ſine exami-
ne promouetur, uel gradu omiſſo, ſaltum facit.ut
per Hoſt.in ſum. de eo qui furt.ord.ſuſcep.§. 1.&
propterea ubi ſit facta prohibitio furtiuæ ordina-
tionis, ſub pœna anathematis: cum taliter promo-
to, & excommunicato, diſpenſat ſolus papa: alias
diſpenſat epiſcopus, uel Abbas, dicto toto tit. de
eo. qui fur. ord. ſuſcep.& per Hoſtien. ibi.§. fi. &
Bernard. Diaz. in practic.cano. crim.in ver. fur-
9 tiue. † Item eodem modo, diſpenſare poteſt ſo-
lus Papa, & licite ordinare, extra ſtatuta tempo-
ra, & diebus feſtiuis, vt puta dominicis. c. 1. de
temp. ord. & tradit Spec.in titu. de legat. §. nunc
oſtendendum. verſic. 52. qui ſubdit, ſi alius hoc
fecerit, pariter ſolum Papam cum taliter ordina-
to, & ordinatore diſpēſare.arg.eo. titu.c.cum qui-
dam.&.c.dilectus: atque etiam ſubdit diſpenſatio-
nem, ad Papam ſolum pertinere, ſi ordinatus ab
alio, quam a Papa, extra ſtatuta tempora, vel alias
illicite, celebret ante diſpenſationem obtentam,
ſecundum aliquos, de quibus ſe remittit. Sequitur
Bertach. vbi ſupra, nume.107.& Bernard.vbi ſu-
pra in ver.extra tempora: Hoſtien. autem in col-
latione facta extra tempora legitima, eo. §. &
qualiter, column.ſecunda, tradit taliter ordinatos,
characterem tamen recipientes, ſed nudum, & in-
efficacem, aliquando per Papam, aliquando per
Prælatum, diſpenſando viuificari poſſe, ſicque in-
telligit. cap. cum quidam, & c. uel non eſt com-
pos.&. c.conſultationi. eo tit. de quibus meminit
Ioan. Rand. in tit. de diſpenſ. in. 1.caſu.1. partis.
qui videtur inclinare, ut epiſcopi poſsint diſpen-
ſare. In præmiſsis conuenire recte poteſt con-
cluſio generalis, poſita per Hoſtien. ubi ſupra. §.
10 quo tempore. in prin. † qui inquit Pontificem,
quolibet tempore poſſe ordines conferre, ſicut
quolibet tempore Pallio vtitur. c. ad honorem.
11 de auct.& vſu pal. † Solus itidem Pontifex diſpen
ſat, cum non ordinato miniſtrante, ut ad ſupe-
riorem ordinem aſcendat, licet epiſcopus di-
ſpenſare poſsit ad beneficium, & ut poſt
biennium, uel triennium, in ordine ſuſce-
pto

pro miniſtret. cap. 2. de cler. non ord. miniſ. vbi
Abba. & breuiter docet Spec. in tit. de diſpenſ. §.
12 nunc de epiſcuporum. uerſic. 18. † tenendum cũ
qui nullum ordinem habet, diuinum officiũ exer-
centem, irregularem effici: necnon & cum, qui ha-
bet aliquẽ ordinem, ſi officium ſuperioris ordinis
exercet: & proinde cũ tali, ſolum Papã diſpenſare.
c. priuilegium. 11. q. 3. c. ſic decet. 25. q. 2. licet cõ-
memoret aliquos tenere, epiſcopum poſſe diſpen-
ſare, & Spec. ſequitur Bertach. in d. 2. parte. 4. lib.
nu. 111. & nu. 145. & Ioan. Rand. in d. tract. de di
ſpenſ. in. 1. parte. 33. caſu. Plus addit Bernar. Diaz.
in. d. practic. can. crim. in uer. cum Laici eſſent, ut
dicens ſe clericum, & ingerens ſe actibus clerico-
rum, cum non ſit, falſarius ſit, ex auct. Bald. in. l.
qui ſub prætextu. C. de ſacr. eccl. & Felin. in. c. ter-
tio loco. in prin. de probat. atque ideo etiam ſub-
dit, clericum miniſtrantem in ordine, quẽ non ha-
bet, deponẽdum eſſe: & amplius non ordinandũ.
c. 1. de cleric. non ord. miniſt. clericum vero non
ordinatum, miniſtrãtem in aliquo ordine in appa-
ratu, incurrere in irregularitatẽ, cũ quo ſolus papa
diſpẽſet, ut ad maiores ordines aſcendat, ſed in ſu
ſceptis diſpenſare epiſcopum: & comprobat aucto
ritate Hoſt. Goff. Calder. & Lappi, alleg. 29. incip.
an diſpenſet? In his idem tenet Abb. d. c. 1. ubi &
13 ipſe arguit. † aliquem ſe profitentem doctorem,
qui non ſit, vel aliam dignitatem aſſerentem habe
14 re, quam non habet, notari crimine falſi. † Diſpen
ſat pariter ſolus papa, cum clerico, ſcienter excom
municato, recipiente ordinem: cuius pœna eſt, ut
deponatur ab illo ordine: idque etiam procedit, li
cet talis excõmunicatio poſſet tolli, ab alio quam
15 a papa: nam talis fit irregularis, † & cum irregula-
ribus ſolus papa diſpenſat, ut poſt Abb. in. c. cum
illorum in. 2. not. de ſenten. excomm. & Martin.
Laud. in tract. de princip. q. 510. & tenet Bernard.
Diaz. in d. practic. can. crim. in uer. excommuni-
cati, & Agn. & Silueſ. in ſum. ſuis. & ante eos Spe-
cul. in. d. §. nunc oſtendendum. uerſ. 31. & uerſ. 71.
16 † Similiter ſolus Papa diſpenſat cũ ordinato ſciẽ-
ter ab excommunicato: nam in irregularitatem, &
hic incurrit: quod & in ordinatis a ſciſmaticis ha-
bet locum, ut per Specul. in. d. §. nunc oſtendendũ.
uerſ. 83. & Bertach. ubi ſupra nume. 107. at ſi igno
ranter facta ſit ordinatio, diſpenſat epiſcopus, tam
in ſuſceptis, quam in ſuſcipiendis, vt per Bernardũ
in. d. practic. in ver. excommunicato. Identidem
ſolus Papa diſpenſat cum excommunicato maio-
ri excommunicatione, vel interdicto, & ſuſpenſo,
ſcienter miniſtrante. c. cum medicina. §. fi. de re
iud. c. cum æterni. lib. 6. & per Specul. in d. §. nunc
oſtendendum. uerſi. 76. & Bernard. ubi ſupra. in
uer. & a collatione: nam & ipſi ſunt irregulares, &
remouendi ab officijs, vel beneficijs. c. latores. de
cler. excom. miniſt. & declarat Bertach. in. d. 2. par
te. 4. lib. nu. 147. ubi autem adſit probabilis igno-
rantia, diſpenſat epiſcopus, quo ad pœnitentiam
imponendam, ut ibi per eum. Item diſpenſat Pa-
pa, in notoria Fornicatione, non ſolum ſacerdo-
tis, ſed ẽt in quocunq; ordine cõſtituti, ẽt in mino
ri, qui eſt ſuſpenſus ab omnibus actibus ordinũ,
& tamdiu, quamdiu perſeuerat in vitio: & qui ſi
interim exequitur officia ſua, etiam ſemel, effici-
tur irregularis, vt colligit Bernard. Diaz. in dict.
pract. can. crim. in uer. concubinarij, ubi hæc no-
tanda ab omnibus clericis exclamat. Ad pontifi-
cem quoque pertinet diſpenſatio, ſi quis ordina-
tus ſit ab hæretico, uel ab eo, qui epiſcopatui re-
nunciauerit, vbi adſit ſcientia, uel craſſa ignoran-
tia, uel ab alieno epiſcopo, ut per Bernard. Diaz.
in d. pract. in uer. extra tempora. & in uer. excom-
municato. & in uer. hæretico. & in uer. & qui epiſ-
copatui, & per Bertach. ubi ſupra. nume. 108. ubi
in uer. rebaptizati: inquit rebaptizatos, etiam igno
ranter, ignorantia iuris, ordinari non poſſe: & col
ligit Bertach. ubi ſupra num. 135. rebaptizati igno
ranter diſpenſationem ſpectare ad epiſcopum, nõ
ſi ſcienter: quam innuat ſpectare ad pontificem.
17 † Additur etiam, ut ad Pontificem pertineat uti
diſpenſatione maiori, in filijs præsbyterorum, ſci-
licet ut ad ſacros ordines, in eccleſijs etiam pater-
nis, & parochialibus, dignitatibus, & perſonalibus
vel inferioribus, promoueantur. cap. pen. ubi glo.
& c. fi. de fil. presb. Item & maxima, ſcilicet vt hi
promoueantur ad dignitatem epiſcopalem. c. Ce-
nomanenſem, 56. diſt. quę colligit Hoſtie. in ſum.
de fil. præsb. §. quæ diſpenſatio. & §. quis poſsit. in
prin. de quibus uide etiam Card. Alexand. in. c. 1.
56. diſt. & Specul. in tit. de legat. §. nunc oſtenden-
dum uerſ. 64. colligere quoque, & innuere uidetur
Bertach. ubi ſupra, nume. 145. cum ſeq. Pontificẽ
ſolum diſpenſare cum ſuſpenſo ab eodem Pontifi
ce, vel eius commiſſario. c. cum inferior. 21. diſt.
idque etiam ex auctoritate Specul. Item cum or-
dinato ſine diſpenſatione, qui canonicum impedi-
mentum habeat. c. ſi quis ſine. 71. diſt. Item cum
religioſo, vel plebano, leges, uel phyſicam audien-
te, vt promoueatur. cap. non magno. in fi. ne cler.
uel monac. & per Spec. in dict. §. nunc oſtenden-
dum. uerſic. 76. & per Bernard. Diaz. in dict. pra-
ctic. can. crim. in uer. ac leges. Diſpenſare etiam
poteſt cum Simonaice ordinato, licet ordini ma-
le ſuſcepto non renunciet, gloſſ. in c. ordinatio-
nes. 1. quæſtio. 1. & Specul. in. dict. §. nunc oſten-
dendum. uerſ. 23. de quibus per Anton. Roſcl. in
tracta. de concil. in rub. Pont. max. an poſsit cum
ſimoniaco in ord. Item diſpenſat, & reſtituit de-
poſitum, & clericum ſolemniter degradatum. c.
ideo cum glo. 2. q. 6. & per Specul. ubi ſupra uerſi.
Nono. Item poteſt diſpenſare cum periuro, uel
conſtituto in peccato mortali, ut ad ordines pro-
moueatur, ut per Spec. in titu. de teſte. §. 1. uerſic.
ſed quæritur. per cap. dilectus de tempo. ordin.
Item diſpenſat cum homicida uoluntario, qui eſt
irregularis, ut per Felin. in c. fi. column. ſecunda,
de maior. & obed. Io. tamen de annan. conſi. 59.
nu. 7. cum relatis aliter ſentit. Item poteſt diſpenſa
re, & permittere, ut apoſtata in ordine ſuo perſeueret,
ut cõſuluit Oldrad. conſil. 47. nume. 1. Alios c

aliqui hic omiſsi ſunt, in quibus ſolus Papa diſpenſare ualeat, quo ad defectum in ordinibus, accuratius quilibet perquirere poterit, ex recitatis in ſuperioribus, præcipue hoc. §. in uerſ. 2. &. 3. uel potius ex Specul. in d. §. nunc oſtendendum. &. §. nũc de epiſcoporũ. uel ex Bertach. in d. 2. par. 4. li. nu. 107. cum ſeq. uel ab alijs auctoribus, ubi ſupra.

S V M M A R I V M.

1 *Bigamia irregularitas eſt, quæ ad ordinem promouendo, obſtat.*
2 *Papa diſpenſare poteſt cum Bigamis, ſecundum communem opin. non epiſcopus, etiam quo ad minores ordines.*
3 *Bigamiæ irregularitas, eſt de iure poſitiuo.*
4 *Bigamus quis dicatur, uere, vel interpretatiue.*

1 BIgamiæ incapacitas, † quam quo ad promotionem ordinum, obſtare ſciunt omnes, ut in titu. de Bigam. non ordin. ubi Hoſtien. in ſum. in prin. &. c. curandum. c. præcipimus. ubi doct. 34. diſtin. & per Bernard. Diaz. in d. practic. can. crim. in uer. Bigami. (Nam non minima irregularitas, Bigamia dijudicatur, ut in illius rub. & per prædictos doct.) an diſpenſationem recipiat, non eſt ſine controuerſia: cum aliqui, etiam Papam non poſſe diſpenſare affirmauerint, licet ut receptum eſt in. cap. quicunque, & in cap. lector. 34. diſt. Martin. Pontifex ſuper ea diſpenſauerit: qui ideo reprehenditur, ut Martinus Capra, non autem Martinus Papa, mereatur uocari, ut refert Hoſtien. in d. ſumm. de Bigam. in. §. & an cum bigamo; ea ratione, quia talis diſpenſatio contra appoſtolum emanauerit. cap. ſuper eo. c. nuper. &. c. fin. de Bigam. non ordin. Verumtamen Hoſtien. in dict. ſum. in. §. an cum bigamo, 2 † non dubitandum eſſe atteſtatur, quin papa diſpenſare poſsit, de plenitudine poteſtatis: cum ſit maior Paulo in adminiſtratione. cap. puto. cum ſim. 2. quæſtio. 7. & ſupra iura poteſt. c. propoſuit de conceſ. præb. & ibi ſubdit epiſcopum, etiam poſſe diſpenſare cum Bigamis, uſque ad minores ordines, dict. cap. quicunque, quia tales non ſunt miniſtri, nec rectorea, nec habent officium prędicandi. Hanc opin. amplectitur quoque Specul. in dict. §. nunc oſtendendum. uerſic. Tertiodecimo: licet in titu. de diſpenſat. §. nunc breuiter. uerſi. 1. aliter ſentiat. Sed contrarium uidetur innuere Bertach. in dict. tracta. de epiſcop. in. 2. parte. 4. lib. numero. 144. & per multa, etiam ex ſententia Rotæ, communem *atteſtatur Cardin. Alexand. in dict. cap. Lector: inter alia autem etiã 3 illa ratione, † quia Bigamiæ irregularitas, ſit inducta iure poſitiuo, non naturali, uel diuino. ut & conſuluit Socin. conſil. 13. numero. 14. uolum. 1. Non poſſe autem epiſcopum diſpenſare cum bigamis, etiam quo ad minores ordines, pariter communem *oſtendit Cardin. ibi quod ſequitur Philip. Franc. in. cap. 1. de bigam. in. 6.

4 † In hoc capite, quis ſit bigamus, unde dicatur, quot ſint ſpecies, & alia, abunde diſſerit Hoſtien. in ea ſum. qui alteram bigamiam ponit ueram, ſcilicet, quando quis ſucceſsiue, & diuerſis temporibus, duas habuit uxores legitimas. 31. quæſtio. 1. cap. aperiant: alteram interpretatiuam: quæ multis ſiue ſex modis ſumatur. Primo quando quis de iure contraxit cum uidua, vel corrupta. Secundo quando quis habuit duas uxores, ante baptiſmum; vel unam ante, aliam poſt. Tertio ſi quis caſtitatem ꝓmiſſam, uiolat. Quarto quando unam de facto, alteram de iure: uel corruptam de facto, uel duas de facto, duxit uxores. Quinto ſi propriam uxorẽ adulteram ſcienter retinuit, eamque cognouerit, ſecundum aliquos, etiam ignoranter. Sexto ſi qs publicam pœnitentiam egit, uel repudiatam duxit: per iura per eum adducta.

S V M M A R I V M.

1 *Illegitimitas, quæ quandã gignit irregularitatem, ordines repellit.*
2 *Papa diſpenſat cum illegitimis: ita ut cenſeatur diſpenſare cum ſpurio, ad epiſcopatum ſcienter promoto.*
3 *Irregularitas quando tollatur per ingreſſum religionis remiſsiue.*

1 NAtalium macula, † & illegitimitas, quæ quandam gignit irregularitatem, & pariter quoque ab eccleſiaſticis ordinibus propellit. cap. 1. &. ſecundo. 56. diſt. ubi Card. Alexand. qui ſex in hoc adducit rationes. &. cap. 1. de fil. præsbyt. & ſequitur Bernard. Diaz. in dict. ſua pra 2 ctica can. crim. † eget ſimul ea diſpenſatione, quæ ad Pontificem pertineat, ut tradit Specul. in dict. §. nunc oſtendendum uerſic. Tertio decimo. de legat. per cap. pen. & fin. de fil. præsbyt. & hoc abſque dubio uerum eſt, ut illegitimus non poſſit promoueri, ad ſacros ordines, uel ad beneficia curata, niſi per ſolum Pap. ut in cap. 1. de fil. presbyt. in. 6. ubi not. Philip. Franc. & ibi ſubdit quando in hoc caſu, & in quibus, epiſcopus 3 poſsit diſpenſare: † & quando irregularitas talis tollatur, per ingreſſum monaſterij: de qua habetur etiam per Cardin. in dict. cap. 1. 56. diſt. poſt glo. ibi. Hanc concluſionem tenet etiam Bertachin. in dict. tract. de epiſcop. in. 2. parte. 4. lib. nume. 144. & hic conueniunt poſita ſupra in prox. uer. incip. ordinum. numẽ. 17. Atque hic ſubnotandum eſt, ut ſi Papa ſcienter promoueat ſpurium ad epiſcopatum, cenſeatur cum eo diſpenſare, ut tradit Bal. in. l. Imperialis. §. 1. C. de nupt. ſequitur idem Bertachin. in tract. de Epiſcop. d. lib. 2. conueniunt dicta ſupra lib. 1. c. 1. §. 4. uerſic. 17. num. 6. legitimatio uero quando alioquin proſit, diximus ſupra lib. 1. c. 1. §. 4. uerſic. 20.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non indiget porcis, & aſinis ferratis; ſed viris eruditis.*
2 *Literas ignorantes, prohibentur ordinari.*
3 *Literas penitus ignorans, beneficio priuatur.*
4 *Papa diſpenſat cum penitus illiteratis, & quando Epiſcopus, & num. 6.*
5 *Papa diſpenſat cum corpore vitiatis, illegitimis, & pœnitentibus.*

ILliteraturæ impedimentum, eſt magnopere
conſiderandum, ex quo ad ſui regimen, viris
literatis, eccleſia noſcitur indigere, vt com-
memoratur in not. cap. cum ex eo. de elect o. in
6. vbi Philip. Franc. poſt Ioan. monac. & Io. And.
1 ſubiungit, † Eccleſiam non indigere porcis, & aſi-
nis ferratis, ſed viris eruditis, & per Felin. c. ſi quã-
do, col. 6. de reſcrip. qui Epiſcopum indoctum, aſi
2 no comparandum tradit. † Proiude prohibitum
eſt, ignorantes literas ordinari. cap. illiteratos.
36. diſtin. Immo tales, & penitus illiterati, promo-
uendi ad primam tonſuram, patiuntur huiuſce-
modi exceptionem. cap. ſi. de temp. ordin. in. 6.
ubi idem Franc. not. & eadem colligit Bernard.
Diaz in practic. can. crimin. in uer. illiterati: qui
pœnam illiterati, ad ſacros ordines promoti, ar-
3 bitrariam dijudicat. † ac penitus illiteratum, cui
ultra præfatos ordines, beneficium collatum ſit,
eo digne priuandum refert. per not. in dict. cap.
ſi. vbi tamen dicitur characterem recipere. Et qua-
lis debeat eſſe ſcientia, in omni clerico, ponit In-
nocen. in cap. cum in cunctis. de elect. ubi Abb.
4 † Verum an cum illiteratis cadat diſpenſatio, ab
Innoc. in. dict. cap. cum in cunctis, vt eum Inter-
pretatur, & ſequitur Archid. in. cap. ſi in laicis. 38.
diſtin. & ibidem Cardin. Alexand. confirmat: con
cluſio elicitur, vt cum eo, qui non habet ſuffi-
cientem, ſeu competentem ſcientiam, poſſit di-
ſpenſari: quia defectus ſcientiæ ſuppletur, per per
fectionem charitatis. cap. niſi cum pridem. ver-
ſic. pro defectu. de renunciat. ſed Abb. in dict.
cap. cum in cunctis, column. ſecunda, interpræta-
tur dicta Innocent. & mox Hoſtienſis, ut ex ma-
gna cauſa, & dociles, diſpenſatiue promoueri poſ-
ſint. Atque talis diſpenſatio, cum penitus illitte-
ratis, vt fiant clerici, ad pontificem uidetur ſpe-
ctare, non ad epiſcopum, vt per Specul. in titu. de
diſpenſat. §. nunc de epiſcoporum. uerſic. 27. &
ibidem in uerſic. prohibetur. & tradit Philip.
Franc. in dict. cap. ſi. de ætat. & qualit. ex doctr.
Innocent. in cap. dilectus eo. tit. propterea Idem
Specul. in dict. §. nunc oſtendendum. uerſic.
Tertiodecimo. de lega. papam promouere inſuf-
ficientes, per uerba generalia tradit. Et arguitur
pariter in cap. non confidat. l. diſtin. per doct.
præcipue Cardin. Alexand. poſt Archid. ut ad ſo-
lum papam diſpenſatio, cum penitus illiterato,
pertineat, quia cum irregularibus ſolus ipſe di-
ſpenſet: † & idem ſeruare curiam Rom. etiam in
corpore uitiatis, illegitimis, & pœnitentibus ipſe
Card. atteſtatur. Illudque etiam addit Cardin. ut
ſi epiſcopus diſpenſet, hoc non ſit tolerandum,
ſed puniendum. Epiſcopum tamen diſpenſare
cum idiota, & illiterato, iam promoto, ut rema-
neat: & non deponatur, ſed doceatur, tenet idem
Specul. in dict. uerſic. 27. & Cardin. ubi ſupra, ſe-
quitur Bertach. in dict. tract. de epiſcop. in ſecũ-
da parte. 4. lib. nume. 112. &. 144. In hac au-
tem diſpenſatione, illiteraturæ totalis, Felin. in. c.
ſi quando, colum. penul. uerſi. dum glo. aliqua ad-
ducens. de reſcrip. in eam opin. deſcendit, ut di-
cat ſe credere, ſi papa diſpenſaret, cum penitus il-
literato, eſſet diſpenſare contra ius diuinum. d. §.
pro defectu. & c. ſunt quidam. 25. quæſt. 1. & ideo
niſi ſubeſſet cauſa maxima, & apparens, forte di-
ſpenſatio ſua non teneret, nedum in promoto
ad epiſcopatum, ſed etiam ad beneficium cura-
tum: ibique intelligit diſpenſationem, tunc poſſe
habere locum, quando diſpenſantur cum eo, qui
habet ſcientiam, ſed minus quam ſufficientem.
Verum cum Felin. loquatur dubitatiue per verbũ
Forte, & dictum ſit, perfectionem charitatis, ſup-
plere defectum illiteraturæ, atque ſæpius de po-
tentia Pontificis etiam alterando ius diuinum,
dixerim: uidetur poſſe ſuſtineri, illiteratutã omni-
modam, recipere diſpenſationem papæ, ſecundũ
præcedentia. In hac materia diſpenſationis, quo
ad ordines, quæ ad Pont. Max. pertinent, licet
forſan multa alia cumulari poſſent, breuitati tamẽ
ſtudendo, cum premiſſa, uti frequẽtia tetigerimus:
ſi quis accuratius hæc perquirere uoluerit, recurrẽ
dum eſt, ut dixi ad Specul. in d. §. nunc oſtendeu-
dum. in tit. de legat. & in eo tit. de diſpenſat. & Ber
tach. in eo tract. de epiſco. in. 2. parte. 4. lib. & Io.
Rand. in d. tracta. de diſpenſat. Sed illa generalis
concluſio, memoriæ eſt tradenda, ut, ſ. cenſeamus
diſpenſationem, ad pontificem pertinere, ubi irre
gularitas ſequit, ut proxime, & ſæpe dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Papa in beneficialibus habet plenam, & liberam poteſtatem.*
2 *Beneficia omnia mundi, ſunt papæ manualia.*
3 *Papa apponens manum in beneficialibus, inficit omnia, in contrarium acta.*
4 *Papæ reſeruatio, prohibet diſpoſitionem cuiuſlibet inferioris.*
5 *Papa ſolus, reſeruat ſibi mentaliter, beneficia: & an ſine cauſa eis priuet.*
6 *Papa poteſt vnire duos epiſcopatus in vnum, & vnum in duos diuidere & eximere, & transferre: & diſponere, vt duo epiſcopi ſint in eodem epiſcopatu pares, & vnus ſub alio, & alius alium creet.*
7 *Papa ſolus confert, & dat ius ad beneficia vacatura, immo etiam poteſt committere laico, vt ea conferat: & alia ſpiritualia, & negocia eccleſiaſtica,*

& cauſam criminalem contra clericum, & iudicandi munus, etiam fœminæ demandare, & ſe ſubijcere iudici laico.

8 *Papa poteſt tommittere non epiſcopo, vt conferat chriſma: & ſacerdoti, vt non indutus ſacris veſtibus, conſecret Corpus Chriſti.*

9 *Papa non poteſt concedere, non ſacerdoti, ut conficiat corpus Chriſti.*

10 *Papa ex priuilegio, poteſt concedere Laico beneficia, & penſiones.*

11 *Papa Leo. X. primus creauit ordinem militum. S. Petri, & vt hi meri Laici, poſſint habere penſionē ducatorum centum quinquaginta.*

Papa imponit penſionem beneficio, abſque cauſa expreſſione.

12 *Papa poteſt conferre beneficia & prælaturas, ad nutum, ad certum tempus, & ſub conditione.*

13 *Beneficia iure poſitiuo, ſunt inſtituta, idem eſt de titulis beneficiorum.*

Papa ſcienter concedens beneficium inhabili, cenſetur cum eo diſpenſare.

Papa ſcribens pro indigno, præſumitur circumuentus.

14 *Papa diſpenſat vt quis habeat plura beneficia, etiā cum cura, cum cauſa: vt ratione publicæ utilitatis, in viris literatis.*

15 *Papa poteſt alijs conferre beneficium patronatum.*

16 *Beneficij collatio, cum clauſula, non obſtante collatione alteri facta, intelligitur de inualida, & generaliter clauſulæ tales, non derogant iuri acquiſito.*

17 *Beneficij ad hoc vt collatio teneat, debet fieri mentio de quocunque iure, etiam modico.*

Papa poteſt reuocare omnes gratias, & expectatiuas præceſſoris ſui.

18 *Papa poteſt concedere clerico licentiam libere teſtādi, de fructibus, & bonis acquiſitis, intuitu eccleſiæ.*

19 *Papa poteſt concedere monacho profeſſo, facultatem teſtandi.*

Papa poteſt concedere prælato, vt ſibi eligat ſucceſſorem.

20 *Clerici, præſertim beneficiati, tenentur dicere officium.*

Beneficium datur propter officium.

Viuens de altari, ſeruire debet altari.

21 *Officium omittentis recitare, pœna.*

22 *Papa cum ratione, vel cauſa, poteſt diſpenſare, ne qs teneatur dicere officium.*

23 *Papa ſolus indulget, vt clericus non reſideat in eccleſia.*

Familiaris papæ, & Cardinalis, beneficij ſui recipit fructus, licet abſens.

24 *Papa poteſt concedere, ne clericus cogatur incedere in habitu, & tonſura clericali.*

Habitus clericalis qui ſit.

25 *Papa poteſt vendere beneficium, & titulum beneficij.*

26 *Lex Iulia Ambitus, eſt inducta de iure poſitiuo, ideo non habet locum in curia principis.*

Simonia non habet locum, in curia Romana.

27 *Papa non poteſt vendere adminiſtrationem ordinum, nec executionem clauium, quia ſunt de iure diuino.*

28 *Simoniam, & ambitum, euitare omnes debent: quicquid liceat Papæ, vel principi.*

Simoniaci, & etiam mediatoris pœna.

29 *Simonia contracta per partes, in prohibitis a conſtitutionibus, licita redditur auctoritate papæ.*

30 *Papa indulgentias concedit, etiam generales, & plenarias, vt omnis pœna remittatur & nu. 32.*

31 *Prælati vltra papam poſſunt concedere indulgētias certo modo.*

33 *Papa concedit indulgentias, euntibus cōtra Turcas.*

34 *Indulgentia quid ſit.*

35 *Iubilei Indulgentiæ, quotoquoque anno antiquitus, & hodie concedantur.*

36 *Papa poteſt concedere celebrationem diuinorum officiorum, in eccleſia interdicta.*

37 *Papa tolerat aliquos, in ritibus eorum: ibi an tolerātia diſpenſationem inducat.*

Papa religioſis, ſtrictiorem regulam indicit.

IN BENEFICIALIBVS, ET IN SPIRITVALIBVS, POTESTAS PAPAE.

SExto poſt ordinū collationes, & diſpenſatio-
nes, ſubnectere cōgrue poſſumus, potentiam
Pontificis max. in reſignādis, ſeu couferendis
beneficijs, & penſionibus conſtituendis, uel alio
1 modo, ēt in ſpiritualibus, diſponendo. Nā † ipſe in
beneficialibus habet plenam, & liberā poteſtatem
cle. 1. in fi. ut lit. pend. & ſm Bald. in. l. reſcripta. C.
de precib. Imp. off. quem ſequitur Alex. conſil. 74.
2 nu. 23. vol. 4. † omnia beneficia mundi, quo ad pa
pam cenſentur eſſe manualia, ideo colligit Abb. in
c. quia diuerſitatem, num. 5. de conceſ. præb. papā
etiam ceſſante negligentia prælotorum, poſſe con
ferre beneficia, totius orbis, & ſic concurrere cum
quolibet ordinario: quia eſt ordinarius totius or-
bis. Sed tñ ait, non eſſe honeſtum, ut auferat alijs
poteſtatem, contra rationem. Intellige tamen pa
pam habere hanc plenam poteſtatem, quo ad ad-
miniſtrationem, non autem quo ad dominium re-
rum eccleſiaſticarum, quod nō eſt papæ, ſed Chri
ſti, vt ſupra hoc cap. §. 1. verſ. pallium. nu. 6. Itē de-
clara vt non habeat eam poteſtatem, in bonis pa-
trimonialibus clericorū. ut per Ant. But. in. c. con
ſtitutus. de relig. dom. ſequitur Io. Lecirier. de pri-
moge. q. 3. 2. lib. nū. 28. poſt multos relatos. Quo
circa illa etiam concluſio ſuccedere uidetur, Inno
cen. & aliorum, in. c. ut noſtrum. de appellat. & in.
c. inter dilectos. de exceſ. prælat. & Martin. Laud,
3 in tract. de principib. quæſtio. 109. † ut appoſitio
manus papæ, prouidendo, uel reſeruando, ex cer-
ta ſcientia, inficiat omnia, quæ in contrarium fa-
cta ſunt, & eius decretū ligat, ēt ignorantes, de quo
meminit Caſſadorus in deciſ. ī rota collectis. in tit.
de reſtit. ſpoliat. deciſ. 1. nu. 8, Hinc eſt ſm p̄fatos
doct. ſi papa mādat alicui, de certo beneficio pro-
uideri, quod ligantur manus inferioris: & faciunt
dicta

4 dicta Soci. conſ. 32. nu. 10. & ſeq. uol. 1. † qui in-
quit reſeruationem Papæ, prohibere diſpenſatio-
nem cuiuſlibet inferioris, per no. in dictis iuribus.
quæ autē in reſeruationibus obſeruet Papa etiam
per reg. Cancell. tetigimus ſupra hoc. §. uerſic. 4.
5 num. 7. † Sic quoque, Papa ſolus ſibi reſeruat in
mente, & in pectore beneficia, atque diſponit: ut
cum quadam indignatione, exclamat idē Caſſad.
in deciſ. ſuper regulis Cancel. collectis. in tit. de re
ſeruat. deciſ. 4. ubi ponit quod ſit mentalis reſer-
uatio, qua utitur Pontifex, & de hac poteſtate ali-
quādo diximus, præſertim ſupra lib. j. c. 1. §. 4. uerſ.
18. num. 15. uſqueadeo ut prope iam dicta, multi
teneant eum poſſe, etiam ſine cauſa, priuare ali-
quem beneficijs, & auferre bona uni eccleſiæ, &
dare alteri: & ſine cauſa deponere epiſcopum: de
quibus tamen latius ibi dixi, & ſupra hoc. c. 1. §. 3.
uerſic. Tertio nu. 5. Atqui illud ſine controuerſia
6 procedit † Pontificem poſſe unire duos epiſcopa-
tus in unum, & unum in duos, & diuidere, & exi-
mere, & transferre, ut diximus hoc. §. uerſic. Secun
do, tenere Specul. in d. §. nunc oſtendendum, præ-
ſertim uerſic. Quinto de legat. per. c. & temporis.
&. §. ſicut duo. 16. q. 1. & habetur in. c. 1. cum glo.
de tranſl. epiſ. Hinc eſt etiā quod Abb. in. c. tuæ. de
præben. & dignit. & in. c. quoniam num. 4. de of-
fic. ord. oſtendit Papam diſpenſatiue, poſſe diſpo
nere, ut duo epiſcopi in eodem epiſcopatu ſint
omnino pares, per tex. ſing. in. c. non autem. 7. q.
1. nec ab re: cum in primitiua eccleſia, omnes epi-
ſcopi, regerent omnes eccleſias in communi: &
item, ut unus epiſcopus ſit ſub alio epiſcopo,
idemque alium ſibi creet. quæ tamen cum cauſa
concedit, Abb. in. c. fi. nume. 11. &. 12. de confir.
7 utili. † Rurſus poteſt non ſolum ſolus conferre,
& dare ius ad beneficia uacatura, & alteri dare, ut
per Abb. in. c. inter cætera nume. 6. de præb. & di-
gnit. & in c. propoſuit num. 5. de conceſ. præb. &
per Specul. in d. §. nunc oſtendendū. uerſi. 56. &
in. §. nunc tractemus. in prin. & uerſi. de illo. eo tit.
ſed etiam poteſt committere Laico, ut poſſit con
ferre beneficia: & eidem alia iura ſpiritualia con-
cedere, ut puta, ius eligendi, excommunicandi, &
poſsidendi decimas, & eum ab illis eximendi: licet
Papa non poſsit in totum eas tollere, ut per Spe-
cul. in. d. §. nunc oſtendendum. uerſic. 60. &. 80. &
tradit Card. in cle. fi. in fi. q. 5. de pœnis. & Abb. in.
c. a nobis. de decim. & Alex. cōſ. 1. nu. 27. &. 107.
uol. 2. & Soci. conſ. 297. num. 5. uol. 2. & Deci.
conſ. 134. nume. 2. & Felin. poſt multos relatos,
in. c. cauſam. col. 3. de præſcrip. ait, Papam per pri-
uilegium, concedere poſſe Laico, capacitatem ſpi-
ritualium: quæ colligit ante Felin. Abb. in. c. Eccl.
S. Mariæ. col. 2. cum ibi additis, ubi Felin. in. 5. not.
de cōſtit. qui illud generaliter ponit, ut Papa poſ-
ſit committere negotia Eccleſiaſtica Laicis, &
etiam cauſam criminalem, contra clericum: uſque
adeo, ut etiam fœminæ iudicandi munus contra
clericum, mandare poſsit, ſecundum glo. ſing. in.
c. peruenit. 7. q. 1. quem ſequitur Alex. d. conſ. 74.
num. 9. uol. 4. & hanc concl. tenet etiam. Abb. in.
c. propoſuit num. 14. de conceſ. præb. & Felin. in
eo. c. eccleſ. S. Mariæ. col. 3. &. 4. uerſic. ſubdit hic
Abb. & uerſic. & pro limitatione. & Iaſ. in. l. eſt re-
ceptum. col. 4. ff. de iuriſd. omn. iud. Declarantes
tamen fere per eadem uerba, hoc procedere, quo
ad aliquas particulares cauſas; non ſi uellet ſubij-
cere abſolute, Clericos Secularibus iudicibus, qui
eos iudicarent: quia ſunt priuilegiati a Deo, & tur-
baretur uniuerſalis ſtatus eccleſiæ. Eodem modo,
Iaſ. d. col. 1. colligit, non poſſe Papam, ſe ſubijcere
Iuriſdictioni Imperatoris, uel alterius Laici pro-
* rogare iuriſdictionē: hancque eſſe cōmunem* opi.
atteſtatur Felin. in. c. eccleſia. S. Mar. col. 2. de con-
ſtitutio. Quod tamen declarat procedere, de ordi
naria poteſtate: non autem de plena. Idem tenet.
Marti. Laud. in trac. de princip. quæſt. 62. &. 522.
Quod uerius credo: in his tamen in quibus non
ligatur ex delicto, per quod tractanda ſit de-
poſitio eius, cum tunc concilium generale ſit iu-
8 dex, ut ſupra hoc lib. §. 2. q. 6. num. 10. † Quo fit,
ut eo magis poſsit committere non epiſcopo, ut
conferat chriſma, c. 8. 95. diſt. & per Felin. in. 1.
col. 7. uerſic. Fallit 4. de conſtitut. & Nic. Plou. in
tracta. de ſacram. c. 1. 2. partis num. 5. & Sacer-
doti, ut non indutus ſacris ueſtibus, conficeret cor
pus Chriſti. ut per Felin. in. c. quæ in eccleſiarum.
col. 7. de conſtit. Sic quoq; pōt dare poteſtatem
ſacerdoti, conferendi ordines, etiam ſacros, ſecun
dum aliquos, ut per Io. Bru. in tract. de ſponſal.
concluſ. 20. 42. ubi de alijs prædictis mentionem
9 facit † Non poteſt tamen concedere non ſacerdo
ti, ut conficiat corpus Chriſti, ut teſtatur Abb. in.
cap. una. de ſum. trin. quia id eſt de iure diuino. &
10 in. c. aqua, de conſecr. eccl. † Simili modo Papa
per priuilegium concedere, & diſpenſare poteſt,
ut Laicus, & Clericus coniugatus, beneficia & pen
ſiones habere, & retinere poſsit: non ſolum con-
ferre, ut per Abb. in rub. & in. c. nouit. de iudic. &
Card. Alex. in. c. Imperium. x. diſt. ſequitur per alia
11 Hier. Gig. in tract. de penſion. q. 21. † ubi comme-
morat Leonem. X. Pont. qui primus in urbe crea-
uit Collegium, & Ordinem militum. S. Petri, etiam
indulſiſſe, ut meri Laici quoque poſſent obtinere
penſionem ſuper fructibus beneficiorum, uſque
ad ſummam centum quinquaginta aureorum, ſi-
ue ducatorum: & idem Hier. inibi. q. 55. in fi. cla-
rum eſſe aperit, Papam poſſe diſpenſare, ut quis
non obſtante matrimonio contracto, poſsit habe
re beneficium, & penſionem. Item poteſt Papa
abſque cauſæ expreſsione, imponere penſionem
beneficio, & ſic ſine citatione etiam. Quod etiam
epiſcopus poteſt cum cauſa, iuſta tamē, ut per Io.
Bapt. Caccialup. in tract. de penſion. q. 5. & per
Hier. Gigan. in ſimili tract. q. 85. num. 2. Poteſt in-
ſuper Pont. Max. conferre prælaturas, & beneficia
ad nutum, ad certum tempus, & ſub conditione, ut
eſt glo. in. c. ſi gratioſe. de reſcrip. in. 6. & in. cap. in
uer. perpetui. de capel. monac. in. 6. ubi notādum
dicit Philip. Franc. qui remiſsiue ponit: quando

alius

alius poſsit: & hanc concluſionem comprobat.
Felin.in.c.ſi.col. 3. de iudic. poſt aliquos,præſer-
tim Card.conſil. 58. incip. propoſita quæſtio. &
Hier. Gig.in eo tract.de penſion,nume.4.q.37.ea
13 ratione† qa beneficia de iure poſitiuo ſunt inſtitu-
ta,per doctrin. Abb.in.c. extirpandæ.§. qui uero.
de prębend. & pariter tituli beneficiorum, eo iure
cenſentur,quibus Papa non ſubijcitur.d.c. propo
ſuit.de conceſ.pręb.& tradit Pet.a monte in tract.
de monach.concil.in rub.de concil.præemin.nu.
4. Hic quoque conuenire uidetur, ut ſi conce-
dat beneficium & dignitatem inhabili, ſcienter,
cenſeatur eum eo diſpenſare,ut conueniunt dicta
ſupra hoc uerſi.in uer. Natalium & lib.1.c.1.§.4.
uerſic.17. nu.6.atque ideo Card.in cle.Romanos
de præbend.ait, ſi Papa mandat alicui prouidere
de beneficio,non uidetur in dubio diſpenſare de
eius inhabilitate, ſecus ſi conſtet de præciſa eius
uoluntate: nam ſcribens pro indigno, præſumitur
circumuentus, Bal.in margar. uerſic.4. At illud
uidetur omnino diſponere, ut ſi mandat aliquem
recipi in canonicum,cenſeatur mandare,ut ei con
feratur canonicatus,ut per Innoc. & Hoſtien.in.
c.cum te.col. fin. de reſcrip. & concedendo præ-
bendam, uidetur concedere canonicatum anne-
xum præbendæ,ut not. Ang.in. l.illud.ff. de acq.
hæred. præbēdam namque quid acceſſorium cum
canonicatu,& indiuiduum, D.Craueta arbitratur
14 conſ.170.num.5.† Diſpenſat quoque ut quis ha
beat plura beneficia, uel plures perſonatus, cum
cura,ut oſtēdit Specul.in.d.§.nunc oſtendēdum.
uerſic.36. per cap.ſicut.21.q.2.& Abb.in.cap.de
multa num.19.de præb.& dignit.& in.c.extirpan
dæ.§.qui uero num. 29. eo tit. ubi tamen aperte
hoc procedere cum cauſa, alioquin id prohibi-
tum eſt: etiam ſi ſint ſimplicia beneficia, quæ re-
quirant reſidentiam,ut per Abb.in.cap.quia non
nulli de cleric.non reſid.per illum tex.& exclamat
Bernar.Diaz.in d.practica cau.crim. in uer.bene-
ficia plura. Hinc eſt quod propter publicam utili-
tatem eccleſiæ uniuerſalis, uiri literati ſunt extol-
lendi,ad pluralitatem beneficiorum. d.c.de mul-
ta.&.c.cum ex eo.de elect. in.6.& auct.Abb.in.c.
apoſtolicæ.col.2.de except.& Feli. in. c. nonnul-
li,de reſcrip. colligit Hip. Marſ. in pract. crim.§.
aggredior num. 67. An autem, & quando di-
ſpenſatus in pluralitate beneficiorum, etiam in-
compatibilium, ſit tutus in foro conſcientiæ,
colligit Io.Bap.Caecialup.in tract. de penſio.19.
15 q.num.68.† In hoc etiam uerſi. ſubnotare poſſu-
mus Pont.max.poſſe conferre eccleſiam,& bene-
ficium patronatum Laico,quia is ab eo habet.ca.
3.de iure pat.ubi Abb.& idem Abb.in.c.cum dile
ctus.in fi.eo.tit.etiam ſine patroni pręſentatione,
ut per Pet.a Biax.in tract.direct.electio.c.13.pri-
mæ partis num.1. Paul.Citad.in tract.de iure pa-
tron.7.parte.num.11.& in.6. parte arti.3.nu.53.
& idem dicit in legato de latere, quando ius pa-
tronatus pertinet ad eccleſiam. Quod tamen intel
ligit Petr.& Citad.ſi fiat mentio de patronatu Lai-
ci: alias collatio tanquam ſubrepetita non ua-
leat, quia Papa non conſueuerit conferre talia be-
neficia ſaltem quin faciat mentionem; ut ſupra, ut
etiam conueniunt dicta Abb.in. c.abbate colu.1.
de reſcrip.& Alex.d.conſ.74.nu.23.uolu.4.& per
Rotam deciſ.101. Ad intelligentiam denique, &
interprætationem præmiſſorum, apte ſupponere
16 poſſumus, illud quotidianum, † ut in prouiſione
& collatione beneficiorum, facta etiam cum clau-
ſula, Non obſtāte collatione alteri facta, intelligen
da tamen ſit hæc clauſula, de inualida cōceſsione,
ut oſtendit Compoſtol. Ioan. And.& alij in.c.cau
ſam quæ de reſcrip.ſequitur Decius.in.c.ex parte.
2.col.3.de offic.deleg.in ult.not.uerſic.& ideo.&
Alex.conſ.125.nu.4. uol.2. & in conſ.3. num.6.
uol.5.qui ex ſententia eorundem ibi addit, ſi con
cedatur gratia per Papam, cū clauſula, quod alijs
pręferatur, intelligitur tamen, niſi alijs ſit ius ac-
quiſitum. Et generaliter ſubdit, ſi in cōceſsionibus
Pontificum, repetiuntur huiuſcemodi clauſulæ,
uel æquipollentes, intelligantur illæ nullo modo
obſtare, ut derogent iuri acquiſito. Atque ibidem
17 alterum generale ſubdit † ut in talibus conceſsio-
nibus gratioſis, ſeu beneficijs, de quocunque iure,
etiam modico, ſit facienda mentio; alias literę,
ſeu reſcriptum, ſubreptitium reddatur.c.ſi propo
nente.de reſcrip.etiam ſi tale ius, non eſſet omni-
no efficax. Non omittamus his ſubijcere, Pontifi-
cem eam habere poteſtatem, ut nouiter creatus,
poſsit reuocare omnes gratias, & expectatiuas,
conceſſas per prędeceſſorem ſuū: ſi per eas non ſit
acquiſitum ius in re, ſeu beneficio, ut diximus ſu-
pra lib.1.c.1. In hoc articulo de poteſtate Ponti-
ficis in beneficialibus, non ab re eſt etiam ſubne-
18 ctere, † an ipſe poſsit concedere licentiam, Libere
teſtandi Clerico, de bonis intuitu eccleſię acquiſi-
tis, quod frequēter euenire ſolet: quodque in obi-
tu multum R.D. Alexandri Lecami, protonotarij
apoſtolici, & Commendatarij Abbatiæ.S. Baſsia-
ni, habētis tale priuilegium, in hac ciuitate, in con
trouerſiam uenit: me pro eius hæredibus pa-
trocinante, & re apud Curiam Rom.introducta, &
determinata in eorum fauorem. Vnde in hoc pre-
mittendum eſt, ex ſentētia Abb. abunde in.c. cum
eſſes num.21.cum ſeq. de teſtam. Clericum non
poſſe teſtari de fructibus beneficij ſui, ſiue is ad-
miniſtrationem habeat, ſiue non habeat. Quod
ſimiliter procedit in bonis acquiſitis per clericum
beneficiatum, poſtquam promotus fuit ad bene-
ficia: cū diſtinctione tamē; acquiſitionis, uel non;
uel dubitabatur, tempore ſuæ promotionis, ut per
Abb.ibidem num. 24. de quibus etiam per Ioan.
Anan. in conſ.87.& Calder. cōſ.2. in rub.de.pe-
cul.cleric.& Iaſ.conſ.75.uol.3. De conſuetudine
tamen eſt, ut canonicus teſtari poſsit ſecun-
dum glo.in.c.ſi.ubi Philip.Franc.de off.ord.in.6.
Deinceps ex indulgentia Papæ, Clericum poſſe te
ſtari, ſi cauſa adſit, non autem ſine cauſa, tradit
ſucceſsiue Abb.ibi.num.19.& ſeq.uerſic. Quinto
ſequitur Felin.in.c. conſtitutus. col.11. num. 20.
de

de reſcrip. & Deci. conſ. 157. col. 2. & 512. num.
* 3. uol. 3. qui atteſtatur eſſe coēm * opi. & ad pro-
poſitū colligit Iaſ. in aut. ingreſsi. C. de ſacr. eccl.
num. 12. ex ſententia Ang. & Im. in l. ſi ſeruus com
munis meuij. in prin. ff. de ſtip. ſeruo. & in. l. ſi quan
do. in prin. C. de inoff. teſt. Papam poſſe concede-
re Cardinalibus, licentiam teſtandi, de acquiſitis
ex Cardinalatu: quam opin. poſt multa uidetur am
plecti Barbat. in tract. de præſt. card. in. 4. q. 1. par
tis. Non abſolute tamen, ſed cum declaratione,
ſi relinquat bene meritis, & ad pias cauſas, ſeu
eleemoſinas: cuius opinionem non ſequor: dum
communis ſit in oppoſitū, ut ſupra: immo etiā ſine
cauſa arbitror tenendum, Papam poſſe concede-
re clerico; & multo magis Cardinali, eam faculta-
tē teſtādi, eo argumento, quia beneficia & eorum
tituli, de iure poſitiuo inſtituta ſunt, quibus Papa
non ſubijcitur, ut affirmauimus ſupra proxime.
num. 13. unde attenta maxima poteſtate Papæ, ut
in Prin. huius verſi. in beneficialibus; uidetur abſq;
cauſa, ualere licentia teſtandi, conceſſa per Ponti-
ficem, & eo fortius, quia non tractatur de ipſis be-
neficijs, & ſic de Principali, ſed de acquiſitis ea de
cauſa, & ſic de acceſſorijs: cum tamen etiam be-
neficia ipſa coniugatis, eum poſſe conferre, diſpen
ſatiue, dictum ſit ſupra. num. 10. immo amplecten
do eam opinionem, quæ habet, Papam & princi-
pem, poſſe tollere ea quæ ſunt de iure poſitiuo, ut
ſupra lib. 1. c. 1. §. 4. uerſi. Tertio, In prin. num. 23.
19 non eſt quid dubitare poſsimus in hoc caſu. † Si-
mile eſt ut dicamus, Papam poſſe concedere Mo-
nacho profeſſo, & religioſo facultatem teſtandi,
ut tradit Bal. in. l. certum. col. 6. nu. 24. C. und. le-
git. & unde cogn. per glo. in aut. ſi qua mulier. C.
de ſac. eccleſ. & Iaſ. in d. aut. ingreſsi. nu. 12. & d. l.
ſi quando, poſt relatos per eum. & Socin. conſ. 13.
nu. 31. uol. 1. Sed quod maius eſt, poteſt Pontifex
etiam concedere licentiam alicui prælato, ut ſibi
eligat ſucceſſorem, ut dictum eſt ſupra hoc. c. §. 2.
q. 2. nu. 5. An uero Cardinalis pręſumatur teſtatus
de licentia Papæ, ſi eius teſtamentum appareat, &
20 antiquum, dicemus inf. c. prox. §. 3. nu. 25. † Iuxta
præmiſſa cum Clerici, præſertim beneficiati, te-
neantur dicere officium. c. fin. 92. diſt. datur enim
beneficium propter officium. c. fi. de reſcrip. in. 6.
ubi Philip. Fran. & qui uiuit de altari ſeruire debet
altari, ſicut econuerſo: qui altari ſeruit, de altari ui
uere debet. c. cum ſecundum appoſtolū. de præ-
ben. ad quod dicendum, tenentur etiam clerici,
abſque beneficio in ſacris conſtituti, immo etiam
conſtituti in minoribus, de mente iuris diuini, &
humani, licet de conſuetudine excuſentur, ut hæc
colligit Abb. poſt alios in. c. 1. de celebr. miſ. nu. 4.
& ſeq. quē ſequitur Card. Alex. in. c. Eleutherius.
91. diſt. ubi per Archid. quòd. 7. ſint horæ canoni-
cæ, & quid ſignificent. & denuo pœnam non di-
centis officium ex diſpoſitione Lateranenſis Con
cilij, celebrati ſub Leone. X. Pontifice, propo-
21 nit Bernard. Diaz. in practic. can. crim. in uer of-
ficium: † ut quis beneficio priuetur, ſi omiſſerit re
citare illud, ſaltem bis per quindecim dies, deo ul-
tra prædicta, de omiſsione redditurus rationem
22 † An Papa diſpenſare poſsit, ne clericus tentatur
dicere officiū, & horas canonicas: q̄ ſeptem ſunt
de iure diuino, quo ad orandum, & Laudandum
Deum, licet determinatio, ſeu diſtinctio officij, ſit
de iure poſitiuo, Abb. in d. c. 1. nu. 3. cōcludit poſſe
diſpenſare, circa mutationem officij, non autem
ut clericus non teneatur dicere officium: licet di-
cat Laur. & Io. Lign. aliter ſenſiſſe: ſed cum ratio-
ne, & cauſa, poſſe tamen uidetur innuere: Idem te
net Feli. in. c. quæ in eccl. col. 7. de conſtit. & ſequi
tur Card. paris, conſil. 68. num. 145. uol. 4. quod
& ego opinor tenendum: nam ſæpe dictum eſt,
Papam ex cauſa poſſe interpretari, & limitare ius
diuinum, & præcipue ſupra. lib. 1. c. 1. §. 4 uerſi. 5.
& 29. Steph. tamen Aufr. in tract. de poteſ. ſec. ſu-
per eccl. perſo. reg. 1. num. 5. inquit, Papam non
poſſe ſtatuere generaliter ſuper hoc, ſed poſſe di-
ſpenſare cum uno, ſi non ſuper toto, ſaltem ſuper
tanto. Quod tenet etiam Card. in cle. fi. de celeb.
miſ. ea ratione, quia orationes, quæ ſunt de iure
diuino, non poſſunt tolli: Sed Io. Lig. in tractat. de
horis cano. tenet eas eſſe de iure poſitiuo, & ideo
23 in totum poſſe tolli: in pri. num. 4. Eodem pacto
poteſt Papa ſolus concedere indulgentiam, ideſt
ſine cauſa indulgere, ut clericus non reſideat in
beneficijs, & eccleſia. Licentiam tamen ex iuſta
cauſa concedit Epiſcopus, ut not. Abb. in. c. cum
ad hoc. de cleric. non reſ. alioquin reſidere tene-
tur: alias beneficio, etiā modico, niſi reſideat pri-
uatur, niſi conſuetudo obſtet, ut in. c. conquęrente
ubi Abb. eo. tit. de cleric. nō reſid. & per Bernard.
Diaz. in practic. can. cri. in uer. in nullo beneficio
rum. Atqui eo ipſo tamen quod aliquis eſt fami-
liaris Papæ, eique deſeruiat, abſens percipit fructus
ſui beneficij. cap. cum dilectus. ubi Abb. de cleric.
non reſid. & per Specul. in tit. de cleric. non reſid.
Hocque etiam extenditur ad familiares Cardina-
lium ſecundū Abba. ibi poſt Io. And. Quid autem
dicendum ſit, de ſeruientibus epiſcopis, legatis, &
24 alijs, uide Abb. ibidem, & c. ſeq. † Multo facilius
arguere poſſumus, poſſe Papá concedere clericis,
ne incedere in habitu, & tōſura clericali cogātur,
de quo habitu, & veſtibus habetur per Bald. in l. ſi
qua, per cal. col. 1. C. de epiſc. & cleric. & Io. Lup.
in tract. de lib. Eccl. q. 7. qui talarem habitum, in
clericis eſſe debere oſtendit, ex. c. pen. 23. diſt. &
p Abba. in. c. clerici nu. 18. de uit. & honeſt. cleric.
arguere inquam, tū a multis pręmiſsis poſſumus,
tum quia habitus (ut aiunt) non facit monachum,
nec uiduam, ſed profeſsio, & pudicitia uidualis,
ut in cle. 1. de ſtat. monach. & in aut. de monach.
§. 1. & l. decreto, ubi Bal. & Salicet. C. ex quib. ca.
inf. irroga. item quia habitus clericalis de iure po-
ſitiuo, uidetur inductus, ut in titulis de uita & ho-
neſtate clericorum, & in d. c. pen. & in concilijs
allegatis per Bernard. Diaz. in d. practic. can. cri.
in uer. uirgata. & in uer. ac comman. Quo fit, ut
ſæpe diximus, non eſſe dubium; papam ea quæ
ſunt

ſunt iuris poſitiui, poſſe tollere: Bertach.autem
in tract.de epiſco.in.2.parte.4.lib. nu.126.uerſi.
90.epiſcopum poſſe diſpenſare in transformatio-
ne habitus ex cauſa, commemorat.c.clerici.&.c.
Deus. de uita & honeſt. cleric. & Specul.in tit.de
diſpenſat.§.nunc de epiſcoproum. uerſic.88.

Poſtremo, in hoc capite potẽtię Põtificis Max.
circa beneficialia, indagare recte poſſumus, id qđ
quotidie uerſatur in Curia Ro.quibuſdam excla-
mantibus, tolerandum tamen aliquando, ſcilicet
25 † an ipſe Pontifex poſsit uendere beneficia, & ti-
tulum beneficiorum: quæ concedere Abb. ſolet
in.c.1. de Simon. ubi idẽ tenet Felin.& in.c.ex par
te.1. de offi.deleg.& in.c. cum ueniſſent. colu.1.
de iudic.& alibi, & colligit Martin. Laud.in tract.
de offic.domin.q.17. officia Romanæ Eccleſiæ,
ut ſcriptoriæ, uendi conſueuiſſe, hæcque uidetur
* communis * opin. ut & per Zachar. in appo-
ſtil.ad Abb.in.c.extirpandæ.§.qui uero nume.53.
de præben.quicquid ibi aliter ſenſerit Abb. Quita
26 men ubi ſupra, † inquit Legem Iuliã ambitus, non
habere locum in curia Principis.l.1.ff. ad.l. Iul.
amb. quia talis lex ſit inducta de iure poſitiuo,
quod tollit Princeps, etiam ſine cauſa, ut iam di-
ximus ſupra lib.1.c.1.§.4.uerſic. Tertio. num.23.
& propterea Felin.in.d.cap.cum ueniſſent. & ipſe
infert, ſimoniam non habere locum in curia Ro-
mana. Hinc per multa colligit Caſſadorus, pręci-
pue ex auctoritate Decij conſ.141.uol.1. Papam
non ligari in his, in quibus ius poſitiuum ſimo-
niã inducit, & quæ dicuntur ſimoniaca, quia pro-
hibita: ſecus ſi ſint prohibita, quia ſimoniaca, ut
per eum in deciſ.in Rota, & ſignat.collectis in tit.
de ſimon. deciſ.2.qui ſubdit etiam tolerantiam.
& ſcientiam Papæ, in prohibitis a conſtitutioni-
bus, excuſare à ſimonia, ut faciunt quæ dicemus
27 inf.num. 37. † Cenſuit tamen Abb.in d.cap.1.ex
ſententia Card.ibi, ſatius eſſe, & debere Papam ab
hoc abſtinere, quia ſit res mali exẽpli: quod etiam
obſeruauit Martin. Laud. in tract. de dignit.q.2.
limitantur tamen prædicta in adminiſtratione or
dinis, & excutione clauium; quæ non poſſunt uen-
di, aut ſimoniace transferri, cũ ſint prohibita quia
ſimoniaca, ut ubi ſupra per Doct.pręſertim Felin.
d.c.1.& Caſſad.De quibus quoque omnibus uide
Ant.Roſcl.in tract.de poteſ.Imp.ac Pap.§.hic tria
in prin.& hic conueniunt quæ diximus ſupra lib.
1.c.1.§.3.uerſic.Vigeſimoſecundo, de Imperato-
re. Vtcunque ſit autem in Pontifice, in Imperato-
re, & Principe: qui non dicantur ſubijci legi Iuliæ
28 de ambitu, ut ſupra. † Cauere tamen debent om-
nes alij ab hoc uitio ambitus, ut in d. uerſic. 22.ne
dando pecuniam, uel quid ius aliud temporale,
pro conſequeudo beneficio, uel illud quod eſt
præambulum ad beneficium conſequendum, cum
id ſit committere ſimoniã, ut docet Hier. Gigan.
in tract.de penſionibus eccleſ.q.99.num.6.&.18.
incidant in pęnas præſertim.c.fi.in extrauag.com
muni de ſimon.quo ſancitum eſt, omnes etiã me-
diatores, hac labe infectos, ipſo facto eſſe excom-
municatos, & fructus reſtituendos: de qua pœna,
plene diſſerit Bernard.Diaz.in d.practica can.cri.
in uer.ſimoniaci.ita ut diuerſimode, pro qualitate
ſimoniæ infligatur: at hodie quis ipſo iure, ſit
29 priuatus beneficio. † Verum eſt tamen, quod in
beneficijs, in quibus ſimonia committitur, ex con
ſtitutionibus eccleſiæ, ſi conuentiones ſint factæ
per ſimoniam a partibus, accedente auctoritate
Papæ, eiuſque diſpenſatione, licitæ reddũtur: cum
ſint ſimoniaca, quia prohibita iure poſitiuo, ſecus
in prohibitis, quia ſimoniaca, quod prohibet ius
diuinum, ut eſt not.glo.in.c.cum pridem. in uer.
illicite.de pactis.& in.d.c.ex parte.1.in uer. dimit
tere.de offic.deleg. ubi Abb. & doct. & conſuluit
Decius conſ.436.nume. 10.11.&.18.nam ſecun-
dum eum, etiam ſine cauſa, Papa ſupra & contra
ius poſitiuum, diſpenſare poteſt, ut ſœpe diximus.

In hoc uerſic.Sexto, Præſtantiam Pontificis, in
multis alijs ſpiritualibus quoque ſubnotare poſſu
30 mus: †, ut ſcilicet remiſsiones, & indulgẽtias pro-
mulgare, & concedere ualeat, ut per Specul.in tit.
de pœnit.& remiſ.uerſic. Habent: Quas tamen &
alios prælatos cõcedere poſſe ponit, ut & per Ho-
ſtien.in ſum.de remiſ.§.quis poſsit. Quod intelli-
gendũ eſt, quo ad Archiepiſcopos in epiſcopati-
bus ſuorũ ſuffraganeorũ epiſcoporũ, quo ad epi-
ſcopos in Epiſcopatibus, quo ad legatos in ꝓuin-
cijs ſuis, ut ꝑ Lud. Bolog.in trac.de indulgẽ.nu.
32 6.& num. 20. † Item declara procedere in dictis
prælatis, quo ad metam taxatam, ut ſcilicet non
poſsint concedere ultra annum, in dedicatione
eccleſiarum tantum: pro alijs quibuſcunque cau-
ſis, non poſſunt cõcedere ultra quadraginta dies.
c.cum ex eo. &. c. noſtro. de pœnit. & remiſ.ubi
doct.communiter: Quos ſequitur Lud.ubi ſupra
32 num.48. Secus eſt in Papa † qui poteſt concedere,
& particulares, & generales, & plenarias indulgen
tias, & per totum orbem: per quas etiam toto pœ-
na remittatur; ita ut recte eas aſſumentes, ſi dece-
dant, ad cœlum ſtatim euolare credantur.c.deus.
de pęnit.diſt.1.& tradit Lud.ubi ſupra num. 8.&.
33 19.& Felin.in ſim. tract. num. 13. Hinc eſt quod
Papa ſolet concedere ſimiles indulgentias, eunti-
bus contra Turcas, & alios infideles; ut per Inno-
cen.in.c.quod ſuper.de uoto: & quotidie conce-
dit etiam pro Fabrica Sancti Petri: ut in præſen-
tiarum, ſub Iulio.III.Pontifice, eius Cõmiſſatius,
& Cõcionator publice proponit, in hac ciuitate,
34 & alibi. † Indulgentia autẽ quod ſit remiſsio pec
catorũ: uel clarius eam eſſe remiſsionẽ pœne tem-
poralis, quę pro peccatis debetur, conceſſam a Pa-
pa, uel ab alio, poteſtatem habente, ponit idem
Ludouic.ibi num.2.4. Hancque matriam Indul-
gentiarum abũde explicat etiam Felin. ubi ſupra:
ſed illud not.Card.in cle.2.§.6.in.11.no.de pœn.
& remiſ.Papæ auctoritatem uileſcere, ob frequen
tem indulgentiarum remiſsionẽ. Remittere au-
tem poſſe Papam, uſque ad ſeptuagies ſepties, ſe-
cundum Matthe.c.10.ait Io.de Sel.in tract.de iu-
35 reiur.in.4.parte num.67. † Indulgentiæ quoque
Iubilei,

Iubilei, ad potentiam Papæ ſunt referendæ, cum antiquitus fierēt, primo, quinquageſimo quoquo anno, poſt: centeſimo: deinde fuerit reuerſum ad quinquageſimum, poſtremo ex Conſtitutione Sixti.4. redactum ſit Iubileum ad. 25. quenque annum, ut in extrauag. com. de pœnit. & remiſ. præſertim. c. 1. & pen. & ſcribit multa Ioan. Anan. in rub. de delict. puer. quem remiſsiue ſequitur Felin. in d. tractat. num. 24. ex eo autem conceditur pleniſsima peccatorum uenia, uiſitantibus eo tēpore Baſilicas. S. Petri, & Pauli, ut in allegatis iuribus.

36 † In hoc uerſic. etiam ſubiungere poſſumus Papam ſolum poſſe indulgere, & alicui dare priuilegium celebrandi diuina officia, in eccleſia interdicta, quod epiſcopo non competit. glo. eſt in. c. ad hæc quoniam ſub. de appel. ubi Philip. Franc. poſt alios doct. qui ita tenent. non poſſe tamen Papam concedere excommunicato, uel interdicto, ut celebret diuina officia, ibidem commemorat tenere Innoc. in. c. pręterea. eo tit. de appellat. de quo tamen ſe remittit ad doct. ibi de hoc loquen-

37 tes. † In his ſpiritualibus illud etiam generale annotandum eſt, ut Papa poſsit, & ad eum ſpectet: tolerare aliquos in ritibus eorum, ut tradit Abb. in. c. in aliquibus. colu. 1. de decim. per glo. in. c. 1. ſed melius probat in. c. 1. 20. diſt. Exemplum ponit in Armenis, & Indis commixtis, in ſpiritualibus habentibus diuerſos mores a noſtris. Poteſt etiam poni in græcis, qui clerici, & præsbyteri, uxorati quandoque ſunt, ut ſupra hoc. §. uerſic. 3. num. 6. Tolerantia autem Papæ, excuſat a peccato, & diſpenſationem inducit ſi ſit Specifica, & ex certa ſcientia: ſecus ſi de facto, niſi ſit uniuerſalis, uel maioris partis. ut per Felin. in. cap. 1. col. 6. de treug. & pac. Poteſt etiam in hoc uerſic. inſerri, ut liceat Papæ indicere ſtrictiorem regulam religioſis, & monachis, quam eorum uita poſtulat, ut per Abb. in. c. ſuper eo. de regular: cum Abbati etiam quandoque dicat licere, de quibus per Felin. in. c. ad noſtram. de appellat. Sicque ſolus poteſt altera re ſtatum eccleſię religioſæ, ut per Abb. in. c. inter de relig. dom.

SVMMARIVM.

1 *Papa poteſt diſpenſare contra votum continentiæ, obedientiæ, & paupertatis, & vltra marinum, & terrę ſanctæ,*
2 *Diſpenſatio in omni voto, regulariter ſpectat ad epiſcopum.*
3 *Votum eſt de iure diuino, ideo præciſe obligat.*
4 *Epiſcopus diſpenſare poteſt in omni voto voluntario ex cauſa, excepto voto continentiæ; & crucis.*

DISPENSATIO IN VOTO.

Septimo, licet dixerimus ſupra hoc. §. uerſic. 3. nu. 17. Papam poſſe diſpenſare circa uotum
1 continentiæ † quod illi ſoli licere debet, ut in ibi allegatis, iuuat tamē hoc repetere, & addere. ut ad ipſum pertineat diſpēſare etiam contra uotum, obedientiæ, & paupertatis, ut conſulendo ſcribit Socin. conſil. 13. nu. 18. 19. 20. 21. 22. uol. 1. Atq; idem dicendum eſt in uoto ultra marino, & uoto 4 terræ ſanctæ, ut tradit Specul. in, d. §. nunc oſtendendum, uerſi. Octauo, & uerſi. 85. de legato: & repetijmus ſupra hoc. §. uerſi. 2. & per Abb. in. c. qđ ſuper &. c. ex multa. de uoto. Qui tamen intelligit hoc procedere in uoto ultramarino, emiſſo pro ſubſidio terræ Sanctæ: ſecus in emiſſo ab eo, qui uult uiſitare ſepulchrum, pro deuotione: uel ire ad Sanctum Iacobum, cum tunc poſsit obtinere commutationem ab epiſcopo Loci, ut & per Bertach, in tractat. de epiſcop. in. 2. parte. 4. lib. nume. 137.
2 † cuius regulariter eſt diſpenſatio in omni voto,
3 ut ibi per Abb. per illum tex. † nam ſecundū eum uotum præciſe obligat, cum ſit de iure diuino, ut per eundem in d. c. quod ſuper num. 2. Verū apertius noſtram concluſionem explicat Hoſtien. in ſum. de uoto. §. utrum, ut Papa poſsit de plenitudine poteſtatis, in omni uoto diſpēſare, quod fuit uoluntarium ab initio, non autem in neceſſario, puta quando in Baptiſmo quis renunciat Sathanę, ut ibi per eum in. §. quot. qui ſubijcit in d. §. utrum, ſi ſine cauſa diſpenſat, eum peccare: nec ei eſſe obediendum, ſi manifeſte liquet, quod ſit con
4 tra uoluntatem Domini Dominorum. † At epiſcopum diſpenſare poſſe etiam in omni uoto uoluntario, excepto uoto continentiæ, & crucis, ex cauſa tamen, & ipſe affirmat, 1. q. 7. §. niſi rigor. cum ſim. Quod declarat Abb. in. c. propoſuit nu. 12. de conceſ. præben. quo ad commutationem: cum in totum liberet Papa ex cauſa, ut Deus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum eſt de iure naturali, & diuino, & ideo præciſe ſeruandum.*
2 *Papa non poteſt diſpenſare, vt non interueniat iuramentum in teſte.*
3 *Papa poteſt diſpenſare ſolus circa iuramentum, in arduis negocijs, in magnis perſonis, in licito vel dubio iuramento, ex cauſa tamen. num. 5.*
4 *Epiſcopus in iuramento eſt iudex competens, præterquam in caſibus.*
6 *Iuramentum, iudex ſecularis, quod non poſſit remittere reg. cum. 4. ſal.*
Iuramenti abſolutio, alia habilitationem agendi inducit, alia plenaria eſt.
7 *Papa poteſt diſpenſare cum periuro, vt etiam teſtis eſſe poſſit.*
8 *Papa poteſt tollere ſtatuta iurata, tamē in dubio non tollit, cum clauſula, non obſtante. &c.*

DISPENSATIO IN IVRANENTO.

Octauo. an & quando ſolus Pontifex, uel etiam Epiſcopus poſsit diſpenſare ſuper iuramēto, doctores ſparſim, & obiter aliqui tāgunt: nōnulli id aliquo ex ordine colligunt. Specul.

cul.etenim in d.§.nunc oſtendendum.uerſ.24.de
k gat.aliqua aſſumit.& Felin.in c.1.in.1. q.de iu-
reiur. qui uarios in hoc eſſe ſcrib. affirmat. Ioan.
autem de ſelua in tract.de iureiur.in.4.parte, mul
to plura colligit, quæ reſpiciunt potentiam,& im
potentiam Pontificis:arguendo ab eis ad iuramen
tum , iam dicta per Specul. ubi ſupra , & quæ per
nos colliguntur,præſertim ab hoc.§. uerſ.primo ,
& ſecũdo, & uſque ad finẽ huius. c.Nam & ſi mul
ti ſcripſerint de poteſtate pontificis , quos refert
ibi Ioan.in prin.quæ ardua res uidetur: nihilomi-
nus,cum ardua,& eadem pręclara ſint,cur mihi in
his immorari , & inuigilare non licebit : Marcus
Ant.Bauerius etiam in tract.de uirt. iuramẽti nu.
106.uerſi.57.& ipſe in hoc articulo verba facit.
Et multa colligit Bertachin.in tract.de epiſcop.in
1 2.parte.4.lib.nu.3. Et propterea † licet iuramen-
tum ſit de iure diuino,& naturali atque ita omni-
no adimplẽdum.c.5.Matth.ubi ſcriptum eſt, Red
di domino iuramenta tua : & recipitur in.c. & ſi
Chriſtus,de iureiur.cum ſim.& tradit Specul.in d.
uerſ.24.& Ioan.in eo prin.& ſeruandum ſit præ-
ciſe. c.ſi uero , &.c. cum contingat. de iureiur. &
per Pau. de Ca.in l. ſi conuenerit. poſt Ang.ubi ẽt
Alex.in prin.ff.de iuriſd.omn.iud.unde inquit Fe
lin.ſecundum no.dictum Auguſ.de Anchon.in.c.
conſtitutus.col.9.uerſi.& pro hac.de reſcrip.& ſe
quitur Hip.Marſ.in.§.diligenter, num.66.in pra-
2 ctic.cri.† Papam non poſſe diſpenſare,ut non in-
terueniat iuramentũ in teſtimonio ferendo,per.c.
31.Geneſis. Nihilominus Papam ſolum (cuius au
ctoritas excepta cenſetur) poſſe diffinire an iura-
mentum ſit ſeruandum, uel ne: & poſſe diſpenſa-
re,& abſoluere,uel relaxare iuramentum,conclu-
3 dere poſſumus: † ita ut hoc procedat, quando cir-
ca ardua negocia,& circa magnas perſonas,forte
propter ſcandalum euitandũ,res agitur,uel quan-
do agitur de licito, uel ſaltem dubio iuramento:
in quo ſolus Papa poteſt dare auctoritatem con-
traueniendi,ſine commutatione aliqua,ut conclu
dit Specul. in d. uerſ.24. præſertim ibi, Item non
obſtat.per. c.uenerabilem,de electión. quem ibi-
dem ſequitur Abb.num.13.& memoriæ commen
dandas tradit has declarationes Speculatoris:quæ
pariter refert, & ſequitur Felin.in.c.1.col.6.num.
15.q.1.de iureiur.qui inquit hanc opinionẽ, eſſe
4 approbatam conſuetudine ,† ut præterquam in
prædictis,epiſcopus cenſendus ſit eſſe Iudex com
petẽs,qcquid alij, & ipſe alias aliter ſenſerit in c.
2. de ſponſal.& ita trãſire uidetur Io.de Selua ubi
ſupra.q.2.& Card.Pariſ.conſi.68.nu .155.uol.4.
& Corn.conſi.293.num.6.uol.4.unde Alex.con
ſil.222. nu.9.uol.2. commemorat ſolum Papam,
concedere abſolutionem a iuramento , quando
probabile eſt dubium , an quis ſit ligatus iuramen
to: nec id poſſe delegare . Sed quando eſt certum,
ut ſi per metum , uel vim eſt præſtitum , tunc po-
teſt epiſcopus abſoluere. Et in Papa,quo ad iura-
mentũ, quo quis obligatur Deo, & homini,idem
5 tenet Soci.conſi. 13.nu.16.uol.1.† Non ſine cau

ſa tamen diſpenſare poſſe Pontificem: quando iu
ramentum eſſet principaliter interpoſitum, ſuper
re ſpectante ad Deum,& ſuper re ſpectante ad ter
tium,tradunt doct.in. ca.quanto. de iureiur. poſt
gloſ.ibi,& Iaſ.in l.fi. num.25.ff.qui ſatiſd.cogan.
& Feli.in d.c.cõſtitutus.de reſcrip.col.9.uerſi.ge-
neraliter. Qui regulariter hoc affirmat, & ibi mul
ta ſcribit de poteſtate Papæ ſuper iuramento : &
conſuluit Alex.conſi.38. num. 9. uol.3.& conſil.
138.nu.8.uolu.6. Papam ſuper Iuramento licito
ex cauſa, non autem ſine cauſa, diſpenſare poſſe:
ut etiam tradit Abb. in c.propoſuit. nume.13.de
conceſ.præb.& Martin.Laud.in tract.de princip.
q.201.qui declarat niſi auctoritas Papæ ſit acce-
ptata,per no.in glo.c.quanto.de iureiur. Hinc ere
do Socin.conſi.115.num.10.uolu.1.dixiſſe, Pa-
pam non poſſe abſoluere a iuramento interpoſi-
to in contractu, non probata læſione:& hæc cum
cauſa, etiam colligit Bauer.ubi ſupra.Quod uide-
tur ex eo dependere, quia Papa ſine cauſa , non
poteſt tollere ius diuinum , & ius gentium, & ius
tertij , de quibus dictum eſt in ſuperioribus: po-
teſt tamen ipſa pars remittere , ut ibi per Bauer.&
prius per Specul.in d.uerſ.24.& Ioan.de Sel. ubi
6 ſupra.q.4.qui in ſeq.q. † etiam ponit reg. quod
Iudex ſecularis non poſsit remittere iuramentum
& ab eo abſoluere. Limitat.1.quando conſtat eui
denter,quod iuramẽtum continet turpitudinem,
ex parte recipientis,cum tunc cogat partem,ad re
laxandum.II.limitat quando iuramentum eſt ua-
lidum,ut poſsit compellere partem ad obſeruan-
tiam.III. ut poſsit declarare quem incurriſſe per-
iurium,caſu quo, de hoc non eſſet dubium. IIII.
limitat,ut poſsit cognoſcere, de nullitate abſolu-
tionis factæ,per eccleſiaſticũ iudicem . Eſt tamen
in præmiſsis aduertendum , ſecundum Alciat.in
rep.c.cum contingat.præſertim.num. 126.de iu-
reiur.poſt Oldrad.Laud.conſ.120. ad duplicem.
* Anch.conſil.18.& ſecundum communes * opin.
quod aliqua eſt abſolutio,quæ inducit ſolum ha-
bilitatem agendi:& illa,quæ non requirit citatio-
nem,non reſcindit contractum. Alia eſt abſolutio
* plenaria,& tunc ſecundum magis cõmunes * opi.
non eſt concedenda abſolutio per Iudicem eccle
ſiaſticum , niſi ſibi conſtet , contractum non eſſe
ſeruãdum. Eodem modo hic ſubijcere poſſumus,
Pontificẽ ex cauſa poſſe ſe ipſum abſoluere a iu-
ramento , ut per Abb. ubi ſupra , & dictum eſt ſu-
7 pra lib.1.c.1.§.3.uerſic.Octauo,num.2. † Sed &
quod plus eſt, Papa diſpenſare poteſt cum periu-
ro , & infame, ita etiam ut admittatur ad teſtimo-
* nium,ut arg.c.cum *.1 & 2.tradit practic. Papiẽſis
in for.iur.teſtium.in uer.proteſtante num.6. alle-
gat etiam Specul.in tit.de teſte.§. nunc dicẽdum:
& habetur per doct.præſertim Felin.in.c.teſtimo-
nium.col.8. de teſtib.in.1.parte, num. 38.hoc ta-
men cõuenire uidetur his quæ diximus ſupra lib.
1.c.1.§.4.uerſic. 17.an & quando Princeps reſti-
8 tuat damnatos,& infames. † Hic tamen ſubnotan
dum eſt,ut ſi Papa tollat conſuetudinem, uel ſtatu
tum,

tum,cũ clauſula. Non obſtante,c. in dubio non in-
telligatur tñ tollere ſtatuta iurata: pôt tamẽ,ſi hoc
expreſſerit,ut docet gloſ. in.c.cum nõ deceat. ubi
Philip.Franc.de election.in.6. ut per Alex. conſil.
27.nu.15.uol.1.ſed & hoc conuenire uidetur his,
quæ diximus ſupra lib.1.ca.1.§.4.uerſic. Tertio
nu.1.quando Princeps poſsit tollere ius poſitiuũ.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſolus poteſt conuocare concilium generale: declara.nu.4.*
2 *Papa eſt maior concilio.*
3 *Papæ præſentia, in concilio generali, non eſt neceſſaria: cuius mandato, poteſt illi præeſſe legatus.*
5 *Papa poteſt diſſoluere concilium generale: cum declaratione.*
6 *Papa poteſt tollere, limitare, & interpretari ſtatuta concilij.*
7 *Papæ auctoritas in omnibus concilijs, intelligitur excepta: cum declaratione.*

CONCILIVM GENERALE SOLVS PAPA CONVOCAT.

NOno,licet ſupra lib.1.c.1.§.4.uerſ.Decimo
quarto. conuocationem concilij totius or-
bis,quãq; ad Imperatorẽ,& alios Principes ſe
culares ptinere,eidemq; eos intereſſe poſſe,enar-
rauerimus.Cum tñ id primum ad potentiã Pont.
1 Max.referẽdum ſit,† proponamus ipſum ſolũ poſ
ſe conuocare,congregare, & præeſſe concilio vni
uerſali, totius mundi. c.1.cum glo. 17.diſt.& per
totam illam diſt,declarat Cardin. Alex.ibi.& tra-
dit glo.in.c.quod tranſlationẽ de offic.leg.& tex.
in.c.cuncta.9.q.3.& Spec.in tit.de lega.§.nunc o-
ſtendendum.uerſ.40. & Martin.Laud.in tract. de
prin.q.500.& Iaſ.conſ.95.col.2.uol.4.& Decius
conſ.151.nu.20.uol.1.qui hoc regulariter proce
2 dere declarant, alias conciliabulum dicatur. † eſt
enim papa concilio maior.c.ſi papa.40.diſt.c. ſi-
gnificaſti.de election.& per Feli.in c.ſuper literis.
col.13.uerſ.Nono.de reſcrip.& per Caſſad.in de-
ciſ.in Rot.collect.de præben. deciſ.2.& alibi ſæ-
pe.Eandem conuocationẽ indicit quoq; eius man
dato,legatus ſedis Apoſtolicæ. ut per glo.in eo. c.
1.17.diſt.quã ibi ſequitẽ Card. Alex.† Et ꝓpterea
pſentia ſua in eo non eſt neceſſaria,cum ꝑ legatos
ſuos poſsit interuenire. c. regula,ea diſt. ubi idem
Card.&.c.ſexta.16.diſt. Et hoc pacto tempeſtate
nr̃a,abſente Paulo.III.Pontifice,per legatos eius,
celebratum eſt conciliũ generale, apud Tridenti-
nos,inter quos primũ locũ habuit.Io.Maria,Are-
tinus,Cardinalis de monte,qui Paulo poſtea in põ
tificatu ſucceſsit, Iulius III.nuncupatus.Declara
4 tñ primo,& limita iſtã concluſionem,† ut,ſ.aucto
ritas Papæ non requiratẽ, quñ ipſe Papa accuſandus
ſit,ut ex auctoritate etiã Bal.in.c.olim.in fi.de re-
ſcrip.conſuluit Dec.d.conſ.151.nu.29.Secundo
quñ Papa ſit negligens in congregãdo conciliũ, ut
explicat idẽ Decius inibi per multa:de quibus quo
que ſcripſimus aliqua.d.verſ.14. adducẽdo aucto
res,qui in hac materia loquuntẽ. Tertio conuoca-
tio concilij ad Papã non ſpectat,quando ſunt duo
in poſſeſsione Papatus,ut declarat Ant. Roſ.in tra
cta.de concil.in rub. anctoritatẽ conuocandi con
5 ci.nu.36.†Sicut aũt poteſt Papa indicere conciliũ
generale, eadẽ potentia illud diſſoluere põt. glo.
eſt ſing.in.c. ubi periculũ.ĩ uer.concilio.de elect.
in.6.ea ratione,quia nulli concilio eſt ſubiectus,ſe
quitẽ Mart. Laud. in tract.de prin.q.479.& Pet. a
monte,in tract.qui ĩcipit,Monarch.concil.in rub.
de Card.nu.3.& ſeq.& ſingularem eam glo.refert
Bar.Brix.in ſuo.Dictio.in uer.conciliũ: de qbus
tamen abundãtius diſſerit Ant.Roſ.in tract.de con
cil.in rub.quanto temp.dur.deb.concil.nu.7.uſq;
ad. nu.23.qui in caſibus non poſſe ibi concludit,
ut puta ſi uellet diſſoluere collectum,pro bono,&
commodo,concernẽte ſtatũ uniuerſalis eccľię, &
ſi ageretur cauſa hęreſis Papæ uel ſi is diceretẽ apo
ſtaticus,vel renunciaſſet,uel quãdo duo de papatu
6 contenderent.† Similiter Papa põt tollere, & mul
tomagis limitare,& interprętari ſtatuta concilij,ut
colligit Spec.in.d.§.nunc oſtendendum. verſ.58.
&.63. & ideo inquit Mart. Laud. in tract.de prin.
q.195.ſi totus mundus ſentiret contra Papã, præ-
ualet, & ſtatur ſnĩæ eius. c.Nemo,in glo.9.q.3. &
eadem ſentit idem Mart.ibi.q.477.& no. Abb.in.
c.propoſuit.nu.5.de conceſ.præb. & abunde in d.
c.ſignificaſti.nu.3.de election. ultra addita ibi in
7 margine,cumulando multa:illa præcipue,†quia in
omnibus concilijs intelligitur excepta auctoritas
Papę,cum concilia generalia non ſint ſupra Papã.
Hoc tamen declarando procedere, in his quæ de-
pendent a plena diſpoſitione Papæ: non ſi ipſe eſ-
ſet iudicandus,ueluti de hæreſi,uel alijs,ut credo,
de quibus ſcripſimus in hoc. c.§.12.q.6. Item de-
clarat,ut licet poſsit,non tamen honeſtum ſit, nec
hoc debet uelle,ut per eundem Ab.in. c. ex parte.
de capel. monac. Declarare etiam hoc vr̃ Decius
in.cap.cum in eccleſia. in.1.not.de appel.ut non
poſsit,niſi cum cauſa.Quod abſolute non puto ue
rum: cum ſi quæ ſtatuta fuiſſent in concilio circa
ea, quæ ſunt iuris poſitiui,ſine cauſa etiam papa,&
princeps,poſsit ea tollere. ut diximus ſupra lib. 1.
cap.1.§.quarto,verſ.Tertio.nu.23.Sed declaratiõ
Decij videtur poſſe ſuſtineri, in quatuor concilijs
principalibus, in quibus Papa non poteſt diſpen
ſare,niſi cum cauſa,ſecundum aliquos,ut dicemus
inf.uerſi.Decimo.nu.4.&.nume.11.In hac autem
materia,an ſententia,& ſtatuta Concilij generalis,
ſint attendenda,an potius Pontificis:infinita,& lõ
ga diſputatione,colligit Ant.Roſ.in tract.de con-
cil.in rub.ſenten. quæ potius attendenda ſit. Qui
in fine tandem a prædictis non uidetur diſcrepa-
re:de quibus quoq; ſcribit Catal. de boncompag.
in tract.de poteſt.Papæ.nu.79.& ſeq.Et an conci-
lium generale poſsit recuſari Franc. rip. in cap.1.
nu.45.de iudic.dicitur communiter teneri, ꝙ nõ:
ſecus in prouinciali.ibi.nume.40.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex non poteſt tollere ius diuinum,conſtitutione vel reſcripto.*

2 *Pontifex contra euangelium, & contra prohibita nouo,& veteri teſtamento, non poteſt diſpenſare: nec contra articulos fidei; nec contra Apoſtolum, in pertinentibus ad eos, nec contra. X. praecepta Decalogi.*

3 *Pontifex poteſt condere leges, contra ſtatuta Sanct. patrum.*

4 *Pontifex non poteſt diſpenſare,contra quatuor concilia principalia tollenda,declara tamen, vt ibi. & quæ ſint concilia principalia.*

5 *Pontifex non poteſt diſpenſare in his, quæ natura ſui, ſunt mala,vt ſubijciuntur exempla.*

6 *Pontifex non poteſt diſpenſare, ubiſtatus eccleſiæ decoloratur: & contra vniuerſalem ſtatum eccleſiæ: vt exempla ponuntur,& declaratio.*

7 *Pontifex,& Imperator non poteſt condere legem,ex qua turbaretur Mundus, & ſtatus Imperij.*

8 *Pontifex non poteſt facere, quod alia eccleſia eſſet maior Romana: vel vt ſit alteri acceſſoria, & vnita.*

9 *Pontifex non poteſt prohibere, quin Baptizatus cũ forma,habeat characterem,& gratiam.*

10 *Pontifex non poteſt aliquem eximere ab Ecc. Ro.nec priuilegiare,ne ad eum veniat.*

11 *Caſus alij remiſſiue,in quibus Papa diſpenſare non poteſt.*

12 *Pontifex diſpenſans ſine cauſa contra ius diuinum, peccat,ita ut quanto magis praeeſt,tanto durius iudicandus ſit.*

NON POTEST PAPA TOLLERE IVS DIVINVM.

DEcimo,ventilando ea,quæ ad impotentiam Pont. max.pertinent, iã in Imperatore declarata:licet quoq; dictum ſit ſupra lib.1.c.1.§.4.uerſ.29.Principem non poſſe in totum tollere ius diuinum,tñ hic uberius dicamus, † Nõ poſſe Pontificem max.tollere ius diuinũ, conſtitutione, uel reſcripto,quia inferior non põt violare iura ſuperioris.cle. ne Romani.in prin. de electi. & quia huiuſmodi ius eſt immutabile.5.&.6.diſt. & concludũt oẽs cum glo.in d.l.fi. C.ſi cont.ius uel vtil. publ.& in d.c.quæ in eccl.de conſtitut.ſed præſertim Felin.ibi col.6.nu.15.cum multis relatis,præ-
2 cipue B.Thomam.† Hinc eſt quod contra euangeliũ,& contra prohibita nouo, & veteri teſtamento non põt ſtatuere,uel diſpenſare.c.deinde.26. diſt. cũ ſim.& poſt Specul.in tit.de diſpenſ.§. nunc breuiter,tradit Alex.conſ.49.col.1.uol.4.& Iaſ.in.l.1. in.1.lect.nu.55.& ſeq.C.de ſac.eccl.& Abb. in.c.ſignificaſti.nu.2.de election.Nec contra articulos fidei.c.140.diſt.&.c.aliorum.9.q.3.& per Specul.in d.§.nunc breuiter.& Abb.in cap.propoſuit. de conceſ.præben.nume.20.qui ſecutus Vinc. inquit,poſſe Papam in omnibus,ex rationabili cauſa diſpenſare,præterquã in articulis fidei:& ideo tradit B.Thomas in.4.ſententiarũ.diſt.17. vt cum ſequitur Io.de Selua in tract.de iureiur.in.4. parte. nu.44.non poſſe põtificem, nouos articulos fidei condere,aut æditos remouere. Itẽ nec diſpenſare poteſt contra præcepta Decalogi,quæ. X. ſunt. c. ſicut.14.diſt.nam & ſi non ſunt articuli:ſunt tamẽ articularia fidei,& ita eis annexa, ut ſine his ſalutem aſſequi nõ poſsimus,ut docet Spec.inibi uerſ. Secundo. Vnde nec diſpenſare poteſt contra apoſtolum,in his quę pertinẽt ad articulos fidei,ut idẽ Spec.ibidem tradit,& habetur per glo.poſt tex.in. c.ſunt quidem.25.q.1.inquit tñ Abb. in d. c. propoſuit.nu.9.cum glo.cõiter omnes tenere,Papam abſolute poſſe diſpenſare cõtra apoſtolum ex cauſa,quia ſine ea,eius præceptum nõ poſsit relaxari, qui motus fuerit inſtinctu ſpiritus ſancti.c. lector. 34. diſt. & Abbatem ſequitur Felin.in.d.c.quæ in eccl. col. 7.Facit cum diximus ſupra hoc.§.uerſic. Quinto. in uer.Bigamiæ.nu.2.Papã eſſe maiorem Paulo,in adminiſtratione: & idem Feli. ibi ſubdit.
3 poſſe Papam condere leges,contra ſtatuta ſanctorum patrum,ex auctoritate etiã B.Thomę:cuius cõtrarium ſentit Specul.in.d.§.nunc breuiter. col. fi. qñ ſancti patres aliquid bene diffinierunt.cap.ſunt quidã. 25.q.1.&.c.ſicut.14. ſed ſm Felin.ad hæc patet ſolutio,per adducta:†Simile eſt ut prædictis ſubiungamus, non poſſe Papã diſpenſare contra quatuor concilia principalia tollenda, ut per Specul.in.2.§.nunc breuiter.col.2.per d.c. ſunt quidã:Sed hoc falſum dicit Hoſti.in tit.de diſpẽſat.§. quis poſsit:niſi in eis contineantur ea quæ ad trãſgreſsionem,& articulos fidei pertinent: qđ credo verius.Illa ãt concilia ſunt principalia:Nycenum, Calcidonenſe, Conſtantinopolitanum, & Epheſinum.ut per Ripam in,c.1.nu.2.de iudic.† Idemque arbitramur,ut nõ poſsit diſpenſare,in his quæ natura ſui ſunt mala,ut puta, quod quis ſine peccato poſsit adulterari arg. c.& ſi Chriſtus. de iureiur.& tradit ibidem Specul. & Abb. in cap. propoſuit.nume. 20.de conceſ.præb.& ſimiliter non poteſt me abſoluere in peccato perſiſtentem. cap. legatur.24.q.2.† & pariter ubi ſtatus eccleſiæ decoloratur.1.quæſt.7.c.& ſi illa,cum ſim.& per Specul. ibidem col. fi. unde ut not.glo.Abb.& Doct. in. c.literas.nu. 13.de reſt. ſpoliat.& Mart. Laud. in tracta. de principib.quæſt.252.& idem Abb.in dict.cap.propoſuit.nume.15. Papa non diſpenſat contra uniuerſalem ſtatum eccleſiæ, niſi cum rationabili cauſa, diſtinguendo diuerſimode hic, & illhic, quæ tamen uidentur in idem incidere: In qua diuerſificatione illud Ant.Roſell.addit, in tracta.de concil. in rub. Pont. max. an poſ.con.un. ſta.eccl.nume.7.& in rub.quan.temp.dur.deb.cõcil.nu.16.ut licet Papa omnia poſsit de plenitudine poteſtatis,non tamen poteſt ea quæ ſpecialiter prohibita forent:uel quæ eſſent contra fidem, uel ſtatum eccleſiæ generalis: quo ultimo caſu, & ſi teneat diſpoſitio, non tamen eſt ſibi permittenda:

permittenda, vnde tunc requiritur etiam ſuña con-
cilij, quia licet poſsit eo caſu cũ cauſa, contra ſtatũ
generalem eccleſiæ diſponere, in poſitiuis ſolus tñ
non põt generaliter tollere: unde exemplificando
in multis, inquit eum non poſſe ſolũ tollere, etiam
cũ cauſa diſpoſitionem. c. ſi quis ſuadente diablo.
17. q. 3. ſed mihi placet opinio Abbatis; qui vtroq;
in loco, & etiam in. c. nulli, de ſenten. excom. poſſe
Papam diſpenſare contra vniuerſalem ſtatum ec-
cleſiæ ſentiat, ex rationabili cauſa, & hoc ẽt abſq;
cõcilio, qñ uerſamur in his, quæ ſunt iuris poſitiui
cum in his ẽt ſine cauſa hoc poſsit, ut diximus ſ.
lib. 1. c. 1. §. 4. uerſ. Tertio, & tetigimus ſupra hoc.
§. uerſi. Nono. nu. 5. Immo etiã ſi verſemur in his,
quæ ſunt iuris diuini, ex cauſa, poſſet Papa illud li-
mitare, & interpratari in parte, non in totũ tollen
do, vt dicemus in ꝓximis, & ideo diſtinctio Abb.
in d. c. propoſuit. nu. 14. uidetur conuenire ad ꝓ-
poſitum noſtrũ, qui inquit, licet priuilegia clerico-
rũ ſint de iure diuino, ut not. in. c. Si Impator. 96.
diſt. & per Innoc. in. c. 2. de maio. & obed. & dixi-
mus ſupra hoc. §. uerſ. Sexto. nu. 7. tamen ex cauſa,
põt Papa dare poteſtatem alicui Principi ſeculari,
iudicandi inter clericos: ſicq; licet ſtatus eccleſiæ
decoloretur: & in. d. c. nulli, infert Abb. poſſe Papã
ex cauſa tollere diſpoſitionem d. c. ſi quis ſuaden-
te diabolo: Sic niſi ex cauſa diſpenſat, ut commu-
nicantes cũ excommunicatis, non incurrant in ex-
communicationem minorem, ut poſt Abb. & Fe-
lin. tenet Io. de ſelua in tract. de iureiu. in. 4. parte.
nu. 7. & Barb. in tract. de præſt. Card. in 1. q. 1. par
tis. nu. 36. Si non decoloretur, ut quia ſubeſt iuſta
cauſa mutandi, uel diſpenſandi, tunc ẽt poſsit: ma
xime circa vnum, uel duos caſus diſpenſare. Et be-
ne notandum ſcribit hunc caſum, an Papa poſsit
diſpenſare contra generalem ſtatũ eccleſiæ, qui cõ
prehendat multos caſus, prout in relaxatione con
iugij, Pontifex immutauit vniuerſalem ſtatum ec-
cleſię in. c. non debet. de conſang. & affin. & memi
nit glo. in d. c. ſunt quidam. 25. q. 1. & ad præmiſſa
conueniunt ea quę ſcripſimus ſ. li. 1. c. 1. §. 4. uerſ.
7 Secundo. nu. 6. † ut Papa, & Imperator, non poſsit
condere legẽ, ex qua turbaretur mundus, & ſtatus
8 Imperij, ut puta, quod hoïes uiuerẽt ſine lege. † In
hoc uerſ. conuenire videtur, ut dicamus non poſſe
papam facere, quòd alia eſſet eccleſia maior Roma
na, uel ut hæc eſſet alteri acceſſoria, & vnita, vt tra
dit Ant. Roſ. in tracta. de poteſ. Imp. ac pap. §. quo
autem in loco. nu. 6. notari in. c. fælicis. §. pro hoc.
9 de pæn. lib. 6. † Item dicamus non poſſe Papã pro-
hibere, quin Baptizatus cum forma, habeat chara-
cterem, & gratiam, ut aït idem Ant. ibi in. §. Hanc
10 ſententiam. nu. 27. † Item nec poteſt aliquem exi
mere ab eccleſia Romana, nec priuilegiare, ut ad
eum non veniat, ſecundum not. per Abba. in. c. cũ
inſtantia. col. 2. de cenſib. & per Ioan. de ſelu. in
tract. de iureiu. in. 4. parte. nu. 39. Item non poteſt
compellere ſacerdotem ad reuelandum confeſsio
nem, ut dicemus inf. in. c. de pſbyt. parochial. nu.
11 37. † Aliqua quoque alia ponit Spec. in d. §. nunc
breuiter. & Hoſti. in d. §. quis poſsit, in quibus Pa-
pa non uidet poſſe diſpenſare: ſ. in matrimonio le
ge diuina prohibito: in uoto continentiæ: in homi
cidio uoluntario, ut etiam per Io. anan. conſ. 59.
nu. 7. ut miniſtret in officio altaris: & alijs de qui-
bus in ſuperioribus, in ſpecie quandoq; locuti ſu-
mus; Similiter multos caſus, in quibus Papa nõ poſ
ſit diſpenſare, ſiue diſponere, colligit, ut dixi, Io.
de ſelua in d. tract. de iureiur. in. 4. parte. Prædicta
autem limitãtur, ut licet Pontifex non poſsit in to
tum tollere ius diuinum: poſsit tñ in parte, & illud
limitare, & interpratari ex cauſa, ut annotauimus
ſupra lib. 1. c. 1. §. 4. uerſ. Quinto. & ꝑ Pet. a mon.
in monarch. Concilior. ſub rub. de mõ reſtit. Pap.
nu. 10. Atqui ſi ſine cauſa aliquid cõtra ius diuinũ
permittat: quanto magis pręeſt, tãto durius iudica
bitur, ut docet Ant. Roſel. in tract. de concil. in tit.
Pont. in quib. hab. poteſ. nu. 28. quod prędixit Spe
12 cul. in d. §. nunc breuiter. col. fi. † nam peccare eũ
affirmat, ſi diſpenſet ſine cauſa, nec diſpẽſatio pro
deſt, niſi in diſpenſationibus iuris poſitiui.

SVMMARIVM.

1 *Repetuntur multa exempla impotentiæ in Pontifi-
ce, iam dicta in Imperatore, & de Pontifice tan-
tum.*

MVLTA EXEMPLA IMPOTENTIAE PONT. REPETVNTVR.

VNdecimo, cum circa limitatam poteſtatem
Imperatoris, multa explicauerimus, quę ip-
ſe nõ poſsit, ſupra li. 1. c. 1. §. 4. uerſ. cũ mul
ta, ſiue uerſ. Vigeſimooctauo. uſque ad finẽ illius.
c. illa hic breuibus repetere ad exactiorem ordi-
nem obſeruandum, eum ad Pontificem ea quoq;
pertineant, haud ſuperfluum exiſtimo. † Repeta-
mus igitẽ, ipſum Pontificem facta infecta reddere:
neq; iniuſta, & quin Iuſtitia reddat facere: nec iuri
naturali, aut gentium derogare poſſe, quia ſit im-
mutabile: & propterea non põt diſpẽſare, ut teſtis
reddens malã rationẽ: uel qui non audit: uel non
uidit, uel qui eſt pupillus, probet: nec poſſe facere
contra ſubſtantiã rei: & cuius rei exempla referun
tur pſertim in dñio auferendo alicui. ut in d. uerſ.
28. nu. 1. & ſeq. Declarãdo tñ ut ibi per plura: unde
ut ibidem. nu. 15. non põt deponere epiſcopos om
nes. Similiter non põt extinguere Cardinalatũ, ut
dicemus inf. c. proxim. §. 3. nu. 27. Item non põt ſu
primere, uel reuocare dignitates cõceſſas alicui, ut
ſ. c. 1. lib. 1. §. 4. uerſ. Octauo. in uer. Feuda. in fi.
Non põt pariter eadem ratione, in totũ tollere ius
diuinũ, & ꝑ conſequens contra Euãgeliũ, & uetus
teſtamẽtũ, & articulos fidei, decẽ pcepta, epiſtolas
Pauli, & quatuor cõcilia principalia diſpenſare, ut
dicto. §. 4. uerſ. 29. & diximus latius ſupra uerſ. pce
denti. Item non poteſt alienare bona, & iura di-
gnitatis, nec regalia: teſtando, pignori obligando,
uel ſeruituti ſubijciendo: uel aliter ẽt cũ iuramen-

to, alienando, preſertim in conſanguineos: Decla
ra tñ ut inibi, uerſ. Trigeſimo: nã & ut ibi dr̃, non
pôt habere dominium rerum eccleſiaſticarum, ſed
tm̃ adminiſtrationem. Item ut in uerſ. Trigeſimo-
primo. eodem. §. 4. multa ſummatim repetunt̃, quę
Imperator non poteſt; & hic in Pontifice conue-
nientia, repetere poſſumus: vt, ſ. non poſsit eroga-
re pecuniã, pro Papatu conſequendo: Nec in ſe ha
bere crimina, & uitia, quæ etiã reprobantur in Im
peratore: & alia de quibus fit mentio in hoc li. 2.
§. 2. q. 5. &. 6. Nec Imperatoris iura uſurpare: quũ
idem non pôt eſſe Imperator, & Papa: Nec pôt ſe
intromittere de ſubditis Imperij; nec infringere fa
ctum Imperatoris. Nec exercere iuriſdictionem in
clericos, ratione bonorum temporalium, ſibi non
ſubiectorum, ut ſupra. uerſ. 2. §. 3. c. 1 lib. 1. Rom.
eccleſia tamen contrarium ſeruat quotidie ut in
propria cauſa ſe expertum, etiã mihi ſignificauit,
multum Reuerendus D. Tiberius de Raude, con-
terraneua meus, iam auditor Rotæ Ro. uir ſenato-
rius, & protonotarius Apoſtolicus, Iurec. eruditiſ-
ſimus, & maximę experientiæ: cum quidam Ioan.
M. Viſcardua, cauſam cõtra ſe comitti obtinuerit:
Et in hanc obſeruantiam, priuilegium Apoſtolicũ
uidetur conceſſum, per Leonem. X. in dominio
Mediolani, Regi Francorum. 15 18. eius ſenſus, ut
cauſæ profanæ, & Laicorum, ut clericorũ, in rebus
prophanis, extra illud dominiũ non trahantur, per
Apoſtolica decreta. Vnde non pôt tollere legea ſe
culares Imperiales, niſi ubi reſpiciant peccatũ, ut
ſ. lib. 1. c. 1. §. 4. uerſ. Tertio. Nec pôt eſſe ſolutus,
& a legibus diſcedere, niſi ut d. §. 3. uerſ. Septimo.
Nec pôt contrauenire cõtractibus, & conuentioni
bus initis, ẽt de plenitudine poteſtatis: niſi in caſi-
bus, ut ibi uerſ. Octauo: Nec plenitudine poteſta-
tis uti, in p̃iuditiũ ſubditorũ, ut ibi uerſ. Nono. Nec
Bella mouere niſi ratione, & neceſsitate ſuadente;
pręuia monitione, ut ibi uerſ. Vndecimo. Nec pſo
naliter puguare, ut uerſ. 12. Nec cõcedere duella,
ut uerſ. 13. Item non pôt permittere uſuras in Iu-
dæis, niſi ex cauſa: Nec ipſos Iudęos expellere, ut
ibidẽ uerſ. 14. Nec pôt ſententiare, nõ citata parte
& nõ audita, & ſine cauſæ cognitione, ut ibi uerſ.
19. Nec eſſe acceptor pſonarum, ut uerſi. 20. Nec
pôt imponere pęnã mortis exequẽdo, ſed ſtatuen-
do. ut ſ. li. 1. c. 1. §. 4. nu. 9. Et breuiter pone hic re
liqua alia, in qbus impotentia Pontificis oſtendit̃,
iã, ut dixi, ẽt ſcripta in Imperatore, d. §. 4. c. 1. lib. 1.
uerſi. 31. uſq; ad finẽ, & ibidẽ dicta uerſ. 32. & ulti
mo, ut Pont. max. ſimiliter mortem euitare nõ poſ
ſit: Non pôt ẽt Papa ante coronationem, & conſe
cratione, habere auctoritatẽ regendi Ro. eccleſiã,
cum nondum dicat̃ Pontiſex, ſm̃ unam opi. ut ã.
hoc. c. §. 1. uerſ. In hac: Item non pôt habere tra-
ctatũ diffinitorium cũ Cardinalibus, ſed conſulto
rium, de ſucceſſore ſibi eligendo. Nec pôt per te-
ſtamentũ, uel alio modo, ſibi eligere talem ſucceſ-
ſorem, ut ſ. hoc lib. §. 2. q. 2. ubi ẽt arguitur, nõ poſ
ſe concedere alijs, quã Cardinalibus poteſtatẽ eli
gendi Pontificẽ: Itẽ non pôt ſupprimere poteſta-

tẽ Electionariorũ Imperatoris, ut aliq̃ tenẽtut di-
ximus ſ. lib. 1. c. 1. §. 2. nu. 3. Item non pôt eſſe niſi
unus Pontifex, nõ duo, vel plures, ut in d. §. 2. q. 3.
nu. 10. Nec papa pôt ſibi facere ęqualẽ, ut ibidem:
Item non pôt eſſe Papa, niſi eligatur e gremio Car
dinalium: & qui nec hæreticus, nec fœmina, nec in
fans, nec furioſus & ſimilis ſit, ut ibi. q. 4. 5. &. 6. in
qũa habetur. nu. 15. cum non poſſe renunciare Pa
patui, niſi ex cauſa, alioquin grauiſsime peccet. Itẽ
Papa, non pôt diſpenſare, circa aſcendentes, & de-
ſcendentes, in infinitũ: nec inter collaterales in li-
nea inęquali, in ſecundo gradu: nec in prohibitis
lege diuina, niſi ex cauſa maxima. Item non pôt,
uel ſaltem non conſueuit, diſpenſare, inter cõiun-
ctos, cognatione ſpirituali. Item non pôt diſpenſa
re cũ monacho, in uoto continentiæ, & religionis:
ut ducat uxorẽ, ſiue magna cauſa, & ut monachus
permaneat: Nec ut matrimoniũ monachi, ad tem-
pus duret: cum nullo caſu, in matrimonio, carnali
copula conſumato, poſsit diſpenſare, poſt Baptiſ-
ma. Item non pôt diſpenſare, ut quis habeat duas
uxores: & ſic quod Rex habens vxorem ſterilem,
aliã ducat, uel concubinam. Item non pôt prohi-
bere, omnes perſonas, ut nõ contrahant matrimo
niũ, ſed aliquas. Item non pôt diſpenſare in matri
monio, licet non cõſummato, niſi ex cauſa, in iure
expreſſa, uel ſibi ſimili, & uera, & iuſta, & alija nota
nec in matrimonio contracto inter Chriſtianum,
Iudæam, & econuerſo, ut in hoc. §. 4. uerſ. Tertio.
Non pôt quoq; deponere Cardinales, niſi cum cõ
cilio vniuerſali, ſm̃ aliquos, ut diximus hoc. §. uerſ.
Quarto. Item Papa non diſponat, ut ſentiunt ali-
qui, in Bigamia, ut ibi uerſic. Quinto. in uer.
Bigamiæ: Nec pôt habere plenam poteſtatem, quo
ad dominium rerũ eccleſiaſticarũ: ſed quo ad ad-
miniſtrationẽ. Nec habet poteſtatem, in bonis pa
trimonialibus clericorum ut ſ. Item non pôt in to
tum tollere decimas: Nec aſolute ſubijcere cleri-
cos ſecularibus iudicibus. Nec concedere ei qui
non ſit ſacerdos, ut conficiat corpus Chriſti. Item
non pôt diſpenſare, ut quis habeat plura beneficia
cũ cura, niſi adſit cauſa. Item non pôt, ſm̃ aliquos,
concedere clerico, licentiam teſtandi, ſine cauſa.
Nec in totũ ſtatuere, ut officiũ, & horæ canonicæ
non dicant̃, ſm̃ aliquos. Itẽ nec uendere, aut traſ-
ferre pôt ſimoniace, adminiſtrationem ordinis, &
executionem clauiũ, cũ ſint prohibita, quia Simo-
niaca. Nec, ut aliqui tenent, poteſt concedere ex-
cõicato, uel interdicto, ut celebret diuina officia,
ut iuibi uerſ. Sexto. nu. 2. 7. 8. 14. 18. 22. 27. 37. Itẽ
nec poteſt, ſe ſubijcere Imperatori: uel Iudicis lai-
ci prorogare iuriſdictionem: ſaltem de ordinaria
poteſtate, ut in eo. nu. 7. Itẽ non poteſt Papa, diſpẽ
ſare in uoto neceſſario: ut puta Baptiſmi, quando
quis renunciat Sathanæ, ut eo. §. Quarto, uerſic.
Septimo. Item non poteſt diſpenſare, ut non in-
terueniat iuramentum, in teſtimonio ferendo.
Nec ſine cauſa poteſt diſpenſare ſuper iuramento
licito, uel ſuper re ſpectante ad Deum: & ſpectan-
te ad tertium: immo in contractu, non probata
læſio-

læſione,etiam cum cauſa,aliqui idem tenent,ut ibi uerſ.octauo.Item non poteſt tollere ſtatuta concilij generalis,ubi ipſe pontifex ſit iudicandus: nec de honeſtate,& ſecundum aliquos,niſi cum cauſa. Nec conuocare concilium,in caſibus ibi,uerſ. Nono. De Impotentia Pontificis in multis ſupra recitatis,& alijs ſimilibus,plura itidem cumulat Io. de ſelua in tract.de iureiur.in.4.parte.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales pileo purpureo:& chlamyde eiuſdem generis vtuntur,& ratio.*
2 *Cardinales Innocentij. IIII. decreto, Galero rubeo vtuntur, & equo.*
3 *Cardinales ſoli, inſtituto pauli. II. Biretum Coccineum ferunt; & mulas ſternunt panno eiuſdem coloris.*

LIB. II. CAP. II. DE CARDINALIBVS.

PRope pontificium Simulachrum,aliud quod
Cardinalem effingere uidebatur, proſpiicen
dum ſeſe offerebat (nulla enim poſt pontifi
ficem maior dignitas datur, ut dicemus inferius.
1 §.3.num.1.) † Pileo purpureo, & eiuſdem coloris
chlamyde, cucullata: caput coopertum, & amictũ
corpus habens:Tunica tamen quadam candida,ex
lino confecta(quam Rochetum appellãt) interius
ſe occultante. Quibus, & ſi non ſatis mihi notum
ſit,quare utantur veſtimentis Cardinales: fortaſſe
hoc referendum eſt vel ad id,quod Præfectis prætorio, & Regibus æquiparentur:ſicque inter Illu-
ſtres repoſitos,purpuram non ſecus ac Reges, eos
deceat induere:uel quod pars corporis, & capitis
Pontificis max. cenſeantur, vt in inferioribus dice
mus:vel quod illud culmen ſingularis potentię:cu
ius ampliſsimus Senatus gloria * adornatus erat,
ab Imperatore Conſtantino magno, eiſdem tradi
tum eſt: ideſt,eos patritios efficiens, & Conſules,
vt poſt dono data omnia indumenta Imperatoria, per eundem Conſtantinum Siluestro Pontifici, & eius ſucceſſoribus, dixi ſupra lib. 1.c.1.§.1.
2 q.2.nu.10.† Atqui conſtat tamen, vt apud Platinã
legitur, in vita Innoc. IIII. pontificis max. huius
decreto ſtatutum fuiſſe,anno ſalutis.1246. ut Car
dinales,equo in publicum vecti,Galero rubeo ute
3 rentur, honeſtandi ordinis cauſa. † Paulus. II. au
tem, anno ſalut. 1464.publico decreto ſtatuit, &
mandauit,propoſita pœna, ne quiſpiam Biretam
coccineam,præter Cardinales ferret: Quibus etiã
primo pontificatus ſui anno,pannum eiuſdem coloris dono dedit, quo equos, vel mulas ſternerent,dum equitant, ut auctor eſt Platina idem, in vita eiuſdem Pauli.Galero albo, ſolum Flaminem Dialem,etiã vſum fuiſſe,apud antiquos, Varrone auctore,tradit Feneſtella.c.5.de ſacerdotijs Romanis. Qui mos,an aliqua in parte,ad Cardinales trãſiuerit uideas. Tunicã vero illã candidã oſtendere claritatẽ,& mũditię huiuſce uiri, ſatis crediderim; ſicuti hoc demonſtrare Argenteam Coronam in Imperatore poſuimus ſupra d.c.1.§.1.in uer.Coronam.& conueniunt,quæ dicemus inf.§.2.nu.3. ſcilicet, Cardinales eſſe debere candidiores niue: quo ad optimos mores,& uitæ munditiem.Sic eadem ueſtimenti ſpecie,eiuſdemq; ſignificatus, uti Epiſcopum,& Sacerdotem,dicere poſſumus: ſicut de Alba,ſiue Camiſia,ſacerdotali indumento,oſtẽdit Spec.in rationali diuinorum li.3.in rub.de Alba.de quibus tamen omnibus inf.c.5.in figura epiſcopi.dicemus; & an eiſdem indumentis, utantur monachi,uel aliter religioſi facti, Cardinales, aut epiſcopi:ubi concluditur quod non,in uerſ.Amictus.Verum cum præter hæc, multa de Cardinalibus dicenda ſeſe offerant, quanquam etiam copioſe collecta, & per Martinum meum Laudenſem;& per Barbatiam, in traditionibus ſuis abundantius,adeo ut uix locus ad ſcribẽdum relinquatur, cum nihil intactum hi prætermiſiſſe uideantur:Nihilominus ſi nihil noui liceat addere, breuibus,ubi cõtigerit,uel eorum, uel aliorum traditiones,uel iura reſumere,& interpretari,in hunc modum,& ordinẽ diſtinguamus. Primo loco, &. §.de Inſtitutione Cardinalium diſſerendo.Secundo de eorum Munere.Tertio de eorum Excellentia, & potentia.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium inſtitutio, ad tempora veteris teſtamenti refertur,quæ ſit de iure diuino,&c. nu.3.*
2 *Cardinales,ſacerdotes leuitici generis cenſentur. & nume.3.*
3 *Cardinales,ſunt loco Apoſtolorum,aſſiſtentium Chriſto.*
4 *Cardinales,quo tẽpore primũ,eo nomine vocati.*
5 *Petrus.I.Pontifex,duos Epiſcopos,Linum,& Cletum creauit.*
6 *Pontifices,poſt Petrum,ex ſacris ordinibus,de more in vrbe habitis,Epiſcopos,Præsbyteros,& diaconos, menſe decembri creare ſoliti, vſque ad Leonem. IIII.*
7 *Anaſtaſius Cardinalis damnatus,quia parochiã ſuã, per quinque annos deſeruit.*
8 *B.Hieronimus,quo tempore vixerit, & an fuerit Cardinalis.*
9 *Cardinalium inſtitutio,expediens & vtilis, ad regimen eccleſiæ.*
10 *Cardinales. 29. Vrbanus. VI. Pont. creauit vna die.*
11 *Cardinalium creatio,quomodo per Pontificem fiat.*
12 *Cardinalatus inſignia, quæ ſint.*
13 *Titulos præsbyteris,primum Euariſtus Pont. diſtribuit.*
Cardinalis non poteſt eſſe, niſi ſaltem ſit Diaconus.
14 *Tituli Cardinalium qui,& quot ſint:*
15 *Cardinalium creatio,vſque ad quem numerum aſcẽdere poſſit: quod arbitrio Pontificis relinquendum uidetur.*

Diſcipuli.72.vltra.12.appoſtolos conſtituti.
Cardinales qui dicantur habere titulum; & qui, & quomodo per titulum,inſcribantur.
Papa quomodo inſcribatur.
16 *Cardinales vnde dicti .*
17 *Cardinales olim appellati,in quacunq; eccleſia,principales ſacerdotes, vel Epiſcopi.*
Cardinales conſiliarij vocati.
18 *Cardinaliũ collegium, Romanæ eccleſiæ Senatus dijs dicatur,exemplo Senatus Romani: & hi coadiutores, patritij, & liberi primi gradus prope Papam dicti.*
19 *Cardinales Rom.eccleſiæ, filij ſpirituales inſcribunt: & dicuntur Curiales.*
Cardinales,Dij cenſentur in terris.

§.I. DE INSTITVTIONE CARDINALIVM.

§.1 INſtitutionem, † & Cardinalium originem, etiam ad priſca illa tẽpora ueteris teſtamenti,ſi non nomine, ſaltim effectu referendam:& ſic de iure diuino,nõ ſolum poſitiuo eſſe, multi arbitrãtur,quod ſatis apte demonſtrari poſſe arguunt ex. cap.17. Deuteronomij,ibi,ſi difficile,& ambiguũ, apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinẽ, & ſanguinem,cauſam,& cauſam, lepram, & leprã, & c.ſurge,& aſcende ad locum,quem elegerit dominus Deus tuus,veniesque ad ſacerdotes Leuitici generis,& ad iudicem, qui fuerit illo tempore,quęresque ab eis,qui iudicabunt, tibi iudicij veritatẽ, & facies quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit dominus:& docuerint te,iuxta legẽ eius:ſequerisq; ſententiam eorum: nec declinabis ad dextram,neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit,nolens obedire ſacerdotis Imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur. Quæ reſumuntur,& recipiuntur,tanquam verba,quæ conueniant, & oſtendant Pontificis max.& Cardinalium, eandem ſupremã poteſtatem, a Deo ſibi penitus attributam in.cap. per uenerabilem qui fil. ſint. leg. cum nullus alius iudex,aut ſacerdos,maior eſſe queat Põtifice max. & Cardinalibus, ſupra hoc lib. cap. 1. §. 1. præſertim in uerſic. Pallium. Et propterea doct. ibi, ſed præcipue Abb. nume. 16.colligit nullum alibi
2 textum melius probare,† Cardinales eſſe ſacerdotes leuitici generis. De qua re,illud profecto dicã, nullo pacto poſſe dubitari, quia ex quo ipſe Pontifex, idemque legiſlator in eo.c.per venerabilem, in hanc ſententiam interpræatur uerba ueteris teſtamenti dict.cap. 17.nulla poteſt contingere dubitatio.l.ancillæ.cum glo.ubi Bar.C.de fur. & per Bar. in.l. Gallus.§.ſi eius.in prin.ff.de lib.& poſt. & ideo recte hęc comprobat Specul.in tit.de lega. §. ſequitur.in prin.& idem Abb.in.c.ex geſtis.columņ. prima. de cleric. non reſiden. addens hoc figuratiue ſaltem procedere: & Abbatem ſequitur Martin. Laud. in.2.tract.de Cardinalib. q. 7.&.11.& in.1.tract.q.26.&.34.& Cardin.Alex. dict. cap.per uenerabilem.column. 142.& Pet.a Biax.in tract.quod inſcripitur Direct.election. c. 35.2.partis.nume.7.poſt Barbat.in tract.de pręſt. Card.in. 1.q.1.partis,qui hunc articulum ad partes diſputando per.x.col.concludit tamen,præſertim nume.20. Cardinalatum eſſentialiter, & formaliter, a iure diuino proprie ſumpto, exordium ſumpſiſſe.Immo etiam nomen ipſum Cardinaliũ, ex eodem ueteri teſtamento, prodire poſt Hoſtie. argumentatur idem Barbat.ibi,nu.33.per ea verba primo regum.c.2.Domini enim ſunt Cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem :ſubdens hoc optime conuenire,quia eccleſia Ro.regatur conſilio Cardinalium, ſicut hoſtium regitur cardine. Quibus pariter annuit Per. a Biax.ubi ſupra. Hæc tamen interpræatio ex dicto.c.2.non placet Abba. in eo.c.ex geſtis:Sicque ad præcedentia conſeeuti
3 ue ſuccedit,† ut etiam ex nouo teſtamento, Cardinalium origo,de iure diuino dijudicanda ſit, quia figurati inde ſunt Apoſtoli,qui cenſeantur eſſe illi Sacerdotes leuitici generis, ad quos confugiendum eſſet.Quamobrem cum Chriſtus, cui tradita eſt omnis poteſtas,& in cœlo, & in terra, eandem tradiderit Petro, & ſucceſſoribus, ut in dict. cap. per venerabilem,& ſæpe diximus:atque Cardinales, loco Apoſtolorum ſint conſtituti, & ſecundũ Cardin,Alexand.in.c.in nomine domini.23. diſt. col. 2. licet epiſcopi omnes ſint loco Appoſtolorum,Cardinales tamen ſunt loco Appoſt. aſsiſtentium Chriſto:Sequitur eos,Sacerdotes Leuitici generis eſſe dicendos,ſicuti clare exprimitur in dict. c.per uenerabilem:& hæc interpræatio mihi uidetur conuenire dictis Abb.in d.c.ex geſtis. quando figuratiue ſaltem, Cardinalatum iuris eſſe diuini cenſuit. Poſſunt etiam præmiſsis conuenire ea quę ex mente eiuſdem Barbatiæ ſcripſimus ſupra,cap. proximo.§.2.in prin.nume.5.&.q.4.nu.6.&.q.6. nu.13.qui inquit,ſicut Appoſtoli uoluerunt Petrũ eſſe principem eorũ,ita & Cardinales conſtituunt Pontificem de ipſorum gremio, exemplo eorum. Quod ſubiicit a ſe eſſe nouum dictum : nec aliqua reſonante ſcriptura accepiſſe.Sed mihi uidetur in-
4 ualide reſonare ex prædictis. † Verum cum non niſi obſcure appareat,quo nam tempore,poſt Põtificatum,per Petrum aſſumptum, Sacerdotes hi, Cardinales inſtituti, & eo nomine nuncupati ſint:cum tempore Conſtantini Magni, & plerique ante,plurimi poſt,id inductum ſcripſerint.Nos ea quæ inueſtigare licuit, in medium afferamus.

Repetendo igitur, tempora, in quibus unus quiſque Ponti. Maxi. Pontificatum geſsiſſe deſcribitur, Platina inchoando † a Petro Appoſtolo, primo Pontifice, hunc duos Epiſcopos, Linum ſcilicet, & Cletum, ordinaſſe commemorat: qui ſacerdotale miniſterium Roma. populo, & aduenis bene ſentientibus exhiberent, quia ipſe pluribus intentus, eſſe non poterat, cum orationi, & prædicationi uacaret. Idem Platina dein-

deinceps, quem ſequitur Raphael Volateranus in
anthropolog.lib.22.& Linum,& Cletum, & Cle-
6 mentem † & alios multos Pontifices, Petri ſuc-
ceſſores,uſque ad tempora Leonis.IIII.[illegible].im-
perante Ludouico.II.anno ſalutis. 848. [illegible]cris
ordinibus, de more in urbe habitis, Epiſcopos,
Presbyteros,& Diaconos, etiam plures numero,
menſe Decembri, creauiſſe refert: In uita, autem
eiuſdem Leonis, qui fuit poſt Conſtantinum per
multum tempus,& tempore Michaelis Imp. orien
7 tis,& anno.848.obiter tamen, enarrat, † Anaſta-
ſium quendam presbyterum Cardinalem damna
tum,eo maxime,quod parochiã ſuã, per quinque
annoa deſeruerit. Deinde in uita Silueſtri.III.an-
no ſal.1040.qui prius Cardinalis eſſet,tradit Pon
tificem creatum,temporibus Conradi,uel Henrici
Impp.eius Filij. Poſtea in uita Nicolai. II.1058.
ponit eius decretum,de quo fecimus mentionem
ſupra.c.prox.§.2.num.5.quo cautum eſt,ut ſi quis
pecunia,uel gratia humana aut populari, milita-
riue tumultu,ſine concordi,& canonica electione
Cardinaliũ, fuerit in Throno Petri collocatus, is
non Appoſtolicus,ſed Apoſtaticus,ideſt a ratione
deficiens,merito uocaretur. Demum in uita Gre-
gorij.VII.anno ſalut.1073.Henrico.III.imperan
te,Ildebrandum Põtificem creatum aſſerit, quem
prius in uita Leonis.VIIII.Diaconum Cardina-
lem,ab eo Leone creatum dixerat:atque inibi For
mulã electionis ponit: in qua etiam mentio Car-
dinalium eligentium fit: ut eam,& nos annotaui-
mus in d.§.2.nu.8. Sicque in ſequentibus frequen
ter poſtmodum Platina de Cardinalibus eligenti-
bus,uel electis:in Põtifices, uerba facit quod nul-
quam antea inueni feciſſe: niſi quiſpiam dixerit,
etiam ante hæc factam uideri ſaltẽ tacite, per col-
lationem ordinum,ut ſupra,quod tamen diuinare
eſt:& tanto magis,cum Cardinalatus nõ ſit ordo,
ſed officium,ut inferius dicendum erit. Platinam
aũt in omnibus ſequi uidetur ẽt.M. Antonius Sa-
bellicus,qui pręcipue Enneade.9.lib.3.repetit per
eadem uerba eandẽ formulam: & lib.6.de eodem
Galero rubeo, atteſtaẽ. Raphael Volaterranus in
ea Anthropologia lib.2.fo.230.hæc commemo-
rat: Ipſum Cardinalium nomen, ab initio epithe-
ti honoratioris appellatio fuit: Nam alibi Cleri-
cum Cardinalem,& canonicum Cardinalem legi
mus,ideſt,pręcipuum,aut principalem, quo hono
re urbani dignabãtur. Quia ſicut urbis Romæ epi
ſcopus,cæteris præſtabat,ſic etiam clerus Roma-
nus,cui Titulos Euariſtus Pont. primus omnium,
diſtribuit: Iidemq́ue Põtifici,de communibus fi-
delium rebus aſſiſtebant,Cardinales deinde a po
ſteris appellati: cuius rei fidem probat, inter alia,
ex Epiſtola Gregorij.I.ad Populonienſes miſſa:is
tamẽ Gregorius poſt Sylueſtrum uixit. ſubditque
ibi Volater.per Innocent.IIII.Cardinalibus pom
pam,ſpendoremque comitum, & ornatum addi-
tum,& pileũ,ut ſupra in prin.atque ætate ſua Pau-
lum Pont.II.tegmenta capitis ruſſata, addidiſſe,
ut ibi. Iureconſulti tamen aliqui,Cardinalium no

men,& inſtitutionem referunt, uſque ad Pontia-
num,& Marcellum, Pontifices: qui fuerunt ante
Silueſtrum.I.& Conſtantinũ Magnum,ut ex Chro
nicis Martinianis probando,atteſtatur Archid.in.
c.ubi periculum, de elect. in.6.& Card. Flor.&
Alber. de Roſ.quos refert Barb.in d.tract.q.1.nu.
5.Oldrad.uero Landen.conſ.63, quem pariter re
fert ibi Barb.inquit nõ adfuiſſe Cardinales eo tem
pore, quo Conſtantinus fecit donationem Silue-
ſtro:quia de eis non fecit mentionem, ſed poſtea
quãdo indixit Synodum uniuerſalem,ut in.c.præ-
ſul.2.q.5. legitur: & cum Oldrad. tranſit Martin.
Laud.in tractat.2.de Cardin.q.18.& in.1.q.27.&
in tract.de princip.q.484.& Ioan. Anan.in.c.ad
liberandam.col.5.de iudæ.& Felin. in.ca.cum te.
col.6.de re iud.idem tenet Pet.a mon. in monar-
ch.concil.in tit.de Cardin.num.1.In hac uarieta-
te auctorum, non eſſe recedendum ab auctoritate
& opin.Oldrad.& conſociorum ſuorum, credi-
derim,tum quia tex.d. cap. pręſul. clare loquitur,
tum propter eorum ęſtimationem.Hæcq́ue etiam
corroborari uidẽtur ex.q.poſita per Ioan. Anan.
d.col.5.qui concludit B.Hieronymum,Cardina-
lem presbyterum fuiſſe, & ſic Auguſtino epiſco-
*, po, maiorem, ut etiam in hoc communem * opi-
nem atteſtatur Barb. in d.q.1. nu.44.&.47.unde
8 conſtat † Hieronymum Damaſi Pontificis, & Iu-
liani Imp.temporibus,ſicque Paulo poſt Conſtan-
tinum, uel etiã huius tempeſtate uixiſſe, ut apud
Platin.in uita Damaſi uidere licet.Non eſt tamen
dubium. Cardinalium inſtitutionem, & creatio-
9 nem, † quæ expediens eſt Ro.Eccleſiæ, cum maxi
me utilis ſit ad illius regimen.cap.miniſterium.de
offic. Archipreſ.cum ſimilibus adductis per Alex.
conſ.224.num.3.uol.6.ad Pontificem tantũ,per-
tinere,ut ſcripſimus ſupra.c.prox.§.4.uerſi. quar-
to: quibus alludunt ea,quæ apud Platin.quandoq;
leguntur,præſertim in uita Gelaſij. II. Pontificis,
& Cœleſtini. V. & Vrbani. VI. anno ſalut. 1381.
10 † qui una die, nouem & uiginti: ille duodecim
Cardinales,ſtatim aſſumpto pontificatu, creauiſſe
fertur. Nec referre exiſtimo qualiter, & quo nam
pacto hæc creatio a Pontifice fiat, quãdoquidem
unico etiam uerbo, hunc creare nouam dignita-
tem,& ſacerdotem: immo & Epiſcopum, atque
per uerbum FIAT,prolatũ,omnem gratiam cenſe-
ri perfectam,diximus, ſupra lib.1.c.1.§.4.uerſi.
11 7.in uerb.Dignitatum num.1.† Quamobrem ſę-
pius obſeruatum audiui, ut cũ Pontifices,aliquem
in eum ordinem aſciſſendum putauerint, Pileum
Purpureum,uel Biretam coccineam, ut aliqui di-
cunt,hocq́ue ſaltem obſeruatum a Paulo.III.Pon
tifice,tempeſtate noſtra: ſic & annulum, eius di-
gnitatis collatę ornamenta, ad eum tranſmittant.
His tamẽ repugnare uidetur, diſpoſitio cuiuſdam
extrauag.Eugenij.IIII.Pont.In eminenti, de qua
mentionem faciunt Alex.cõſ.11.uol.6.& Corn.
Peruſin.conſ.278.uol.3. in eadem cauſa conſu-
lentes: cuius decretum eſt, ut per publicationem
per aliquem ſummum Pontificem, de aliqua per-
ſona,

ſona,in Cardinalē factam ,in priuato conſiſtorio,
nihil iuris,uel tituli, in ea Cardinalatus dignitate,
aut nomine,acquiſitum cenſeatur:donec Cardina
lis inſignia fuerit actualiter aſſecutus,ſed ſolum ad
Cardinalatus initium , diſpoſitum uideatur. Quæ
quidem inſignia,ea ſunt ſecundum dictos conſu-
lentes,& præcipue Alex.in prin.conſ.& colum.ſi.
12 † ſcilicet, traditio pilei , immiſsio annuli , & oris
apertio,hoc eſt facultas data reſpondendi,ſi con-
ſtitutus Cardinalis in Conſiſtorio , interrogatus
fuerit: quibus etiam tituli aſsignatio additur . Sed
Corn. ibi præſertim num.18.oſtendit illam extra-
uag.loqui, in ſimplici pronunciatione alicuius in
Cardinalē facta,in priuato conſiſtorio:non ſi ali-
ter appareat Pontificem , & cœtum Cardinalium
ulterius proceſsiſſe; conferēdo ipſam dignitatem:
uel aliter appareat de mente Papæ, & Cardina-
lium , prout in caſu noſtro apparere, arguendum
uidetur , ſi Pontifex tranſmittat ipſa inſignia , ad
aliquē:uel prout ſubijcit Corn.& copioſius Alex.
ſi appareat de collatione Cardinalatus, per lite-
ras Papæ , de plenitudine poteſtatis , & ex certa
ſcientia,uel cum clauſulis ſimilibus,emanatas.Sed
cum hic de titulorum aſsignatione, qui ad Cardi-
nales creatos conferuntur, quod aſſumptam hanc
13 inſtitutionem reſpicit , mentio facta ſit : † diſtri-
buiſſeque,& eos diuiſiſſe Euariſtum Pont.tempo-
re Traiani Imp.in urbe Rom. presbyteris , etiam
meminerit Platin. in uita Euariſti : non ab re eſt
eoſdem,qui ad Cardinales pertineant , ſigillatim
ſubnectere,ſicuti multi explicantur per Petra mon
te in monarc.concil.in rub. de Cardin. colu.1.&
Alber. de Roſ. in rub. de ſtat. homin. de quibus
mentionē facit Felin.in.c.his quę.de ma.& obed.
col.1.& Interpres regul. Cancel. Innocen.VIII.
14 in reg.7. † Sunt igitur aliqui Cardinales , qui ha-
bent titulum Epiſcopi, Quidam Presbyteri, Qui-
dam Diaconi, cum nullus ſit Cardinalis , qui ſal-
tem non ſit Diaconus, ut habetur in cle.ut hi qui.
de æta.& qualit.ubi Card. Zab.in.§.illi uero. col.
3.& Martin.Laud.in d.tractat.2. de Cardin.q.14.
Tituli proinde epiſcoporum, ſex enumerantur,
ſcilicet Hoſtienſis,Portuenſis, Albanenſis, Præne
ſtitus,Sabinenſis,& Tuſculanus: quibus olim & ſe
ptimus, tituli. .S. Rufinæ inerat , ſed poſtmodum
ſert unitus Portuēſi, ſm Interp.in. d.reg.7.Tituli
Presbiterorū uigintiocto ut inſ.deſcribunt,uideli
cet, Sāctæ Crucis Hieruſalē:S.Petri,& Marcellini,
Quatuor Coronatorum . S. Ioannis , & Pauli: S.
Anaſtaſiæ: S. Sabinæ, S. Stephani in Cœlio mon-
te : S. Clementis, S.Nerei,& Achilei: S. Suſannæ:
S. Potentianæ: S,Sixti,S.Petri ad uincula,S. Mar-
tini in montibus,S.Euſebij,S. Priſcæ, S. Praxedis, :
S, Vitalis,S. Cyriaci in thermis:S. Marci,Baſilicæ,
duodecim Apoſtolorum,S.Marcelli, S. Laurentij
in lucina, S. Laurentij in Damaſo, S. Balbinæ, S.
Mariæ trans Tiberim,S.Ceciliæ.S.Cryſogoni,Ti-
tuli Diaconorum , ſeu denominationes , ſunt hæ
decem octo.S.Luciæ;Septi Solijs,S.Mariæ in Ac-
quiro , uel in Aquaria , S. Theodoti. S. Mariæ in
Coſmedin,S.Georgij ad uellus aureū, S. Coſmæ,
& Damiani,S.Mariæ nouæ:S.Adriani:S. Sergij,&
Bacchi.S.Mariæ in uia lata:S.Mariæ in Porticu, S.
Angeli, qui tamen presbyter deſcribitur.S. Nico-
lai in carcere Tuſculano.S.Mariæ in dominica, S.
Euſtachij, S. Luciæ inter imagines, S. Viti in ma-
cello,S. Agatę, Martirum. At cum Cardinales in
memoratis titulis computari poſsint quadraginta
15 ſex † dubitarique conſueuerit , quot , & uſque ad
quem numerum creari poſsint, quia aliqui dicant
eos ad ſeptuaginta ſaltem, exemplo diſcipulorum
Chriſti,qui ſeptuaginta duo feruntur.c.1.21.diſt.
& Card. Alex.ibi col.5.ultra duodecim Apoſto-
los a Chriſto electos.cap.in nouo.ea diſt.illos po-
nens,ut etiam ponit Bertachin.in tract.de epiſco.
in prælud. num.1.augendos eſſe,qui aliquando &
tēpore Pōtiani Pont.ducenti,& triginta ſex fuiſſe,
perhibeantur(ſi modo uerum eſt) ſm not. per
doct.præſertim Card. Flor. in clem. ne Romani,
§.irritum,&.§. porro.de elect.& Alber. Roſ.in d.
rub.de ſtat.hom. tamen Martin. meus Laud.in.
in.2.tractat.de Cardin.q.2.qui hos refert , in eam
ſententiam tranſit, ut id totum arbitrio Pontificis
max.relinquatur,ex quo, iure certus numerus de-
terminatus non reperitur . arg.c.de cauſis, de of-
fic.deleg.& l. j.ff.de iure delib. idem tenet Philip.
Franc.in.c.ubi periculum,nume.6. de elect.quod
comprobari uidetur,ex his quę diximus ſupra lib.
1.c.2.§.1.num.1.2.&. 11. quia quatenus Regum
origo, quæ de iure diuino pariter eſſe cenſetur :a
iure poſitiuo recipitur, per magiſtratus, & officia
diſtincta,in poteſtate principis repoſita eſt,ſecun
dum annotata ſupra lib. 1. c. 1. §.4. uerſic.Tertio.
Et nuperrime uidi, in quodam Folio amplo , im-
preſſo Romæ anno Sal.1550. in quo depicta erāt
inſignia,& nomina quinquaginta trium Cardina-
lium,cum titulis ſuis : ultra præmiſſos titulos, hos
undecim adeſſe, uidelicet . S. Agnetis in Agone.
S.Appollinaris.S.Cæſarij in palatio.S. Ioan.ante
portam Latinam. S. Balbinæ trueſes . S. Matthæi
della Cucua.S. Pancratij. S. deambaſia. S. Pacec-
cus, qui ſunt Cardinales præsbyteri. Adſunt uero
& duo alij, tituli, ſcilicet. S. Honofrij, &. S. Tho-
mæ in parione : qui ſunt Diaconi . Similiter vidi
aliud ſimile Foliū,impreſſum,anno ſalutis.1555.
in quo alij Quatuor tituli Cardinalium, inſcripti
erant , ſcilicet. S. Mariæ in ara cœli. S. Simeonis.
S.Silueſtri . S. Caliſti ; Sicque hi aſcendere viden-
tur ad numerum ſexaginta unius . Aduertendum
tamen eſt,quòd Epiſcopi Cardinales, non nomi-
nantur per titulum licet ſine titulo eſſe non poſ-
ſint : Cardinales uero Præsbyteri, denominantur
a titulo : Sed Cardinales Diaconi,non ſcribuntur
per titulum,cum id non habeant: uocarique poſ-
ſunt Sanctæ Rom.Eccleſiæ Cardinales.ut per Spe
cul.in tit.de lib.concep.§.iam nunc uidendum. in
prin.ubi Bal.not.& Ioan. And. qui oſtendit Car-
dinalem Diaconum, poſſe eſſe ſine titulo, & cum
his tranſit Mart. Laud.d.2. tract. de Card. q.89.
& ſeq.& ita uidi obſeruatum in dictis folijs,unde
Mart,

Mart.ibi admonet ſcribere nolẽtes, ne errent. In-
ſcriptio autem ex Specul.& Mart.& dictis folijs,
uidetur eſſe talis: Ioannes Mar. Dei Gratia, Epi-
ſcopus Hoſtiẽſis, Cardinalis; Franciſcus Dei Gra
tia tituli. S. Petri,& Marcellini, præsbyter Cardi-
nalis. Innocentius Dei gratia. S. Mariæ in dominica, Diaconus Cardinalis. Vidi tamen aliquando
Inſcriptiones Cardinalium hodie inſcriptas, ut lo
co illorum uerborum, Dei gratia, ponantur illa
uerba; Miſeratione diuina: Sic Pont.Max.per illa
uerba inſcribitur in reg.Cancellarię; Paulus Diui-
16 na prouidentia, Papa. III. † Supereſt ut præmiſ-
ſis ſubiungamus, Cardinales ideo eo cognomine
appellatos, quia ſicut in cardine regitur hoſtium,
ita per hos in eccleſia, debet regi officium: uel
quia per hos regitur uniuerſalis eccleſia, ut argu-
mentatur glo.in.c.2.de offic.archip.per tex.in.c.
præsbiteri.24.diſt.&.c.fraternitatis.71. diſt.cum
quibus trãſit Io.Anna.in d.c.ad liberandam col.
5.de iudæ.& Marti. Laud.in d.1.tractat.q.1.& m.
2.q. 8.& Barb.in cod.tract.q.1.num.23.& Card.
Alex.in.c.Sacroſancta.col.3.diſt.22.& alibi glo.
in.c.1.de præben.& dig.in uer. Cardinalibus. in
extrauag.Ioan.22.inquit Cardinales ideo cogno
minatos, quia ſedi apoſtolicæ, quæ axis eſt, & car
do aliarum Eccleſiarum. d. c.ſacroſancta, deſer
uiunt: Alciat.uero lib.1. prætermiſſorum in litera. C. opinatur Cardinales, in pontificio iure di-
ctos, exemplo ciuilium magiſtratuum: quia in li-
bro officiorum Theodoſij præſecti Cardinales,
appellãtur præfecti prætorio, Aſianæ diœceſeos,
& pręfectus Africæ, quòd maiores cæteris eſſent.
Alio etiam cognomine principales, uel præci-
puos, uocatos diximus ſupra nume.7. ex Vola-
terano: quod tenet etiam glo. in d.c.1. & uidetur
17 ſequi Barb.ibi. num.25.† qui olim in quacunq;
eccleſia, principales Sacerdotes, uel Epiſcopos, Vi
carios, Canonicos,& ſimiles, Cardinales appella-
tos tradit: ut etiam tenet Martin. Laud.d.2.tract.
q.16.proinde Card.Alex.d.col.3.Epiſcopos, Car
dinales etiam dici poſſe refert, per iura ibi allega-
ta. Rurſus Cardinales, Conſiliatij uocati ſunt, ut
probari, in.c.eccleſiaſticis.12.q.2.& in.c. conue-
18 nientibus.1.q.7.meminit Barb.ibi nu.24. † Quo
fit ut cœtus,& collegium Cardinalium.Ro. eccle-
ſiæ Senatus dijudicetur; exemplo Senatus Rom.c,
eccleſia habet.16.q.1.& colligit Mart.Laud.in d.
tract.2.q.12.facit. c.Conſtantinus.96.diſt.& tra-
dit Bald.in tract.de ſciſma. col.2.& Specul. in tit.
de lega.§. ſequitur.poſt prin. qui docet Cardina-
les, Pontificis maximi coadiutores eſſe, in execu-
tione Sacerdotalis officij d.c.per uenerabilem.§.
rationibus.qui fil.ſint leg.& Io.Anan.in d.cap.ad
liberandam, col.5.& Barb.in d.q.1.nu.11. &.q.2.
num.16.Platina in uita Gelaſij.II.ſimiliter ordi-
nem Cardinalium ſub nomine tanti Senatus enun
ciat,& Specul.in rationali diuinorũ lib.2. in pro-
hemio.col.4.Senatoriam,& patritiorum dignita-
tem, manere in eccleſia, in quatuor patriarchis, &
in eccleſia Rom.in Cardinalibus, per d.c.conſtan-
tinus, aperit. Et ad pręmiſſa inquit Card.Alex.in.c.
in Synodo col.fi.63.diſt.Cardinales cum Papa, fa
cere collegium,& ſacrum. Quia in adminiſtratio-
ne rerum uniuerſalis eccleſiæ, congregantur, ut Pa
pæ conſulant. Sed ibi præmittit eos non facere col
legium cum Papa reſpectu uniuerſalis eccleſiæ,
quia tunc concilium generale, ſit capitulum Papæ
ſuper quibus cogita, quia hæc uidetur quędã diffe
rentia uerbalis, attentis dictis. Sic & Patritij, & li-
beri primi gradus, prope Papam dicuntur, qui
ſunt membra capitis eius. Cum cœteri prælati ſint
membra corporis, ut oſtendit glo.c.1.in extrauag.
com. de ſciſmatic.ut & ſupra in prin.huius.cap.&
patritiorum,& conſulum honore, donatos a Con
ſtantino Imp.retuli: quos & alibi ſupra.c.1.§.3.
uerſic.4.num.2.a Papa Fratres appellatos, permix
10 rim, uel ſi ſint Epiſcopi diximus, † cũ quãdoque
filij ſpirituales, Rom.eccleſiæ inſcribantur, ut in.c.
Fœlicis.§.ſi quis uero de pœnis. in.6. ſic curiales,
eiuſdem Rom. ſedis Apoſtol. eos eſſe, conſuluit
Oldrad.conſ.211.incip. ad propoſitum fratrum:
quem refert,& ſequitur Interpręs Reg. Cancel.
Innocen. VIII. in reg.5. & Iaſ. in. l. ſuggeſtioni
num.20.C.de uerb.ſig.& colligit Martin. Laud.d.
tract. 2. de Card.q.24. Immo etiam Dij in terris
cenſentur. ut tradit Matheſil.in tract.de ſucceſ. ab
inteſ.in.3.art.nu.48.ubi ſubdit, eos eſſe maiores,
conſiliarijs Imperatoris.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium officium, in multis repetitũ, ſummatim.*
2 *Cardinales ignorare ritum eligendi Pontificem, vi-liſſimum eſt.*
3 *Cardinalium officium, & quales eſſe debent.*
4 *Cardinales ſunt vnum corpus, cum Papa.*
5 *Cardinales ſede vacante, an ſint caput eccleſiæ, & ſuppleant defectum mortui Papæ, & an habeant iuriſdictionem Papalem. cum exemplis.*
6 *Cardinales ſolum prohibentur exercere ea, poſt mortem Papæ, quæ pertinent ad Papam, dum viuit.*
7 *Cardinalibus Papa, hodie ademit, iura ſenatus.*
8 *Cardinales an ligentur generali conſtitutione, & l. communi, & Reg. cancel.*
9 *Cardinales non plus poſſunt, quam eis conceſſum a canone in ſubſtantialibus, cum de cerimonialibus non ſit curandum.*
10 *Cardinales quomodo tenentur confiteri peccata ſua.*
11 *Cardinales ſunt ſub obedientia Pontificis, ita ut ligatis, aliis a curia non diſcedant, iniuſſu Pontificis. limita num. 14. & contra quem non debent erigere calcaneum.*
12 *Cardinales peccantes, grauius alijs puniuntur.*
13 *Cardinalis depoſitus ob delictum, ſecus alia cauſa, amplius cardinalis effici non poteſt: idem in doctore. & an poſſit reſtitui num. 14.*
14 *Cardinales vel Epiſcopi, vel Præsbiteri, vel Diaconi, quomodo conuincant, etiam condemnentur.*
15 *Cardinales profitentur viros, vtique bonos, & valde diſciplinatos.*

16 Cardi-

16 *Cardinales omni cura, debent ſuadere Pont. vt quærat pacem, inter principes Chriſtianos, ſed & aliquando Bellum.*

§.II. DE MVNERE CARDINALIVM.

.§II.

1 CARDINALIVM munus, &
partes, cum in multis uerſari
haud dubium ſit, † quorum ali-
qua iam dicta in præcedenti.§.
repetere poſſumus, ſcilicet eos,
uti Sacerdotes leuitici generis,
& Iudices ſm iudicij ueritaté, una cũ Põtifice de-
cernere, & ſtatuere aſtrictos eſſe, ſuper ambiguis,
& difficilibus propoſitis, ut ibi nu.1.& ſeq. atque
hos teneri deſeruire ſedi Apoſtolicæ: & quorum
officium ſit regere uniuerſalem eccleſiam, ut ibi-
dem num.16.Repetamus inſuper eam pariter in-
tegritatem,& probitatem eiſdem ineſſe debere,de
qua in Pontifice uerba fecimus,ſupra.c. præceden
ti.§.3,uerſic.1.2.&.3,uſque adeo ut omnibus nu-
meris grauitatis & ſeueritatis, perfectus cenſor &
Conſiliarius,Areopagitarum exemplo,cenſeatur,
ut annotauimus ſupra lib.1.c.1.§.3,uerſic.15.nu.
12.Rurſus repetamus electionem Pontificis, ad
ſolos Cardinales,hodie pertinere, ut in d.c.proxi-
mo.§.2.nu.5.&.7.ob quam rem in conclaui clau-
dãtur, & quibus infra tres dies, uel quinque ſe-
quentes,non eligentibus,diminuatur cibus, ut ibi
num.9.&.10.& qui ingredi conclaue confeſsi, &
contriti debeant,ſuſcepto ſacramento, & audita
miſſa ſpiritus Sancti, in cuius electionis tractatu,
ſint pares: ita tamen quod duæ partes in electum
conſentiant,quibus renunciare nõ poſsint, ut ibi-
dem .q.1.nu.2.3.&.5. &.6.ubi habetur de his om
nibus,quæ,quo ad electionem Pontificis,per Car-
dinales,munera abeunda ſint,præſertim in decem
octo ſpecialibus,in electione Pontificis enumera
tis: Item repetamus, Cardinales poſſe cum Papa
habere tractatum conſultorium,de eligendo Pon-
tifice,altero ſuperſtite: ſecus diffinitorium, neque
ſtatuere poſſe ſuper ſucceſſore eius, ut ibi.q.2.nu.
2.&.4.& qualem in Pontificem eligere debeant
in multis,habita ratione præcipue,quod ſit Cardi-
2 nalis ut ibi.q.4.&.5. Quibus ſubiungamus, † Vi-
liſsimum eſſe,Cardinales ignorare ritum eligen-
di Pontificem Max. ut oſtendit Pet. a Biax.in di-
rect. Electión.in prin.nume.6.etiam arg.l.2.ff.de
orig.iur. Item repetamus oportere Cardinales,
ſaltem Diaconos eſſe,ut ſupra in.§.prox.num.13.
atque aliquando compellẽdos,per Imperatorem,
ſaltem indirecte,ut deueniãt ad electionem Papę,
ut ſupradicto.c.prox.§.2.in prin.num.10. poſui-
mus. Nunc autem addere abundantius liceat, ea
quæ colligit Martin.Laud.in d.trac.2. de Cardin.
q.10.&.q.32.ex auct.Hoſtien.in ſum.de pœnit.§.
cui confitendum:uerſic.cui Cardinales. quæ ſequi
tur Pet.a Biax.ubi ſupra.c.35.ſecundæ partis nu.
3 6.† ſcilicet officium Cardinalium eſſe,gubernare
totum mundum,& maxime reip. Chriſtianæ con-
ſulere:& qui primo debent eſſe, ut nubes propter
deuotiones,ſecundo ut columbæ propter ſimpli-
citatem,& puritatem, tertio cãdidiores niue,quo
ad optimos mores, & uitæ munditiem, quarto
rubicundiores ebore antiquo, ad charitatem, &
IESV CHRISTI memoriam:& præmiſſa col-
ligit etiam Barbat.in dict.tract. q.10.qui ibi co-
lum.1.&.2.latius ponit requiſita in Cardinali-
bus, quæ in primis illa ſunt: Induſtria ſingula-
ris, Prudentia, literarum peritia, Fides explo-
rata, Grauitas maxima, Sapientia uerſans circa
diuina.Subditque,quòd ſicut in omnibus ſacris or
dinibus, requiritur maturitas ætatis,grauitas mo-
rum, & litterarum ſcientia. c. cum in cunctis. de
elect.multo magis requiritur in Cardinali: Scien-
tiam autem non tranſitoriam, ſed ſcrutabilẽ, de-
ſiderãdam ait: & hæc ea ratione, quia eccleſia de-
bet abundare uiris Literatis, non aſinis ferratis:
Sic commemorat Abb.in.c. bonæ in.6.not.de po
ſtul.prælat. Cardinales conſulere non ſolum ec-
4 cleſiæ Rom. ſed uniuerſali; † cum ſint unum cor-
5 pus cum Papa; ſicut canonici cũ Epiſcopo. † Quo
circa diximus ſupra.c.præced.§.4.uerſi.4.num.2,
Papam communiter cum inhabili, non diſpenſa-
re ad Cardinalatum: poſſe tamen ſi uult. Verũ an
ſede vacante, Cardinales caput eccleſiæ cenſean-
tur, & ſuppleant defectum mortui Papæ: an ueha
beant iuriſdictionẽ Papalem, quærit glo.in. c.nul
lus.79.diſt. & habetur per glo.in. c. ubi periculũ,
§.idem quoque,de elec.in.6.& in.c.1.in extrauag.
Ioan.XXII.de elect.in uer.moram.& in.cap.1.de
ſciſmaticis.in uer.ſede vacante. co.lib.6.quæ con
cludit,quicquid de facto Cardinales obſeruent, ſe
de uacante, non poſſe ipſos, ſe intromittere, niſi
de prouiſione, & his quæ ad prouiſionem perti-
nent: niſi ex grandi cauſa, & iminenti periculo,
per dictum.§.idem quoque, & hoc non obſtante;
quod minora collegia, aliter facere poſsint, ut
etiam notant doct.præcipue Felin.in.c.his quę.de
maior. & obed. & habetur in cle. ne Romani. in
uerſic.irritum, & per Card. de elect. in.2.not.&
cum hac opi. tranſire uidetur Martin.d.2.tract.q.
74.&.91.& clarius Barb.in appoſtil.ad Bart.in.l.
ubi abſunt.ff. de tut. & cur. dat. ab his. quicquid
ſentiat Bart. & male ibi. Hinc eſt quod idẽ Card.
in d.col.2.ait Cœtum Cardinalium uacante ſe-
de non poſſe cogere Cardinalem inuitum, ut ac
cipiat legationem,pro defendenda terra eccleſiæ,
Martin.in d. 2.tract.q.34.Qui.q.99. etiam colli-
git,non poſſe reuocare Cardinalem legatum, a Pa
pa miſſum,niſi ex magna,& euidenti cauſa,aucto-
ritate Specul.in tit.de leg.§.fi.uerſic. ſed nunquid
apoſtolica: Et hinc eſt quod Card.Alex.in d.cap.
nullus.inquit collegium Cardinalium ſede uacan-
te,non poſſe creare Cardinales, ſecundum com-
* munes * opiniones,idem tenet Martin.Laud.in d.
2.tract.q.1.& dixi ſupra.c.prox.uerſic.4. num.2.
in.§.4.ſimiliter Decius in.c.tranſlato.in.3.op.in.
2.lect.de conſtit.poſt doct.ibi, & Ioan. Anan.in.
c.ad

c.ad liberandam.col.5.de iudæ.docet Cardinales ſede uacante, non poſſe legem condere,per d. cle. ne Romani,& Barb.ubi ſupra, Bart. tamen in l.5. ff.quod quiſque iur. inquit quod ſolus princeps condit legem uniuerſalem,ſed ſtatutū poteſt Rex, Præfectus prætorio,& Cardinalis. Quod intelligi
* communiter* tradit ibi Alex.dum non ſit contrarium legi, ut & per Iaſ. in.l. oēs populi nu.29.ff. de iuſtit.& iure.& in.l.apertiſsimi nu.20.C.de iudici.de quibus uide ſupra lib.1.c.1.§.4. uerſic. 2. ſimiliter fit,ut mortuo Papa,non poſsit quis concedere indulgentias,nam talis poteſtas, remanet penes eccleſiam, quæ mori non poteſt.c.pudenda.24.q.1.& tradit Card.Zab.in d.cle. ne Romani.uerſic.irritum. col.3. Poteſt tamen cœtus Cardinalium,non quilibet eorum, aliquem reſtituere famę, ſede uacante: quia hoc poteſt ſimpliciter, etiam uiuente Papa:unde per d. c. ubi periculū.§. idem quoque.& d.cle. ne Romani.uerſi. irritum.
6 † ſolum prohibetur exercere ea,quę pertinent,ad Papam,dum uiuit;ut atteſtatur Zabarel.in d.uerſi. irritum.col.2.& Martin. in d.2.tract.q.32.&.33. & ante eum Bart.in.l. infamem.ff.de publ.iud.& Ioan.Anan.in d.c.ad liberandam col.5. de iudæ. & Felin. in cap.cum te de re.iud. qui poſt multa, quicquid ibi ſentiat Abb.dicit hanc eſſe commu-
7 nem* opinionem: ſubdens tamen, † quòd cum
* hodie Papa ſuſtulerit iura Senatus, iſta reſtitutio nō procederet. Prope præmiſſa ſubijci recte poſſe uidetur illa. q. de qua magna eſt controuerſia
8 apud Doct.† an Cardinales ligētur generali conſtitutione, canone, & lege communi, & Regulis Cancellariæ, in qua Barb.in tract.de præſt.Card. q.7.1.partis.num.6.cum ſeq.præcipue in fi.q.colligit quatuor concluſiones:Prima quòd conſtitutio pœnalis,ædita contra clericos, non compræhendit Cardinales: Secunda ſi ædita ſit in fauorem clericorum, compræhendat Cardinales: Tertia ſi principaliter emanauit in fauorem animæ, apponens pœnam clericis compræhendat eos; Quarta quòd Regulæ Cancellariæ apponētes certam legem, circa collationem beneficiorum,non compræhēdant collationes Cardinalibus factas; allegat Pet.de Anch.in conſil.283.alias.290. pro clariori:de quo etiam meminit Dec. in.c. 1.in.2. lect.in. 2. not. de conſtit. nihil tamen firmans: & Hier.gigan.in tract.de penſionibus. q.59. qui te-
* ſtatur communem* eſſe opinionem, ut Cardinales non comprehēdantur, in generali conſtitutione Pontificia.idem conſuluit Iaſ.conſ.98.&.117. col.4.uol.4.quem ipſe ſequitur eo tract.q.9.num. 8.ſed Felin.in.c.cum in iure.col.2.de offic.deleg. & in.c. ad aures. col.8.uerſic. Octaua concluſio. de reſcrip. & alibi ſubdit, idem conſuluiſſe Lud. Rom.conſil.498.in caſu quo quæritur: & tradit ſe dubitare de dictis per hos conſulentes, propter auctoritatem Oldrad.Laud.qui conſulendo uidetur contrarium ſenſiſſe,& quia Franc. Pauinus Auditor Rotæ,atteſtatur tempore ſuo,ſæpe fuiſſe iudicatum in Rota, quod Regulæ Cancellariæ, & aliæ diſpenſationes,etiam ſtrictæ,& odioſę ligent Cardinales:niſi aliter in eis ſit diſpoſitū,quicquid ſcribat Anch.& Ro.& cum Felino tranſit Io. Lecirier in tract.de primog.q.24.lib.1.nume.32. & Caſſadorus in deciſ.ſuper Reg. Cācel. ſuper Reg. quod Cardinales non compręhendantur ſub reg. poſt prim.ædit.fac.in deciſ.38. nu.5. ubi cum Fe-
* lin. ait hanc eſſe communiorem* ſententiam: Quam ego etiam ueriorem eſſe arbitror,eo argumento: quia ſi ipſemet Princeps, & Pontifex ſubijcitur legibus,ſaltem,de ordinaria poteſtate, ut ſupra lib.1.cap.1.§.3.uerſic.Septimo. multo magis ſubijci debent Cardinales, qui uocati ſunt ſolum in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.c.2.de maior.& obed. Facit.etiam quia ut docet.Felin.in.c.ego enim col.2. poſt. Bal. ibi de
9 iureiur.per d.cle.ne Romani.de elect. † Cardinales non plus poſſunt, quam eis ſit conceſſum a canone, ſupra ſubſtantialibus: cum de cerimonialibus non ſit curandū:ſic ait Mart. Laud.in d.tract. 2. de Card. quæſt.91. talem eſſe iuriſdictionem Cardinalium, qualis in iure reperitur, ſed non reperitur in iure conceſſum Cardinalibus,ut ſoluti
10 ſint a lege communi,& ut ſupra, ergo. † Hinc eſt quod ipſi Cardinales tenentur, & ligantur diſpoſitione.cap.omnis utriuſque ſexus,de pęnit.& remiſ.,ita ut omni anno confiteri debeant peccata ſua, a fortiori,cū ad id Pont. Max.teneatur ſecundum Mart.d.2.tract.q.28.& ibi.q. ſeq. ponit abſentes legationis cauſa, poſſe eligere confeſſorem: præſentes publicum peccatum, confiteantur Pontifici, ſed occultum ſufficiat confiteri, eius Pontificis pęnitentiario. Hodie tamen præmiſſa. quæſt. eſt declarata, & determinata, ut Cardinales non ligentur per Clementem. VII. Pont. in regu. Cancell. ſub rub. quòd Card.non compræh. ſub. reg. Cancel.ut etiam refert idem Hier.d.q.9.num.8.& idem ſtatuit in Reg.Cancel. ſub eadem rub.Paulus.3.& ante eū Leo.X. de qua per Caſſadorum, ubi ſupra. Aduertēdum tamē eſt quia memoratæ Regulæ Cancellariæ,non uidētur tollere diſpoſita per Conſtitutiones aliorum Pontificum, iam æditas: ſed ſolum Conſtitutiones,& Regulas iam ædendas per ipſos, ut in eis legitur.
11 † Sicut autē Cardinales ſub lege poſiti eſſe uidentur, ut in proximis; eodem modo ſub obedientia Pont.Max.cōſtituti ſunt.c.Annaſtaſius,ubi Card. Alex.19.diſt.& tradit Felin. in c.ſi quando,colu. 7.uerſicu.reliqua. de reſcrip.qui.in c. accepimus. colum.2. de fide inſtru.illud plus addit, ut Cardi-
* nales diſcedentes, a uoluntate Papæ,* ante depoſitionem, ſciſmatici dicantur: recteque etiam id illa ratione ſtatutum eſt, quia ipſe Pontifex lex animata,& uiua lex dicitur.§.fin.in aut.de conſulib.Declarat tamen prædicta idem Felin.in. c.ad audientiam.in fi.de præſcript. ut talis obedientia non ſit manualis; nam non tenentur præſtare iuramentū fidelitatis Papę, ut inf.uerſi. prox.nu.4. Quo fit ut ligatas alas eos habere dicamus, ſic ut curiam exire non poſſunt, niſi conſentiente Pontifice

tifice,ut teſtis eſt Hoſtien.in.c.eccleſia.2.de elect.
& Abb.in.c.qđ ſup his de fide inſtr.& Mart. Lau.
in d.2.tract.q.43.&.q.49.& Barb. cum relatis in
trac.de Cardin.leg.a Lat.q.1.nu.3.& Petr.a Biax.
in tract.Directorij election.c.35.ſecun. part. nu.
1.& propterea idem Hoſtien.in. c. per Venerabi-
lem.§.ſane qui fil. ſint leg. quem ſequitur Pet. a
mon.in monarchia concil. in tit. de poteſt. Ro.
Pont.num.12.ait Cardinales,& alios fratres Pon-
tificis,non debere cōtra illum erigere calcaneum,
quia monſtroſum eſſet ſubditos,in dominos habe
re poteſtatem.c. cum inferior. de maior. & obed.
& idem Hoſtien.in. c. antiqua. de priuileg. quem
ſequitur. Martin. ubi ſupra.q.85.tradit Cardina-
les, alijs magis aſtrictos, dilectioni, fœlicitati, &
ueræ obedientię Papæ,eſſe debere, & aliter obſer-
12 uantes cœteris grauius peccare.† Hinc eſt quod ſi
peccauerint acrius ipſos puniendos, tradit idem
Hoſtien.in ſum.de pœnit.& remiſ.§. cui confiten
dum.uerſic. cui Cardinales, ſequitur idem Pet. a
Biax.ibi nume.9. poſt multa adducta: quia tanto
magis dicuntur peccare, quāto proximiores ſunt
Rom.Pontifici,exēplo Adæ, & Luciferi, qui Deo
proximiores fuerunt.ca. conſideret.diſt.5.&.cap.
principium. de pęnit.diſt.2.& ideo Hoſtien.inibi,
quem ſequitur Decius in.c.ut uoſtrum.in.3. not.
13 de appel. proponit † Cardinalem ob delictum,
depoſitum,amplius Cardinalem effici non poſſe,
ſecus ex alia cauſa,quod idem & in doctore proce
14 dit. † In depoſitione autem notandum eſt, Cardi
nalem Epiſcopum,non poſſe de rigore iuris con-
demnari,niſi conuincatur per ſeptuaginta duos te
ſtes,etiam idoneos.c.pręſul.2.q.5:ſed Ioan.And.
in.c.licet uniuerſi de teſt. & Lud.Pōt.in ſuis ſing.
in uer. teſtis. uerſic.duo teſtes: de æquitate duos
ſufficere ponunt. Item Cardinalis præsbyter,non
poteſt deponi niſi cum ſexaginta quatuor teſti-
bus: Diaconus Cardinalis,niſi cū uiginti ſeptem.
d.c.pręſul.quæ ſequitur etiam Martin.d.2.tractat.
q.71.qui ibi.q.ſeq.quærit an pędicta procedant,
ſi Cardinalis accuſetur, de his quæ commiſit ante-
quam eſſe Cardinalis; & in affirmatiuam partem
magis,uidetur inclinare: tamen ibi.q.73.dicit in
crimine hæreſis, uel ſciſmatis, Papam non teneri
ſeruare numerum prædictum: Quomodo autem
Papa poſsit deponere Cardinalem, diximus ſu-
pra.c.prox.§.4.uerſic.4.num.2.limita tamen prę-
dicta,ut etiam licentia denegata,Cardinalis poſsit
ire ad concilium generale,quando imminet utili-
tas publica eccleſiæ uniuerſalis,forte ad ſedēdum
ſciſma,ut poſt Felin.in.c.nōnulli. de reſcrip. cum
alijs relatis,tenet Hip.Marſ.in practic. crim. in.§.
aggredior. num.67. Cauere igitur omni cura de-
bent Cardinales,ne errent,ne ue in peccata, præ-
cipue grauiora,incidant, cum ut auctor eſt Bal.in
15 tract.de ſciſmat.in.§. ſed contrarium. nu.8.† Eos
uiros utique bonos, & diſciplinatos ualde, profi-
teamur.arg.l.quidam decedens.§. papin.ff.de ad-
16 miniſtr.tut.cum concord.† Atque propterea de-
cet Cœtum eorum ſuadere Pont, max. ut omni
induſtria quærat, & pacem ponat, & quietem, in-
ter principes Chriſtianos, ut ex not.in c.nouit.de
iudic.colligit Martin.Laud.in d.2. tract.de Car-
dinal.q.84.Aliquando tamen,& Bellum eos per-
ſuadere expediens uidetur: ut puta pro recupera-
tione terræ Sanctæ,ut per not.in c.quod ſuper,de
uoto,& in. c.ad liberandam. de iudæ. conſentire
puto Martin.inibi.q.93.Peccat tamen Cœtus Car
dinalium, ſi conſulat Papæ, ut diſpenſet contra
ius commune, ſine iuſta cauſa, ſecundum eun-
dem Martin. ibi.q.83.ſicuti eodem modo pecca-
re ipſum Pontificem ſupra lib.1.c.1.§.4 uerſicu.
Tertio.num.1.diximus. Debet etiam Monachus
effectus Cardinalis, cum non abſoluatur a ſub-
ſtantialibus regulæ, ea obſeruare, ut per Martin.
ibi.quæſt.59.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales poſt pontificem, maiori dignitate omnibus alijs præfulgent. & num.3.*

2 *Patriarchæ, ſecundum aliquos, primum poſt Pont. locum obtinent.*

4 *Cardinalium cœtus cum pontifice, ſunt vnū idemq́; corpus.*

Pontifex connumerat ſe, inter Cardinales.

Cardinales an debeant habere partem introitus, Cameræ apoſtolicæ.

5 *Cardinales maiores ſunt archiepiſcopis, Epiſcopis, ratione officij, non ordinis,*

6 *Cardinales Illuſtrium gradum aſſequuntur: & ſecundum aliquos ſuperilluſt.*

Cardinales æquiparantur præfectis prætorio: cui æquiparantur Reges, & Patriarchæ.

7 *Illuſtris dignitatis effectus qui ſint: quorum aliqui explicantur.*

8 *Legatus Papæ, alius eſſe poteſt, quam Cardinalis.*

9 *Dignitas addita Dignitati, auget Dignitatem.*

Senatoris filius, inferiori in adoptionem datus, Senatoriam dignitatem non amittit.

Denominatio fit a maiori Dignitate.

10 *Legati de latere, ex vſu Ro.Curiæ, ſoli Cardinales appellantur; qui illuſtres ſunt: & appellatione Principis, & ſedis Apoſtolicæ veniunt.*

11 *Cardinales an ſint digniores in curia, quam extra.*

12 *Cardinales quo ordine ſedeant in Conſiſtorio.*

Cardinalis Epiſcopus, potius eligendus Pontifex quam præsbyter; præsbyter quam Diaconus quia digniores.

13 *Cardinales alij, alijs præſtantiores.*

14 *Cardinales Reuerendiſſimi appellantur, & venerabiles.*

15 *Cardinalium cœtus, appellationem a ſententia ſua non recipit; ſecus ſi vnus tantum ſit Cardinalis.*

16 *Cardinalis ſuſpectus non recuſatur, niſi ex magna cauſa.*

17 *Cardinales ius epiſcopale in eccleſiis ſuis habent: ita vt licet non ſint epiſcopi, vti tamen poſſint inſignibus epiſcopalibus.*

Cardi-

Cardinales conferre poſſunt minores ordines, & ſolenniter benedicere, non tamen abſoluunt a voto vltra marino; nec audiunt cauſas, nec conferunt beneficia.

Cardinales, & eorum familiares, licet abſentes, recipiunt fructus ſuorum beneficiorum.

18 *Cardinales non veniunt, in excommunicatione generali.*

19 *Cardinalem offendens in perſona, incidit in pœnam criminis læſe maieſtatis, & ſacrilegij.*

20 *Cardinales non tenentur ad ſolutionem decimarum, neque ſubſidij charitatiui; etiam pro recuperatione terræ ſanctæ, impoſiti.*

21 *Cardinali indigenti, Papa tenetur ſubuenire.*

22 *Cardinalis dicto, an & quando credendum ſit.*

23 *Cardinalibus paucis, plus creditur, quam mille clericis pannoſis.*

24 *Cardinales priuilegio militum teſtando, an vtantur.*

25 *Cardinalis an præſumatur teſtatus, de licentia Papæ: & an de licentia, Papæ poſſit teſtari, remiſſiue.*

Cardinalis an poßit expendere, reditus Cardinalatus & patrimonium conſeruare.

26 *Cardinales habent nouem priuilegia: quæ enumerantur.*

27 *Cardinalatum Papa, non poteſt extinguere.*

Cardinalibus auferri non poteſt, eligendi Pontificis poteſtas, per Concilium.

28 *Cardinales poſſunt anathematizare, & expellere, Pontificatum iniuſte inuadentem.*

29 *Cardinales, duobus electis in diſcordia, poſſunt concilium conuocare, & in alijs caſibus, ibi.*

30 *Cardinalis obuians ducto ad mortem, eum liberare poteſt: limita ſex modis expreſſis.*

31 *Cardinalis electus, poteſt epiſcopatum, archiepiſcopatum, & priora beneficia retinere.*

32 *Cardinalis conſtitutus, poteſt ad inferiorem dignitatem eligi, vel poſtulari.*

Cardinales, an in feudo, & regno ſuccedant.

33 *Cardinales poſſunt eſſe executores teſtamentorum.*

34 *Cardinalium cœtus, an concedat, vt aqua extrahatur a flumine publico.*

35 *Cardinalis poteſt renunciare Cardinalatui.*

36 *Cardinales multa non poſſunt: aliqua enumerantur.*

§. III. DE EXCELLENTIA, ET POTENTIA CARDINALIVM.

§.III.

1 IVRE Merito, poſt Pont. maxi. repetuntur Cardinales: Nam ita excellere creduntur, † vt nullus maiori honoris & dignitatis luce præfulgeat, ut auctor eſt Hoſtien. & ſequitur Ioan. And. in cap. dilectus. primo, de præben. & Martin. Laud. in dict. 2. tracta. de Cardinal. quæſtio. 61. aſſirmans ſecundum eos, Curiã Rom. obſeruare, nullam hodie eſſe maiorem dignitatem Cardinalatu, excepta Pontificia. Quæ etiam comprobat Felin. in rub. de maior. & obed. columm. quinta, uerſ. & Limitat: ea ratione, quia is Cardinalium ordo, una cum Papa, iudicat omnes, ipſi a nemine iudicantur, cap. nemo. & cap. aliorum. cum ſeq. 9. quæſtio. 3. idem tenet Petrus a Biax. in tract. Director. elect. in prin. num. & Lud. Bolog. in tracta. de indulgent. nume. 34. ubi affir-
* mat ita tenere communiter* doct. in dict. cap. dilectus: & arguit gloſſ. per tex. ibi in. cap. 1. quia igitur in uer. alia. Nè ſede uac. aliq. innou. in extrauag. Ioan. Aliqui tamen aliter ſentiendum putant.
2 † ut ſcilicet Patriarchæ, poſt Pontificem, primum locum obtineant: quod exprimere uidetur text. in. cap. cleros, vigeſimaprima diſtin. ibi, Patriarcha Græca lingua, ſummus patrum interpraetatur: quia primum, poſt Apoſtolicum tenet locum: facit. cap. urbes. cum ſeq. 80. diſtinct. & clare etiam determinatur in cap. renouantes. cum cap. ſeq. vbi Cardin. Alexand. vigeſimaſecunda, diſtinct. & in. cap. antiqua. de priuileg. ubi Abba. not. ex gloſſ. iuncta gloſſ. in dict. cap. renouantes. Et ſimilis eſt gloſſ. in dict. cap. cleros. ubi not. Cardin. Alexand. columm. quarta. Patriarchas Principales, qui quatuor ſunt: uidelicet Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus, poſt Pontificem Roma. obtinere primum locum; iuxtaque ordinem præmiſſum, in concilio, uel Conſiſtorio publico, coram Papa, ſedere: & ſic infert hos Patriarchas præcedere Cardinalibus. Quod tamen non conceditur alijs inferioribus Patriarchis: & illorum. 4. ordo, recentius recipitur, in conſtitut. concil. Florent. ſuper vnione Græcorum. Veruntamen ex ſententia Hoſtien. in dict. cap. antiqua, ibi etiam Abba. & Cardin. Alexand. in eo. cap. cleros. concludunt, Cardinalem. Hoſtienſem Epiſcopum, immediate ſedere poſt pontificem, ex priuilegio eccleſiæ: quia coronat Papam, & inungit Imperatorem, ut & per Martin. dict. ſecundo tracta. quæſtio. 64. quæ ſequitur etiam Nicol. Boer. in tracta. de ord. grad, vtriuſque for. in prima parte, numero decimotertio. & cum his etiam uidetur tranſire Felin. eodem in loco ſibi contrarius, in rub. de maior. & obed. columm. prima, ſubdens tamen, alios etiam patriarchas præcedere Cardinales: uel ſaltem hoc eſſe dubium: præmiſſaque intelligit, niſi aliter conſuetudine receptum ſit, quam in prædictis omnino obſeruandam tradit, Pet. a monte, in ſua monarchia Concilior. numero primo, & ſeq. ubi & ipſe eadem ſequi uidetur, præterquam in eo quod arguit, etiam Patriarcham Aquileg. Bituricen. Graden. & Piſanum, præcedere Cardinales præsbyteros, per text. in. cap. con-
3 ſtitutis. de appellat. †. Cum communi tamen

opin. tenendum arbitror, tum quia communis ſit, tum quia ut dictum eſt, Cardinales una cum Papa iudicant omnes: & per conſequens etiam patriarchas: & dicuntur non ſolum pars corporis, ſecundum Iaſo. conſil. 117. column. 3. &. 4. volum. 4. ſed etiam membra capitis Pontificis, cum cœteri prælati, dicantur membra corporis eius, & ſic ſunt coadiutores Pontificis, in executione ſacerdotalis officij, quod totum orbem reſpicit. Immo etiam Dij in terris dicti ſunt, & Senatores Ro. eccleſiæ: ut & alia ſimilia adduximus ſupra hoc. cap. §. primo, numero 18. &. 19. Immo Cardinalium cœtus cum Pontifice, cenſetur vnum idemque corpus, vt ex ſententia Hoſtienſ. in. cap. antiqua. de priuileg. colligit Martin. Laud. in dict. 2. tracta. Cardin. queſtio. quinta. Et ideo recte Pont. maximus connumerat ſe inter Cardinales, vt ibi per Martin. quæſtio. 9. Qua ratione fit ſecundum eum ibi, quæſtio. 4. vt Cardinales non teneantur præſtare iuramentum fidelitatis Papæ, niſi ſint Epiſcopi Cardinales. Hinc eſt forſan quod dubitauerit idem Martin. ibi. quæſtio. 27. an Cardinales habere debeant, partem introitus cameræ Apoſtolicæ: qui poſt Dominic. concludit, poſſe. Remittit ſe tamen conſuetudini curiæ, & voluntati Apoſtolicæ. Nec videntur repugnare iura ſupra adducta: quia poſſumus fateri, illas ſedes Patriarchales, primum obtinere locum, ex ordine, ut ſupra expoſitum eſt, poſt Papam: quantum eſt ratione ipſarum ſedium. Sed non exprimitur ibi, Patriarchas, eſſe Cardinalibus digniores, & præſtantiores: & propterea non ſequitur quin Cardinales, qui cum ſede Romana, & ſic cum prima, & vniuerſali eccleſia coadiutores, & pars eius capitis ſunt, pariter non ſint cenſendi, ea ratione maiores, & digniores Patriarchis omnibus: ex quo ipſi etiam, ſacerdotes Leuitici generis, cõſiderantur: ad quos omnes, ſimul cum Põtifice, ſupremam poteſtatem habentes, confugere debent, pro iudicij veritate, ut in dict. §. 1. in prin. diximus: at cum hæc quoque ſit Roma. Curiæ obſeruantia, ceſſare puto omnẽ
5 dubitationem. † Multo magis itaque Cardinales Archiepiſcopis, & Epiſcopis maiores, & digniores habentur. Quod tamen intelligendum eſt, ratione officij, quod dicuntur habere, ſecundum Cardin. Floren. in. cap. 1. de tranſlat. prælat. & & Martin. Laud. in dict. 2. tracta. quæſtio. 17. nõ autem ratione dignitatis, & ordinis, ut per Bart. in. l. 1. §. ſi quis in appellatione. ff. de appellatio. column. ſecunda, & Abba. in. cap. quod ſuper his. in ti. de fide inſtru. in primis per. cap. per uenerabilem. §. rationibus. qui fil. ſint leg. &. c. quamquam. cum glo. 2. q. 7. ſequitur Felin. in dict. cap. ſuper his. column. fi. cum multis relatis. & in rub. de maior. & obed. column. quinta, & Deci. in. cap. ſane. 2. in. 3. not. de offic. delega. & Iaſo. in l. Imperium. numero decimoquinto. ff. de iuriſd. om. iud. Hanc concluſionem etiam tenet Barb. in dict. tract. de præſtant. Cardin. in. 1. quæſtio. 1. partis, præcipue, numero 52. & ſequitur etiam Pet. a Biaxio in Direct. elect. cap. trigeſimoquinto,
6 2. partis, numero ſecundo. &. quinto. † Proinde cum Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ſint ſpectabiles, ut dicemus alibi, Illuſtrium gradum Cardinales aſſequuntur, ut Bald. ait, in. l. ad ſimilitudinem. C. de Epiſc. & cleric. & in. l. 1. §. 1. ff. de offi. præfec. præt. & in. cap. cum acceſsiſſent. column. ſecunda, de conſtit. & Alexand. in rub. ff. de iuriſd. om. iud. & Socin. in rub. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. & per Iaſo. inibi. l. 1. numero octauo, & tenet Barb. in dict. quæſtio. 1. numero 41. & 52. quod argumento eo probant: quia Cardinalis æquiparatur præfecto prætorio, ſecundum glo. in. l. 1. in uer. iudicaturus. ff. de offic. præfec. præt. ubi Bart. & Bald. not. & conſuluit Socin. conſ. 59. numero ſecundo, volum. primo, & idem in. l. centurio. numero tertio. ff. de vulg. & pupil. & præfecti prætorio ſunt illuſtres, ut abunde diximus, ſupra lib. 1. cap. 1. §. quarto, uerſic. 7. in uerbo, Dignitatum, numero ſeptimo. & hi etiam Regibus & Patriarchis, æquiparantur, ut oſtendunt recitat. docto. præſertim Iaſo. Plus addit Matheſilan. in tract. de ſucceſ. ab inteſ. artic. tertio, nume. 48. & Martin. Laud. in dict. 2. tracta. quæſtio. 51. non ſolum Cardinales, Illuſtres, ſed etiam ſuperilluſtres eſſe per doctrin. Specul. in titu. de iuriſd. om. iud. §. 1. uerſic. maximi. qui tamen hoc non dicit, & propterea a præmiſsis non videtur recedendũ: cum quibus tranſeunt omnes doct. † De effectibus autem Illuſtris dignitatis, ponit Barb. dict. nume. 52. & quæſtio. 11. numero nono, & Iaſo. d. l. 1. numero tertiodecimo. ff. de offic. eius. Qui inter alios, illi exprimuntur: Vt illuſtris perſona, in ſcriptis debeat citari: & teneantur in iudicio litigare per procuratorem, non per ſe, ita ut in cauſa iniuriarum poſsit litigare per procuratorem: Item non compræhenditur per iuriſdictionem datam generaliter uicarijs a lege, quam habent etiam ordinarij: Item liberatur a patria poteſtate: Item non poteſt ducere vxorem ſine interuentu dotalium inſtrumentorum: Et poteſt pronunciare ſententias, per alios, & valent: Iaſ. tamen. in d. l. 1. de offic. eius. numero octauo, poſt Alex. in rub. ff. de iuriſd. om. iud. & Socin. in dict. rub. de offic. eius. uidetur declarare præmiſſa, ut Cardinales tunc ſint Illuſtres: quando ſunt ad latus principis, non ſi abſint, etiam cauſa legationis, per tex. in. c. 2. de offic. leg. 6. quod tñ ſibi durum videri, Iaſ. ibidem ait in legato: qui repræſentat perſonam Papæ, unde relinquit cogitandum: Sed ſolutio conuenire poteſt, & dici poſſe puto, ut non ſolum in legato, ſed etiam in alio Cardinali abſente, ſemper militent prędicta, ſcilicet ut dicatur Illuſtris. Neque obſtat d. c. 2. nam & ſi ibi dicatur legatos in prouincijs, ſibi commiſsis, inſtar proconſulum eſſe, qui tantum ſpectabiles ſunt, tamen non exprimit ibi text. ut ſi Cardinalis ſit legatus, habeatur tantum inſtar proconſulis, & ſpectabilis tantum: Qua de re cum Cardinalis ſit Illuſtris primo, ut ſupra, licet legationis officium in eum

conſe-

conferatur, quod (ut ſupponitur,) inferius ſit
8 Cardinalatu, † & in alium etiam, quam in Cardinalem confertur, ut conferri poteſt, cap. 1. eo. titu. de offic. leg. in ſexto, & per Barb. in tracta. de Cardin. leg. a lat. in prælud. column. prima, non tamen ſequitur, Illuſtrem dignitatem Cardinalatus, per minorem extingui: quia ſecundum Bal. notabiliter in rub. ff. de offic. proconſ. & leg. poſt Cy. & Gul. ratione legationis, conſul eſt ſpectabilis, ratione conſulatus eſt Illuſtris: Vnde infert Regem Siciliæ, eſſe Regem reſpectu Siciliæ: & Ducem Apuliæ, reſpectu diuerſarum ciuitatum: & comitem, reſpectu alterius prouinciæ: Sic apud nos Philippus Caroli Quinti, Imp. filius, Rex dicitur reſpectu multorum Regnorum: at etiã Dux Mediolani eſt, reſpectu illius Ducatus, ut iam demonſtrauimus ſupra lib. 1, cap. 2. §. tertio, erit igitur quilibet Cardinalis, licet abſens, ut Cardinalis, Illuſtris: ut legatus ſpectabilis, poterit cenſeri: & ad hæc faciunt ea quæ conſuluit Socin. conſil. 129. numero ſeptimo, volum. primo, & conſil. 288. numero octauo, volum. ſecundo, per text.
9 not. in l. ſenatoris. ff. de Senat. † ut ſcilicet Dignitas, addita dignitati, augeat dignitatem: nam licet in dict. l. Senatoris, filius Senatoris in adoptionem detur ei, qui inferioris dignitatis ſit: non tamen amittit Senatoriam dignitatem, per adoptionem inferioris dignitatis: Immo eum regula ſit, ut dignius ad ſe trahat minus dignum, & Denominatio fiat a Digniori ſecundum gloſſ. in cap. quòd in officijs. de conſec. eccl. uel altar. & per Bart. in. l. præcipimus. §. eodem. C. de appellat. & per Felin. in rub. de offic. deleg. column. prima, & per Iaſ. in. l. Imperium. column. ſecunda, & 3. ff. de iuriſd. om. iud. & alibi, qui ibi ad propoſitum ait, Denominationem fieri a maiori dignitate, ut puta ſi aliquis ſit Dux, & Comes: uel Dux, & Marchio, Dux tamen appellabitur, per not. per Innocen. in. cap. ſolitæ. de maior. & obed. igitur illuſtris dignitas Cardinalatus, trahet ad ſe mino-
10 rem, legati, & ab illa fiet denominatio. † Atqui præmiſſa multo magis in Cardinali legato procedunt; præſertim cum uſus Romanæ curiæ, & eccleſiæ, ſolos Cardinales, legatos de latere appellet. dict. cap. 1. cum concor. de offi. deleg. in. 6. & tradit Martin. Laud. in dict. 2. tract. de Cardin. quæſtio. 13. & Barb. in dict. præludio. & Nicol. Boer. in tracta. de poteſ. leg. a lat. numero duodecimo. Et qui Cardinalis a Latere etiam Illuſtris eſt, adeo ut appellatione principis, & ſedis apoſtolicæ, ueniat, ſecundum Barb. ibi. quæſtio. quinta, numero duodecimo, & Nicol. ubi ſupra numero decimoquarto. Quapropter cum etiam ex legatione Illuſtris ſit; ceſſat omnis dubitatio per Iaſ. dicto numero octauo, ut etiam ex uerbis Felin. in cap. clerici column. ſi. de iudic. elicere poſſumus: qui declarat uerba Bald. in dict. rub. ff. de
11 offic. proconſ. † dicentis, Cardinales in curia, eſſe digniores, quam extra, ut procedat niſi quis ſit legatus a latere: & quam doctrinam Bald. male uidetur reſumere Iaſo. qui ex ea arguit, ut indiſtincte Cardinales abſentes, etiam legati, non ſint illuſtres: ſed hi ſolum qui ſunt ad latus Papæ, cum Bald. hoc non dicat, ſed ſolum dicit, Cardinales digniores, qui ſunt in curia, quam extra: quod ſi admittamus, non tamen ſequitur quod Cardinales abſentes, etiam abſque alia cauſa, quam legationis, non ſint illuſtres: cum & aliquando dixerimus ſupra lib. primo cap. 1. §. quarto, verſic. Septimo. in uerbo, Dignitatum. numero nono, inter illuſtres dari ordinem, ut alius alio Illuſtrior habeat: etiam ideo ſecundum diſpoſitionem dict. l. 1. C. de præpoſ. lab. lib. duodecimo. qui ad latus Papæ erunt, Illuſtriores: & ſic digniores poterunt cenſeri: Cardinales abſentes uero alia cauſa quam legationis, minus illuſtres, uel illuſtres tantum: Verumtamen arbitror hanc diſtinctionem, præſentium, uel abſentium, quo ad habendam rationem huiuſce digni-
12 tatis, apud Rom. curiam non obſeruari. † cum deſcribantur, & ſedeant in conſiſtorio, ſecundum ordines, uel titulos dignores: ſcilicet primo Cardinales Epiſcopi, Secundo Cardinales præsbyteri, Tertio Cardinales Diaconi, ut etiam in ſupradictis folijs impreſsis uidere licet. & de iure habetur in gloſſ. cap. ſi quis Epiſcopis. 79. diſtin. ubi Cardin. Alexand. idem tenet, ſed declarat: niſi Cardinalis Diaconus deſeruiat Papæ, quo circa ibidem infert potius eligendum in Pontificem, Cardinalem Epiſcopum, quam preſbyterum: præsbyterum, quam Diaconum, ubi quis ſit idoneus. Sic Abb. in. cap. licet. de electio. column. quarta in prin. ſub numero octauo, exponit epiſcopos Cardinales, habere maiorem prærogatiuam, quam preſbyteri, & Diaconi, & hoc de iure: de conſuetudine tamen hodie eſſe pares. Sed hic repugnat obſeruantia Curiæ, ut in eis folijs: & tenet Nicol. Boer. in tract. de ordin. grad. utr. for. in. 1. parte. nume. 16. Et ex his eli-
13 citur, † Cardinales, alijs alios aliquando eſſe præſtantiores: quæ aliquibus argumentis, & exemplis, etiam probantur: ut puta ſi loquamur de Cardinali Hoſtienſi, qui ungit Imperatorem, ut ſupra hoc. §. nu. 2. uel de excellentia alicuius Cardinalis, qui pariter conſtitutus ſit Viceeancellarius, ut diximus de eo aliqua, in ſuperioribus libro primo, cap. 1. uerſic. Septimo, in uerbo Cancellarius. nume. 5. & hoc lib. cap. 1. §. quarto, uerſi. 1. uel ſi ſit Camerarius, ut in dict. uerſic. Septimo. in uerbo, Cubicularij: uel Pœnitentiarius: uel ſi quis alia ſimilia officia gerat, ut inibi: uel ſit legatus de latere conſtitutus, & emiſſus ſit, qui illuſtris eſt, ut in ſuperioribus: & qui uices Papæ gerere dicitur, ut per Nicol. Boerium in tracta. de poteſ. leg. a lat. numero 65. & cuius poteſtas late patet, ut ibi per eum numero decimoquinto. 25. & 66. ita ut Vicario generali ipſius Papæ, maior illa ſit, ut ibi, numero nonageſimoquarto. de quo cum ipſe Nicolaus abunde loquatur: ante eum etiam ad ſaturitatem loqui-

tur Specul.in tit.de leg.& Barb.in tracta. de Car-
din.leg.a Lat. & nonnulla tangit Martin. Laud.in
tract.de legat.princ. ad quos ſufficiat remiſsio,ut
14 breuitati conſulamus. † Reuerendiſsimiquoque
appellantur Cardinales : hocque præclaro de-
corantur epitheto , ſicut Pontifex : ut legi-
tur in cap. in nomine domini. 23. diſtinct. &
in.cap. Conſtantinus.96. diſtin. & in. l. nulli. C.
de epiſcop.& cleri.& per Barb.d.tract.q.1.nu.31.
aliquando etiam Venerabiles inſcribuntur. cap.
quemadmodum. de pœnit. & remiſ. in extrauag.
communi,& alibi. Ad excellentiam Cardinalium,
15 item referendũ eſt. † ut a ſententia lata per eorũ
cœtum,non concedatur appellatio , quemadmo-
dum a uera ſententia ſenatus. l. 1. ff. a quibus ap-
pel.non lic. &.c.eccleſia.16.q.1.& auctor eſt Mar
tin.Laud.in.d.2.tract.de Cardin. q.66.dubitat tñ
ex diſpoſitione. l. 1. C.de ſenten.præfec.præt. at
ſine dubio ibi.q.67.ponit poſſe appellari a ſenten
tia vnius Cardinalis.c.Raynutius.&.c.Raynaldus.
de teſtam. & per Bald. in. l. 1 .ff.de offic. præfec.
præt.& repræhendit glo. ibi aliter ſentientem.Nõ
appellari tamen ait ibi. q. 64. per doctrin. Bald.in
d.l.1.quando Papa committit eidem cauſam cum
clauſa, Appellatione remota. His illud ſimile eſt.
16 † ut propter fidem,de eo habendam, iuſtitiamq;,
& ius appropriatum , Cardinalis non ſit ſuſpectus
recuſandus,niſi ex magna cauſa , ut poſt Hoſtien.
Io. And.& Ant.But.in.c. ad petitionem. de accu-
ſat.cumulat Martin.Laud.d.2.tract.q.50.& doct.
in.c.nouit.de appel.& Philip.Franc.in. c. poſtre-
mo.nume.15.de appellat.qui hoc limitat,in cauſa
ulterius Cardinalis, in qua ſit iudex:ſed contrariũ
17 conſulit Iaſ.conſi.98.col.fi.uol.4.† Ea etiam ſunt
præſtantia Cardinales, ut ius Epiſcopale in eccle-
ſijs ſuis habeant,ut tradunt Abb.Felin.& doct.in.
c.his quæ,de maior.& obed.& Pet.a Biax. in dict.
tract.direct.elect.c.35.num.6.in.2.parte.& Mar-
tin. Laud. d.tract.q. 60.Sicque licet non ſint Epi-
ſcopi,etiam uti poſſunt inſignibus Epiſcopalibus,
ut tenet Hoſtien. & Io. And. in. c. 1. de ſup.neg.
prælat. ſequitur Martin. ubi ſupra.q.19. Similiter
conferre poſſunt minores ordines,& facere ſolen
nem benedictionem,ut per eoſdem Doct.& Mar-
tin. inibi.quæſt.20.&.21.& per Bertach. in tract.
de epiſcop.in.3.parte.in prin.num.11.tertia par-
te princ.lib.3.Non tamen abſoluere poſſunt, a uo
to ultramarino,ſine ſpeciali licentia Papæ,ut teſta
tur Barb.in tract.de Cardin.leg.a lat.q.1.in.2.mẽ
bro.nu.3.Neque poſſunt audire cauſas, ſine ſpe-
ciali commiſsione Papæ,uel niſi iure proprio, pu-
ta ſi Epiſcopatus ſui tituli ad eum ſpectaret,ut per
Martin.ubi ſupra.q.55.per dictum Specul. in titu.
de libel.concep.§.iam nunc.circa prin. Neque cõ
fert beneficia, niſi ſit legatus de latere ; ſecundum
Martin.ibidem.q.79. Poſſunt etiam ſuorum be-
neficiorum fructus,in abſentia recipere , iure hoc
permittente, cum habeantur pro reſidentibus , ex
quo deſeruiunt Rom. eccleſiæ: quæ eſt mater om
nium eccleſiarum. cap. bonæ. 1. de poſtul. præ-
lat. & per Martin. inibi. q.68.poſt Oldrad.conſil.
48.num.1.Sic etiam pro reſidentibus habentur fa
miliares eorum Cardinalium,ut per Doct.in.cap.
cum dilectus.de cler.non reſid.& per Card.in cle.
in prin.de celeb. miſſ. & Martin. ubi ſupra. q. 69.
& Oldrad.dict.conſi.48.Item ſecundum eundem
18 Martin.ibi.q.62.† In excommunicatione genera
li non ueniunt Cardinales per not.in.c.quia peri-
culoſum. de ſenten.excommunicat.in.6.adde ut
19 ſupra.§. præced.nume. 8.† Item offendentes eos
in perſonam,incidere in pęnam criminis læſę ma-
ieſtatis, affirmat Martin.inibi. q. 48.per.c.fœlicis.
de pœnis in.6.& adde gloſ.in.c. ad Apoſtolicæ. in
uer.Cardinales de re iud. in.6.& hæc notanda ma
xime ponit Martinus,ad Cardinales legatos Papę:
ubi quid de Epiſcopo : & per d.cap. fęlicis,inquit
Barb.in d.tract.q. 1.nu.30. offendentem Cardina
lem, committere ſacrilegium. & de ſimilibus pœ
nis , quibus afficiantur etiam ſucceſſores Delin-
quentium, ita ut omni beneficio , vel commodo
iuris poſitiui,ciuilis,uel canonici, priuentur, me-
minit Matheſil.in tract.de ſucceſ.ab inteſt.in.3.ar
20 tic.princip.nume.47.† Ad tutelam Cardinalium
inſuper ſubnotare liceat; ſtatutum eſſe, eos non te
neri,ad ſolutionem neque decimarum,neque cha
ritatiui ſubſidij, a Papa impoſiti ; etiam pro recu-
peratione Regni , ab infidelibus occupati : quia
communis eſt opinio , Cardinales non compre-
hendi,in diſpoſitione generali , comprobata per
reg.Cancellariæ,per me declarata tamen:& ut cõ-
munior opinio , ex iure communi in contrarium
adducta ſit ſupra. §. pręced.num.9.ſicuti teſtis eſt
etiam Hiero.Gig.in tract.de penſio.q.9.&.q.60.
num.10.& ſeq.In hac tutela , & protectione Car-
21 dinalium , eſt etiam commemorandum;† ut Car-
dinali indigenti,Papa teneatur ſubuenire, & pro-
uidere,ſecundum dignitatem,& qualitatem ſuam,
arbitrio boni uiri, ut tradit Hoſtien. in. cap. anti-
qua. de priuileg. colligit Martin. Laud. in dict.
2.tracta.quæſtio.6.ſequitur Pet. a Biax. in direct.
22 elect. cap. 35.numero ſexto. † Eius æſtimationis
etiam habentur Cardinales, ut eius dicto aliquan-
do credendum ſit , ut declarant Doct. præcipue
Felin.in.cap.quod ſuper his column. tertia, de fi-
de inſtrum. & alibi qui magiſtraliter format tres
concluſiones. Prima eſt, ut ſolo uerbo Cardina-
lis, dicentis ſe legatum Papæ , credatur, in his
quæ ueniunt generaliter in legatione , ex text.
in.cap.nobiliſsimus.97. diſt.cum gloſſ.ibi in uer.
nihilominus. & per plures auctoritates adductas:
quibus adde Corn.conſil.155.uolum.primo, &
ideo Cardinalis Alexan. ibi ait, non tam cenſen-
dos Cardinales , ut teſtes ſimpliciter, quam ut
publicas,& authenticas perſonas:ſicut nũcij publi
ci. cap. cum parati. de appellat. qui hęc am-
pliare uidetur, ut etiam ſine iuramento, Cardina-
li credendum ſit : Ampliat inſuper ſecundum
conſuetudinem , ut eidem credatur, non lega-
to, exiſtenti in curia, ubi a Pontifice aliquid
ſibi fuerit mandatum , uiuæ uocis oraculo :
ad

ad quæ adde Iaſ. conſil. 104. column. prima, volum. 1. Ampliare hæc etiam uidetur Abb. in d. c. quod ſuper his. colum. fin. in quacunque alia ualde illuſtri perſona, licet de ſtylo curiæ aliter obſeruari dicat, ut ibidem eum ſequitur Felin. Limitatur uero iſta concluſio, ut non procedat niſi in his, quæ ueniunt in generali commiſsione, nō in alijs, ſecundum Felin. inibi, cum multis relatis per eum: & per Cor. conſ. 155. vol. 1. & conſ. 248. col. fi. uol. 3. ſed Alciat. in tract. de præſump. reg. præſump. 48. nume. 3. dicit credendum Cardinali aſſerenti, ſe habere ſpecialem commiſsionem, puta ad doctorandum, vel legitimandum: & idem tenet Bertach. in tract. de Epiſcop. in. 3. parte, nu. 6. Item ſecundum eundem Felin. limitatur, niſi agatur de magno præiudicio, per doctri. Bar. in. l. Palatinos. C. de collation. fiſc. lib. x. cum cōcord. quibus adde Iaſ. conſi. 72: nu. 3. uol. 1. & latius d. conſi. 104. colum. 1. qui indiſtincte ponit non eſſe credendum Cardinali: uel dicto alterius excelſi uiri, in præiudicium alterius. Idem tenet Alciat. in. c. cum contingat. nume. 35. de iureiur. & idem tenet Iaſ. in. l. admonendi. num. 189. ff. de iureiur. & & Decius in c. conſtitutus. 2. in. 4. not. de appellat. Conſuetudinem tamen contrariam allegat. In hac prima concluſione tamen videas Barb. in tract. de Cardin. leg. a later. in. 1. q. qui prolixe loquendo, tria membra facit. Primum an ſtetur dicto Cardinalis legati, aſſerentis ſe eſſe legatum, in quo diſtinguit: quæ diſtinctio mihi minus placet, quam hæc concluſio Felini declarantis ut ſupra. Secundum membrum eſt, quando Cardinalis legatus, non ex ui ſuæ legationis, ſed aſſerit habere ſpecialem commiſsionem a Papa, uiuæ vocis oraculo, in quo pariter diſtinguit: quæ non uidentur multum aliena a dictis Felin. ubi ſupra. Tertium membrum eſt, an credatur Cardinali legato in præiudicium alterius: in quo Barb. non ſolum iure communi, ſed omnino de conſuetudine Roma. curiæ, ſtandum eſſe per multa arguit, quam adducit etiam Decius ubi ſupra: & hoc caſu, conſuetudinem ſeruandam puto, ubi adſit, alioquin mihi magis placet opinio Felini, & aliorum, vt ſupra, & per dicta per eundē Felin. in concl. 3. hic ſeq. Et quia Cardinales de iure ligantur lege communi, ſecundum magis communes, vt ſupra hoc. c. §. ſecundo. nu. 8. & ſeq. In caſibus tamen in quibus creditur Cardinali, Barb. ibi tradit. q. 2. num. 18. poſſe contrarium probari. Secunda concluſio per Felinum ordinata eſt, ut non credatur Cardinali, aſſerenti ſe eſſe delegatū, niſi oſtenſis literis ſuæ delegationis; & ſi id literis atteſtatur, tantum creditur eis, quantum de aliorū literis dicitur, argumento eorum quæ habentur in c. ſicut, de ſenten. exco. & in. l. 1. C. de mand. princip. cum ſim. ſicut aliter non creditur alteri dicenti ſe delegatum. c. cū in iure. de offi. de leg. & ſubdit Felin. hanc concluſionē ſibi videri, veriorem, per rationes ibi adductas, licet contrarium ibi ſentiat. Declarat tamen eam Felin. vt non procedat hæc concluſio, quando Cardinalis, cui cauſa delegatur, eſt in curia, quia ueritas facillime poteſt haberi. Tertia concluſio Felini eſt, ut teſtimonium ſolius Cardinalis, etiam iuratum, non probet plene contra aliquem. c. cum a nobis. in in uer. quantæcunque dignitatis. de teſtibus, & glo. no. in d. c. ſicut, & per alia. Limitat tamen Felin. niſi Cardinalis atteſtaretur de actis factis coram eo. Quod tamē ex ſententia Specul. de rigore iuris procedere ſubdeclarat: & iſta tertia concluſio Felini corroboratur per dicta Barb. in d. tract. de Cardin. leg. a lat. q. 2. nume. 19. & per Socin. in reg. 423. & Iaſ. ubi ſupra. Quibus in locis habetur, quod uni teſti, etiam in magna dignitate conſtituto non creditur, quo ad probationem faciendam.

23 † Plus tamen creditur paucis Cardinalibus, quam multis clericis pannoſis. ut docet Bald. in. l. teſtium. column. penul. C. de teſtib. hocque fit propter eorum auctoritatem. Sicut autem aliquando Cardinali creditur, propter eius præſtantiorem grauitatem, ut in ſuperioribus: eodem modo, ſecundum aliquos, ſtatur eius minus ſolenni uoluntati, in ultima uoluntate.

24 † Quia priuilegio militū teſtando uti poſſe videtur, ut tenere nouiſsimos poſt Bal. & Socin. in. l. 1. in princ. de leg. 1. & Io. Bapt. de San. Seuerino tradit Ripa in. l. centurio. numero, vigeſimoprimo. ff. de vulg. & pupil. Contrarium tamen ipſe tenet, ſequendo Iaſ. ibi. & per eadem fundamenta dubitando, reliquit cogitandum idem Socin. in dict. l. centurio. num. 3. Hæc. q. ſatis uidetur dependere ab illa alia. q. de qua ſupra. §. proximo. nume. 8. uerba fecimus: ſcilicet an Cardinales ligentur iure communi: quod ſecundum magis communes opin. dixi tenendum: licet regulæ Cancellariæ per tempora a Pontificibus editæ, declaratæ tamen ut ibi, numero nono, non includant Cardinales: ut a Conſtitutionibus, & Regulis, per eos tamen condendis, ligentur: niſi fauorem eorum concernant: quia priuilegijs, & prærogatiuis ſpecialibus uti eos debere deceat. Proinde ſi ligantur iure communi, non uidentur igitur uti poſſe priuilegio militum teſtando: & ſic opinio Iaſ. & Ripæ uerior habenda eſt.

25 † An autem Cardinalis præſumatur teſtatus, de licentia Papæ: ſi eius teſtamentum appareat, & antiquum, Aretin. conſil. 36. in prin. tenuit quod ſic, vt eum refert Felin. in. cap. ſicut. column. 18. uerſi. propterea dubito. de re iud. aliter tamen ipſe ſentit: & eius opinio ex præmiſsis videtur corroborari. Sed ex licentia Papæ, poſſe teſtari diximus ſupra cap. proxim. uerſ. Sexto, nume. 18. Et an, & quando poſsit teſtari, vide late Barb. in tract. de præſt. Cardin. quæſtio. tertia, & Martin. Laud. ſimili tracta. ſecundo, quæſtio. 57. Item an Cardinalis habens amplum patrimonium, ſalua conſcientia, poſsit illud ſibi conſeruare, & viuendo, expendere reditus Cardinalatus, etiam abunde diſputat Barb. ubi ſupra, quæſtio. 6. qui uidetur conſentire in partem affirmatiuam. Et ad præmiſſa, & alia, quæ Cardi-

nalium excellentiam,oſtendunt, addere poſſumus
glo. in. c. 1. in extrauag.Ioan.in uet.ſed.de præb,
26 † quæ enumerat nouem priuilegia Cardinalium;
aliquando tamen in his commemorata . Primum
ſcilicet,ut triginta ſeptem pœnas patiantur, Cardi
nalem inſequentes, c.fœlicis,de pœnis.in.6.Secun
dum,quia quando Cardinales ſunt legati, confer-
re poſſunt beneficia,etiam ad Papam deuoluta. c.
officij, de leg. in.6. Tertium quia legati,excom-
municatos,pro iniectione manuum , undecunque
uenientes,abſoluunt.c.excommunicatos.de offic.
leg. Quartum legati mare tranſeuntes, vtuntur
inſignijs Apoſtolicę ſedis,ſeu dignitatis;puta equo
albo, veſtimentis rubeis, fræno, & calcaribus de-
auratis,& ſimilibus.c.antiqua de priuileg. Quin-
tum dicuntur patritij, quorum nomina in diade-
mate principis,ſcribi conſueuerunt. Sextum quia
pars corporis Papæ, dici poſſunt, inſtar ſenato-
rum. Septimum quia ſtatim creati, liberantur a
patria poteſtate. Octauum quia Cardinali aſſeren-
ti ſe eſſe legatum, creditur etiam ſine literis. No-
num quia eidem creditur abſq; actis, de geſtis co-
27 ram eo, ſaltem de conſuetudine curiæ. † Poſtre-
mo dicamus tanta eſſe præſtantia Cardinalatum,
ut cum non poſsit Papa extinguere;quia de iure di
uino eſt,ut in ſpecie tradit Barb. in dict.tracta. de
præſt. Cardin. quæſtio. 1.nume.35. & faciunt di-
cta ſupra lib.1.c.1.§.4.uerſic.29.& ſupra, c.prox.
§.4.verſi. 10.Sic nec concilium, poteſt Cardinali-
bus auferre facultatem eligendi Pontificem,ut di-
ctum eſt ſupra.c.prox.§.2.quæſtio. 2.in fi. Nec de
bet Papa,ardua ſine eorum Cardinalium conſilio,
explicare,ſecundum aliquos:licet tamen commu-
* nem opi. * aliter ſe habere dixerimus ſupra lib. 1.
c. 1.§.2.quæſtio.6.nume.2.&.§.3.uerſ. quintode-
cimo.nume.8.Multaquoque ad Cardinalium po-
28 tentiam referri poſſunt. † Illudque in primis oc-
currit: Vt Cardinales poſsint Pontificatum occu
pantem,per pecuniam, fauores, uel per metum,&
ſine concordi electione ipſorum,anathematizare;
& humano auxilio a ſede apoſtolica expellere. c.
ſi quis pecunia,79.diſt,ubi Card.Alexan. & tradit
Anto.Roſellus in tract. de poteſt. Imper. ac Pap.
in.§.abunde nume. 101.& conueniunt dictam ſu-
29 pra.c.prox.§.1.quæſtio.5,nume.1. † Item exiſten
te diſcordia duorum electorum ad Pontificatum,
poſſunt collegialiter conuocare concilium,vt ſta-
tuatur ſuper taliter electis, ut dictum eſt ſupra. c.
prox,§.2.quæſtio.3.nume.5.& per Martin. Laud.
dict.tract.2.q.38.ac inquit idem Roſel.in.§.abun
de.nume.65.Cardinales ſede uacante, ſicut eſt in
hæreſi Papæ, uel quando eſt apoſtaticus notorius,
& dubium ſit arduum,celeritatem requirẽs, poſſe
concilium conuocare,etiam per citationem,ſi om
nes ſunt concordes: ſi minor pars tam concordet,
per monitionem,uel denunciationem.Non parua
oſtenditur Cardinalium potentia,ex quodam pri-
30 uilegio,a conſuetudine introducto: † ut ſi eorum
aliquis,obuiat alicui condemnato, ad ultimũ ſup-
plicium ducto, eum liberare poſsit:quod etiam fit
ſuperpoſito pileo capiti eius,ut memorabiliter tra
dit Bal, in.l.addictos. C.de appellat.ſequitur Pau.
de Caſt. & Salicet.ibi,& Mart. Laud. in.d.2.tract.
de Cardi.q.47. & Barb.in,d.tract.de pręſt. Card,
q.9. column. 1. cum ſeq. & Feliu. in. c.quærenti.
nume.6.de offic.deleg. & Hip. marſ.in rub. ff. de
falſis, nume.3. referens idem tenere Cepol. caut.
3. & Iaſ.in.§.pœnales.col.24.inſtit.de action.qui
tamen in condemnato de crimine falſi,ex ſenten-
tia Barb.ubi ſupra limitat hoc non habere locum.
Sed tu adde alias quinque limitationes, cumulatas
per Barb.inibi per allegata per eum: ſcilicet in cō-
demnato pro crimine commiſſo contra patriam,
pro crimine hæreſis: pro crimine leſæ maieſtatis,
pro delicto atroci,& horrendo: Item quando Car
dinalis vellet dictũ priuilegium exercere, per ſub-
31 ſtitutum. † Poteſt etiam quis in ordinem Cardi-
nalium cooptatus, Epiſcopatum,uel archiepiſco-
patum,quem habet in titulum, & priora beneficia
retinere, ſaltem de conſuetudine curiæ, ut tenent
doctores.& præcipue Hoſt.Io,And.& Anto. But.
quos ſequitur Martin.Laud.in.d.2.tract.quæſtio.
41. &.42. referens ſpeciale eſſe in Cardinalibus:
quia eorum excellentia hoc ſuadeat: & hoc pacto
reſpondet ad Abba. & Io.de Imo.aliter ſentientes
in d.c.eccleſia ueſtra,& in.c,bonæ.de poſtul. pręl.
per text.in.c.cum in cunctis.de electiõ.&.c. mul
ta.de præben.& extrauag. execrabilis: & late ad
partes arguendo, idem tenet Barbat.in dict.tract.
q.12.& de iure verius dicit, ſubdendo correlarie,
talem Cardinalem poſſe in caſu tali, deſeruire per
* ſubſtitutum.& hanc eſſe communem* opi.atteſta-
tur Bertach. in tract. de epiſcop. lib.2.nume. 33.
Ego tamen (circumſcripta conſuetudine) arbi-
tror hanc.q.dependere ab illa, de qua ſupra.§.pro
ximo. nume.8.diſſeruimus, an Cardinales ligen-
tur generali conſtitutione,& iure communi:quod
affirmauimus . Vbi autem opi. Martini ſequenda
ſit, inibi tamen aduertendum eſſe exclamat, & mo
net Cardinales,ex uerbis Abb. in. cap. de mona-
chis. de præben.ut qui habent Epiſcopatum, uel
alia Beneficia, deſeruire eccleſijs, per numerum
clericorum conſuetum, & hoſpitalitatem, & alia
ſimilia, obſeruare debeant: cum aliqui ſint, qui
quandoque etiam commendatarij, diuinum cul-
tum,& cœtera opportuna, ſecundum ſolitum ſta-
32 tum eccleſiæ, negligant. † Econuerſo itidem po-
teſt Cardinalis iam conſtitutus ad inferiorem di-
gnitatem,puta ad Epiſcopatum eligi,ſi ſit præsby-
ter Cardinalis, aut diaconus: ſi uero ſit Epiſco-
pus Cardinalis debet poſtulari, ut idem Abb.
Ioan. And.& Anto. But.tenent in dict.c.Eccleſia
ueſtra. Sed Io.de Imol.& aliqui mod.indiſtincte
poſtulandum dicunt: & ita conſuetudinem curiæ
eſſe, ex auctoritate Ioan. Lign. tradit Martin.
dict. 2.tracta. quæſtio.44.eandem in opinionem
tranſit Bertach. in tract.de Epiſcop. lib. ſecundo,
q.40.nu.73. Poſſunt item & Cardinales, in Feu-
do,& Regno ſuccedere, iuxta ea quę collegimus
33 ſupra lib.1.c.2.§.1.nu.21. † Item poſſunt Cardi-
nales

nales eſſe executores teſtamentorum, tam legiti-
mi, quam teſtamentarij, ut oſtendit Specul.in tit.
de inſtr.edit.§.nunc uero aliqua.uerſic. De Epi-
ſcopo.& ſequitur Ioan.a canib.in trac. de execut.
ult.uolunt.in.1.particula.nu.25. contrariam opi-
nionem aliorum ab omnibus repudiatam ſubij-
ciens,licet multas perſonas eccleſiaſticas, ab hoc
34 munere repellendas, commemo ret.† Poſſe etiam
Cardinalium cœtum, concedere, ut extrahatur
aqua,de flumine publico nauigabili, ſubiecto ec-
cleſiæ Romanæ,ad alium locum,recenſet Martin.
Laud.in d.2,tractat.q.52.per not.in.l.quominus.
ff.de fluminib. ea ratione, quia is ordo repræ-
ſentat Senatum, ut iam diximus. Verum de hac
concluſione nō parum dubito. quia ut in.§.prox,
num.7.retuli,iura Senatus Pont.Max.hodie ſuſtu
35 liſſe uidetur.† An autem Cardinalis, poſsit renun
ciaſe Cardinalatui,putauit Martin.in d.tractat. q.
95.poſſe,per not.in. 1.c.1. de renunciat.in.6. At
qui licet plura poſſe Cardinales,in præcedentibus
collecta ſint: multa quoque non poſſe ſubijcere
36 poſſumus. † Illudque in primis,ut ſupremam po-
teſtatem Papæ, præſcribere non poſsint ſecun-
dum Innoc.in.c.bonę.2.de poſtul.prelat.& Abb.
& Felin.in.c. cum nobis. in prin. de præſcrip. &
Martin.ubi ſupra. q.23. Neque creare Cardina-
lem poteſt cœtus Cardinalium, licet quod plus
eſt,creare Papam poſsit: quia ad Papam hoc per-
tinet,ſicut eorum depoſitio, ut ſupra.§.prox.nu.
5.&.c.præcedenti.§.4.uerſic.4.num.2. Non po-
teſt etiam cœtus Cardinalium facere ſtatutum, ut
Papæ licitum ſit eligere ſucceſſorem, ut ſupra d.c.
præced.q. 2. num.4. Multa quoque hic repetere
poſſemus,quæ excellentiam, & potentiam Cardi-
nalium reſpiciunt,iam dicta in hoc.cap. & in.cap.
prox.præſertim.§.1.&.2.ſed ibi uideri poterunt.

SVMMARIVM.

1 *Patriarcha ſummus, uel Princeps Patrum, Greca lingua dicitur.*

2 *Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, vno nomine epiſcopi, vocantur.*

3 *Patriarchæ, Archiepiſcopi appellatione continentur.*

Patriarchæ Protoflaminum. Archiepiſcopi Archiflaminum, Epiſcopi loce flaminum conſtituti ſunt, & a quo, ibi.

4 *Patriarchales ſedes, quæ principaliores ſint: & quæ habere priuilegia Papę dicantur; & quæ Patriarchales proprie, primates aliæ appellentur: licet idem ſint in effectu: quarum aliquæ enumerantur.*

Patriarchatus acquiritur, etiam ex conſuetudine, per Arciepiſcopum, in prouincia alterius.

5 *Patriarchales eccleſiæ, quatuor ſunt in vrbe; ſicut in orbe ſedes.*

6 *Patriarcha, & Archiepiſcopus, vtuntur mitra Epiſcopali; & eadem forma conſecrantur: & per traditionem palij tantum, nomen aſſumunt.*

7 *Patriarchæ vtuntur pallio, & cruce. & nu.9.*

8 *Patriarchæ ſunt ordinarij Archiepiſcoporum: ſicut Epiſcoporum Archiepiſcopi; declara tamen, vt num.9.*

9 *Patriarchis deuoluuntur appellationes interpoſitæ ab Archiepiſcopis, ſibi ſubiectis.*

Patriarchis an deuoluantur appellationes epiſcoporum omiſſo medio.

10 *Patriarchæ non habent priuilegium, præ alijs: niſi quantum a Canone, & conſuetudine conceditur.*

11 *Patriarcha confirmat Archiepiſcopum: Archiepiſcopus Epiſcopum, ſi immediate, non ſubſint Papæ.*

12 *Patriarchis Archiepiſcopi referunt omnia negocia difficilia prouinciæ, non tantum futuram conſecrationem ſuffraganei.*

13 *Patriarchæ principales, quando poſſint diſpenſare*

14 *Patriarcha conſtantinopolitanus, nō conuocat concilium prouinciale iniuſſu Pontificis.*

15 *Patriarchis, vel Archiepiſcopis, quæſtiones ortæ inter epiſcopos, referuntur,*

Patriarcharum, vel Archiepiſcoporum Electioni, ſe non inferunt Principes Laici.

16 *Patriarchæ ponuntur in capitibus prouinciarum. Archiepiſcopi in ſingulis prouincijs. Epiſcopi in ciuitatibus.*

Prouinciæ appellatione, ſecundum ius can. accipitur Diœceſis, quæ. X. vel. XI. vrbes continet.

17 *Patriarchæ, vel Archiepiſcopi, non ordinant Epiſcopos, antequam ipſi pallium accipiant; quod infra tres menſes, debent petere: ibi qualiter transmittatur.*

18 *Patriarchæ, & Archiepiſcopi, quando deponantur.*

19 *Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Alexandrinus, Epiſcopos ſuos deponunt.*

20 *Patriarchæ poſſunt iure ordinario interdicere: & clericos delinquentes beneficijs priuare: & eos cogere, vt doceant, de inſtitutione canonica.*

21 *Patriarchæ inſtar Regum: & illuſtres ſunt: & habent ſenatoriam dignitatem.*

LIB. II. CAPVT. III.

DE PATRIARCA.

PAtriarchæ, tertio loco, depicta Figura, & Sedes proſpiciebatur: Mitra Epiſcopali, capiti eius impoſita: Pallio tamen perſpicuo. Crucem præ ſe ferens, non ſecus ac in Pontifice max. ſcripſimus. Quorum uerborum ſenſum, indagando, omnia illa explicare elaborabimus, quæ, de huius Sacerdotij, & Magiſtratus initio, ſolicitudine, & ſublimitate, excogitare datum erit: licet alia quoque ſubnotari poſſent: ſed ea omnia, etiam ornamenta in cap. de Epiſcopo depingemus, in princ.

§.I.

1 PATRIARCHA igitur(ut a prima dictione hic poſita exordiamur) † Summus, uel Princeps patrum, græca lingua dicitur, ut dictum eſt ſupra.c. præced.§.3. num.1.Nam cum multi ſint ordines in eccleſia, ſcilicet nouẽ numero, inter quos Epiſcopus comprehenditur.cap.cleros.21.diſt.& alibi diximus: cumque Epiſcopornm ordo, quadripartitus, ſiue tripartitus ſit, id eſt in Patriarchis. Archiepiſcopis, idemque, ut alibi dicemus infra.c.
2 ſeq.in prin. Metropolitis, & Epiſcopis † qui omnes tamen, uno eodemque uocabulo, Epiſcopi nuncupantur: Sic Patriarchę compræhenduntur appellatione Archiepiſcopi.ca. exigit.ubi Philip. Franc.de cenſib.in.6.Patriarcha inter hos ſummo honore fungitur, diſtincto uocabulo, propter diſtinctam eius, & aliorum poteſtatem. d.ca.cleros. Atque cũ hæc diſtinctio ab antiquis emanauerit, ut quidam ex his, apud gentiles, Flamines, Archi-
3 flamines, & Protoflamines, alij appellarẽtur: † Patriarchæ Protoflaminum locum, & nomen meruerunt, ut Platinæ placet, in uita Eleutherij Pont. qui, Apoſtolos, & Petrum, & primitiuã Eccleſiam, eos protoflaminum loco, inſtituiſſe refert; etiam apud Britannos, Lucio Rege in numerum Chriſtianorum, cum populo recepto, & Baptizato: loco uero Archiflaminum, Archiepiſcopos, loco Flaminum, Epiſcopos. quæ probantur etiam in. c.1.ea diſt.21. &.c. urbes. &.c. in illis. ubi Card. Alex.80.diſt.nec ab his diſſentit.L. Feneſtella de Sacerdotijs Ro.c.5.in fi.& etiam explicat Nicol. Boer.in tract.de ord.grad.utriuſque fori, in.1.parte.nu.15.Qui autem fuerint, priſcis temporibus, Flamines, uide apud Alex.ab Alex. Genialium dierum lib.6.c.12.Horum inſtitutio inprimis tamen ex ueteri teſtamento aſſumitur, & in nouo, per Petrum Pont. conſummata: & a Deo traditam, per Moyſem ſcriptum eſt exodi.c.28.& repetitum in. recitatis.c.Atque ita inducta eſt, ut aliquando alia alijs maior habita ſit: ſed & mox diſtincta in diuerſas ſedes, ut hoc uerbum hic ſubſequens reſumamus. Hodie tamen per.c. renouantes.21.diſt.&. c.antiqua.de priuileg.& per Conſt. Concil. Flo-
4 rent.ſuper unione Græcorũ.c.eugenius † Patriarchalium Sedium, poſt Romanam, primum locum ſibi uendicat Conſtantinopolitana, ſecundum Alexandrina, tertium Antiochena, quartum Hieroſolymitana.Hæque ut diximus in ſuperiori.c.§. 3.num.2.ſunt principales apud Rom. Eccleſiam habitæ: quæ priuilegia Papæ habere dicuntur, ſecundũ Card.in cle.in pleriſque.16.de.q.de elect. & quæ Patriarchę nomine proprie, alię uero proprie, Primatum nomine appellantur, ſecundum Specul.in tit.de diſpenſ.§.ſunt quoque in prin.qui tamen ſubdit Patriarcham, & Primatem, idem eſſe in effectu, licet nomina ſint diuerſa, quodque uocalis, non realis, inter eos tantum ſit differentia, ut habetur etiam in.c.1.&.2.90.diſt.& tenet Decius in.c. fi. de confir. util.in.2.not.& Iaſ. in rub. qui feud.dar.poſ.num.2.ſed idem Specul.in tit.de iuriſd.om.iud.uerſi.quod autẽ. inquit Patriarchas, maioris eſſe dignitatis, & iuriſdictionis, Primatibus. Sunt tamen & aliæ Sedes: ſcilicet Aquilienſis, Cantuarienſis in Anglia, in Francia Bituricenſis: alibi Gradenſis, & Piſana ut per Archid.in.c.cleros.21.diſt.col.fi. item ponitur & Senonenſis: & Lugdunenſis, ut per Nic. Boer. in tractat. de ord. grad.utriuſque for.in.1.parte.nu.16.& de prædictis loquitur etiam Io.Franc.Pauinus in tracta. de offic. & poteſt. cap. ſede uacan. prælud.6.num. 12.& ſeq.qui addit Archiepiſcopum Strigonenſem, in Vngaria: in Alemania, Archiepiſcopũ Madeburgenſem: in Hiſpania, Archiepiſcopum Toletanum: & iterum in Francia Archiepiſcopum Vienenſem: rurſus in Anglia Archiepiſcopũ Eboracenſem, primates eſſe, qui idem ſunt, quod Patriarchæ: Quorum aliquos, etiam legatos natiuos, exoriri ponit. Patriarchatus, & Primatus ius, ultra memoratam inſtitutionem, etiam acquiri ex conſuetudine per unum Archiepiſcopum, in prouincia alterius Archiepiſcopi, notanter tradit Abb.
5 in.c.fi.num.4.de dilation.† Sicut autem quatuor ſunt principales ſedes recitatæ, in orbe, eodẽ modo ſunt quatuor Principales Eccleſiæ Patriarchales in urbe: ſcilicet.S.Petri; & Pauli. S. Laurentij extra muros: S.Mariæ maioris: &. S. Ioannis, quæ eſt principalior. Atque ideo Patriarchales appellantur, quia unaquæque earum, eſt quaſi cathedralis, in quarum altari maiori, nullum poſſe celebrare, niſi Papam ferunt. uel de eius mandato aliũ, ut annotauit interpres Regul. Cancel. Innocen.8.in reg.7.qui ad hæc allegat doct.in. c. fundamenta. de elect. in.6.quibus adde Card. Alex.in.c.in nomine domini.col.5.23.diſt.qui eadem recitat, & cum eis tranſit.

Mitra epiſcopali uelatum caput itidem habere fertur Patriarcha, quia & ipſe inter Epiſcopos enumeratur, ut in proximis: ſicque Epiſcopale munus obire & ipſum conſtat: nam ut in pontificali le-
6 gitur in rub. de conſec.electi in Epiſc. † Patriarcha, & Archiepiſcopus ordinatur, & eadem forma conſecratur, qua Epiſcopus: neuter tamen horum aſſumit nomen Patriarchę, uel Archiepiſcopi, niſi ſolum per traditionem pallij, ut inibi. Quia autem de Epiſcopali munere, & dignitate, Mitra, & alijs indumentis, ſuo loco dicendum erit, uel explicite, uel ſaltem remiſsiue, referamus ſolum hic ea, quę magis ad Patriarcharum ſublimitatem,
7 aliqua ſolicitudine non omiſſa, pertineant: † quæ etiam per Pallium, & Crucem, eiſdem attributam, ſignificantur, ut hic depinximus.

Pallium etenim, & Crucem, ſupremam quandam poteſtatem denotare diximus, ſupra in uerſi. Pallium.& uerſi.Crucis.c.1.§.1.hoc lib.2. quæ & in ipſis Patriarchis, qui Antiſtites communi Epiſcoporum, & ſuperiorum uocabulo dicti, poſt Apoſtolicum primum tenẽt locum: in prouincijs quibuſdã, quæ plures ſunt, eiſdẽ creditis; in quibus

ultra

ultra ſuam diœceſim, ius Patriarchale habent, & ordinariã iuriſdictionem ſuper Archiepiſcopos earum gerũt, militare arbitrari poſſumus, per not. per doct. ſed præcipue Ab. in c. antiqua. colu. 1. de
8 priuileg. & exceſ. priuileg. † Quo fit ut Archiepiſcopi, cenſeri poſsint ſuffraganei Patriarcharum, ſicut Archiepiſcoporum Epiſcopi. c. paſtoralis. de offic. ord. atque eorundem Archiepiſcoporum ordinarij dicantur, ſicut Archiepiſcopi Epiſcoporum. d. c. paſtoralis. & per glo. in c. ſicut. de exceſ.
9 prælat. † & appellationes ab eis, ad Patriarchas deuoluuntur, quando appellatur ab Archiepiſcopis ſibi ſuppoſitis. c. conqueſtus. q. 9. 3. ſed an omiſſo medio appellari poſsit ab epiſcopo, ad Patriarcham: æquiorem opinionẽ tradit Abb. quòd non, licet de iure aliter dicat, quicquid Ant. But. ſenſerit, atteſtans de communi contraria, ut hæc omnia annotant idem Abb. & doct. in. d. ca. antiqua. col. 1 & 2. num. 12. ſequitur Decius in. cap. fi. in. 2. not. de confirmat. util. Abb. tamen ubi Crucem a Patriarchis præferendam concedit; id intelligit ſi non adſit præſentia Pōtificis: & tradit Card. in cle. 2. op. t. de elect. & Martin. Laud. in tract. de princip. q. 550. item ubi non adſit legatus eiuſdẽ Pontificis, utens inſignijs Apoſtolicæ dignitatis, ut per Abb. & Card. inibi. Non habent tamen Patriarchę iuriſdictionẽ, in ſubditos Archiepiſcoporum ſuorum: ſicut nec Archiepiſcopi in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum regulariter, ut addit idẽ Ab. ibidem num. 3. per d. c. paſtorali, cui adde tex. in d. c. conqueſtus: qui ulterius regulam ponit, per
10 Archidiaconum ibi declaratam; † ut Primates uel Patriarchæ, nihil priuilegij præ cæteris Epiſcopis, habere poſsint; niſi quantum ſacri canones concedunt, & priſca conſuetudo illis antiquitus contulit: & eſt tex. in. cap. duo. de offic. ordin. & propterea ſolum in cauſis appellationum, controuerſiæ ad Patriarchas trãſeunt, ut ſupra: & in caſu quo Epiſcopus aliquis, archiepiſcopo ſubditus, moriatur, cuius eccleſiæ res, Patriarchæ iudicio diſpẽſare permiſſum eſt. Notantur & alij caſus in gl. d. c. conqueſtus, qui uideri poſſunt. Sic Archiepiſcopus conſulit Patriarcham, in ordinatione, uel conſecratione Epiſcopi ſuffraganei ſui. c. placet, ubi
11 glo. 65. diſt. † nam & ſupra. c. 1. hoc lib. uerſic. 4. num. 6. diximus, ubi electiones ad Collegium ſpectent, Archiepiſcopum confirmare Epiſcopum; Primatem uero, ſeu Patriarcham, confirmare Archiepiſcopum: ſi non ſubſunt immediate Pontifici, alias confirmabit Papa. c. quia igitur. 66. diſt.
12 † Immo Metropolitanus, uel Archiepiſcopus, non ſolum debet referre primati futuram conſecrationem ſuffraganei, ſed alia cuncta negocia prouinciæ, ut ſuam in eis auctoritatem, Primas interponat. c. de perſona, ea diſt. ubi Card. Alex. & in d. c. placet. dictum capitulum de perſona non negat obſeruandum: & hæc uidentur prius placuiſſe Specul. in d. tit. de diſpenſat. §. ſunt quoque circa prin. qui inquit ad ipſos Patriarchas, omnia
13 negocia difficilia, reſtringẽda eſſe. † Quos etiã, principales tamen quatuor, ut ſupra, diſpenſare poſſe tradit, cum illo, qui propter malam ordinationem beneficiorum ſuſpenſus eſt per conciliũ prouinciale a collatione beneficiorum. c. graue de præb. quæ diſpenſatio prohibita eſt, in metropolitano, & in ipſo concilio. Colligit etiam ibi Specul. eoſdem Patriarchas poſſe diſpenſare cum ſuis ſubditis, ubicunque non prohibetur arg. c. mos antiquus. 65. diſt. & d. c. antiqua. in fi. de priuileg. atque de Patriarcharum officio, & ubi debeant conſtitui, & qualiter puniantur, ſi peccēt, remittit ſe ad iura per eum ibi allegata: quorum aliqua reſumere nos poſſumus, ut in. c. multis. 17.
14 diſt. exprimatur. † Patriarcham Conſtantinopolitanum non poſſe ſine licentia Pontificis, Concilium prouinciale celebrare, aliter ut conuenticulum, uel conciliabulum caſſatur; & ipſe Patriarcha, communione Sedis Apoſtolicæ carere debet: quod tamen intelligitur quo ad diffiniendũ, & ſtatuendum, non quo ad exhortandum, & præcipiendum, quod ſtatutum eſt. c. 1. 18. diſt. Expri
15 mitur etiam ibi, † ut ſi inter Epiſcopos prouinciæ ortæ fuerint quæſtiones, referantur ad maiorem illam ſedem; hoc eſt Archiepiſcopalem, ſecundum Card. Alex. ibi, uel etiam Patriarchalem, ſecundum caſus poſitionem: uel ſi facile, & iuſte ibi non diſcernuntur, per Synodum recte ibi congregatam iudicentur. Exprimitur etiam in. c. nullus & c. ſeq. & c. agatho. 63. diſt. ut laici principes electioni, aut promotioni Patriarchæ, Metropolitani, aut cuiuſlibet Epiſcopi, ſe non inſerant, ea canonica, & conſona Electione ad Eccleſiam reſeruata, ſub anathematis pœna, donec obediant: de quibus quidẽ electionibus, & ordinationibus, aliqua diximus ſupra. c. 1. §. 4. uerſi. 4. hoc lib. ſed in iure, u de dicta allegata per Specul. ſcilicet, 64. & 65. diſt. per totum, & 80. diſt. in qua habetur, quibus in locis Primates, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Præsbyteri, debeant ordinari: & ibi in
16 figuratione caſus c. 1. † ponitur Patriarcham ponendum in capitibus prouinciarum. c. prouinciæ. 90. diſt. Archiepiſcopum in ſingulis prouincijs. 6. q. 3. c. ſcitote. Epiſcopum in ciuitatibus: Præsbyterum per Caſtella, & Villas. c. Epiſcopi. dicta. 80. diſt. Prouinciæ autem appellatione, Diœceſim accipi, ſecundum ius Canonicum; in qua decem, uel undecim ſint ciuitates: quibus is qui dominatur, Rex dici poſsit, tradit Alciat. in l. notionem. ff. de uer. ſign. per d. c. ſcitote. Exprimiturq́; in c. 1. 100.
17 diſt. † neque Archiepiſcopum, neque Primatem, neque Patriarcham, poſſe Epiſcopos ordinare, ante pallium acceptum: quod infra tres menſes, & fidem ſuam exponendo, quilibet Metropolitanus ad ſuſcipiendum, ad apoſtolicam ſedem mittere debet, alias commiſſa ſibi careat dignitate, ut ibi. c. 2. ubi Card. & Card. Alex. abunde: ſed Ab. in. c. ad honorem. in fi. poſt Io. And. Hoſt. & Ant. But. docet conſuetudinem curiæ eſſe, ut electus poſt conſecrationem, non habeat petere pallium; ſed procurator capituli, uel unus canonicus nomine

Electi

Electi.proinde attenta tali conſuetudine,non noceret ipſi electo, ſi non peteret palliũ. quod etiam pallium,niſi exigentibus cauſarum meritis,& fortiter poſtulati,non dandum,habetur ibi in.cap.3. quodque ex more Papa tranſmittit, per quod uices Apoſtolicæ ſedis agere aliquem decernit. cap. pen.ea diſt. 100.ſed de effectibus, & uſu palij, la-
18 tius dicemus.c. ſeq. nume.5.& ſeq. † Exprimitur etiam in.c.theugualdum.11.q. 3. depoſitos fuiſſe primates,& Archiepiſcopos, qui communicauerant excommunicatis,& in alijs exceſsibus inuenti ſunt. An autem ex illis cauſis, ex quibus deponitur Pont.Max.ut ſupra hoc lib.c.1.§.2.q.fin.prædicti deponi poſsint: a fortiori uidetur argui poſſe: Exprimitur etiã in.c.fi.16.q.1.apoſtolicam auctoritatem, a iuriſdictione Archiepiſcopi, poſſe
19 epiſcopos eximere. † Eius potentiæ ẽt vr̃ eſſe Patriarcha Conſtantinopolitanus.& Alexãdrinus, ut hi deponere Epiſcopos ſuos poſsint, ſicut Papa. c.quia ſuſcepti.3.q.5.&.c. mos antiquos.65.diſt. & colligit Specul.in tit. de legat.§.nunc oſtendendum.uerſi.17.Patriarchæ etiam quatuor, de quibus in.c.antiqua de priuileg.poſſunt Archiepiſcopis ſibi ſobiectis,concedere pallium,ut inf. c. ſeq. num.7.dicemus. Non poſſe tamen primates, aut Patriarchas,deponere Epiſcopos ſuos, tenet Felin.in.c.non poteſt.col. 3.de re iud.& in.c.2.col. 1.de accuſat.ſed pronunciare deponendos, & remittere pronunciationem ſuam Papæ ut in d.c.2.
20 de quibus ibi per Abb. † Poſſunt etiam Patriarchæ iure ordinario,interdicere,glo.eſt in.c.ex literis.ubi not.Felin.in fi.colum.fi. de offic. deleg: Item poſſunt clericos delinquentes beneficijs priuare:& cogere eos,ut doceant de earum inſtitutione canonica,de quibus Bal.in conſ.478.in.4.uol.
21 † Hic etiam dicemus Patriarchas, inſtar Regum cenſendos,& Illuſtres eſſe,ut per doct. præſertim Iaſ.in.l.1.num.6.&.7.ff. de offic.eius:& alibi diximus,in tract. Duelli,in.3.parte.concl.77.& tradit Barb.in tract. de præſt,Card.q.9. nu.42.& inquit Specul. in Rationali diuinorũ.li.2. in proœm. column.4. Primates qui tribus Archiepiſcopis præeſſe habent, exprimere Regem,qui tribus Ducibus præeſt:& ibidem præmittit, Senatoriam, & Patritiorum dignitatẽ, manere in eccleſia, in quatuor Patriarchis,& in Eccleſia Romana.in Cardinalibus.c.conſtantinus.96.diſt.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus, princeps Epiſcoporum dicitur, vicem apoſtolicam tenens.*
Archiepiſcopus, & Metropolitanus, idem ſunt.
Archiepiſcopus decem, vel vndecim ciuitates, ſub ſe habet.
2 *Archiepiſcopus vnus tantum in prouincia eſſe debet, niſi aliter diſpenſatiue fiat.*
3 *Archiepiſcopus fundat intentionem ſuam, ſuper locis prouinciæ,non conſtitutis intra certam diœceſim.*
4 *Archiepiſcopus poteſt facere deferri ante ſe crucẽ, in prouincia ſua etiam per loca exempta, non extra eam, & num.12. nec ante pallium obtentum: nec vbi eſt Pont. vel eius legatus.*
5 *Pallium regulariter competit Archiepiſcopis; & alijs ſuperioribus.*
6 *Pallium in Pont.max.ſignificat plenitudinem poteſtatis, quo ſemper vtitur tantum.*
7 *Pallium regulariter Pontifex concedit, & tranſmittit: quod & quatuor Patriarchæ principales concedunt: & non niſi poſtulanti, & merito. nume.10.*
8 *Archiepiſcopus in receptione pallij iurat: & de forma iuramenti, etiam epiſcoporum exemptorum.*
9 *Pallium Archiepiſcopi.4.cruces habet: & de eorum ſenſu, & colore.*
10 *Pallium in Patriarcha, & Archiepiſcopo, deſignat ſpiritualem dignitatem, & alia.*
11 *Pallium eſt perſonale; ita vt in morte, alicui relinqui non poſſit: item & locale.*
12 *Pallij tradendi forma: & quibus diebus eo vti liceat.*
13 *Pallij auctoritas magna: ita vt multa ſine eo, expediri non poſſint.*
14 *Archiepiſcopi electio ad quos ſpectet, & confirmatio, & conſecratio.*
Archiepiſcopo ſpectat, confirmatio, & conſecratio, ſui ſuffraganei.
15 *Archiepiſcopus ante conſecrationem, non poteſt ea quæ ſunt ordinis, & conſecrationis, nec poſt eam, ante pallium aſſumptum: ſed an hæc committere, ibi.*
16 *Archiepiſcopus, delegat regulariter conſecrationem, & ea quæ ſunt ordinis.*
Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, licet confirmatus, ante conſecrationem, eo nomine non appellatur: ſed electus.
17 *Archiepiſcopus habet iuriſdictionem Epiſcopalem in diœceſi ſua: archiepiſcopalem in prouincia, & in ſuos ſuffraganeos. amplia, num.18. octo modis, & limita.4.modis nu.20.*
18 *Archiepiſcopus an ſit iudex ſuffraganeorum ſuorum, tantum in caſibus expreſſis.*
19 *Archiepiſcopus non punit, nec ius dicit in Epiſcopum, vbi de depoſitione, priuatione dignitatis, & tranſlatione agitur: nec petendo ſubſidium charitatiuum.*
20 *Archiepiſcopus, vel eius conciliũ, vbi nõ poteſt negocia expedire, quia magna: referuntur ad Patriarcham: vel Pontificem.*
Concilium prouinciale, de quibus cauſis poſſit cognoſcere.
21 *Archiepiſcopus regulariter non habet iuriſdictionem, in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum nec concurrit cum eis: niſi in caſibus in iure expreſſis: qui 34. numerantur.*
22 *Viſitatio prouinciæ, quomodo fiat per Archiepiſcopum.*
23 *Archiepiſcopus poteſt in diœceſi ſua ea, quæ poteſt epiſcopus in propria: & illud poteſt Patriarcha in ſua*

ſua, quod poteſt Archiepiſcopus in propria.
Patriarcha non poteſt in ſubditos Archiepiſcoporum, ſicut non poteſt Archiepiſcopus, in ſubditos ſuffraganeorum.
24 *Archiepiſcopus inter Spectabiles reponitur; licet ſecundum aliquos inter Illuſtres, quod vrgere videtur.*
Epiſcopus, proprie ſpectabilis eſt.
25 *Archiepiſcopus comprahenditur Epiſcopi appellatione, etiam in materia pœnali.*
26 *Archiepiſcopi, primatibus ſuis obedire tenentur.*
27 *Archiepiſcopi ſemel in anno, concilium prouinciale conuocare tenentur: niſi in caſibus.*
Concilium prouinciale, quæ tractanda recipiat.
28 *Archiepiſcopus debet ſtatuere perſonas idoneas per prouinciam: inueſtigantes, & referētes transgreſſores.*
29 *Archiepiſcopus volens viſitare prouinciam, quid ex ordine tenetur obſeruare.*
30 *Archiepiſcopus delinquens in epiſcopatu ſui ſuffraganei, non poteſt ab eo puniri, ſed Patriarcha.*
Inferior non iudicat ſuperiorem regulariter.
31 *Maior delinquens in loco minoris, poteſt ibi puniri, quando non præeſt illi.*
32 *Archiepiſcopus debet uitare excommunicatos ſuffraganei, & eius ſententiam obſeruare.*
33 *Archiepiſcopus aliquando ſubeſt epiſcopo. ibi aliqua exempla.*

LIB. II. CAP. IIII. DE ARCHIEPISCOPO.

ARchiepiſcopi imago quarta in ordine expreſſa erat, eodem ornatu corporis pariter induta, quo & Patriarcham depictum, in præcedenti capite, in principio poſuimus: Quorum uerborum in pluribus notas, & ſignificatum, cum in ſequenti capite, de Epiſcopo, explicare aptius mihi uideri poſsit, (Munus enim & ordo, idem fere uidetur utriuſque eſſe: licet quandoque exercitium, & poteſtas diuerſa ſit) Ideo hic ea tantum, quæ ad Archiepiſcopum pertineant, annotabimus.

§. I.

ARchiepiſcopus itaque, græco uo-
1 cabulo † ſummus epiſcoporum
interpretatur, ideſt Primas, &
Principes Epiſcoporum, qui te-
net uicem apoſtolicam, & præ-
ſidet tam metropolitanis, quam
cœteris Epiſcopis. c. cleros. 21. diſt. Archiepiſco-
pus tamen, & Metropolitanus idem ſunt. c. paſto-
ralis. de offic. ord. quicquid aliter exprimi uideat
in d. c. cleros, ut ibi declarat Card. Alexan. circa fi.
idem tenet Ioan. Fran. Pauinus in tract. de offic. &
poteſ. cap. ſed. uacan. prælud. 6. num. 14. poſt Spe
cul. Metropolitanus pariter a menſura ciuitatum
dictus eſt d. c. cleros. ubi glo. declarat hoc ideo
eſſe, quia decem, uel undecim ciuitates, ſub ſe ha-
beat. c. ſcitote. 6. q. 3. & per Abb. in d. c. paſtoralis
2 nu. 2. † unus tm̄ debet eſſe in ea prouincia, licet di-
ſpenſatiue aliter contingere poſsit. c. cum cauſa
de offic. deleg. ubi Decius in. 1. nor. qui infert ad
Regem: Sic epiſcopi appellatione, ut dicemus inf.
num. 25. Archiepiſcopus continetur, & Archie-
piſcopi appellatione continetur Patriarcha; & il-
lum loco Archiflaminis inductum diximus. c. præ-
ced. nu. 2. & 3. ubi etiam num. 8. explicauimus Ar-
chiepiſcopos eſſe ordinarios Epiſcoporū, & Suf-
fraganeos Patriarcharum d. c. paſtoralis. & glo. eſt
in. c. ſicut. de exceſ. prælat. & ideo Card. Flor. in
cle. 1. §. 1. q. 1. de ſup. neg. præl. tradit Archiepiſco
pum diœceſanum, in diœceſi ſua, nō in prouincia:
& idem in cle. 2. §. 1. de priuileg. eum Archiepiſco
pum ponit eſſe in prouincia, Epiſcopum uero in
diœceſi ſua: Et hic etiam conuenire poteſt, illud
quod notandū ponit Ab. in. c. 1. in fi. de relig. do-
3 mi. † ut Archiepiſcopus etiam fundet intentio-
ne ſuam, ſuper locis prouinciæ, non conſtitutis in-
fra certam diœceſim.

Crucem ſimili modo, & Pallium, attributum
Archiepiſcopo, ſicuti Patriarchæ, eadem ratione,
qua diximus in. cap. præcedenti num. 7. ſubnotare
4 poſſumus † Declara tamen, ut Archiepiſcopus in
prouincia ſua, poſsit ante ſe, facere Crucem defer-
ri, etiam per loca exempta. cle. Archiepiſcopo. de
priuileg. ubi not. doct. præcipue Card. extra au-
tem prouinciam ſuam, non poſsit. cap. 1. ubi not.
Ab. ut lite. pend. Declara etiam, ut metropolita-
nus non ualeat, ante ſe Crucem deferre, ante pal-
lium obtentum, ut cōcludit Card. Alex. in. c. quo-
niam col. 2. 100. diſt. Rurſus declarat, ut non poſ-
ſit, quando præſens eſt Pontifex, uel eius legatus.
ut ſupra. c. præced. nu. 9. Verum cum de pallio Ar-
chiepiſcopis conceſſo, uerba facturi ſimus, de au-
ctoritate, & uſu pallij, & eius effectibus, qui conſi-
derantur aliquando in Pontifice, aliquando in Pa-
triarcha, aliquando in Archiepiſcopo, aliquando
in epiſcopo ſaltē ex ſpeciali priuilegio, ea quæ ſeſe
5 offerunt, hic ſubijciamus. † Atque illud inprimis,
ut Pallium, poſt Pontificem, competat Archiepi-
ſcopis, & ſuperioribus ſecundum Ab. in rub. de
auct. & uſu pal. num. 2. & Specul. in Rationali diui
norum, lib. 3. in rub. de Pallio. in prin. qui Pallium
Patriarcharum, Primatum, & Metropolitanorum,
proprium eſſe ait, ut per illud a cœteris Epiſcopis,
diſcernantur, quod priuilegiatam obtinent digni-
6 tatem. Inſuper dicamus, † Pallium in Pontifice
Max. ſignificare plenitudinem poteſtatis: cum eo
ipſe in miſſarum ſolennijs, & ubique utatur: Alij
autem nec ſemper, nec ubique, ſed in Eccleſia ſua,
in qua iuriſdictionem Eccleſiaſticam acceperunt,
non in proceſsionibus, certis debent uti diebus: ea
ratione, quia uocati ſunt in partem ſolicitudinis,
non autem in plenitudinem poteſtatis. c. niſi. &.
c. ad honorem. ubi Ab. de auct. & uſu pal. & Card.
Alex. in d. c. quoniam. col. 2. & diximus lib. 1. c. 1.
§. 1. uerſic. Purpureo: & hoc lib. 2. c. 1. §. 1. uerſic.
7 Pallium † ſic ad Pontificem pertinet regulariter,
Pallium concedere, & tranſmittere, ſecundum
Ab.

Abb.in d.rub.nu.3.per.c.niſi ad honorem,eo.tit. & Card.Flor. & Card. Alex.in.ca.quoniam diſt. 100.licet Patriarchæ,de quibus in.cap.antiqua,de priuileg. illud concedere Archiepiſcopis ſibi ſubiectis poſsint. Poteſtque per Pontificem iſtud Pallium mitti Archiepiſcopo electo,per nuncium
8 c.ſignificaſti.ubi Abb. in.1.not.de elect. † Is autArchieepiſcopus in receptione eius Pallij , iurat fidem catbolicam profiteri :ſtatuta ſedis Apoſtolicæ , & conciliorum principalium , obſeruare. c. nouit .&.c.optatũ.100.diſt.ubi Card.Alex. & in c.quoniam ea.diſt.col.3.& aliqua alia adduntur in.c.ego enim, de iureiur.ubi ſeptem capitula enumerantur,in quibus iurant Epiſcopi, & Archiepi-
* ſcopi Papæ,ſi tamen ſunt * exempti,in hæc uerba: Ero fidelis S. Petro. Sanctęque Rom. Eecleſiæ, Dominoq; meo Papæ.P.& eius ſucceſſoribus,canonice intrantibus: Non ero neque in conſilio, neque in facto , ut uitam perdat , aut membrum; uel capiatur mala captione : Conſilium quod mihi,aut per ſe,aut per literas, aut per nuncium manifeſtabit, nulli pandam : Papatum Ro. Eccleſiæ & regulas S. Patrum adiutor ero ad defendendum,& retinendum,ſaluo ordine meo,contra omnes homines: Vocatus ad Synodum ueniam , niſi canonice prępeditus fuero: Legatum Apoſtolicæ ſedis,quem certum eſſe cognouero, in eundo, & redeundo,honorifice tractabo,& in ſuis neceſſitatibus adiuuabo: Limina Apoſtolorum, ſingulis annis,aut per me,aut per certum nuncium, uiſitabo,niſi eorũ abſoluar licẽtia : ſic me Deus adiuuet, & hæc.S. Dei Euangelia. Vbi autem Epiſcopi , non ſubſunt immediate Papæ , iurant Archiepiſcopis ſuis, ut ibi declarant Ab. & Felin.
9 † Sicut Pallium Pontificis habere multas Cruces diximus , dicto uerſic. Pallium , ita & hic dicamus, Pallium Archiepiſcopi habere quatuor cruces nigras: ſcilicet primam in pectore , ſecundam ſuper brachio ſiniſtro, tertiam retro , quartam ſuper brachio dextro. In tribus,quarum ſcilicet in anteriori cruce,in pectore exiſtenti, Spinula gemata affigitur , alia in cruce ſiniſtri humeri, alia in cruce poſteriori , ut obſeruatur in Pontificali.in rub.de miſſa Pontific. fo.221. Hæ uero cruces,ſunt eius ſignificatus , ut aliqui ſentiunt , ut mortificationem uitiorum, quæ debet eſſe in palliato , oſtendant, ut cum Apoſtolo ad Galat.cap.ult. dicatur , mundus mihi Crucifixus eſt & ego mundo. Alij uero , quattuor affectiones carnales ſignificari , tradunt: ſcilicet Gaudium, Dolorem , ſpem , & Timorem : Alij quatuor uirtutes Cardinales denotari , ponunt: uidelicet Juſtitiam,Fortitudinem,Prudẽtiam,& Temperantiam,ut hæc omnia latius explicat,& declarat Ab. in d. rub. de maior. & obed. ſubdens Pallium eſſe albi , ſeu pallidi coloris , forma rotunda, & circulari, quod ſuper planetam ponitur. Sed copioſius declarat Cardin. Alexan. in d. cap. quoniam. colum.1.Qui tamen has quatuor cruces , purpureas ſignificat, non nigras: & e lana candida , Pallium contextum oſtendit, & hęc omnia myſterijs moralibus , imbuta , & diuinis grauida ſacris , & in his refert Alex. de Alex. in.4. & Gul. Duranti : qui idem eſt Specul. in Rationali diuinorum libr. 3. in rub. de pallio, præmittens ea quæ exterius geruntur , in miniſtris Eccleſiæ , eſſe ſigna interioris poteſta-
10 tis , & propterea inquit , † Pallium in Patriarcha , & Archiepiſcopo , ultra alios prælatos & Epiſcopos , deſignare ſpiritualem honorem , & dignitatem. cap. priſca.ea diſt. 100. & tanquam torquem aureum traditum, quem legitime certantes accipere conſueuerint de corpore . S. Petri , quia benedicitur , & conſecratur , ſuper altari B. Petri. cap. ſignificaſti. cum glo. de electione. quodque ſignificat diſciplinam , qua ſe ipſos , ad exemplum ſubditorum , & etiam ipſos ſubditos , regere & conſtringere debent. Huiuſcemodi tamen Pallium , non niſi exigentibus cauſarum meritis , & fortiter poſtulanti , non dandum : quodque Pontifex , ex more trãſmittat , ut uices Apoſtolicæ ſedis , agere aliquem decernat , quodque infra tres menſes , quilibet Metropolitanus , electus , confirmatus , & conſecratus : ad ſuſcipiendum , ad Apoſtolicam ſedem mittere debet : alias conceſſa ſibi careat dignitate , niſi conſuetudo curiæ aliter obſeruet, ſcripſimus : in. cap. præcedenti num. 17. & plene ponit Cardin. Alexan. in d. cap. quoniam.ex
11 eo tex. & glo. colum. 3. † ubi & pallium perſonale eſſe aſſerit: quod accommodari non poteſt alicui , nec in morte , alicui relinqui : ſed Archiepiſcopus cum eo ſepeliri debet. cap. ad hoc de auct. & uſu pal. Item , & Pallium locale eſſe dicit; quia ſi Archiepiſcopus transferatur, palliũ remanebit in primo loco : & uterque Archiepiſcopus, nouum Pallium impetrabit .cap. bonæ. 2. de poſt.prælat.ubi Abb.Item ſubdit Cardin.Alexan.ibi , pro pallio aliquid non eſſe dandum , nec recipiendum, nec promittendum.dict. cap. nouit. Atque etiam ponit Card. ibi , cum pallio ſemper dandum nouum priuilegium : uel antiquum renouari . cap. rationis. d.100. diſt.
12 † Poſtremo Card. ſubijcit formam tradendi Pallium : de qua habetur in gloſſ.dict. cap. ad honorem,de auct.& uſu pal.quæ illa eſt: Ad honorẽ Dei omnipotentis , & Beatæ Mariæ Virginis , & Beatorum Apoſtolorum , Petri , & Pauli : & Domini noſtri Papæ. P. & Eccleſiæ Rom. & Eccleſiæ talis,tibi commiſſæ, tradimus tibi pallium, de corpore: B. Petri ſumptum , in plenitudinem Põtificalis dignitatis,ut utaris eo intra Eccleſiam tuam, certis diebus , qui exprimuntur in priuilegijs,tuæ Eccleſiæ conceſsis,a Ro.Eccleſia, c.ſi.ea diſtin.100. Dies autem ſunt hi : Natiuitas Domini : Feſtiuitas .S. Stephani : & . S. Ioannis : cum circumciſione , & Epiphania : in ramis Palmarum ; in cœna Domini , in Octaua Paſcæ Penthecoſtes : in Natiuitate . S. Ioannis Baptiſtę : & omnium Apoſtolorum ; in dedicationibus

cationibus Eccleſiarum, in principalibus feſtiuitatibus Eccleſiæ ſuæ: in ordinationibus clericorum: & in conſecratione Epiſcoporum; & in die anniuerſarij conſecrationis ſuæ, ſiue Eccleſiæ. Sicut autem pallio non utitur Archiepiſcopus, Primas, uel Patriarcha, niſi certis diebus ut ſupra: ſic non extra prouinciam ſuam, ſed intra eam uti debet. cap. pallium tibi. &.c. contra morem. diſt. 100. & tradit Cardin. Flor. in clem. 2. de priuileg. in prin. & Card. Alexand. in dict. c. quoniam, col. 2. in fi. qui illud plus addit, vt contraria conſuetudo, allegari non poſsit, quæ dicenda potius eſſet corruptela: Declarat tamen niſi adſit ſpecialis indulgentia Papæ: & tunc accedente conſenſu diœceſani. c. ex tuarum. de auct. & uſ. pal. † Supereſt ſubnotare, quam magna ſit auctoritas Pallij: quæ cum ex aliquibus præmiſſorum arguatur: tamen ex dictis, & collectis per Cardin. Alexand. in dict. c. quoniam. colum. 2. Elici poteſt: ut ſcilicet Archiepiſcopus, ante id obtentum, non poſsit Epiſcopos conſecrare: nec Synodum, aut concilium congregare, vel conuocare, nec chriſma conficere: nec Eccleſias dedicare, nec clericos ordinare: nec ſortiatur nomen Archiepiſcopi, vel Primatis: quamuis ſit conſecratus ibi, uel alibi. c. quod ſicut. ubi Abb. de elect. etiam ſi pallium in alio Archiepiſcopatu habuiſſet. c. niſi de aut. & uſ. pal. quia oportet petere nouum pallium. dict. c. bonæ. 1. in fi. de poſt. prælat. poteſt tamen quando vult, miſſam ſine pallio, & ſandalijs celebrare, dict. c. ex tuarū: poteſt etiam huiuſcemodi conſecrationes, ante pallium alteri committere: dum tamen non ſit in mora petendi Pallium: ſ. poſt tres menſes. c. quā le des. de offi. ordi. Item ante obtentū palliū a Papa nō pōt Pallium ſuis ſuffraganeis dare: quia nemo dat, qđ non hēt. c. antiqua. de priuileg. pmiſſa oīa colliguntur, etiam in Pontificali, in obſeruantiam pallij concedendi, in tit. de pallio. Quis autem negligentiam Archiepiſcopi ſuppleat: quiſque eum negligentem, circa Palij petitionem, monstrat, uide per glo. & Card. Alexan. in dict. c. quoniam. column. fi. Ex præmiſsis itaque, ex qbus aſſumpto Pallio poteſtas Pontificia Archiepiſcopis tradita oſtenditur: magis in ſpecie, multa explicare poſſumus: mox & munus eorum, in pluribus ſubnotando. Sed prius tamen de electione, & confirmatione, & conſecratione ipſorū, ut in alijs capitibus ſupra obſeruauimus, decet ea quæ occurunt, commemorare: de quibus aliqua ſcripſimus ſupra hoc lib. c. 1. §. quarto, uerſi. 4. tunc ius commune, ſiue reg. Cancellariæ conſiderandæ

14 ſint. † quibus in ſpecie adde electionem metropolitani, de iure ſpectare ad capitulum, ut not. Cardin. Alexand. in. c. Valentinianus. &. c. quia igitur. 63. diſt. niſi conſuetudo ad ſuffraganeos id negocium deuoluat, ut ibi per eum: & faciunt dicta in eo uerſ. 4. nume. 4. Conſecratio uero regulariter, ad ſuos ſuffraganeos, ad metropolitanam Eccleſiam conuenientes, pertinet. gloſſ. 1. eſt in. c. qui in aliquo. 52. diſtinct. &. c. fi. 100. diſt. per. c. quanto. 63. diſt. & eſt tex. etiam in. c. Archiepiſcopus. 66. diſt. quem not. Card. Alex. & in. c. ſi Archiepiſcopus. de temp. ord. ubi Abb. glo. tamen in dict. c. fi. dicit Papam hodie uelle, quod ab eo petatur confirmatio, cum Pallio: per cap. quod ſicut. de elect. Et econuerſo, conſecratio ſui ſuffraganei, ad Archiepiſcopum pertinet, conſulto tamen primate ſuo, ſiue Patriarcha: in confirmatione tamen non conſulitur Patriarcha, ſecundum glo. in. c. Epiſcopus. 65. diſt. & per Cardin. Alexand. in. c. placet. inibi, per illum tex. & de tali conſecratione, & confirmatione, quod pertineat ad Archiepiſcopum, etiam habetur in. c. non debet. diſtin. 65. &. cap. epiſcopi. 64. diſt. quæ confirmatio, uſque adeo ad ipſum Archiepiſcopum pertinet, ut electus, & confirmatus, licet non conſecratus, eam conferre poſsit in ſuos ſuffraganeos, ut in. c. 1. cum gloſſ. ubi Abb. nume. 9. de tranſl. Epiſco. qui etiam regulariter poſſe exercere iuriſdictionē ait: ſaluo, niſi cauſa eſſet ardua, vel criminalis, tendens ad depoſitionem: quæ eſſet reſeruanda poſt conſecrationem, & Palij ſuſceptionem. c.

15 tranſmiſſam. &. c. ſicut de elect. † Non poſſe tamen ea quæ ſunt ordinis, ſeu conſecrationis: puta conſecrare Eccleſias, vel virgines, vel conſecrare epiſcopos, uel conferre ordines, ſaltem ſacros, ſubdit inibi Ab. ut & per Corn. conſi. 117. nume. 8. volum. 1. & illud plus addit Abb. vt hæc etiam non poſsit, poſt conſecrationem, ante pallium receptum, quod eis datur poſt conſecrationem: quodque tantum eis datur, non Epiſcopis, licet Epiſcopi conſecrati poſsint ea quæ ſunt ordinis. Declarat tamen idem Abb. ibi numero decimo, prædicta, ut Archiepiſcopus electus, & confirmatus, poſsit, non tamen ex ſe, committere ea, quæ ſunt ordinis, alteri habenti poteſtatem exercendi: exemplificando, ut poſsit committere epiſcopo uni, quod clericum ſuum ordinet ad ſacros ordines, & alijs epiſcopis, ut epiſcopum ſuum ſuffraganeum, conſecrent. c. ſuffraganeis.

16 de elect. † Alias tamen Archiepiſcopus, regulariter delegat in alium Epiſcopum conſecrationem, & ea quæ ſunt ordinis, vt concludunt communiter* doct. in. c. quod ſedem, ubi tamen Alciat. column. 1. & ſeq. contrarium tenet de offic. ordin. Notat etiam Abb. in dict. c. 1. in Archiepiſcopum, vel epiſcopum electum, licet confirmatum, ante conſecrationem, eo nomine non appellari, ſed ſolum electum, ut & per Bertachin. in tract. de Epiſcop. lib. 3. in, 4. parte ſecundæ princip. nume. 1. In præmiſsis tamen notandum eſt, quod ex quo ad ſedem Apoſtolicam, pleno etiam iure, pertinent hodie prouiſiones Eccleſiarum Cathedralium, ſiue Metropolitanarum, ac Patriarchalium, ut diximus ſupra hoc lib. c. 1. §. 4. uerſi. 4. numero 7. ſeruandum eſſe modum, in conſecratione, ſecundum ritū quem ſeruat Ro. eccleſia, ſertino quodam ſcrutinio omiſſo: ut nos inſtruit liber Pontificalis. in tit. de conſecrat. electi in epiſcopum. column. 1. & ſecunda, & per

totũ, qui ibi ſubdit, neminem conſecrandum, niſi prius conſtet conſecratori, de commiſsione conſecrandi per literas Apoſtolicas extra curiam: in ipſa curia, per mandatum cameræ Apoſtolicæ: uel ꝑ commiſsionem uiuę vocis oraculo. Deſcendendo poſt hæc, ad ea quæ Archiepiſcopus poteſt, poſtq̄ electus, confirmatus, & conſecratus eſt, & aſſumpſit Pallium, ſiue ad iuriſdictionem contentioſam,
17 ſiue volũtariam pertineant: † Dicamus in primis, Hunc habere iuriſdictionem Epiſcopalem, in ſua diœceſi: mox liceat inter alia repetere dicta ſupra in prin. huius.c.&.c.præced.num.8.ſcilicet archiepiſcopum eſſe ordinarium ſuorum epiſcoporum, ſeu ſuffraganeorum: qui in eos habet archiepiſcopalem iuriſdictionem, in prouincia; nam eidẽ ſunt ſubiecti lege metropolitana, id eſt, ut metropolitano, d.c.Paſtoralis.vbi Abb.not.&.c.ſcitote.6.q.3. ubi Archid.& per Bettachin.in tracta.de Epiſcop. in prælud.numero 13.& cum regulariter ſecundũ Ab.hoc dictum procedat, & conueniant declarationes infra dicendę: mirandum eſt de eo, quod reſumit Felin.in d.c.paſtoralis.in fi.ex mente Ioan. And.in.c. nullus.de iure patr.qui inquit Metropolitanum, non eſſe iudicem epiſcopi: niſi in caſibus notatis in d. c. paſtoralis. ſicut ſe non impedit de ſubditis ſuffraganeorum, niſi quantum iure expreſſum eſt: quia in materia Epiſcoporum, metropolitanis intelligitur prohibitum, quicquid expreſſe non inuenitur conceſſum: Verum hæc opin. mihi non videtur tuta: cum uerba dict. c. paſtoralis. in
18 fi. ſint generalia: & ideo contrarium dictum. † in ciuilibus ampliat ibidem Abb. procedere, etiam ſi ſubditus epiſcopi conueniat epiſcopum: quem debet conuenire coram archiepiſcopo: ſed tamen epiſcopus non conuenit ſubditum ſuum, coram archiepiſcopo, quia is non eſt iudex ludicii, nec epiſcopus debet eſſe iudex in cauſa propria: ſed debent eligi arbitri, auctoritate iuris.c. ſi clericus aduerſus.x 1. quæſtio.1. Amplia iterum, ut etiam ſolus archiepiſcopus, poſſit cognoſcere de cauſa epiſcopi ſui ciuili, ut tenet gloſa in.cap.ſaluo. 9. q. 3.& in.c.ſi clericus.1 1.quæſtio.1.&.c.venerabilibus. §. ſed ſi excommunicatus. de ſenten. excom. in. 6. quem allegat Card. Alexand. in. c.quorundam. 34.diſt.contra glo.ibi aliter ſentientem: uel cum epiſcopis, & ſuffraganeis, connocato concilio, cognoſcat, & non recte: ſed eam loqui tradit ſecundum tempora, quibus cauſæ omnes, etiam Epiſcoporum, tractabantur in ſynodis, uel in cauſa criminali. Amplia etiam tertio loco, ut Archiepiſcopus poſſit cõmittere cauſam appellationis ad eum deuolutam in propria ciuitate, uel diœceſi, aut in eis, in quibus appellatum extitit, & cauſæ ipſe conſiſtere dinoſcuntur.c.ut litigantes.de offi. ord.in.6.non alibi tamen, niſi conſuetudo aliter ſe habeat: Verum hoc etiam poterit, ubi adſit conſenſus partium, etiam tacitus: & conſenſus licet tacitus etiam, illius ſuffraganei eius loci, in quo cauſa auditur, & tenet Ioan.And.Archid.& Philip. Franc.ibi in fi. & iuxta prædicta inquit Abba. in dict.c. paſtoralis, numero quarto, cauſam appellationis, de iure Canonico delegari: quia omnia ſunt delegabilia. Amplia quarto, ut Archiepiſcopus poſsit ſe intromittere, & eligere Epiſcopum, ſuffraganeum ſuum, altero defuncto, & etiam Abbatem, ubi intra tres menſes non eligatur, de conſilio capituli, & aliorum prudentum, ab habentibus poteſtatem eligendi, iuſto impedimento ceſſante: quod ſi & ipſe Archiepiſcopus, ultra alios tres menſes, facere diſtulerit, non carebit ultione canonica.c.ne pro defectu.de elect. ubi Ab. & Doct.idq; generaliter eſt, in oĩbus prælatis. Amplia quinto, ut Archiepiſcopus poſsit aſsignare terminum epiſcopo, ut conſtituat ſibi uicarium, uel officialem: quo elapſo ipſe prouidebit, ut dicemus inf.in.23.caſu.ſub nume.22. Amplia ſexto, ut Archiepiſcopus poſsit mittere edictum per totam ſuam prouinciam, in caſibus pertinentibus ad ſuã iuriſdictionem, ut not.Philip.in.c.1.num.1.de ſupplen.neg.præla.in.6. Amplia ſeptimo, ut poſsit cõuocare epiſcopos, & alios Prælatos Prouinciæ, ad concilium, per literas ſuas: & ſufficiat vna citatio, ſecundum tex. in.c.1.ubi not.Philip.Franc. de pœnis. & eſt text. in.c.ſi epiſcopus.18.diſtin. Amplia quoque octauo loco, ut Archiepiſcopus poſsit cognoſcere de crimine ſui epiſcopi ſuffraganei, & eum punire.c.de his.ubi Cardin.Alexand.12.diſt. c.quia cognouimus.1 0.quæſtio.3.& not.Abb. in dict.c.Paſtoralis, nume.2.& in.c.2.nume.3.de accuſation. poſt Ioan. And.in.c. ut litigantes. de offic. ord. in. 6. adeo ut poſsit eum ſuſpendere, & excommunicare, ſecundum Philip. Franc. in. c.ſi. in fi.de exception. Hocque extende etiam ad officiales ipſorum ſuffraganeorum, quando delinquunt, ut officiales, ut tradit Abb. in.c.in tantum. de Symon.& not.idem Franc.in.c.1.de offic. vic. in.6. Quomodo autem formabitur libellus contra Epiſcopum nolentem obedire, uide Specul. in tit.
19 de maior.& obed.uerſi. Archiepiſcopus. † limita tamen hoc dictum, ut archiepiſcopus non poſsit punire dictos ſuffraganeos ſuos, ſi crimen expoſcit depoſitionem, priuationem dignitatis, aut tranſlationem: quia tunc cum conſilio ſuorum epiſcoporum tantum, poteſt audire: diffinire autem ſolus Papa illud poteſt, vt not. Abb. in dict. c. 2. de accuſat.per.c.accuſatus. &. c. quamuis. 3. quæſtio.quinta, & habetur in. c. inter corporalia. de tranſlat.prælat.& dixi alibi. Vbi autem crimen etiam ſit magnum: ſed non requirat depoſitionem, poſſe Archiepiſcopum, etiam ſolum, cognoſcere, docet, per prædicta iura, & Philip.
20 Franc. in dict.cap. ut litigantes. † Prædicta nempe eam primum uidentur recipere declarationem, ut ſi cauſæ, & negocia magna, non poſsint per Archiepiſcopum, uel eius concilium prouinciale conuocandum, etiam ſine auctoritate ſui Primatis, commode expediri, ſint referenda ex toto inſtructa, ad eum Primatem ſuum: & mox ad Papam.c.ſi inter epiſcopos.6.quæſt. 4.c. de concilijs. ubi Cardin. Alexand.18.diſtinct.qui

ibi

ib. ſubdi., tale concilium poſſe cognoſcere de omnibus cauſis ciuilibus, nedum per appellationem, ſed ẽt per ſimplicem quęrelam: quodq; tñ non teneatur de criminali reſpõdere, niſi ad hoc præceſſerit citatio:& in citatione ſint expreſſa oĩa, ſuper quibus accuſatio proponitur: immo in nõ expreſſis, non ſolũ in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus vocati, ius habent reuocandi domum. Quodque concilium cognoſcat,& examinet delicta, non ſolum ſuffraganeorum, ſed etiam ſubditorum ſuorum, tenet Philip. Franc. in.c.fi. de cenſibus. in. 6. Secundo loco declara, ut ſolus Papa eximere valeat ſuffraganeum, a iuriſdictione archiepiſcopi.c. fin. noſter. 16. quæſtio. 1. ſicque hoc non licet Archiepiſcopo. Tertio declaratur,& limitatur primũ dictum, vt Archiepiſcopus non poſsit petere charitatiuum ſubſidium a ſuffraganeis ſuis, neque ab eorum ſubditis, vt colligit Felin. in d.c. Paſtoralis. circa fi. auctoritate Bart. Brix. in uer. metropolitanus: poſt Innocen. in.c.cum Apoſtolus. de cenſib. Quarto declara, & limita, ut Archiepiſcopus non poſsit exercere ea, quæ ſunt contentioſæ iuriſdictionis, in locis exemptis:ut examinare, reſignare, ſedere pro tribunali, & ſimilia: niſi cum conſenſu, & niſi inuitetur per eos, ad quos loca exempta pertinent, ut per docto. in d.c. paſtoralis.& alibi, ut ſupra,& per Card. in cle. ſecunda. in. 1. op. de priuileg. qui hæc per illum tex. declarat, ut etiam vbiq; in prouincia hoſpitari:& in Pontificalibus, per loca exempta, poſsit celebrare: per ſe tamen, ubi etiã colligitur, poſſe facere ante ſe crucem deferri: benedicere populum: diuina officia priuatim, uel publice audire,& facere in ſua præſentia, ſine Pontificalibus celebrare: ſine præiudicio tamen exemptorũ, ut & Epiſcopo conceditur. Declaratur, & limitatur quinto loco principalis concluſio, hic aſſumpta, vt licet archiepiſcopus habeat iuriſdi-
21 ctionem in epiſcopos,& ſuffraganeos ſuos: † eam tamen regulariter habeat in eorum ſubditos: nec concurrat cum epiſcopis eorum: niſi in caſibus in iure expreſsis.c.conqueſtus. cum glo. 9. quęſtio. 3. & ſic nõ habet locum regula, ſi uinco vincentem te, multo magis uinco te, ut not. Abb. in d.c. Paſtoralis. de offic. ord. nume. 2.& ibidem Felin. col. 5. in dict.c. in tantum. poſt Abba.& per Philip. Fran. in.c. 1. de pœnis.& in.c. primo. de pœnit.& remiſ. Sicque non poteſt ordinare, minusque iudicare,& ſimilia peragere: quæ procedunt etiam in Primate. c. nullus. 9. quæſtio. 2. Item nec ad ſe aduocare cauſam ordinarij. c. ut noſtrum. ubi idem Franc. not. nume. 10. de appellation. Nec unire eccleſias, aut beneficia, vt per Ioan. Baptiſ. Caccialup. in tract. de vnionibus. art. 3. num. 16. Porro caſus in iure expreſsi, enumerantur in glo. dict. c. paſtoralis. in uer. exceptis. cui ſimilis eſt glo. ſecundũ Ab. ibi in.c. in ſumma. 9. quæſtio. 3. Primus autem caſus eſt, quando ſubditi deuiant in diuinis officijs, à conſuetudine metropolitanæ eccleſiæ. c. de his. 12. diſt. Secundus ſi ſubditi delinquant in diœceſi ipſius archiepiſcopi. c. placuit. 6. q. 3. Tertius, ſi quis habeat prædium, in eius diœceſi. c. fi. de foro compet. qui caſus ſecundum glo. pertinet etiam ad quemcunque alium. Quartus, ſi cauſæ ad archiepiſcopum, per appellationem deuoluantur. c. 1. de offic. leg. cum concord. quod amplia etiam ſi appellatio videatur remota. c. licet. de offic. ord. amplia etiam, vt hoc procedat in iure ſpeciali, ut puta in temporali iuriſdictione, in qua ſit iudex appellationis. c. Romana. §. debet. de appellat. Quintus, quando quis excommunicatus ab epiſcopo, ad eum abſoluendum remiſſus, non abſoluitur:
* quem ipſe archiepiſcopus abſoluit:& etiã * iuſſum epiſcopo competenter ſatisfacere: quia excommunicatio iniuſta non ſit, id contemnentem; appellatione remota, in excommunicationem reducat. c. ad reprimendam. de offic. ord. & hæc declarata ſunt etiam per gloſſ. in. c. ſi epiſcopus forte. 11. q. 3. Sextus, quando criminalis eſt cauſa inter Epiſcopum,& clericum ſuum: quia eſt deducenda ad ſynodum, cui præeſt Archiepiſcopus. cap. 1. 6. q. 2. Septimus, ſi clericus etiam habeat cauſam ciuilem, contra ſuum Epiſcopum. c. ſi clericus. 11. quæſt. 1. ſi autem epiſcopus habeat contra clericum, coram arbitris terminabitur, vt ibi, & tactum eſt ſupra, numero 18. & hic notandum eſt, archiepiſcopum eſſe adeundum per ſimplicem quærelam: quando quis conqueritur de epiſcopo, uel eius officiali, ut per Card. in cle. 2. §. 1. de priuileg. per. c. uenerabilibus. §. ſed ſi, de ſenten. excomm. Octauus eſt, quãdo Canonici abſque manifeſta, & rationabili cauſa, præcipue in contemptum Epiſcopi, ceſſant a diuinis: & ad quærelam eiuſdem Epiſcopi, metropolitanus, tanquam Papæ delegatus, veritate cognita, eos caſtigat: vt metu pœnæ, talia de cætero non præſumant. cap. irrefragabili. de offic. ord. Nonus, quando Epiſcopus eſt mortuus, & ſi Eccleſia clericos idoneos non habet. c. non liceat. 12. quæſtio. 2. Simile eſt ut archiepiſcopus, poſsit dare uiſitatorem eccleſiæ ſuffraganeæ vacanti, quando capitulum eſt negligens in adminiſtratione, ut ſenſit Abba. in. cap. 1. ne ſede vac. numero 7. per. c. fi. de ſup. neglig. præl. Decimus, cum euidens eſt, ſententiam epiſcopi eſſe iniuſtam. cap. ſollicitudinem. de appellat. Vndecimus cum uiſitat prouinciam: etiam ubi non adſit negligentia. c. cum ex officij. de præſcrip.&. cap.
22 fi. de cenſib. in. 6. Talis † autem viſitatio fit, nedum in diœceſi ſua, verum etiam per totam ſuam prouinciam: & nedum in Eccleſijs ſecularibus, ſed etiam religioſis, & monaſterijs: immo etiam in Hoſpitalibus religioſis, auctoritate Epiſcopi fundatis, uel etiam ſi habeant ſigna religionis, & publicitatis: quia habeant capellam, & cum campana ibi celebrentur diuina: quia præſumptio eſt, quod ſint religioſa: vel etiam ſi ſint Hoſpitalia priuata, & edificans ſit mortuus, ut per Abb. in. cap. patentibus. de priuileg. & in cap. ſopitæ. de cenſib. per cap. 1. de cenſib. in. 6. Plane ſi archiepiſcopus, & epiſcopus concurrant in uiſitando, ſunt ambo admittendi: & ſi di-

ſcordent, tenet ſententia pro reo, niſi in caſu ſauo 1 . bili. c. ex literis. de probation. in. 6. At ſi eccleſia non ſufficiat utrique, primo ueniens præfertur: quod ſi non appareat, præfertur Archiepiſcopus, vt declarat poſt Io. And. Philippus Francus in. c. 1. §. deinde de cenſibus: & cum his caſibus videtur tranſire Abb. & Felin. in dict. c. paſtoralis. Duodecimus caſus eſt, quando epiſcopus eſt negligens in eo, quod ipſe facere debet. c. cum ſimus. 9. q. 3. præmiſſa tamen trina monitione: ſed contra hunc caſum tenet expreſſe Abb. in dict. c. Paſtoralis. numero decimo, & in. c. ſi quis contra clericum, colum. 27. uerſi. aggredior. de foro compet. inquiens ob negligentiam epiſcoporum, non eſſe deuolutam iuriſdictionem ad Archiepiſcopum: Verum Felin. in dict. c. paſtoralis. numero. 6. uniuerſum mundum, aduerſum opinionem Abbatis tenere, commemorat: Subdit tamen conſiderari poſſe tria: ex quibus uidetur innuere, negocium deuolui ad Archiepiſcopum. Alios caſus addunt in dict. c. paſtoralis. de offic. ord. præcipue Abb. & Felin. poſt Hoſtienſem. Tertius decimus ergo per Abb. reſumitur, quando cauſa ad archiepiſcopum defertur, per relationem, & conſultationem epiſcopi. c. multis. de offic. ord. quod etiam idem, eſt, quādo epiſcopus recuſatus, uult illam cauſam ad Epiſcopum remittere. c. cum ſpeciali. de appellation. Quartus decimus eſt, in negocio concernente totam prouinciam. c. ex frequentibus. de inſtit. ubi Innocen. & per glo. in. c. in ſumma. 9. q. 3. Quintusdecimus eſt, in executione ultimæ uoluntatis: nam epiſcopo negligente, ſuccedit archiepiſcopus. §. ſi quis autem. in authen. de eccleſ. titu. ſed mihi uidetur caſus iſte comprehenſus ſub vndecimo. Sextusdecimus eſt, quando epiſcopus cōcedit remiſsiones, & literas indulgentiarum in tota prouincia. c. noſtro cum glo. de pœnit. & remiſſ. & colligit Lud. Bolognin us in tracta. de indulgent. nume. 39. & not. Philip. Franc. in. cap. 1. de pœnit. & remiſſ. nume. 4. in. 6. Vbi autem & epiſcopus & archiepiſcopus concedit indulgentias, ſubditi epiſcopi habebunt utranque, ſubditi archiepiſcopi ſolum habebunt conceſſam ab eo, ut idem Lud. ibi colligit. nume. 66. ſed & hic caſus uidetur contineri in decimotertio. Septimusdecimus eſt, quando crimina ſunt notoria, quæ punit archiepiſcopus in tota Prouincia. c. 1. §. notoria. de cenſib. lib. 6. & c. quanto, de offic. ord. & ideo notanter ibi ſubdit Ab. col. fi. quod ſi extra caſus exceptos, Archiepiſcopus excommunicauerit ſubditum epiſcopi, uel eum abſoluit, ſecundum communes opiniones, non tenet excommunicatio, uel abſolutio. Octauum decimū caſum addit Felin. in d. c. Paſtoralis, nu. 7. ſi archiepiſcopus uult tollere prauam cōſuetudinē in diœceſi ſuffraganeorum: & excommunicare eam ſeruantes, d. c. ex frequentibus. de inſtit. ſed & iſte caſus ſecundum Felin. uidetur cōprehendi in d. §. notoria, & ſic in caſu præcedenti. Nonumdecimum addit Felin. quia licet archiepiſcopus, non diſpenſet cum ſubditis ſuffraganeorū ſuorum, ſecundum Bu. & doct. in. c. ad extirpādas. de filijs presb. tamen in caſibus in quibus archiepiſcopus poterit iudicare, poterit etiam diſpenſare, ut teſtis eſt Specul. in. titu. de leg. §. ſunt quoque, col. 1. uerſ. archiepiſcopus: qui illud plus tradit, ut etiam archiepiſcopus, poſſit diſpenſare, cum male inſtitutis a ſuo ſuffraganeo, de quo tamen Felin. ſe dubitare, ibidem ait. Vigeſimum caſum idē Felin. ponit, ut Archiepiſcopus conferat ſacramē ta, & ordines, ſubditis ſuffraganeorum ſuorum, ſecundum glo. in. c. 1. de offic. ord. in. 6. & per doct. in. c. fi. de cenſibus. eo. li. Quod intelligendum puto, quando prouinciam uiſitat, ut uidetur innuere Philip. Franc. in. d. c. fi. alioquin contrarius eſſet text. in dict. c. nullus. 9. quæſtio. ſecunda. Sic tunc poteſt audire confeſsiones eorum ſubditorum, & abſoluere confitentes, & ipſis pœnitentias iniungere ſalutares dict. c. fi. Vigeſimus primus caſus ſecundum Felin. aſſumitur: quia licet archiepiſcopus non concedat priuilegium ſubditis ſuffraganeorum ſuorum. glo. fi. 16. q. 6. cum alijs adductis: tamen poteſt concedere, cum conſenſu omnium Epiſcoporum prouinciæ, ſecundum Abb. in. c. cū inter. colum. 5. de re iudic. declarantem talem cōſenſum, omnium Epiſcoporum, in concernentibus ſtatum totius prouinciæ: ſed in facto concernente præiudicium unius epiſcopi, ſufficere illius conſenſum. Vigeſimum ſecundum caſum addit Felin. quia licet non ualeat ſtatutum concilij prouincialis, quod archiepiſcopus cognoſcere poſſit de cauſis ſubditorum ſuffraganeorū, eis etiam inuitis in ſua propria diœceſi, ut per Rotam de conſt. 2. in antiquioribus, & de conſuetud. 13. in antiquis: tamen ſi ſubditi uellent, ſecus eſſet, per glo. in. c. nouit. de offic. leg. quod tū intelligitur de ſubditis laicis: quia in clericis, ultra uoluntatē eorum, requiritur conſenſus ſui ordinarij. cap. ſignificaſti. de foro compet. Vigeſimum tertium caſum, ſubijcit Felin. ut Archiepiſcopus poſſit aſsignare terminum epiſcopo, ut conſtituat ſibi uicarium, uel officialem: quo elapſo, archiepiſcopus prouidebit, ſecundum Abb. in. c. quoniā. eo. tit. de offic. ordin. Vigeſimus quartus caſus a Felin. annotatus eſt, ut Archiepiſcopus, etiam per loca exempta pertranſiens, intra prouinciam, poſſit ante ſe facere deferri crucem, & benedicere. cle. 1. & fi. de priuileg. ubi doct. & tetigimus ſupra in prin. huius. c. numero quarto. Vigeſimus quintus caſus poteſt hic addi, & repeti, ut Concilium prouinciale archiepiſcopi, poſſit examinare & cognoſcere, nedum cauſas ciuiles, ſed etiam criminales: non ſolum ſuffraganeorum, ſed etiam ſubditorum ſuorum, ut dictum eſt ſupra in hoc capite numero decimonono. An uero tale concilium poſſit recuſari, late ponit Franc. Ripa in. c. 1. numero 40. de iudic. Vigeſimus ſextus caſus poteſt addi, ut archiepiſcopus poſſit accipere procurationem a ſubditis, in prouincia ſua: quod tamen intelligendum eſt, a locis uiſitatis, quandoque uiſitat eam d. c. fin. de cenſi-

cenſibus.in.6.&. c. ſopite. de cenſibus: de quibus
locis ſupra fecimus mentionem in x. caſu. nume.
22. Vigeſimus ſeptimus caſus mihi videtur addi
poſſe, vt archiepiſcopus poſsit delegare,& cōmit-
tere cauſam, ſubdito ſuffraganei, volenti tamen,
non inuito,ut in d.c.paſtoralis.de offic. ordin.ar-
gumento ibi ſumpto a contrario ſenſu. Vigeſi-
musoctauus caſus uidetur etiam addi, ſumpto eo-
dem argumento, ut archiepiſcopus poſsit uti iuriſ
dictione, in diœceſi ſuffraganei ſui, eo tamen aſ-
ſentiente.cap.ſicut vnire. de exceſ. prælato. faciūt
dicta ſupra in quarta declaratione. Vigeſimo no-
no poſſumus addere,ut poſsit mittere quæſtorem
eleemoſinarum per totam prouinciam,pro fabri
ca matricis eccleſiæ.cap. 1. de pœnit. & remiſ. in.
6.ubi Philip. Franc. numero tertio, ampliat hoc
in quolibet opere pio: infereus opus fabricæ, o-
pus pietatis & miſericordiæ eſſe. cap. non ſatis.
86. diſtin. Trigeſimo loco addas, poſſe eodem
modo mittere pro alia cauſa neceſſaria, ſecundū
Cardin. in cle. ſecunda, de cenſibus, quæſtio. 3.
qui ibidem inquit, archiepiſcopum punire ſuffra-
ganeos, & vicarios eorum, impedientes quæſto-
res eleemoſinarum ipſius. Trigeſimum primum
caſum addas: qui tamen aliquo modo videtur in
decimo ſexto comprehendi, vt ſi notoria,& mani
feſta iniuria illata ſit archiepiſcopo, vel ſuis, cum
in prouincia ſua iuriſdictionem exequitur, ipſe
poſsit iniuriantes notorios punire; etiam ſi iu-
riſdictionem non impediant. cap. primo,ubi Phi-
lip. Franc. not. de pœnis, in ſexto.qui ex cōtextu
alium caſum notat: & ſic Trigeſimum ſecundum
colligere poſſumus, ſcilicet archiepiſcopum poſſe
exercere iuriſdictionem in prouincia,ſi conſuetu-
do hoc ſibi tribuat,per dict.cap.primū, de pœnis.
in.6.& meminit Lud. in eo tract.de indulgent.nu
mero 39. Immo ex conſuetudine, poſſe vnum
archiepiſcopū acquirere ius patriarchatus, in alio
archiepiſcopatu, notauimus. c. præced. numero
quarto.Trigeſimum tertium caſum,etiam colligo
ex d. c. 1. & not. ibi per eundem Franc. ut poſsit
conuocare epiſcopos,& alios prælatos ad conci-
lium,per literas ſuas,& ſufficiat vna citatio. cap.Si
epiſcopus.18. diſt.& dictum eſt ſupra in.7.amplia
tione.Trigeſimum quartum caſum, etiam hic con
uenire poſſe exiſtimo; de quo fit mentio ſupra in.
4. declaratione,nume.20.quando ſcilicet archie-
piſcopus,ad loca exempta declinat,ut ibi poſsit an
te ſe libere,crucem deferri facere, benedicere po-
pulo, diuina officia,priuatim,uel publice audire,
in pontificalibus celebrare:per ſe, & in præſentia
ſua, ſine pontificalibus celebrari facere: licet non
habeat archiepiſcopus iuriſdictionem in ſubditos
ſuffraganeorum ſuorum: neque cum eis concur-
rat:niſi in caſibus recitatis, & alijs in iure expreſ-
23 ſis, ſi qui alij reperiuntur. † Non eſt tamen du-
bium,eundem poſſe in diœceſi ſua ea, quæ poteſt
Epiſcopus in propria: & illud poteſt patriarcha,
ſiue primas in ſua,quod pōt archiepiſcopus in ꝓ-
pria, ut auctor eſt Specul. in.§.ſunt quoque,verſi.

archiepiſcopus. in titu. de lega. & ſequitur Ioan.
Baptiſ. Caccialup. in tract. de unionibus. artic. 3.
numero 16. qui ſubdit, ut Patriarcha non poſsit
in ſubditos archiepiſcoporum, ſicut non poteſt
* archiepiſcopus in ſubditos Epiſcoporū:* De Epi
ſcopali propterea potentia, & his quæ ad epiſco-
pum ſimul,& archiepiſcopum pertinent, in ſeq.c.
dicemus. Verum hic, id quod ipſius archiepiſcopi
24 excellentiam ſignificat, ſubijciamus. † Eum eo
dignitatis ſplendore eluceſcere, ut inter ſpectabi-
les reponatur, ut auctor eſt Bald.in.l.1.§. his cu-
nabulis. ff. de offic. præfec. præt. refert eum, &
ſequi uidetur Iaſ.in.l.1.ff. de offic. eius.num. 15.
& Socin.in rub.ff.eo.nume.quinto,& Barb.in tra-
cta.de præſt.Cardin.in.1.q.nume. 43. videnturq;
hunc æquiparare Duci, Marchioni,& Comiti,qui
proprie ſpectabiles ſunt,& quibus etiam epiſcopi
æquiparentur, cum eodem dignitatis titulo:quod
& ante eos, docet Specul. in rationali diuinorum
lib.2. in prohæm. column.4.qui comparauit me-
tropolitanum,ſiue archiepiſcopum, Duci: qui plu
ribus Comitibus præeſt:ſicut ille pluribus epiſco-
pis Bal. relatus per Iaſ. ubi ſupra: & alibi,epiſco-
pum, qui eſt inferior archiepiſcopo, aliquando
illuſtrem, aliquando ſpectabilem poſuit, & tandē
aliquo fere fœdere, diſtinguens, in. l. ad ſimilitu-
dinem. C. de epiſc. & cleri. ut etiam eum refert
Iaſ. inibi, epiſcopum non eſſe Illuſtrem, ſed ſimi-
lem illuſtribus ait: quia illis æquiparetur: & proin-
de quod ſimile eſt, non ſit idem: & his addit Iaſ.
text. in.c.fi.de re iud.in.6. qui illuſtrium perſona-
rum, epiſcopum eſſe, quo ad ſententias per alios
recitandos,deſcribit:idem Specul.qui uidetur ſibi
contrarius in tit.de iuriſd.om.iud. epiſcopos ſpe-
ctabiles tantum dicit & Iaſo. in.l.quicunque. C.
de procur. & in conſi. 144. column. 2.volum. 2.
ſed abſolute primatem, & metropolitanum, &
ſic archiepiſcopum, illuſtrem deſignat, per cap.
conqueſtus. 9. q.3.&.cap.duo de offic. ordin. &
conueniunt ea quæ æquiparatiue tradit Deci. in
c.cum cauſa. in. 1. not. de offic.deleg.qui ab Ar-
chiepiſcopo infert ad regem: & in eo præcipue,
quia uterque. x. vel. xi. ciuitatibus præeſſe de-
beat:& qui rex eſt illuſtris, vt ſupra lib. 1.c.2. §.3.
numero 5. Socinus propterea in dict.rub. in fin.
ſenſit hanc difficultatem; immo & aliam: quia
contra prædicta omnia, ſibi militare videatur tex.
in. c. ſecundo,de offic. leg.ubi epiſcopos æquipa-
rari præſidibus tradit,qui ſint clariſsimi; unde re-
linquit cogitandum. Profecto cum in præmiſ-
ſis,iura præciſe, & clare non loquantur: minus
admirandum erit, ſi & doctores parum ſibi con-
ſtent: Nihilominus ego arbitror, & archiepiſco-
pos, & epiſcopos ſpectabiles cenſendos, vt in
hanc ſniam uidet̄ deſcendere Bal.& alij doctores.
recitati, qui crebriori calculo hāc opinionem ſe-
quuntur: & illa uidet̄ ratio, quod ēt ſi aliqñ epi-
ſcopi aſsimilentur illuſtribus, non tamen illu-
ſtres dicantur; præterea cum Cardinales,& Pa-
triarchæ illuſtres ſint, qui utique ratione officij,

& iuriſdictionis, maiores ſunt archiepiſcopis, &
epiſcopis, quique æquiparantur regibus, vt duobus
præcedentibus cap. dictum eſt, par eſt ut dicamus,
quod archiepiſcopi, & epiſcopi, qui æquiparantur
ducibus, ſpectabiles ſint, ſicut duces, & ſimiles.
Neque his obſtat auctoritas Specul. quia iura per
eum adducta non probant: neque etiam probat
tex. dict. cap. 2. per Soci. allegatus: quia non fit ibi
de epiſcopo, aut archiepiſcopo, aut de aliquo titu
lo dignitatum mentio: nec repugnabit, ſi obijcia-
tur, archiepiſcopum eſſe maiorem iuriſdictione,
& exercitio, epiſcopo: ſicque præſtantiori titulo
25 decorandum. † quia reſpondere poſſumus, epiſco
pi appellatione, archiepiſcopum poſſe compre-
hendi, etiam in materia pœnali, ſecundum not. per
glo. in c. quia periculoſum. de ſent. excommunic.
in ſexto, ubi Philip. Franc. not. & idem in cap.
nos eos. in fi. de temp. ord. in. 6. vel etiam dicas,
ubi archiepiſcopus ſit aliquo pacto maior epiſco-
po: non tamen differat, quo ad titulum, ab eo: &
hoc ea ratione, quia inter conſtitutos in eodem di
gnitatis titulo, poteſt dari ordo prælationis, &
ſic ut unus ſit e ſpectabilibus, alio ſpectabilior,
arg. l. 2. C. ut dig. ord. ſerue. & not. Alciat. in tract.
de ſingul. cert. cap. 33. & alibi diximus: & ita æ-
quiparatio Decij, uidetur poſſe euitari, quæ ta-
men multum vrgere uidetur, iuncta auctoritate
Specul. Poſt præmiſſa, cum archiepiſcopi uocati
ſint in partem ſolicitudinis, & non in plenitudinē
poteſtatis. cap. ad honorem. de auct. & uſu pal. ſub
nectamus aliqua, ultra dicta in ſuperioribus, quę
ad eorum munus pertineant: inter quæ cum mul-
ta conueniant, quæ de Pontifice max. ſcripſimus
26 ſupra. cap. 1. hoc lib. ſecundo. §. tertio. † dicamus
inde Archiepiſcoporum partes eſſe, ut primatibus
ſuis obedire teneantur, cap. primo 99. diſtin. ubi
Cardin. Alexan. hoc not. & declarat, quando præ-
27 ceptum eſt iuſtum. † Item tenentur concilium
prouinciale, ſemel in anno celebrare, ſub pœnis
canonicis, eis infligendis: niſi neceſsitas, vel ui,
uel aliqua rationabili cauſa, omiſerint, nil de re-
bus ſuffraganeorum, ſub pœna quadrupli, extor-
quendo. cap. quoniam, ubi Cardin. Alexand. 18.
diſtin. &. cap. ſicut olim, de accuſat. &. cap. cum
ſit, de Iudæis. In quorum conciliorum celebra-
tione, de corrigendis exceſsibus, & moribus re-
formandis, præſertim in clero, diligentem cum
dei timore, debent habere tractatum: canonicas
regulas obſeruari facientes, debitam pœnam trāſ-
greſſoribus infligendo, dict. cap. ſicut olim. De
hoc concilio prouinciali, ſingulis annis habendo,
& decreto Concilij Niceni, meminit etiam Plati.
in uita Syluestri, & Conſtantini, qui exclamat ſe
non videre, quare hoc ſanctum inſtitutum, abo-
luerint noſtræ ætatis Pontifices. An autem Regi,
potiuſquam Archiepiſcopo, per epiſcopum ſit
obediendum, diximus ſupra lib. primo cap. 2.
28 §. tertio, numero nono. † Debet etiam, ea ratio-
ne, ut tranſgreſſores efficacius puniantur, per ſin
gulas diœceſes, perſonas idoneas ſtatuere, & proui
das, & honeſtas: quæ per totum annum ſimplici-
ter, & de plano, abſque ulla iuriſdictione, ſoli-
cite inueſtigent, quæ correctione, uel reforma-
tione, ſunt digna: & ea fideliter perferant ad me-
tropolitanum, & ſuffraganeos, & alios in conci-
lio ſubſequenti, vt ſuper his, & alijs, prouida de-
liberatione procedatur: alioquin in affectata
ignorantia, non impune eſſe arbitrandi ſunt dict.
cap. ſicut olim. Vbi Abb. & doct. not. non eſſe
præſumendam ignorantiam in archiepiſcopo,
circa vacationem beneficiorum: de quibus per
eundem Abb. in cap. ſecundo, & in cap. ex
29 parte de conceſ. præb. † Similiter volens Ar-
chiepiſcopus, uiſitare prouinciam, debet prius
uiſitare Eccleſiam, ciuitatem, & diœceſim pro-
priam, & clericos, & Laicos earundem: & in
primis prædicare, & proponere uerbum Dei: De-
inde inquirere de uita, & moribus, & conuer-
uerſatione adminiſtrantium in eccleſijs, & alijs
locis, diuino cultui deputatis, ac cœteris quæ
ad officium ipſum ſpectant, abſque coactione iu
ramenti, ad ipſorum emendationem, per ſalu-
bria monita; nunc leuia, nunc aſpera, diligen-
ter intendere. Qui ſi inueniat aliquos diffama-
tos, ordinarijs denunciet, & notoria crimina
puniant. Poſt viſitationem autem incæptam in
vna diœceſi, tranſiens ad aliam, ad primam re-
dire non poteſt, niſi de nouo reiteret, in tota
prouincia: Expedita uiſitatione, non reiterat
illam archiepiſcopus, ſine conſilio ſuffraganeo-
rum, & diffinitione in ſcriptis facta. Debet ta-
men reincipere ab illis, qui in prima non fue-
runt uiſitati, ut talis uiſitator non in pecunia,
ſed in uictualibus expenſas tantum moderatas
recipiat, In procurationem, nec ipſe, aut fami-
lia ſua, aliquod munus, etiam oblatum, recipere
debet: procurationem talem, a locis uiſitatis
tantum recipiendo, ut clare, plicatur in cap. 1.
ubi doct. præcipue Philip. Franc. de cenſibus, in.
ſexto. Qui ibi in princ, declarat, uiſitationem
in Laicis procedere, quo ad crimina Eccle-
ſiaſtica, ut ſuper matrimonijs, & alijs, ad Ec-
cleſiam pertinentibus: ſecus in alijs. qui etiam
declarat in. §. primo, dictum ordinem ſeruan-
dum, non eſſe de ſubſtantia, ſi incommoditas,
uel difficultas aderit. Forma quoque uiſitationis
præmiſſa, ſeruari debet in Epiſcopo, & alijs prę-
latis inferioribus; regularium conſuetudinibus
exceptis. dict. cap. 1. §. 5. in fi. ubi Dominic. Licet
* autem cōmunis * ſit opinio, ſecundum Feli. in. c.
cum inferior. col. 1. de maior. & obed. poſt Abb.
in. c. 1. in fi. de raptor. de quibus per Ioan. Ligna-
num in tract. de cenſ. eccl. §. nono, numero duode
30 cimo, & ſeq. † quod archiepiſcopus delinquēs in
Epiſcopatu ſui ſuffraganei, non poſsit ab eo puni
ri, ſed a Patriarcha, ſecundum Ang. in. l. omnem
ff. de iudic. quia inferior, regulariter non iu-
dicat ſuperiorem. c. inferior. de maior. & obed.
nec etiam incidit in pœnam ſui ſtatuti, quia non
poteſt quis ſe ipſum ligare nec per legem ſuam,
licet

31 † licet maior in dignitate, quia non eſt ſibi ſupe-
rior, poſsit ab inferiore puniri, quia ratione deli-
cti efficitur minor, & ibi cenſetur priuata perſona
32 l.3.ff.de offic.præſid.† Nihilominus dēt Archiepi
ſcopus uitare excōicatos ſuffraganei, & eius ſniam
tenere, & obſeruare, & obſeruari facere, & abſol-
uēdos remittere, ſi ſit appellatū ad eū. c.ad repri-
33 mendā. ubi Ab. & doct. de offi. ord. † Sicq; aliquā-
do Archiepiſcopus, ſubeſſe epiſcopo uidetur, ut
etiam legitur in .c. ad ſupplicationem, de renun-
ciat. Sic aliquando archiepiſcopus conſentit, ut
epiſcopus offenſus in diœceſi ipſius archiepiſco-
pi, poſsit punire ibi delinquētes, ut colligit Felin.
in d.c. paſtoralis in fi. de offic. ord. Sic archiepi-
ſcopus, a ſubdiacono delégato, excommunicari
poteſt, & deponi: ſi poteſtas ei ſit a ſuperiore con-
ceſſa. c. ex tuarum. de cleric. reſid. & per Ioan. Lig.
in d. tract. de cenſ. eccl. †. 21. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus dicitur, qui ſuperintendit; curam ſubditorum gerens,*
2 *Epiſcopatum, qui deſiderat, bonum opus deſiderat.*
3 *Epiſcopus quis primum appellatus, inſtitutusue.*
4 *Epiſcopus vt ordinaretur ſaltem a tribus epiſcopis, quando ſtatutum.*
5 *Epiſcopi loco Apoſtolorum ſubſtituti: loco diſcipulorum, præsbyteri: Cardinales tamen ſunt loco Apoſtolorum: aſsiſtentium Chriſto. Correpiſcopi alias etiam erant.*
6 *Epiſcopus quibus titulis, & epithetis, nuncupetur, late.*
Epiſcopus non dicitur, qui non ſit confirmatus, & conſecratus.
Epiſcopus venit appellatione prælati.
7 *Mitra quid ſit: & quid per eam ſignificetur.*
8 *Mitra alba Linea, quid ſignificet; & quando ea vtatur epiſcopus.*
9 *Mitra auriphrygiata, quando vtatur Epiſcopus.*
10 *Amictus, Alba, Zona, Stola, Manipulus, & Planta, ſunt ornamenta Epiſcopi, etiam alijs Sacerdotibus communia.*
11 *Caliga, Sandalia, Orale, Tunica, Dalmatica; Chirotheca, Annulus, Baculus Paſtoralis, & Rochetus, ſunt ornamenta epiſcopi, vel Pont. tantum.*
12 *Annulus quid ſignificet in Epiſcopo.*
13 *Annulum non poſſunt ferre Clerici, niſi ex priuilegio dignitatis; cum ſolis epiſcopis, & alijs ſuperioribus competat.*
14 *Baculus paſtoralis quid ſignificet.*
15 *Rocheto quomodo vtatur epiſcopus ſecularis: cum eo non vtatur Epiſcopus religioſus & num.16. & ibi quid ſit.*
Epiſcopi, & alij prælati, & clerici, vtuntur eiſdem veſtimentis in Synodo; & quando ſepeliuntur, quibus in diuinis.
16 *Epiſcopus religioſus, non debet recedere, ab habitu ſuo, etiam ſi efficiatur Cardinalis.*
Epiſcopus debet exiſtimare ſe eſſe collegam Sacerdotum, quando eſt in domo.
17 *Epiſcopus deferet cappam, caudam eius deferente capellano.*

LIB. II. CAP. V. DE EPISCOPO.

EPiſcopi ſignum, quintum Tribunal occupare uidebatur, Mitra, a qua duæ fimbriæ ſuper humeros dependebāt, in extremis ſummitatibus rubei coloris: caput uelatum, & ornatum habens: quod ex amictu ad collum circum acto, exurgebat: eodem ſuper humeros, & pectus diffuſo. Alba, ſiue camiſia, corporis membra apte operiens: Quamque Zona, ſeu cingulo, ſeu Baltheo, quod idem eſt, a quo duplex in ſiniſtro latere dependebat ſuccinctorium, circa lumbos præcingebat. Crucem pectoralem, auream, Sanctorum reliquijs refertā, a collo cathenulis inſertam, ſuper pectus ſuſpendens. Stola, ſiue orario, a collo per anteriora deſcendente, dextrum, & ſiniſtrum latus, adornabat. Indutum etiam erat Tunica, ſiue tunicella: quę & Subtile dicitur, biſsina, aut iacinthina; & ſuper hanc, Dalmaticam ueſtiebat: quæ duas lineas coccineas, hincinde in anteriore, & poſteriori parte, a ſummo uſque ad imum habebat: Caſula inde, ſeu Planeta, ſuper eas omnes ueſtes induebatur: Caligis cœleſtis coloris, & ſandalijs calciabatur. Orali capiti impoſito, & ſuper humeros, & ante pectus replicato. Manus Chirothecis rubei coloris, dextęraque earum, exterius cruce ſignata, cooperiens; circulum aureum deſuper habentibus. In quarumque dextra, quartoque & annulari digito, aureus, & gemmatus, fulgebat Annulus. Manipulum (quod & Fanum, ſeu ſudarium uocatur) in manu, uel brachio ſiniſtro geſtabat. Baculo paſtorali, etiam ex oſſe, & ligno confecto, chriſtallina, & aurea ſperula, cōiuncto: ipſo oſſe ſuperius recuruato, ligno inferius in ferrum acuto: modice tamen recondito, eidem in manu ſiniſtra attributo. Rocheto tamen primum ſuper alia ueſtimenta quotidiana, ornatum erat. Cappa quadam oblonga, ſuper eo utens, in ingreſſu Eccleſiæ: Caudam illius deférente capellano ſuo.

In interpretatione præmiſſorum; quæ etiam in pontificali, in rubrica, de conſecr. epiſcopi, in rubro expreſſa ſunt, columna.3. & in rub. de miſſa Pontificali, in rubro, column. 2. ubi ordinatim habeť modus induendi Epiſcopum: & in quibus maximo ſtudio elaborauit Specul. in Rationali diuinorum lib. 3. recte atque ex ordine, tā in hiſtorico, quam & potius in myſtico intellectu, myſteria moralia indagando, & memorabiles eorum ſignificatus, aperiendo; nos ad eos Lectorem remittere, aptius uiſum eſt; quandoquidem illa in primis cura noſtra ſit (non omiſsis tamen aliquibus eorum) uiſui oblatum, in ſua figuras &

conſti-

conſtitutum: uel conſtituendum Epiſcopum: quo
ad aſſumptionem, quo ad degradationem; quo ad
officium: quoque ad excellentiam, & potentiam,
quæ ad eum pertineât, breuibus diſſerrere, In qui-
bus cum primum uerbum, Epiſcopi ſignum de-
monſtret, ad eius interpraetationem accedamus;
mox & alia uerba magis oportuna, interpretatu-
ri: & deinde de memoratis partibus cõgruos. §. §.
& uerſiculos, & quæſtiones ſubijciendo: quam-
uis Ioan. Bertachinus, uir utique magnopere in-
duſtrius, & eruditus: tam abunde, affatimque, de
omnibus ſcripſerit. ut equidem in hac re, non re-
liquerit (ut aiunt) locum placentæ. Quapropter
ubi contigerit eius dicta atringere, & interpreta-
ri, nõ ea penitus colligẽdo, ſed potius ad aliquem
ordinẽ obſeruandum, delibando; poſtea, eorum,
ad eum ſufficiet remiſsio.

1 Epiſcopus † itaquo qui alias præerat pani, &
cœteris rebus uenalibus, quæ ciuitatum populis,
quotidianum uictum uſui iungunt. l. munerum:
§. item Epiſcopi. ff. de muner. & honor. Qua uoce
etiam utitur Cic. lib. 7. epiſt. ad atticum. nunc dici
tur quia ſuper intendit, ſcilicet curam ſubditorum
getens: nam σκοπεῖν græce, latine intelligere inter-
pretamur; ſic & græce epiſcopus, latine ſpecula-
tor aſſumitur. At ſpeculator in eccleſia eſt præpo-
ſitus, ideo dictus, eo quod ſpeculetur, & proſpiciat
populorum infra poſitorum mores, & uitam, ut
hæc expreſſa uerba ſunt in. cap. cleros. 21. diſt. &
not. Specul. in rub. de Epiſcopo, in prin. lib. 2. qui
ſubdit, ideo ex inſtitutione Clementis, I. cathe-
dram, ſiue locum primum altiorem, conſtitutum
epiſcopo, ut ſuper intẽdat, & populum cuſtodiat,
omneſque conſpiciat, & illum cuncti; Hinc eſt
2 quod dicitur, † Qui epiſcopatum deſiderat, bo-
num opus deſiderat, namque nomen hoc operis
eſſe, & oneris, demonſtratur, non tantum ho-
noris: cum qui præeſſe, non prodeſſe appetiuerit,
ſe Epiſcopum non eſſe intelligere debeat. cap. qui
epiſcopum. &. c. illud. ubi not. Hoſtien. 8. q. 1. &
Speculat. in. d. rub. de epiſcopo. quæ prius diuine
conſtituta, docuit Paulus ad Timotheum. 1. c. 3.
Plane ex ſententia Hierony. uehementius in hæc
uerba Hoſtienſ. ibi tradit, tunc laudabile fuiſſe Epi
ſcopatum appetere, quando dubium non erat,
3 per hunc ad martyrij gloriam peruenire. † Quis
autem Epiſcopi nomine appellatus, inſtitutusue
primum fuerit: Iacobum, qui iuſtus dicebatur, a
Petro, Iacobo, & Ioanne, in eccleſia Hieroſoli-
mitana, receptum legimus, in. c. porro. 66. diſt. &.
c. Iacobus Frater, de conſecrat. diſt. 1. quod etiam
reſumit Bertachin. in tract. de Epiſcop. in prælud.
num. 2. Non uidentur tamen prædicta iura con-
cludenter hanc concluſionem probare, nam & ſi
in eis exprimatur, Iacobum primum archiepiſco-
pum, Hieroſolimitanæ Eccleſiæ, ſibi creditæ, ordi-
natum: nõ ſequitur, ut & primum epiſcopus nun-
cupatus ſit, & ideo Card. Floren. poſt Pet. de Palu.
in tract. de poteſ. eccleſ. quos ſequitur Card. Alex.
in. c. in nouo, colum. fi. 21. diſt. inquit rationabile

eſſe, talem fuiſſe proceſſum, in ordinatione Epi-
ſcopali Apoſtolorũ, ſ. ſolũ Petrũ factũ Epiſcopũ a
Chriſto, ante aſcenſionẽ, poſt ſpiritusſancti aũt im
miſsionem, ſiue ipſa die dominica, ſiue alia: Pe-
trum ſolum epiſcopum, creauiſſe Ioannem epiſco
pum; deinde Petrum cum Ioanne iam conſecrato
epiſcopo, Iacobum Zebedæi, conſtituiſſe Epiſco-
4 pum. † Quibus tribus ordinatis ſtatutum fuiſſe, ut
in poſterum non ordinaretur Epiſcopus, niſi ſal-
tem a tribus Epiſcopis. d. c. porro. licet Apoſtoli
tempore ſuo, propter paucitatem Epiſcoporum,
non potuerint hanc formam ſemper obſeruare,
ut exempla ſubijciuntur. Platina tamen, ut ſupra
retulimus hoc lib. c. 2. §. 1. num. 5. Petrum ordina
uiſſe Linum, & Cletum in epiſcopos recenſet: quæ
cum præmiſsis uidentur poſſe conuenire, ex quo
poſſumus coniecturari, illa cõtigiſſe in Antiochia,
prima quidem Epiſcopali ſua ſede, antequam Pe-
trus Romam uenerit: hæc poſt eius aduentum, Ro
mæ celebrata fuiſſe, ſub Tiberio Imp. ſecundum
eundem Platin. in uita Petri. &. c. Sacroſancta. 22.
diſt. & faciunt etiam dicta eius in uita Conſtanti-
ni, & dicemus inf. §. 1. nu. 1. Nec dubium uidetur
Epiſcopatum, fuiſſe creatum, poſt aduentum Do-
mini, tempore Apoſtolorum, in communi Conci-
lio publico, ut refert Iaſ. in l. ſi hæres. §. Vicis num.
5. de leg. 1. conſtare quoque uidetur epiſcopalem
dignitatẽ eſſe de iure diuino, licet ordinatio per-
ſonarũ; & limitatio diœceſum, ſit de iure poſitiuo,
ut dicemus inf. hoc. c. §. 4. in prin. Fuerunt & alias
Correpiſcopi conſtituti, & ſublati, quorũ munus
ponitur in. cap. eccleſijs, & tribus ſeq. diſt. 68. ubi
Card. Alexand. Hinc eſt quod cum maiorum; &
minorum Sacerdotum, deſcertio quoque facta
ſit in nouo teſtamento, ab ipſo Chriſto: qui Apo-
ſtolos pro maioribus, diſcipulos pro minoribus ſa
5 cerdotibus inſtituit: † Loco Apoſtolorum, epiſco
pos ipſi ſubſtituerunt: locò diſcipulorum, præsby-
teros: & ideo Apoſtolorum uices epiſcopi ſuſti-
nent, qui ſummi dicuntur: diſcipulorum presbyte-
ri, ut exprimit in d. c. in nouo, ubi not. Card. Alex.
& Bertachin. ubi ſupra num. 4. & per Specul. in d.
rationali diuinorum. lib. 2. in prohem. col. 5. & in.
c. de Sacerdote, col. 2. multi ſimiliter alij tradunt,
loco Apoſtolorum, ſucceſsiſſe epiſcopos, ſcilicet
Ant. Roſel, in tract. de cõcilijs. in rub. ſenten. quæ
potius attendenda ſit num. 20. & Barb. in tract. de
præſtan, Card, in. 1. q. 1. partis. nu. 9. & Corn. cõſi.
83. num. 8. uolum. 2. per dicta inra. Loco tamen
Apoſtolorum aſsiſtentium Chriſto, diximus eſſe
Cardinales, ſupra hoc li. c. 2. §. 1. n. 3. Et ſicut apud
gentiles, in ritu templorum, erant Flamines, Ar-
chiflamines, & Protoflamines, ſic apud Cchriſtia-
nos, conſtituti ſunt Patriarchæ, Archiepiſcopi, &
Epiſcopi, qui idem ſunt cenſendi, quod Flami-
nes, ut per Specul. in d. prohæm. col. 2. &. 5. & di-
6 ximus ſupra hoc lib. c. 3. num. 3. † Inde epiſcopus
dicitur caput diœceſis ſuæ; cuius membra ſunt
ſubditi, Præſes ciuitatis. de maioribus Magiſtrati-
bus, Caput cleti: Ordinarius; & ſolùs Diœceſanus,
ita

ita ut etiam ſui Regis dicatur ordinarius, ut addo Innocent.in.c.quod ſuper his,de uoto. quem ſequitur Ioannes Lecirier in tract. de primogenit. q.7. lib.3. num.8. Immo & Pontifex, & ſummus Sacerdos, ratione ordinis, non iuriſdictionis, in ſua diœceſi dicitur,& perſona egregia,ut colligit, & probat Bertachin.in d.prælud. num.10. qui ibi nu.15.ſub dit,epiſcopi appellatione,uenire etiam presbyteros & alios inferiores.c.legimus.93.diſt. Quod ego uerum puto, ſecundum priſca tempora: ut etiam uidetur tenere Card.Alex.in d.c.legimus,per.c.in illis.80.diſt.& uidetur tex. expreſſus in.ca.cleros.21.diſt.alias ſecus:& ideo idem Cardin.ibi col.4.notat ,in primitiua eccleſia,nō fuiſſe differentiam inter epiſcopum ,& clericum.Subdit etiam Bertachin. ibidem appellatione Epiſcopi, uenire ducem, comitem, & Regem, teſte Specul. tit.de inſt.edit. §.nunc uero aliqua.uerſi.ſed nunquid expreſſo: & in duce affirmat. Card. Alex.in. c.ſi officia.59.diſt.Sed Specul.non hæc ita abſolute ſentit: præſertim in duce, & Comite, licet in Imperatore,& Rege,uideatur conſentire:ſed non affirmat. Epiſcopi tamen appellatione, Patriarcham, Archiepiſcopum. & Epiſcopum, uenire haud dubium uidetur,ut diximus ſupra hoc lib.c. 3.num.2.&.c.4.num.25. Paſtor quoque epiſco-
* pus nūcupatur,ſicut alij prælati,ſic * Eccleſiarum ſuarum nuncupantur.c.ſciſcitaris.7.q.1. Item adde,epiſcopos quandoque maximos Pontifices uocari,ut tradit gl. in. c.1.in uer. Romanus.de conſtitut.in.6.allegat.d.cap. cleros, ubi tamen hoc non uidetur probari. Sed Card. Alexan. dicit probari in. cap. ſi epiſcopus. 18. diſt. ut ibi per eum. Adde etiam Epiſcopos Antiſtites uocari, quaſi ante alios ſtantes.ut per glo.in.ca. dudum. in uer. antiſtites. de ſepultur.& per Abb. in.c.antiqua.de priuileg. Antiſtites quoque uocari ſacerdotes oſtendit tex. in d.c.cleros.Item Sanctiſsimi dicuntur epiſcopi, Chriſti legati; Patres Spirituales, Fratres, & coepiſcopi Papæ: & Columnę eccleſiæ, ut colligitur in clem.1. §.nec ſuper. cum concord.in glo. allegatis, de pœnis,& per Corn. conſil.83.num.8. uolu.2.& Cardinales appellari poſſunt, ut per Card. Alex.in. c.in nouo, in prin. 21.diſt. Dicitur etiam epiſcopus tutor ultimarum uoluntatum, ſecundum Bal.in.l.teſtamentum.C. de teſtamen.item dicitur miniſter rerum eccleſiaſticarum, ut eſt glo.in rubr.C. de epiſcop. & cleric.immo dicitur etiā miniſter Dei, ut per Corn. conſil.83.num.8.uolum.2. Dici etiam poteſt, & debet dominus ſubditorum ſuorum; qui ſi eum negauerint dominum, acriter puniuntur, ut not. Abb.in.c.grauem.de exceſ.prælat. ipſe tamen declarat hoc procedere, quando præſtatur iuramentum epiſcopo, a recipiente dignitatem, uel eccleſiam ab eo: alioquin hoc, licet honeſtum, non tamen ſit neceſſarium.c. eſto ſubiectus.95.diſt. Dicitur etiam epiſcopus, Pater pauperum,ut oſtendit Bal.in l.precibus. col. antepe.uerſic.præterea. C.de impub.& generalis procurator eorū, in ſua diœceſi.§.ſi quis autem pro redemptione,in auth. de eccleſ.tit. & colligit Roland. in tract. formul. capit.in teſt.rub.10.nu.2.Diciturque Iudex corporum, & animarum, vt per glo. fin.in.ca.1.36. diſt. Dicitur etiam oculus Dei.c.oues.6.q.1. Immo dici poteſt etiam Chriſtus.c.ſi quis de potentibus.§.quiſquis.24.q.3, Item dicitur Vicarius Chriſti particularis; Papa uniuerſalis, ut per Cardin. Alex.in. c.in nouo.21. diſt. Princeps quoque aliquando appellatur epiſcopus, ut tradit Franc.Pauin. in tract. de offic. & poteſ.capit. ſed, uac. per cle.ne Romani.de iureiur.in prælud.6. num.15. & Barb.in tractat.de præſtan.Cardin.5.q.1. partis.num.13.ubi.q.1.dictæ.1.partis.num.20.cum ſerenitate etiam eos uocari, ponit. cle.in pleriſq; de election. An uero cenſendi ſint Illuſtres, uel ſpectabiles, ſcripſimus ſupra.c. præced.nu.24. Reuerendiſsimi tamen expreſſe appellantur in. c.in nomine domini.23.diſt.& in. l.nulli.C. de Epiſcop. & cleric. ubi & Religioſiſsimi cognomine pariter decorantur. Nota tamen Epiſcopum aliquem non eſſe appellandum, qui non ſit confirmatus,& conſecratus, ut diximus ſupra hoc libr. c.4.nu.16. Nota etiam appellatione prælati epiſcopum uenire. cap. fin. ubi not. Philip. Fran.ne cleri. uel monachi.

7 Mitra, † quæ eadem eſt,quæ inſula,& tyara,ſeu tindaris.ſcientiam utriuſque teſtamenti deſignat. Duo etenim cornua, duo ſunt teſtamenta, anterius nouum, poſterius uetus. In quorum ſcientiā, Epiſcopus debet eſſe inſtructus, acutus, & exercitatus. c. qui Epiſcopus.23. diſt. & reſumit Specul.in eo Rationali Diuinorum, libr.3. in rub. de mitra, qui ſubdit eo pacto, tanquam duplici cornu, Epiſcopū inimicos Dei ferire. Sic Fimbriæ a Mitra,in extrema ſummitate,rubei coloris,dependentes: ſpiritum, & literam demonſtrant: uel etiam ſecundum eundem Specul.denotatur, Epiſcopum eſſe debere paratum, tā in myſtico, quam in hiſtorico ſacræ ſcripturæ intellectu: & item denotari ait, illius promptitudinem,ad fidei,& ſacrę ſcripturæ defenſionem, etiam uſque ad ſanguinis effuſionem.c.ſunt quidam.25.q.1.& ſimilia alia ſubnectit: Inter quæ illud non eſt omittendū: ut
8 ipſe Specul.ait,† ſimplici Mitra lintea,& alba,quandoque uti Epiſcopum, quæ caſtitatis candorem, mundiciamque ſignificet, hacque regulariter uti in diebus ieiuniorum,& ab aduentu uſque ad natiuitatem, quia illi dies ſunt ordinati ad delenda peccata. Sicque ferenda non ſunt, quæ gaudium: ſed potius,quæ humilitatem, & afflictionem de-
9 ſignant.† Mitra uero auriphrigiata, uti debere a paſcate uſque ad aduentum,commemorat Specul.& a natiuitate domini, uſque ad ſeptuageſimam,in omnibus feſtis duplicibus, & nouem lectionum totius anni,niſi in feſto Innocentium, & in dominicis,prædictorum temporum:& generaliter quandocunq;, Gloria in excelſis, & te Deum Laudamus, decantatur: & etiam in dominica tertia aduentus,in qua cantatur Introitus, Gaudete:

& in dominica.4. quadrageſimæ in qua cantatur Introitus. Hieruſalem:licet in his dominicis, Te Deum Laudamus,& Gloria,non dicantur. Feſtiuè enim dies tales ſunt, in quibus uirtutem, & gaudium generale,uel ſpeciale, capitis, uel membrorum,ad memoriam reducimus. Aliter tamen utitur Mitra oni.Max.quam epiſcopus,ut ibi ſubdit Specul.& diximus ſupra hoc lib.2.c.1.§.1.uerſic. diademate num.1. Mitram quoque, & Baculum deponit Epiſcopus,cum accedit ad altare,cauſam populi agendo: Humilitatemque oſtendendo, Reſumit cauſam Dei ad populum conuerſus agendo:quem in cuſtodia ſua repoſitũ,doceat nouum & uetus teſtamentum:quod per duo cornua ſignificatur,ut ſupra.

10 Amictus,† Alba; Zona; Stola, Manipulus, & Planeta, ornamenta Epiſcopi: quæ tamen alijs etiam ſacerdotibus communia ſunt, ut inquit Specul.in d. ration. diuin. lib. 3. in rub. de caligis & ſandalijs, ſuos ſimiliter ſignificatus habere per eum ſigillatim per rubricas, explicatur, eo lib.3. Sic & de alijs ornamentis, tantum ad Pontifices,

11 ſeu Epiſcopos,pertinentibus: ibidem diſſerit,† ut puta de caligis,& Sandalijs, de Orali, de Tunica, de Dalmatica,de chirothecis,de Annulo,de Baculo Paſtorali;& quibus Rochetum,& Cappã addidimus nos:ad quæ, ne faſtidiũ fiat, ſufficiat remiſſio. Liceat tamen aliqua ſubnotare: quæ & ſi a Specul.uentilentur: hic tamen breuiter reſum-

12 pta,bene conuenire poſſe, arbitrandum fit, † ut ſi dicamus, Sacerdotes debere uti Stola tranſuerſa, ante pectus, in modum crucis ſub pœna excommucationis,ut tradit Specul.in d.ration.diuin.lib. 3.in rub.de Stola per.c.eccleſiaſtica.23.diſt.quod tamen contraria generali cõſuetudine,forte abrogatum dicit:qua de re hæc tranſuerſio in epiſcopo prohibetur, ut in Põtificali.in d.rub.de miſſa Pontificali,fol.230.col.4.

Dicamus inſuper, Annulum eſſe fidei ſacramentum, quo Chriſtus ſponſam ſuam, Sanctam Eccleſiam ſubarrauit, ut ipſa de ſe dicere ualeat; Annulo ſuo ſubarrauit me Dominus, Ieſus Chriſtus. Cuius cuſtodes,& pędagogi, & Epiſcopi,& prælati ſint, Annulos pro ſigno, in teſtimonium huius rei ferentes. Nec ſecundum Ab.in.c.pen.de

13 uita & honeſt.cleric.col.2.per illum tex. † niſi ex priuilegio dignitatis, clerici poſſint ferre Annulum:cum ſolis epiſcopis, & ſuperioribus id competat,quia ſolus epiſcopus, contrahit matrimonium ſpirituale,cum Eccleſia, per cuius mortem

* dicitur uiduata: & communem * opi,tradit. Declarat tamen Abb. ut liceat clerico doctorato, deferre Annulum: quia Doctoratus eſt dignitas. Ferũt autem Annulum Epiſcopi,in quarto digito dextræ manus,ut obſeruari uideo: & legitur in Pontificali in rub. de miſſa Pontificali. fo. 221. col.3.in rubro. Cum tamen propter mutuæ dilectionis ſignum, uel magis ut eodem pignore corda eorum iungantur,a ſponſo ſponſæ,quarto digito ſiniſtræ, Annulus inferatur: ideo quia in ea uena quędam(ut fertur)ſanguinis, ad cor uſque perueniat.c.fęminę.30.q.5.ſicque potius eo argumento in digito Annulari ſiniſtræ manus uidere-

14 tur ab epiſcopo deferendus. Dicamus inde, Baculum paſtoralem, ſignificare correctionem paſtoralem,& propterea dicitur a conſecratore,conſecrato epiſcopo: Accipe Baculum paſtoralis officij, ut ſis in corrigendis uitijs pie ſeuiens, ut in Pontificali.& per Specul.ibi: qui & alias declarationes ponit. Tu addas, ut diximus ſupra hoc lib. c.1.§.1.uerſic.Crucis,num.1.& ſeq.Baculum paſtoralem recipere Epiſcopum, curuatum,ea ratione, inter alias, quia Ro. Pon. poteſtatem a ſolo Deo recipit, alij autem,ſicut epiſcopi,ab homine, ſicque ille liberam poteſtatem in ſpiritualibus, alij coarctatam recipiũt, quæ per Baculi incuruationem denotatur. Denotatur etiã cuſtodia gregis ut per glo.in.c. diſciplina. ubi Card. Alex.45.

15 diſt.† Dicamus poſtremo epiſcopũ uti Rocheto in publico, & in Eccleſia, ſuper alia ueſtimenta quotidiana. cap.pen.ubi not.Ab.col.2.de uita & honeſt. cler. qui tamen declarat cum tex. ut hoc procedat in Epiſcopis ſecularibus: non autem re-

16 ligioſis: † quos nõ decet recedere ab habitu ſuo, etiam ſi efficiantur Cardinales, idem tenet. Bertachin.in tract.de Epiſcop.lib.3.in.1.parte num. 16.& lib.4.nu.13.Rurſus declarat Ab. ut epiſcopus priuatim non teneatur deferre Rochetum, ut puta in domo,uel in camera,in qua debet exiſtimare ſe eſſe collegam ſacerdotum, & ſic ſocialiter cum eis ſe habere. c. epiſcopus in eccleſia.&.cap. olim.95.diſt. Rochetum autem eſſe ſuper indumentum lineum, declaratur etiam ex eo. c.pen.& dictis Ab.ibi.

17 † Cappam autem Lanẽã, oblongam,deferente caudam capellano, qua ratione deferat epiſcopus, non ſatis conſtat in iure,ut inquit Ab.in.c. antiqua. de priuilegi. & exceſ. priuileg. in fi. ſed quandam forte grauitatem, uel dignitatem, non tamen iuriſdictionem, denotare commemorat: Qua ideo uti poſſit etiã extra prouinciam ſuam, ſicuti Annulo: & celebrare in Pontificalibus, & alijs ſimilibus. Qua de re in Pontificali legitur in rub.de miſſa Pontificali,in rubro col.2.& in rub. de ueſper. Solennibus, in rubro in prin.& in rub. de miſſa ſolenni.in rubro in prin.Epiſcopum, uel Pontificem,eam cappam induere, more prælatorum,curiæ Romanæ, qui ea utuntur in capella Papæ. At qui epiſcopos,uel alios prælatos,in Synodo congregatos, debere uti hiſdem indumentis, quibus utuntur in diuinis, ratione ſuæ dignitatis

2 tradit Philip.Franc.in.c.ut apoſtolicæ num.3.de priuileg. Sic Epiſcopi præſertim,& alij prælati,& clerici.cum prædictis, & ſuis ueſtibus ſacri ordinis,ſunt ſepeliẽdi,ut not.doct.in.c.nemo clericus, de conſecr.diſt.1.& Ab. q. 3. num.7. His quæ ad ornatum corporis Epiſcopi pertinent, uentilatis, ſubijciamus per paragraphos, ea quæ ad aſſumptionem, & ordinationem eius: & quæ ad degradationem, & pœnas eius ſpectent.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Electio Epiſcopi a quibus olim, & hodie fiat.*

§.I. DE ASSVMPTIONE, ET ORDINATIONE EPISCOPI.

§.I.

ASSVMITVR, & ordinatur epiſcopus multis modis: ita ut nihil ei penitus deſit: recteque, & ex omni parte, Epiſcopus appellari poſsit. Quod præcipue fit per Electionem: Confirmationem; & Conſecrationem: Quæ ſigillatim interpretari, & declarare, non ab re eſſe exiſtimo. Platina poſt ea quæ diximus in proximis, in uer. Epiſcopus, nu.
2 3. in uita Syluestri, Pont. ait † ex Concilio, Conſtantini mandato, & impenſa, munifice apud Niceam, Bithyniæ urbem, celebrato, & confirmato, inter alia cautum eſſe; Ne epiſcopus in ordinem aſciſceretur, niſi ab omnibus, uel ſaltem a tribus prouinciæ Epiſcopis: Quibus conueniunt dicta in d.c. porro. 66. diſt. Prius tamē talem Electionem, ad Pontifices ſpectaſſe commemorauimus ſupra hoc lib. c. 1. §. 4. nu. 5. & 6. & clarius in d. uer. epiſcopus num. 3. & 4. etiam recenſuimus, poſtea ius eligendi Epiſcopum, ſolum habuiſſe canonicos, cum declarationibus ibi poſitis; & ibidem num. 7. ſubdimus: talem electionem, rurſus ad Pontifices, redijſſe: ex quo etiam per prouiſiones, ſpecialiter hoc poſſunt ſibi reſeruare, & paſsim reſeruant, præſertim per reg. Cancellariæ, & Conſtitutiones. Et cum hæc ſummatim reſumpta, aperiant, quomodo electio epiſcopi, aliquando per tempora abſoluta ſit, quomodoq; hodie fiat: cū multa, quę reſpiciunt electionem a Canonicis & a capitulo faciendam, ſubordinauerit Bertachin. in eo tract. de Epiſcop. lib. 1. in. 3. parte, per. 60. quæſt. ideo ad eum me refero: ubi curioſius uidere poſsis, qui ibi lib. 2. in prin. ſubnectit: Quis, Qualis ue eligendus ſit: Quod tamen & hic apte breuibus colligere poſſumus: quodque primum nos docuit Paulus. ad Thimoth. 1. c. 3.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quis, qualisve ſit eligendus, in multis exprimitur.*
2 *Electio qua ſit, aut dicatur.*
Poſtulatio, qua dicatur.
Epiſcopo coadiutor, quando dari poſsit.

QVIS, QVALISVE ELIGENDVS SIT EPISCOPVS.

1 OPortet Epiſcopum † irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris uirum, ſobrium, ornatum, & prudentem: Prudentiam autem in Epiſcopo, intelligimus oportere ineſſe, non ſolū literarum peritia, uerum etiam ſecularium negociorum diſpenſatione, ut exprimitur in. cap. 1. 36. diſt. quia cum ipſe ſit iudex corporum, & animarum, oportet ipſum, tam ſpirituali, q̃ tēporali ſciētia ornari, ut ibi celebratur glo. fi. & ideo uita præſtantior eſſe debet, & non adæquandus in fide, doctrina, uel operibus, ſubditis ſuis: cum & honore eos præcellat. cap. fin. 8. q. 1. & alibi glo. in. c. 3. 36. diſt. inquit, Epiſcopum aliorum doctrina, non deberemgere: tamen recte docet glo. in. c. ſi hæres. 24. q. 3. Epiſcopum repræhenſibilem eſſe, qui a perito ſubdito contemnit edoceri per. c. de conſtantinopolitana. 22. diſt. quod intelligit Archid. & Card. Alex. in d. c. 3. quando epiſcopus eſt minus eruditus. Sic Auguſtinus. in d. c. ſi hæres. ſe ſenem epiſcopum, ab anniculo edoceri paratum oſtendit, & habetur in. c. nullus. 38. diſt. Quibus uero ſcientijs uacare poſsit epiſcopus, dicemus inf. §. 3. num. 44. Sic oportet Epiſcopum eſſe pudicum, hoſpitalem, doctorem, non uinolētum, non percuſſorem, ſed modeſtum: non litigioſum, non cupidum ſed domui ſuæ bene præpoſitum: filios habentem ſubditos, cum omni caſtitate (nam qui domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit) non neophitum, ne in ſuperbiam elatus, in iudiciū incidat diaboli. Neophitus autem dicitur hodie, propoſitum nouiter religionis aſſumens. 48. diſt. per totum: oportet autem illum, & teſtimonium habere bonum, ab his, qui foris ſunt: vt non in opprobrium incidat, & in laqueū diaboli: quæ fere eadem repetit, idem Paul. ad Titum. cap. 1. cumulans etiam Epiſcopum oportere eſſe ſine crimine, ſicut Dei diſpenſatorem: non iracundum, nō turpis lucri cupidum: ſed benignum, iuſtum, Sanctum, continentem, complectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem Sermonem, ut potēs ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere, & hæc quidem in Pontificali obſeruantur, in rub. de conſecrat. electi in Epiſcopum. fol. 28. & pluribus in Locis in iure recepta ſunt, ut in. c. qui epiſcopus 23. diſt. ubi alia non diſsimilia adduntur: ut puta quòd epiſcopus eligendus ſit docilis, moribus temperatus, uita caſtus, peruigil: ſemper negocijs ſuis caueus, humilis, affabilis, miſericors, literatus, in lege Domini inſtructus, in ſcripturarum Senſibus cautus, uel acutus: in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus: & ante omnia, qui fidei documenta, uerbis ſimplicibus aſſerat, ideſt, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, unum eſſe Deum confirmans, totamque trinitatis vnitatem, deitatem, coeſſentialem, & conſubſtantialem, & coęternam, & coomnipotentē prædicans: ſingulasque quaſq; perſonas in trinitate, plenum Deum, & totas tres perſonas, unum Deum, & incarnationem diuinā, non in Patre, neque in ſpiritu Sancto factam, ſed in filio tātum credat: ut qui erat in diuinitate Dei patris filius, Deus uerus ex Patre, eſſet & uerus homo ex matre: carnem, ex uiſceribus matris habens, & animam humanam rationabilem: ſimulq; in eo utriuſque naturæ; ideſt, Deus, & homo: una perſo-

perſona, unus filius, unus Chriſtus vnus Deus, creator omnium, quæ ſunt: & auctor, & rector, & Deus cum patre, & ſpiritu ſancto omium creaturarum: qui paſſus ſit pro ſalute noſtra, uera carnis paſsione, & mortuus uera corporis ſui morte, reſurexit uera ſuæ carnis receptione, & uera animæ reſumptione; in qua ueniet iudicare uiuos, & mortuos, & reliqua: recipiuntur, & generaliter præmiſſa in.cap.cum in cunctis. de election. dum in omnibus ſacris ordinibus, & eccleſiaſticis miniſterijs, diſponitur, ſed multo fortius in Epiſcopo: inquirendam eſſe ętatis maturitatem, grauitatem morum, & literarum ſcientiam quia is qui ad curam aliorum poſitus eſt, in ſe ipſo debet oſteudere, qualiter alios in domo Dei oporteat conuerſari: ſed & ſpecialiter ibi exprimitur, ut nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui iam trigeſimum ætatis ſuæ annum excegerit, & de legitimo matrimonio ſit natus, qui etiam uita, & ſcientia, commendabilis demonſtretur: de quibus etiam meminit Specul.in tit.de election.§.1.uerſic. poteſt cum etiam. Quando autem ſit habenda ratio potentiæ, diuitiarum, & nobilitatis, ſicut dignitatis, & ſcientiæ, pręſertim cœteris paribus, ponit glo.in.c.conſtitutis.2.in uer, impotentiam.de appellat.ubi Abb.not,num.10. & Philip. Franc.nu. 6.& ibi] inquit Decius in.3. not. electionem eſſe ſecundum Deum, & conſcientiam, & ibidem in d. glo.ait, eligẽdum eum, qui magis ſit expediens eccleſiæ, & faciunt dicta ſupra lib.1.c.2.§.3. nn.19. Subijciamuſque generaliter in Electione Epiſcopi, habendam eſſe rationem numeri, ad numerum; meriti ad meritum, Zeli ad Zelum.cap. quia propter.c.in geneſi. cum concord. de elect. Specul.in tit.de election.§.1.uerſic. publicatione: ſequitur Bertachin. in d. tractat. de Epiſcop. lib.2. num.2. Vnde maior numerus canonicorum eligentium, & unus maioris meriti alio, eligendus: & pars eligentium, quę eſt maioris auctoritatis, & maiori Zelo in eligendo ducitur, præferenda eſt, ut ibi. Ex quibus colligitur magis idoneum eligendum eſſe, ut etiam exprimitur in c.licet.8.q.1. ubi tamen glo. declarat ſufficere, ſi bonus eligatur: idem tenet glo.in.cap.ſi.de offic. cuſtod. ubi Ab. Immo ut atteſtatur glo.in. c. miramur.in uer. pro laboribus.61.diſt.electio facit præſumi quem meliorem alijs. Data uero paritate numeri, meriti, & Zeli, quis pręferatur, ponit glo. ſi. & magiſtralis, ſecundum Cardin. Alexand. ibi in.c. obeun-
3 tibus.63.diſt. & tex. inibi in. c. ſi forte. † Sicque etiam ex præmiſsis colligere poſſumus, Electionem dici alicuius perſonæ, ad prælationem, uel ad fraternam ſocietatem, canonice facta uocatio. ut docet. Ab. in rub. de poſt. prælat. qui ibi ſubdit, ideo poſtulationem ab electione differre, quia electio iuri, poſtulatio gratię innitatur, Notandum tamen eſt, ſi contigerit epiſcopum eſſe furioſum, ſenem, perpetuo morbo grauatum, uel aliter inutilem: poſſe ei coadiutorem per capitulum dari. per Bertachin. in. ſecunda parte, quarto lib. d.tractat. num. 24. per. capit. primũ. §. primũ. de cler. ægrot. in. 6.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eligendus, quas exceptiones patiatur.*
2 *Simonia quando committatur. &c. 3.*
4 *Electione deuoluta ad ſuperiorem, an is debeat eligere cum eiſdem qualitatibus, quibus primi electores: communis quod non.*
Epiſcopus electus an teneatur dicere defectus ſuos.
5 *Electionem Epiſcopi, qui impugnare poſſint.*
Epiſcopus indigne promotus, decapitandus eſt, & ſcienter, & iniuſte faciens ſe conſecrari, perdit beneficia.
6 *Pontifex poteſt diſpenſare, vt in pluribus, in exceptionibus contra Epiſcopum, militantibus.*
7 *Electio canonica Epiſcopi, nõ requirit diſpẽſationem.*

EXCEPTIONES SINE ELECTIONE EPISCOPI.

PRope præmiſſa non ab re eſſet, magis in ſpecie inueſtigare, quis in EPiſcopum eligi poſſit, quaſque quilibet exceptiones patiatur. Verum cum multas earum diſcutiat Bertachin.in eo tract. de Epiſcop. lib.2.ad illius interpretationem lectorem remittere placet: liceat tantum ſummatim illius dicta hic reſumere, ut quidam inſtitutus ordo non negligatur, aliquibus ubi contigerit, aliquando uentilatis: aliquando additis.
1 † Patitur ergo exceptionem, ſecũdum Bertachin. cum allegatis, ut in Epiſcopũ eligi non poſsit, Excommunicatus, neque ſi electus fuerit confirmandus eſt: & in hoc conueniunt dicta ſupra lib.1. cap. 1.§.2.quæſt.5. in uer. Excommunicati. præcipue num. 5.&. 6. Neque ſuſpenſus, aut ſuſpendendus: qui etiam poſtulari non poteſt: Neque concubinarius: Neque nolens, aut inuitus: Neque is qui data opera, & ambitioſe epiſcopatum quærit, Quibus adde Card. Alex.in cap.pen.59.diſt.
2 † diſtinguentem, ut etiam ſi quis ſperet principaliter dignitatem, dum non ad finem commodi, ſed ut proſit, non præſit, ſimonia non committatur, & ita inquit procedere.c.qui Epiſcopatum.8. q.1. Neque eligitur faciens pactum iuratum, cum canonicis electoribus: quibus adde Card. d.cap. pen. Neque neophitus, hoc eſt qui ſi promoueretur,
3 in ſuperbiã proſiliret: † Neque ſimoniacus, & his adde Card. Alex.d.c.pen. & dicta hoc lib.c.1. §.2.q.6.nume. 19.&.§.4. uerſ.6.nume.25. Simonia autem committitur, manu, precibus, & obſequio.c.nonnulli.1.q.1.c.Moyſes. 8.q.1. Neq; per fauorem: Neque non conſtitutus in Sacris ordinibus, poteſt tamen poſtulari: Sic Laicus non poteſt eligi, ſed poſtulari. Neque eligendus eſt unus, qui ſit extra numerum canonicorum, ubi in capitulo idoneus reperiatur. Valet tamen electio ſi alias extra capitulum, æquæ idoneus reperiatur, de quibus etiam per Abb. in. c.

cum

cum inter canonicos.de electio. Neq; etiam a Papa electus, inimicus populo, admitti cogitur, ſed ab eo recuſari poteſt, tanquam ſuſpectus: Neq; eligi poteſt epiſcopus, habens alterum Epiſcopatũ, cum tamen poſtulari poſsit. Neq; poteſt quis creari epiſcopus, ſine titulo Epiſcopali: idemq; eſt, & ſi habeat titulum, uel eccleſiam, quæ tamen careat Populo Chriſtiano, & clero: ſecus ſi altero tantũ: licet quandoque epiſcopus de facto ſit, ut in Barbaria. Atque ẽt ciuitati ſubmerſæ dari epiſcopus poſsit, non tñ illi, quę nunquam habuit Epiſcopũ, niſi auctoritate Papæ: Poteſt tamen dari illi, quæ epiſcopo caruit, etiam per mille annos præteritos: dummodo non caruerit ex crimine ſuo. Neque eligi poteſt mancus corpore, vel aliter vitiatus: niſi parum mancus ſit: Qui autem corpore vitiati dicantur, ibi declarat Bertachin.num.42.per ſtatuta in.55.diſt.Neq; Bigamus, niſi Papa diſpenſante: qui poteſt diſpenſare ſm communem opin. ut diximus in hoc lib.c.1.§.4.uerſic. Quinto. in uer. Bigamiæ. Neque minor triginta annis: Neque crimine, uel peccato enormi, etiam occulto, & non notorio: quod cauſat irregularitatem, etiam poſt peractam pœnitentiam, coinquinatus: Quæ autẽ crimina enormia ſint, etiam declarat ibidem Bertachin.num.58.& tetigimus ſupra lib.1. c.1.§.2.q.6. num.4.ſed uide omnino Ab. &.doct.in.c.fi. de temp.ordin. quod Propter crimen prohibeatur a ſuſceptis, uel ſuſcipiendis ordinibus. An autem electio fieri poſsit, poſt ſententiam latam, ſuper crimine, contra prælatum, uide Felin.in. c. qualiter. 2.col.pen.verſ.Vlterius tangit de accuſat. Adde tamen hic epiſcopum toleratum ab eccleſia, non poſſe repelli, prætextu criminis, ſed expectatur ſententia, etiam quod is, uel prælatus alius ſit notorie criminoſus, & incorrigibilis, ut idem Felin. oſtendit in.c.ſciſcitatus.col.3.de reſcrip. Neque eligi debet vſurarius: immo aſſumptus, non ſolum deponitur, ſed etiam degradatur. Neque apoſtata, etiam per Papam ignorantem: ſecus ſcientem, quia uidetur tunc cum eo diſpenſare: Neque mendicantes eligi poſſunt, vel poſtulari, ad Archiepiſcopatum, uel epiſcopatum diuitem: hoc eſt mendicantes religioſi, ſcilicet ordinis prædicatorum, minorum, heremitarum.S. Auguſtini, & ſimilium: quod tamen intelligitur quando in diſcordia poſtulantur: Sic nec monachus, rector eccleſiæ parochialis, in diſcordia eligitur, ſecus in concordia. Neque inimicus hoſpitalitatis eligi poteſt: Neque quiſquam, quando alius datus eſt viſitator, uel adminiſtrator eccleſiæ Cathedrali per Papam: Neq; ad populi clamorem: Neque Sciſmaticus, niſi reuerſus ad lumen fidei. Neq; Baſtardus, uel aliter illegitime natus. Neque literarũ ignarus. Quę uero ſcientia ſufficiat, diſſerit ibidem Bertachin.nu.84. & diximus ſupra hoc lib.c.1.§.2.q.4.nu.11. Neq; electio fit, vel valet eius, qui debebat poſtulari, nec valet poſtulatio eius, qui debebat eligi: Item vitiatur electio eius, de cuius ſtatu quæſtio oritur ex poſt facto. Nec ualet ſi aliqs, ut puta, Titius eligatur, alio cognomine non expreſſo: niſi conſtet de quo ſenſerint eligentes, quorum declarationi ſtatur: & quo alio modo hoc intelligatur, declarat Bertachin.ibidem num.93. Item non eligitur infirmus, laborans morbo epilentico. Neque dæmoniacus: Neque Canonicus, qui ſcienter elegit indignum: Neque qui non eſt dignus, ad archiepiſcopatum eligetur, licet alias dignus ſit ad Epiſcopatum: Neque qui ante electionem fuerit requiſitus, & conſenſit electioni de ſe faciendæ: immo electio facta debet caſſari, quia ambitioſus cenſetur. quo aũt electus debeat conſentire, dixi ſupra hoc li.c.1.§.2.q.4. Neq; hiſtrio. Neq; ſeruus. Neq; plures Epiſcopi, in una Eccleſia eligi poſſunt. E conuerſo itidem unus Epiſcopus non poteſt dari duabus Eccleſijs. Neque ambitioſus, qui uocatur ille, qui deſiderat præeſſe, non prodeſſe, ut ſupra. Hi autem omnes caſus enumerantur per Bertachin. in electione, quæ fit a Canonicis: quæ ſm eum ibi.
4 nu.91.† ſi deuoluatur ad ſuperiorem, is debet eligere cum eiſdem qualitatibus, quibus canonici eligere debuiſſent, ut & per eum eo.tract.lib.1.3.parte.3.q.1.ad quæ ſe refert. Faciunt dicta Iaſ.in.l.1.§. item acquirimus, num.18.ff.de acquir.poſ. Inquit tamẽ Abb.in.c.ne pro defectu.nu.4.de elect. quod ſuperior ad quem fit deuolutio, non tenetur præciſe eligere, ſicut primi electores: ſed poteſt prouidere Eccleſiæ de paſtore: & ſic procedere per uiam prouiſionis: Prouidendo enim eligit, & cõfirmat: nam is habet electionem iure deuoluto: & confirmationem iure proprio, quæ unico actu ex-
* pediuntur: & ita communiter* teneri tradit. de quibus etiam per Card. Alex.in.c.ſynodo.63. diſtin. Hodie tamen prouiſiones eccleſiarum Cathedralium, ſiue metropolitanarum, ac patriarchaliũ, pertinent ad Pont.Max. Ea enim oĩa, & alia ſibi etiam reſeruare ſolet, ut diximus ſupra hoc lib.c.1.§. 4. verſ.4.nu.4.&.7. & diximus pręcedẽtibus in prin. huius.§.nu.1. Ad præmiſſas exceptiones faciunt illæ, quæ iam uentilatæ ſunt in Pont.max. ſupra hoc lib.c.1.§.2.q.6.ſiue de iure diuino, ſiue naturali, ſiue poſitiuo, conſiderandæ ſint. Adde pmiſsis, ut nec eſſe, nec ordinari Epiſcopus poſsit, qui non bibit uinum.arg.gloſ.in.c.ipſi Apoſtoli.2.q.7. Nec eligi põt ſenex, qui adminiſtrationi non ſufficiat, ut p gloſ.& doct.in.c.cõſtitutis.2.de appellat. ubi Philip.Franc.in. 6. Adde etiam, ut Epiſcopus habens uxorem, & filios, non poſsit ad Epiſcopatum promoueri.c.de Syracuſanæ.cum glo.28.diſtinct. ubi Card.Alex.firmat, etiã per tex.in auth. quom. opor. Epiſcop. Verum iuxta præmiſſa, an electus teneatur dicere defectus ſuos, uide Felin.in.c. ſciſcitatus.colum.4.uerſ.non ſe excuſat. de reſcrip. Et qui admittantur ad excipiendum de crimine contra electum, ſiue petentem confirmationem, conſecrationem, uel ordinẽ: & an admittatur princeps Regni, adde Ab.in.c.ſup his.ubi doct.de accuſat.& præcipue Felin.ibi, col.6.uerſi. prima cõ-
5 cluſio.† qui ponit, qui admittãtur ad opponendũ cõtra formã electionis, & electum. Hic tñ nõ omit

to adducere gloſſ. in.l.qui cum uno.in prin. ff. de
re milit. quam ſtupendam tradit Felin. in.c.ſi quã-
do,col.5. verſ.conſidera tertio.de reſcrip.quę Epi
ſcopum indigne promotum,decapitãdum arguit;
Mitius tamen loquitur glo. cum ibi additis in. c.
cum qui, de præben, affirmans Epiſcopum, qui
ſcienter, & iniuſte, faciat ſe conſecrari, perdere
beneficia priora: quæ ibi refert. Philip. Franc.nu-
6 me. 7. † Non videtur tamen dubitandum ipſum
Pontificem poſſe diſpenſare in caſibus præmiſsis,
vel vt in pluribns eorum: ſicuti annotauimus ſupra
hoc lib.c.1.§.4.uerſi. Quinto, uſque ad verſ. Sex-
tum: & propterea ſi aliqui ſunt, qui ſub impoten-
tia eiuſdem Pontificis comprehendantur; de qua
diximus dict.c.§.4.uerſ. Decimo.& uerſi.Vndeci-
mo.illi excipiuntur, ut diſpenſare non poſsit: & tra
dit Ab. in. c. cum in cunctis.in prin.column.1.de
7 elect. † Electio tamen Canonica Epiſcopi, non re
quirit diſpenſationem, ut not. Innocen.in.c. cum
te, de cleric.peregr.& Bal.in marg.in uer. electio,
uerſi.pen.

SVMMARIVM.

1 *Electio a canonicis qualiter fiat, & in ea obſeruanda, remiſſiue.*
2 *Electionis forma tradita in electione epiſcopi, ſeruanda eſt in electione præpoſiti, Decani, & ſimilium perſonatuum.*
3 *Epiſcopi electio ſit intra tres menſes; intra tres alios, conſecratio, poſt confirmationem.*
Electio tertia die, poſt ſepulturam facienda, ſaltem de honeſtate.
4 *Electio eſt nulla, ſi fiat in loco non determinato.*
5 *Electione facta, vel ante, conſenſus principis requirendus eſt.*

ELECTIO QVALITER FIAT, ET OBSERVANDA IN EA.

1 QVomodo, † ſe habeant electores, & cano
nici in electione epiſcopi, obſeruandaq́;
ab eis in eo negocio, ubi aptius forſan in
prin.huius.§.annotandum fuiſſet; hic tñ non omit
tamus inſcribere; uel potius remittere ad ea, quę
copioſe, etiam in practica collegit Bertach. in.3.
lib.in.1.parte. in eo tract.de epiſcop. præcipue cũ
electio a canonicis celebranda, raro, uel apud pau
cos tantum, habeat locum; quia pertineat ad Pont.
maximum, ut diximus in prin.huius. §. ibi nanque
Bertachin.de modo eligendi, uel per ſcrutinium,
electis ſcrutatoribus; vel per uiam compromiſsi:
uel per inſpirationem, uel quaſi, differit: necnon
& de collatione, & publicatione electionis: &
electi inthronizatione, & de ſignificatione ele-
ctionis, ſeriatim facienda, metropolitano, uel
Papæ, per literarum ſubſcriptionem, & ſigillatio-
nem, cum petitione confirmationis: & quando ele
ctio ſit ualida: & per quæ verba fiat: & quomodo
petatur caſſari: & quòd inuocatio nominis Domi-
ni fiat: & an appellatio admittatur ab electione fa-
cienda: & cuius expenſis fiat: & de iuramento ele-
cti: & de acquirenda poſſeſsione Epiſcopali, per
inſtallationem, vel aliter, & alia ſimilia ponit: &
ibi.nu.70. illud magiſtraliter hic non omittendũ
2 † tradit, ut forma tradita in electione Epiſcopi, ſit
ſeruanda in electione præpoſiti, Decani, Archi-
presbyteri, plebani, & ſimilium perſonatum: ſi ta-
men eorum eccleſiæ habeant clericos, habentes
ius eligendi rectorem Eccleſiæ, & collegium cleri-
corum: & tantum, & tale quod poſsit eandem for-
mam ſeruare, ex auct. glo.in. c.quia propter.& in.
c.1.de election.& ſi tales dignitates ſunt extra ec-
cleſiam cathedralem; ſecus ſi ſunt in choro eccle-
ſiæ, ſecundum dict.glo.& ibi per doct. Adde tamẽ
præmiſsis, & recitatis per Bertachin. quod hic cõ-
3 uenire videtur, † vt electio Epiſcopi, & ordinatio
fiat intra tres menſes: & uſque ad alios tres conſe-
cratio.c.quantum, cum glo.75.diſtin.ubi Cardin.
Alex.qui inquit de hoc ſatis in. c. cum in cunctis.
§.cum ueto.in glo.de election.ubi Abb. nume. 1.
&.5.conſecrationem, infra tres menſes tamen pe-
tendam ait, poſt confirmationem, & de his abun
de locutam gloſ. in.c. ſi electio.de election.in. 6.
ubi etiam glo. recte diſtinguit, in electione, con-
firmatione, & conſecratione, & pallio: & an hoc
procedat in Papa, in his quæ ei immediate ſubie-
cta ſint, ſe remittit ad. c. cupientes. eo tit. At ſi
contigerit impedimentum in prædictis, quomo-
do procedat excuſatio, vide ibi in appoſtil.ad Ab.
Dicas etiam quod eligentes, quam cito commode
poſſunt, electionem electo præſentare debent, qui
intra menſem conſentiat; alias priuatus eſt iure
quæſito: niſi conditio perſonæ eum excuſet. Poſt
conſenſum autem confirmationem petat electus,
infra tres menſes, alias electio viribus uacuatur:
niſi adſit iuſtum impedimentum. c. quam ſit. ubi
doct. præſertim Philip. Franc.de election.in.6. de
quibus in ſeq. dicendum erit: ſaltem remiſsiue.
Declara tamen, ut talis electio Epiſcopi, uel Pon-
tificis, facienda non ſit, ſaltem de honeſtate, niſi
tertia die poſt ſepulturam defuncti. c. bonæ. 2.
de election.ubi Abb.c.nullus.2.diſtin. 79. ubi ta-
men Card. Alex.ait, hoc de conſuetudine non ſer
4 uari. † Item adde electionem nullam, ſi fiat in lo-
co non determinato, niſi ſubſit cauſa, ut per gloſ.
in.c.in nomine domini, in uer.fieri in urbe.23. di-
5 ſtin. † Electione uero facta, principis conſenſus
mox requirendus eſt, immo etiam ante electionẽ,
ut habetur in glo. cum tex. in.c.Reatina.63. diſt.
poſt Panor. per eum relatum in cap.1.de conſue-
tud.& in.c.cum terra, de election. & hoc daclarat
ibi gloſ. niſi aliud ſuadeat ſcandalum: vel præſcri-
pta conſuetudo, iuribus ibi adductis: faciunt di-
cta ſupra lib.1.c.1.§.3.verſ.2.&.c.2.§.3.num. 10.
& hoc lib.c.1.§.4.uerſ.4.num.9.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi electio, ante confirmationem tribuit ius ad rem: non in re, ſecundum communes.*

2 *Epiſcopus electus, non confirmatus, habet prærogatiuas, vt in pœnis ſecum mitius agatur.*

3 *Electio caſſatur, ſi electus adminiſtret ante confirmationem.*

4 *Electus, in caſibus adminiſtrat ante confirmationem.*

ELECTIO ANTE CONFIRMATIONEM QVALE IVS TRIBVAT.

FActa electione quod ius acquiratur electo, an
te confirmationem: an poteſtas, adminiſtran
diq́ue ius, & per cõfirmationem exercitium
adminiſtrationis, ſæpe a doctoribus in controuer
ſiã deducitur, vt oſtẽdunt glo. & docto. in.c.quã-
to.63.diſt.Card.Alex.tñ ibi col.2.ſuper his aliqua
* hinc inde adducit: atteſtatur tamen nolle inſiſte-
1 re, † quia clarum ſit communem * opinionem eſſe
electum ante confirmationem, habere ius ad rem,
non autem in re, allegat inter alia Rot. deciſ. 489.
incip. cum ad capitulum, & Ab. conſ. 47. uidetur
primo dictum Nicolaum. Subdit tamen Card.
2 † electum non confirmatum, habere priuilegium
confirmati, vt in pœnis ſecum mitius agatur. l. mo
ris. §. fi. ff. de pœnis. & per Ludouic. in ſing. & ad
propoſitum inquit Caſſadorus in deciſ. in rota col
lectis, in tit. de præbend. 28. deciſ. per electionem,
& præſentationem, acquiri ius ad rem: per inſtitu-
tionem, & confirmationem, acquiri ius in re. c. di-
lectus. cum glo. de offic. leg. & per Ab. & glo. in. c.
cum Bertoldus. col. 3. de re iud. ubi idem tenet Fe-
lin. col. 1. & 2. & hanc eſſe veritatem teſtatur etiã
interpres reg. Cancel. Innocen. 8. in reg. 38. decla
rans Oldrad. conſ. 146. Factum tale. Contrarium
tamen, ultra relatos per Felin. ubi ſupra, tenuit Phi
lip. Franc. in. c. quam ſit. uerſ. electus. de elect. qui
per electionem ius in re acquiri, per ibi not. affir-
mat: quodq; confirmatio nil iuris addit, niſi exer-
citium adminiſtrationis, per dictam glo. in dict. c.
quanto. & Paul. de Citad. in tract. de iure patr. in.
6. parte. art. 2. nume. 14. & Pet. a Biaxio in tract. di
3 rect. elect. c. 8. 1. partis. † Qui tamen ſubdit hodie
caſſari electionem, ſi electus adminiſtret ante cõ-
firmationem, c. qualiter. ubi Abb. de elect. & ipſe
allegat. c. auaritiæ. de election. in. 6. ubi idem not.
4 Philip. Franc. † iterum ſubijciens quinque caſus,
immo & 7. ſecundum Philip. in quibus ante con-
firmationem, poſsit electus adminiſtrare: de qbus
uide Bertach. in d. tract. de Epiſcop. lib. 3. in. 4.
parte. 2. principalis. nume. 3. & ſeq. & per glo. in. c.
nihil. in uer. adminiſtrent. de election. Non eſt ta-
* men recedendum a communi * opi. per Card. atte
ſtata in hoc articulo.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio epiſcopi, fit intra tres menſes, poſt electionem: ante tamen conſecrationem.*

2 *Confirmatio quando interuenire in electione poſſit: & quando fiat. nume. 7. remiſſiue.*

3 *Confirmatio, vel electio epiſcopi, an potius facienda de ſemper bono: quam de malo, qui effectus eſt bonus.*

4 *Emendatus de crimine, non remanet omnino integer.*

5 *Indulgentia, quos liberat, notat.*

6 *Exempla, & miracula, præſertim veteris teſtamenti, non ſunt trahenda in exemplum, noſtræ actionis.*

8 *Confirmatus, nõ debet accipere poſſeßionem, propria auctore, alijs punitur.*

CONFIRMATIO EPISCOPI PONITVR REMISSIVE MAGIS.

COnfirmationem, poſt electionem ſuccede-
re, ſatis conſtat: de qua itidem abunde, &
ex ordine loquitur Bertachin. in eo tracta.
de Epiſcop. lib. 3. in. 2. parte principali: ideo illum
uidebis. Colligamus tñ & nos ſummatim, ex eo no
tabiliora; addendo aliqua, ubi oportunum uidebi-
1 tur. † Repetamusque primum, confirmationem in-
fra tres menſes faciendam, poſt acceptatã electio-
nem dict. c. quam ſit. & quæ fieri debet ante conſe
crationem. c. prouida. de election. in. 6. atque ſecũ
dum quòd ſubdit Bertachin. ibi in. 1. parte, confir
matio fieri poteſt, etiam poſt mortem eligentium
quorum loco alij ſuppoſiti ſint: & electio etiã non
dum facta poteſt confirmari: Quæ confirmatio ta
men prius peti non poſsit, quam petatur caſſatio
electionis alterius: & ibi ponit eam ubiq; fieri poſ-
ſe: uidelicet in eccleſia, in palatio, & ad ſolitum tri
bunal, ſed tutius ibidem. Dicamus inde ſecun-
dum Bertachin. ibi in. 3. parte. primæ ſecundæ
principalis, Electum epiſcopum confirmari per
Archiepiſcopum ſuperiorem, ſibi immediatum: li
cet talis archiepiſcopus non ſit conſecratus. Ab-
batem tamen electum in epiſcopum, per Papam
confirmandum ait. & ſubdit omnem electionem
Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, poſſe lega-
tum de latere examinare, & confirmare. Tu uero
addas electionem, & confirmationem, & omnem
prouiſionem, hodie ad Pontificem pertinere: præ-
ſertim ex reſeruatione, ut iam diximus ſupra hoc
2 lib. c. 1. §. quarto, uerſi. 4. † Quis autem electus, vel
quæ electio confirmetur, potes etiam abunde ui-
dere apud Bertachin. d. lib. 3. in. 2. parte, ſecundæ
principalis: Cuius penultima quæſtio memorabi-
lis, hic non eſt omittenda. De cuius argumentis,
apud Ioannem Simonetam, huius ciuitatis Reue-
rendiſſ. Epiſcopum, hodie quæ eſt dies Natalitia
Domini, anni. M. D. LV. uerba faciebamus:
3 † An ſi unus ex eligendis; uel electis ſemper

fuit bonus, alter uero fuit malus: ſed effectus
bonus: quis. eorum ſit gratior, & potius confir-
mandus: & licet Archid. in.c.nos conſuetudinē.
12.diſt.ſentiat eligendum eum, qui ſemper fuit bo
nus: pro cuius opinione facit gloſſ. cum text. in.c.
fi. in uer. appropinquenr. de ſenten.excomm. quæ
uberiorem gratiam habituros: qui non peccarunt,
in reconciliarione tradit: Bertachin. tamen refert
contrarium tenere glo.in.c.fidelior, per illum tex.
qui B.Ambroſio in Homil.lib.1.aſcribitur. l.diſt.
quam not.tradit, & cum ea videtur tranſire. Clare
enim in eo tex.exprimitur, Fideliorem factum eſ-
ſe Petrum, poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit,
atque ideo maiorem gratiam reperijſſe, quam ami
ſerit: Verum ad præmiſſa, clarior mihi uidetur tex.
Matthei.c.18.& Lucæ.c.15.ubi exprimitur magis,
uel ita gaudium eſſe in cœlo, ſuper uno peccatore
pœnitentiam agente: quam ſupra nonaginta no-
uem iuſtis, qui non indigent pœnitentia: Cardin.
tamen Alexand.in d.c.fidelior, aliter & contrariū
quam dicta glo.ibi tenet, qui præferendum delin-
quenti, non delinquentem, ſi ambo concurrant tra
dit: ſi uero non cōcurrāt, tunc delinquentē, qui pœ
nitentiam peregerit, non repellendum, ex eo qđ
peccator fuit, ſed potius promouendum: quia me
lius cognoſcat alijs miſereri, oſtendit & ita ſen-
tire Panor.in.c.dudum.2.nume.24.de elect. com
memorat, & procedere contraria, & per conſe-
quens opinionem Archid.ubi ſit concurſus, licet
de eo non faciat mentionem; ſed Panor. ibi vide-
tur etiam ipſe tranſire cum d. glo. Iſta quæſtio in
qua diſſentiunt doct. mihi videtur maxime depen
dere ab ea. q. de qua mentionem fecimus ſupra
hoc. §. in uer. prope præmiſſa nume. 3. an ſcilicet
criminoſus poſſit in epiſcopum eligi, ubi ex col-
lectis per Bertachin. crimine enormi, etiam oc-
culto, coinquinatum, licet iam pœnitentem, non
promouendum poſuimus: cum diſtinctionibus
tamen in non enormi, doctorum, præſertim Ab.
in.cap.fi.de temp.ordinat. quæ idem Abb. uidetur
ſequi in d.c.dudum.nume.24. Qua de re, ſi ele-
ctio ſimpliciter eo pacto uidetur prohibita, abſq;
concurſu, multo magis uidetur non admittenda,
in concurſu eius, qui nunquam errauit: & hæc
opinio arbitranda eſt potius poſſe placere: quia
ſemel malus, ſemper præſumitur malus reg. ſe-
4 mel. de reg. iur. in. 6. † & non remanet omnino
integer, & non reſtituitur priſtinæ præſumptio-
ni naturæ; in qua quilibet præſumitur bonus, il-
le qui eſt emendatus de crimine, ut not. Abb. in
c.teſtimonium.colum. 2. de teſtibus. & inquit Al-
5 ciat. in tracta. de ſing. certam. c. 2. † Indulgentia
quos liberat, notat.l.fi.C.de abolition. ſed eſt. C.
de gener. abolit. & hoc ſuppoſito, ille igitur qui
nunquam deliquit, erit præferendus, uti melior,
vt dictum eſt ſupra hoc. §. uerſ. oportet. in fi. &
hæc eo etiam argumento videntur comprobari,
quia ex delicto ſuo, nemo commodum conſequi
debet.l.itaque fullo. ff.de fur. Nec obſtat text. in
dict.c.fidelior.& Matthæi, & Lucæ, quia reſpon-
de ex nerbis Ab.in dict.c.dudum.nu.24. quod nō
præſumitur ita uero pœnitentia in alijs, ſicut in Pe
tro, uel ſecundum eum, in Petro ceſſabat omne
ſcandalū, propter claritatem uitæ & miraculorum
concurrentiam, nam & ipſe, & omnes alij apoſto-
li, ſpiritum ſanctum a Deo recipientes, etiam
perfectiores facti ſunt: quod in alijs hominibus,
non poteſt conſiderari, & ideo non ſunt trahen-
da ad conſequentiam, huiuſcemodi exempla. c.
his omnibus. ſiue, c. ſtatuimus. 61. diſt. & tradit
Cardin. Alexand.in d.c. fidelior: qui electionem
Petri rationabiliter factam putat, ratione de qua
6 ibi p cum & facit.c.nos ſi.2.q.7. † ubi habetur, mi
racula, & maxime ueteris teſtamenti, eſſe admiran
da, & non in exemplum noſtræ actionis, trahen-
da: Nec ſi Chriſto placuit eligere Petrum, ex ſpe
ciali etiam, & diuina quadam gratia, hoc & in alijs
humanis electionibus militare, admittendum eſt:
& ad propoſitum, Petri factum, non eſſe trahendū
ad conſequentiam, arguit gloſſ. in.c.ſi tranſitus
diſt. 79. & hanc opin. indiſtincte tenet Franc. Ri-
pa. in c.cam te. nume. 32. & ſeq. de reſcrip. poſt
multa argumenta, ab utraque parte iacta: qui ideo
in criminalibus, præferri teſtem ſemper bonum,
7 teſti emendato de delicto, infert. † Qualiter autē
petatur, & fiat confirmatio Epiſcopi, ſub ſimi-
li rub.d.lib.3.in. 3. parte ſecundæ principalis: &
inibi in. 4. parte, eiuſdem ſecundæ, de effectu
confirmationis, late diſſerit Bertachin. ad quem
8 me refero. † Potes tamen addere Philip. Franc.
in.c.auaritiæ, numero 4. de election. in.6. qui in-
quit confirmatum, non debere accipere poſſeſſio
nem propria auctoritate; alias eum incurrere in
pœnas iuris, per illum tex.

SVMMARIVM.

1 *Conſecratio epiſcopi, quando, vbi, & a quibus fiat, & quis poſſit conſecrari & qualiter fiat, & effe-ctus eius, remiſſiue.*
2 *Epiſcopus per papam creatus, per Papam eſt conſe-crandus.*
3 *Epiſcopus conſecratus, habet eccleſiam pleno iure.*
4 *Conſecratio Patriarchæ, & Archiepiſcopi, quomo-do fiat, remiſſiue.*
5 *Conſecratione Epiſcopi, dantur omnes gratiæ, gratis data.*
6 *Gratia gratis data, quid ſit.*
7 *Gratia gratis data, diuiditur in nouem.*
8 *Epiſcopus conſecratur, Abbas benedicitur, Clericus ordinatur.*

CONSECRATIO EPISCOPI, PONITVR, REMISSIVE.

Conſecratio Epiſcopi, ſubſequitur confir-
1 mationem. † qñ, ubi, & a quibus, & qs poſ-
ſit cōſecrari, & qualiter fiat: & effectus eius,
locu-

locupletiſsime pariter poſsit Bertach. d. li. 3. in. 3.
parte princip. quem uideas: & aliquid tetigimus in
ſuperioribus hoc. §. verſic. quomodo. & hoc lib.
c. 4. nume. 16. ubi, poſtquam ad ſedẽ apoſtolicam,
pleno etiam iure, pertinent hodie prouiſiones ec-
cleſiarum cathedralium, ſiue metropolitanarum,
ac patriarchalium: annotauimus modum in conſe
cratione ſecundũ ritum, quem ſeruat Ro. eccleſia,
vt in pontificali legitur, in tit. de conſecr. electi in
Epiſcopum, præſertum col. 1. & 2. Et hic non omit
2 tendum; † Epiſcopum per Papam creatum, per ip-
ſum Papam conſecrandum, uel per eius commiſſa-
rium; non per inferiores, ſecundum glo. in. c. ſi eo
tempore. de elect. in. 6. Similiter notandum eſt,
3 † Epiſcopum conſecratum, habere eccleſiam ple-
no iure. c. ſuper his. de accuſation. glo. in. c. cum in
cunctis. de election. De conſecratione Epiſcopi
etiam qualiter fiat: & quot requirantur: & an fiat
cum examinatione, uide Cardin. Alexand. in. c. 1.
&. c. quantum. 75. diſt. & c. 2. 64. diſtin. & ibi. c. 1.
4 † quomodo fiat conſecratio Archiepiſcopi, pri-
matis, vel Patriarchæ, & in. c. metropolitanus. 63.
diſt. & pulchre notat idem Card. in. c. porro. 66.
5 diſt. † in conſecratione Epiſcopi, eidem dati om-
6 nes gratias, gratis datas. † Gratia autem gratis da-
ta, donum Dei eſt, excedens facultatem naturæ: &
ſupra meritum perſonę, homini conceſſum: quo
homo cooperatur alteri, ad hoc ut ad eum redu-
catur, ut oſtendit. San. Thomas prima Secundæ. q.
111. artic. 1. per totum, & q. 112. art. 1. & q. 114.
art. 2. & 5. & 3. parte. quæſtio. 7. & q. 62. art. 1. &
contra gentiles lib. 3. cap. 154. & de veritate.
quæſtio. 27. artic. 1. & 5. & ſuper Pſalmum. 28.
7 † Gratia uero gratis data diuidit in noue: quæ hæc
ſunt, Sermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, fides, Gra-
tia ſanitatum, operatio virtutum, Prophetia, Di-
ſcretio ſpirituum, Genera linguarũ. Interpretatio
ſermonum, ut apud eundem. San. Thomam legi-
tur in ea prima ſecundæ. q. 111. artic. 4. & contra
gentiles diſtin. lib. 3. & c. 154. & primæ ad Corin.
c. 12. lect. 2. † Hic autem non omittas commemo-
rare: ut epiſcopus dicatur conſecrari: Abbas bene-
dici: Clericus ordinari, ut not. Abb. in. c. ſicut pro
certo. de Symonia, qui tamen ſubdit ſatis dici poſ-
ſe, etiam Epiſcopum ordinari: quia Epiſcopatus
eſt ordo,

SVMMARIVM.

1 *Degradationis verbum in genere, comprehendit, degradationem, & depoſitionem.*

2 *Degradatio in ſpecie, eſt quæ actualiter fit: & ibi forma: & dicitur ſolemnis depoſitio.*

3 *Intercedere poteſt eccleſia pro degradato: ne pœna mortis afficiatur, & ſimiliter pro quocunque facinoroſo.*

4 *Degradatio cœleſtis militiæ militis fit: vt ex auctoratio militis armatæ militiæ, & doctorea.*

5 *Degradatio actualis regulariter non fit, niſi cum incorrigibilitate: & niſi in caſibus expreſſis: & in tribus etiam ſine monitione: & ſine incorrigibilitate: & ibi an in multis alijs caſibus.*

Degradandus nemo eſt ſine accuſatione.

Degradatio vbi in canone exprimitur, intelligitur de verbali.

6 *Degradatio realis quædam eſt, quæ ficta dicitur: & quando habeat locum.*

7 *Depoſitio eſt verbalis tantum depoſitio: qua quis incarceratur, vbi ſit ſpes correctionis.*

8 *Papa ſolus cum ſolemniter degradato diſpenſat: cũ depoſito epiſcopus.*

9 *Depoſitus regulariter non traditur curiæ ſeculari: niſi ſecuta incorrigibilitate.*

10 *Depoſitio eſt etiam perpetua remotio, ab altaris miniſterio.*

Depoſitus ſimpliciter, intelligitur perpetuo depoſitus,

11 *Depoſitio proprie an ſit a dignitatibus, & honoribus: degradatio ab ordinibus.*

12 *Depoſitio fit ab honore, & loco, hoc eſt ab ordine, & beneficio.*

13 *Depoſitio in quibus criminibus: & quando habeat locum. & nume. 18.*

14 *Suſpenſio quid ſit.*

Suſpenſus ab officio, dicitur ſuſpenſus a beneficio.

15 *Suſpenſione digna ſunt omnia crimina, quibus quis de facto infamatur, & ita quod populus ex eis ſcandalizetur: & non ſint leuia.*

16 *Suſpenſio declarata per iudicem obſeruanda eſt.*

Suſpenſio diuerſimode contingit.

17 *Suſpenſio in ſpecie, in quibus caſibus fiat: etiam in epiſcopo exprimitur.*

18 *Depoſitio in quibus caſibus, & in ſpecie fiat, etiam in epiſcopo.*

19 *Pœnæ arbitrariæ ſpeciales, quibus clerici, vel etiam epiſcopi afficiantur: aliæ in quibus pœnitentia iniuncta eſt, aliæ excommunicatio: aliæ amiſſio priuilegij clericalis: aliæ vt interdicatur ſubuentio eccleſiaſtica: alia vt hæreditatis ablatio applicãda eccleſię: alia priuatio fructuum annalis.*

§. II. DE DEGRADATIONE, ET POENIS EPISCOPI.

§. II.

QVia poſt electionem, confirmationem, & conſecrationem Epiſcopi, quandoque contingit ipſum in pluribus, male ſe habere: Quo fit vt iure merito, ob eius prauam adminiſtrationem, & ſcelera, non ſolum corripiendus: ſed etiam diuerſis pœnis afficiendus: uſque adeo, ut uel ſuſpendendus, vel deponendus: vel degradandus ſit: de quibus abunde diſſeruit Bertachin. in eo tract. de epiſco. lib. 4. in octaua, & vltima parte: Colligendo primo a quibus degradatio, & depoſitio fiat: ſecundo cauſas, & perſonas degradatione, & depoſitione dignas: tertio qualiter de-

 gradatio:

gradatio,& depoſitio fiat: quarto de eorũ effectu,
Nos aliquibus ab eo ordinatis reſumptis,quæ ſcitu
digna,notandaq́; magis,viſa ſint:aliqua alia quan-
doque addendo, præmittamus prius, pro declara-
tione: Quid degradatio, quidue depoſitio ſit, &
ſuſpenſio: quæ cum declarauerit Specul,in titu.de
accuſation. §. ſecundo loco. uerſ. & not.& in. §.
quarto.uerſ.tu autem diſtingue:& ſequitur Berta-
chin. d. lib.4. in prin. & tamen vario modo, non
ſolum doctores, & interpretes iuris; ſed etiam
Pontifices, & legiſlatores, in degradatione, qua
quis curiæ ſeculari traditur,reſponderint; ut expri
mit Innocen. 3.in.c.nouimus.de uer.ſign.puto re
1 cte, & ex ordine dici, & præmitti poſſe: † Degra-
dationis uerbum, in genere ſumptum, compre-
hendere degradationem,& depoſitionem,ut pro-
batur in.c.degradatio.de pœnis.in.6.ibi, degrada
tio,ſeu depoſitio;quod ibidem not.Philip. Franc.
2 poſt dominic. † At ſi in ſpecie, degradationis ver-
bum aſſumamus: Degradatio illa eſt,quæ actuali-
ter fit,de qua habet in,c.epiſcopus.xi.q.3.& in d.
c.degradatio.qñ clericus ſiue in maioribus ſiue in
minoribus ordinibus cõſtitutus,veſte,calice,libro,
ſeu alio inſtrumento,uel ornamẽto, illi in ſua ordi
natione collata ad pſentiã Epiſcopi adductus,lata
ſnĩa depoſitionis,ſingulariter ſpoliatur, & exuitur
oĩ ordine beneficio,& priuilegio clericali:quæ qui
dem degradatio, ſolemnis depoſitio uocatur,ſm
Specul.in d.uerſi.& not.Et ſit præſente iudice ſecu
lari,cui degradatus debet relinqui:qui illum laicali
habitu indutum, recipiat in forum ſuum,ut pœna
legitima afficiatur, ut exprimitur in. c. cum non
ab homine.de iudic.& in.c.ad falſariorum. de cri.
fal.uerum in.c.nouimus.de uer.ſign.magis pie ſan
3 citum eſt: † ut pro degradato, & ſeculari cu-
riæ tradito, debeat tamen eccleſia efficaciter in-
tercedere: ut citra mortis periculum, circa
eum ſententia mortis moderetur: quæ obſeruan-
da ibi notat Abba. quicquid aliter ſentiant. Il-
lud etiam plus commemorans, ut licite quilibet
prælatus,& eccleſiaſtica perſona, pro homine faci
noroſo intercedere poſsit, ut non puniatur pœ-
4 na mortis. † Plane hæc actualis degradatio, cœle-
ſtis militiæ militis ſit: ut exauctoratio eius qui mi
litiæ deſeruit armatæ: cui militaria detrahuntur
inſiguia:& qui conſortio,& priuilegio militari pri
uatur,ut in dict.c.degradatio habetur,& per Bart.
in.l.2.§.ignominiæ.ff.de infa.ubi in fi.ponit,idẽ de
degradatione doctoris dicẽdum eſſe, qđ de degra
datione clerici,& militis,ut aliqñ priuilegia pdan
5 tur aliqñ etiã infamia irrogetur.† Atq; hæc actua
lis degradatio regulariter nõ fit, nec quis curiæ ſe
culari traditur; niſi ſecuta incorrigibilitate, & niſi
in caſibus expreſsis, ut per Bernard, Diaz,in pra-
ctic.crim.canon.in uer.parricidæ. colum. penult.
qui atteſtatur de communi:& Ant. quem ſequitur
Annan. in. c.1.de cleric. pugn.in duel.circa fi. &
de iure ſtatim conceditur, ſine alia monitione,&
incorrigibilitate, in tribus caſibus: ſcilicet, primo
in hæretico pertinace, uel relapſo, ut per gloſſ.
in. c. abolendam. de hæretic.ut ita eam intelligit
Ab.in.c.at ſi clerici nume.37.de Iudic. & Bernar.
Diaz,ubi ſupra c. 106. Secundo in falſificante lit-
teras Appoſtolicas.d.c.ad falſariorum,& per Ber
nard.Diaz ubi ſupra c.108.in uer.falſarij . Tertio
in eo,qui inſidias parauerit, uel contumeliam in-
tulerit epiſcopo, uel prælato ſuo,c.ſi quis ſacerdo
tum, xi.q.1.& ibidem ponit Abb. Declarans ta-
* men ſecundum communiter*omnes hoc procede
re, data incorrigibilitate: & ſequitur Bernardus
ubi ſupra cap. 109.in uer.conſpiratores: & cum
prædictis, & Abb. tranſit etiam Decius inibi col.
21.quos uideas,an in alijs caſibus, puta ſortilegij:
& ſciſmatici, & alterius criminis grauioris: ueluti
parricidij,& aſſaſsinamenti:homicidij ſacerdotis,
in eccleſia incẽſa,& ſpoliata:in proditione patriæ:
quis non expectata corrigibilitate, curiæ ſeculari,
* degradatus, ſit tradendus: cum communes*opin.
ſint cum ea glo. ut ea incorrigibilitas expectanda
ſit: ſed eam communem declarat Bernard. Diaz,
6 in dicto uer.parricidæ. † Eſt quoque alia degrada
tio,ſed ficta, quæ tamen habetur loco realis: quæ
fit ſiue a iure, ſiue ab homine, contra abſentem;
prout quando a iure conceditur, ut clericus man-
dans hominem interfici per aſſaſsinos, uel rece-
ptans aſſaſsinos, cenſeatur realiter degradatus, ita
ut capi,& puniri poſsit,per iudicem ſecularem, ut
ſtatutum eſt in.c, 1.de homicid.lib.6, & affirmat
Bernard. Diaz in practic.can.crim.in uer. per aſ-
ſaſinos . Sic etiam datur alia degradatio ficta, ab
homine, & a iure,ut ſi in caſu hæreſis clericus ab-
ſens citatur,& expectatur per annum, & non com
paret;aut ante annum per teſtes conuincitur de hę
reſi, ut contumax in abſentia condemnetur pro
hæretico :& iudici Laico datur facultas ab eccle-
ſiaſtico,talem clericum capiendi, & ſecundum le-
ges iudicandi. Idemque dicitur, & obſeruandum
eſt in falſario literarum Apoſtolicarum. Idem
quoque concludendum eſt, in quolibet delicto,
ꝓpter quod clericus abſens degradari mereatur;
qui ſi legitime conuictus,apud iudicem eccleſiaſti
cum, depoſitus, incorrigibilis fuerit, debet excõ-
municari:deinde contumacia creſcente anathema
tis mucrone feriri: quæ ſi in profundum malo-
rum ueniens,contempſerit, cum eccleſia non ha-
beat ultra quid faciat, pro degradato realiter ha-
betur, ita ut ſecularis poſsit eum punire. c. cum
non ab homine. de iudic. quæ ita intelligit, &
declarat Ioan. Lup. in tract.de lib. eccl. quæſt. 9.
Et hic nota epiſcopum non ſolum poſſe priuari
prælatura: ſed etiam puniri perſonaliter pro deli-
cto,ut per Bar.in.l.1.§.item ſolent.ff.de offic.præ
fec.urb.ſequitur Bertach.d.lib.4.in.4.parte.Octa
7 uæ partis. † Depoſitio uero,eſt uerbalis tm̃ degra-
datio,ex qua quis incarceratur, ubi ſit ſpes corre-
ctionis.d.c.nouimus.&.c.cum nõ ab hoĩe.de iud.
& per Spec.d.uerſ.& not.& Ioan.montalt.in trac.
de reprob.ſenten.pil.in.1.dubio,num.24.& Ber-
tachin.in dict.princip. octauæ partis.4. lib. qui &
8 illas, inter prædicta differentias ponunt. † ut ſo-
lus

lus Papa cum ſolẽniter degradato diſpenſet : cum
depoſito epiſcopus. Et ad propoſitũ inquit Abb.
in d. c, at ſi clerici. num, 38. de iudic, communem
9 eſſe opin. † ut regulariter depoſitus, etiam ſi com-
mittat crimen homicidij, non tradatur curiæ ſecu-
lari, niſi ſequatur incorrigibilitas, d. c. cum non
ab homine, ut iam dictum eſt : immo Abb. in fin.
princ. colligit ut etiam communis ſit doctri. Nun
quam aliquẽ tradendum curiæ ſeculari quantum-
cunque criminoſum, quam diu poteſt corrigi per
10 eccleſiam de iure, & de facto. † Eſt quoque depo
ſitio, perpetua remotio ab altaris miniſterio, ut at-
teſtatur Abb. ibidem ; & ſequitur ibi Decius, col.
4. uerſi. Quinto not. & propterea depoſitus ſimpli
citer, intelligitur perpetuo depoſitus, licet non
exprimatur, ſecundum glo. fin. c. 1. 50. diſt. & hæc
poſt Decium, & Præpoſ. med. ſequitur Bernard.
11 Diaz. ubi ſupra in uer. deponi. † Dicitur etiam
proprie deponi quis a dignitatibus, & honoribus:
Degradari uero ab ordinibus: quo in caſu neceſ-
ſaria eſt epiſcoporum præſentia, & aliæ ſolemni-
tates requiruntur, ut obſeruat Specul. in d. §. ſecun
do. uerſi, & not. & ſequitur Bertachin. in d. 8. par-
te. 4. lib. in prin. ſed hoc dictum dubium arbitror;
nam præterquã qđ nõ probeť aliqua lege; arguere
nos recte poſſe uidemur, ut depoſitio ſi fiat ſim-
pliciter, cõprehendat non ſolum dignitates, & ho-
nores, uerum etiam ordines: quia depoſitio eſt uer
balis degradatio, ut ſupra, & ſi ita eſt, cum in degra
datione ordines tollantur realiter: ſic & in depoſi-
tione dicendum eſt, ut tollantur ordines uerbali-
ter, ſicut honores, & dignitates. Quod ex eo uide-
tur probari. quia in proximis iam dictum eſt, de-
poſitionem eſſe perpetuã remotionem ab altari,
ſicque uidetur tolli ordo cuilibet clerico, in eius
collatione datus. Poſtremo clarius hæc demon-
12 ſtrantur, † quia quando quis priuatur honore, &
loco: intelligitur fieri depoſitio ab officio, & bene
ficio. & uerbum, Honore exponitur, ideſt ordine;
& uerbum, Loco, ideſt beneficio, cuiuſmodi pacto
fit depoſitio, ut hæc declarat Io. And. per illum
tex. in. c. Clerici, ne cleric. uel mon. & cum eo trã-
ſit Ab. ibi, & ſequitur Bernard. Diaz in practica
13 can. crim. c. 92. in uer, truncationes. † At quomo-
do, & per quæ uerba ad depoſitionem proceda-
tur, ponunt doct. præcipue Ab. in d. ca. at ſi cleric.
num. 34. & Decius col. 20. uerſic. de ſecundo ; ex
quibus collige, Abbati magis placere, ut etiam pla
cet Bertachin. in d. 8. parte, 4. lib. in rub. quis depo
nendus ſit, nu. 32. ut depoſitio, pro nullo crimine
locum habeat, niſi hoc iure exprimatur ; niſi adſit
incorrigibilitas. & non ſufficiat prima contuma-
cia: & addit Bernardus Diaz. in d. uer. deponi, niſi
in grauibus : & propterea refert Decium ubi ſupra
ex uerbis Ab. formare duas concluſiones, Primam
ſcilicet, depoſitionem non imponendam, niſi pro
graui crimine : Secundam, relinquendum eſſe ar-
bitrio iudicis, quæ dicantur crimina grauia, &
quæ dicantur requirere depoſitionem : de quibus
per Bernard. Diaz ubi ſupra in uer. grauia. cap. 11.
ei

Qualitates autem in hoc cõcurrentes generaliter,
explicat inibi Ab. uidelicet omne delictum cum
incorrigibilitate, in qua tamen non ſufficiat prima
contumacia, & per Barnard. ubi ſupra, c. 28. & eo
caſu depoſitionem, ſolum per ſententiam infligen
dam. Item omne delictum cum irregularitate.
Item ſi delictum eſt publicum, & ſcandaloſum.
Item ſi diu continuatum. Item ſi habet qualitatem
enormitatis. Item ſi habet in ſe infamiam iuris. Et
mox dat regulam, ut crimẽ debeat eſſe maximum;
enormitatemque ex prædictis cognoſci comme-
morat. Quibus adde, quòd ubicunque pro aliquo
delicto uenit imponenda pœna mortis, tunc de iu
re canonico, in locum ipſius intelligitur ſurbogata
pœna depoſitionis, ut poſt Innocen. Ant. & Felin.
ſequitur Bernard. Diaz in d. practic. can, crim. in
14 uer. deponi. † Suſpenſio item eſt una ex cenſuris,
& pœnis eccleſiaſticis: quę qñq; ad tẽpus, qñq; in
perpetuũ imponiť, & quandoq; ab officio; quan-
doque a beneficio, quandoque fit ab utroque; ſed
ſuſpenſus ab officio, cenſetur ſuſpenſus a benefi-
cio, ut tradit Specul. in d. uerſic. & not. & quæ ſint
crimina ſuſpenſione digna, ponit Ab, in d. c. at ſi
15 clerici nu. 33. referens Ant. dicentem † ut omnia
crimina, quibus quis de facto infamatur, ſuſpenſio
ne digna ſint : & ita quod populus ex eis ſcandali-
zetur, & non ſint leuia; ut ipſe Ab. certam doctri-
nam in his dari non poſſe docet: ſed hæc commit-
tenda eſſe arbitrio ſuperioris, quodq; crimen
non ſit ita graue, ut depoſitio militet : ſuſpenſio
tunc procedere poſſit. & Ab. ſequitur poſt Andr.
ſic Bernard. Diaz in d. pract. can. crim, in uer. ſu-
ſpendi circa fin, quem uideas in præmiſſis, & in
alijs pœnis, & cenſuris, per eum ex ordine declara
16 tis. Sed hic non omittas, ab eo notatum, † obſer-
uandam eſſe uoluntatem Iudicis in ea ſuſpenſio-
ne declaratam; cum ab ordine tantum quis, quan-
doque a beneficio, quandoque ab utroque ſuſpen
datur. His uentilatis, cum Bertachino liceat inue-
ſtigare magis in ſpecie, & reperire caſus in quibus
epiſcopus ſuſpenditur, deponitur, degradatur, uel
aliter punitur, In reliquis, hoc eſt, a quibus, qua-
liter ne degradatio, uel depoſitio fiat, & effectus
eius, uide per ipſum Bertachin. ad quem me remit
17 to. † Dicamus igitur nos, licet de depoſitione
tantum immiſcendo, aliqua, quæ ad degradatio-
tionem pertinent, & ſuſpenſionem, ille ſcripſerit;
ut epiſcopus quandoque ſuſpendendus ſit, ob cri-
mina: & iuxta ea, quę in proximis ſcripſimus, quæ
militare in epiſcopo, non ſecus ac in alio clerico,
parum abeſſe arbitror: Immo a fortiori magis mi
litare dicendum eſt, quia grauius punitur, ut dice-
mus inf. §. prox. num. 38. & multa colligi poſſunt,
ex ordinatis per Benard. Diaz. in d. practic. can.
crim, & in indiuiduo aliqua obiter dicemus inf. §.
ſeq. nu. 3. ubi epiſcopus, ſaltem in feſto natalium
Domini, Epiphaniæ, & Paſcatis, & Penthecoſtes,
in eccleſia reſidere debet ; alias per triennium a
communione ſuſpenditur, ſicut priuatur, ſi capite
cooperto celebrat miſſam, Suſpenditur etiã quili-
bet

bet habens dignitatem, perſonatum, ſeu aliud beneficium, cui cura animarum imminet: & alius in ſacerdotio conſtitutus, & ſic epiſcopus nirgata ueſte utens, ut per annum a perceptione fructuum ſuſpendatur: Sacerdotes uero ſine beneficio, inhabiles per id tempus efficiantur, ut per Bernar, inibi, in uer. uirgata. Luſor uero clericus, uel inſpector, uel particeps tribus annis a miniſterio prohibetur, & in monaſterium redigitur, ut per Bernard. ibi in uer. aleatores: quod & in epiſcopo uidetur militare. Duelli, & publicorum ſpectaculorum inſpector, tribus pariter anois, a miniſterio prohibetur, & in monaſterium redigitur, ſecũdum iura ciuilia: licet ſecundum canonica, non uideatur ſtatuta pœna, ut per Bernard. ibi in uer. publicis ſpectaculis. Item ſuſpenditur quandoque epiſcopus, uel prælatus, qui uices ſuas, uel eccleſias, ſub annuo cenſu agendas permittit. c. 2. cum glo, fi. & toto tit. ne præl. uic. ſu. & dicemus iof. §. ſeq, num. 53. Et quandoque ſuſpenditur a celebratione miſſæ, qui confirmat electum, non confirmanduui: quia ſit indignus, non idoneus, uel aliter electio non ſubſiſtat: & ſuſpenditur a beneficio ſuo, donec reſtituatur, qui fuit negligens in inquirendo de qualitate electionis, & electi, ut colligit Bertachin. ibi in d. rubric. quis deponi debeat, & quare. num. 16. & ſuſpenditur ſiue ad tempus deponitur, qui clericum foreoſem inſtituit, in eccleſia ſua: non habentem litteras dimiſſorias proprij epiſcopi, ut ibi per Bertachin. pume. 25. & aliquando ſuſpenditur clericus, & ſic epiſcopus concubinarius, ut per Bernardum Diaz ubi ſupra. cap. 73. in uer. concubinarij. Item & qui a crapula, & ebrietate non abſtinet, monitus ab officio, & beneficio ſuſpenditur, ut per Bernard. ibi. cap. 71. in uer. ebrij. Item ſuſpenditur ab ordinibus illiteratus, & beoeficio priuatur. ut ibi. c. 19. Item ordinatus extra tempora, & ante legitimam ætatem, & ab alieno epiſcopo, eſt ſuſpenſus ipſo iure, ut ibi. cap, 22. in uer. extra. Itẽ pœna ſuſpenſionis, aut carceris afficitur, qui noo ieiunus ſacramenta altaris, celebrauerit. ut ibi. c. 29. in uer. non ieiuni. Item per annum ſuſpeoditur, qui ſacrificium altari oblaturus, ſe a communione ſuſpenderit, ut ibi. c. 38. in uer. aliquotiens. Item per tres menſes, ab officio ſulpenduntur, deſides in cuſtodia euchariſtiæ, ut ibi. c. 40. in uer. io cuſtodia. Item denunciator criminis, & in probatione deficiens, ab officio & beneficio ſuſpenditur, ut ibi, c. 59. in uer, calumniator. Item frequens uenator ſuſpenditur presbyter, ab officio, per duos menſes diaconus indiſtincte, ſine præfinitione temporis, ut ibi. c. 61. in uer. uenatores. Item quibuſlibet publicis ſpectaculis intereſſentes, uidentur ſuſpendi tribus annis a uenerabili miniſterio, ut ibi. c. 66. in uer. publicis, ſed hæc pœna ab Imperatore emanauit, ut ibi per Bernard. qui tamen conſuluit, ut aliqua pœna condigna, afficiantur tales inſpectores, ſaltem in ſacris conſtituti. Item ſuſpenditur ab officio per triennium, qui clamdeſtinis nuptijs, præſumſerit intereſſe, ut ibi, c. 67. in uer. clamdeſtinis. Item ſuſpenditur ab officio, & beneficio, ſecundas nuptias benedicens, ut ibi. c. 68. in uer. nuptias. Item ſuſpenditur uſurarius, ut ibi poſt aliquorum altercationes, tenet Bernard, in uer. uſurarij. c. 82. Item qui a manifeſtis uſurarijs, oblationes recepit, ut ibi. c. 83. Item conſulens aruſpices, incantatores, & ſimiles, ſuſpendit; & in monaſterium ppetuo detrudit, ut ibi. c. 101. in uer. conſulentes. Itẽ ſuſpenditur ab officio, & beneficio qui de ſuo crimine gloria-

18 tur, ut ibi, c. 111. in uer, ſeque de ſuis. † Deponitur inde epiſcopus pro graui crimine, & iuxta tradita in ſuperioiribus num. 13. & ſigillatim plures caſus enumerat Bertachin. in d. 8. parte. 4. lib. in rub. quis deponi debeat, & quare: qui illi ſunt, Hæreſis, Falſitas commiſſa in literis apoſtolicis, Coniuratio contra Epiſcopum: Hæc tamen tria magis pertinent ad degradationem, ut ſupra. Item ſortilegium, & ſi quis ſit incantator, uel cooſulens incantatores, & ſimiles, & ubi adſit incorrigibilitas, quo ad ſortilegium, io depoſitione, idem tenet Bernard. ubi ſupra in uer. ſortilegi. cap. 100. ſed de conſulente aruſpices, incantatores, & ſimiles, aliter ſentit, ut ſupra dictum eſt, in proximis. Homicidium etiam propter iram commiſſum, licet animus occidendi defuerit, non ſi commiſſum ſit per caſum: & intellige ſecuta ſeotentia. Falſitas commiſſa in teſtificando, uel in aliqua carta. Ebrietas, a qua quis ooo abſtineat, & non ſemel tãtum, ſed pluries commiſſa. Ludus; quorum neutrum tamen dicit ſeruari: ſed ebrietate dixi ſupra in pœna ſuſpenſionis. Item conſecratio non iure electi, cum conſecrans, & conſecratus deponantur. Et conſectans indignum, Et confirmans electũ, non confirmandum. Et promouens dignum inuitum, & reluctantem. Item deponitur a communiono recuſans uenire ad Synodum, uocatus a Metropolitano, ceſſante iuſta cauſa: etiam frequentans tabernas, & retinens; niſi cauſa neceſsitatis. Et uſuras exercens: immo etiam degradatur ſecundum Bertachin, ibi num. 21. Quod dictum ſimpliciter non puto uerum, nam ſuſpenditur, niſi ſe corrigere nolit, cum tunc depooatur, ut ſupra ſecundum Bernard. in d. c. 82, Item deponitur epiſcopus, qui uſus eſt regio fauore, uel ſeculari poteſtate, io acquirendo epiſcopatum, Et qui conſentit, & tolerat fornicationes in clericis ſuis. Et qui in aliena diœceſi clericos ordioat, uel altaria conſecrat, niſi rogatus a Metropolitano, & epiſcopis prouinciæ, Et qui quærit promoueri loco uiueotis. Et qui communicat excommunicatis, uel communicauit. Et qui eſt ſimplex, Et qui eſt negligens, & ſi crimen in eo ſit notorium. Et pro crimine capitali, Et deponitur, epiſcopus carnaliter cognoſcens mulierem, & filiam ſpiritualem, ut & per Bernard. Diaz. ibi. c. 76. in uer. ſpiritualibus. Et qui reuelat confeſsionem confitentis, ei factam, in forma pœnitentiæ, niſi de cooſenſu coofitentis: Arg; colligit ibi Bertachin. num. 36. ſacerdotem non debere reuelare, etiam proditionem in ſpecie, ſed

in

in genere. Item deponitur epiſcopus, qui quærit timeri potius uerberibus, quam uerbis. Et aſſumēs negocia ſecularia. Et qui ordinat clericū p Simoniā. Et qui nō ſeruat cōſtitutiones Cōcilij, uel eccleſiæ Romanæ, ut etiā dicemus infra. §. ſeq. n. 54. Et qui palā alienat res eccleſiæ cathedralis, uel alterius ſibi ſubiectę, quæ rectorē habeat, nō ſi clā, & declara ut ibi. Et qui excōmunicatus celebrat. Præmiſsis caſibus per Bertachin. enumeratis addi poſſe uidetur, ut epiſcopus ab epiſcopatu deijciatur, ſecundum leges ciuiles, ſi probetur habere cohabitationem mulierum ſuſpectarum: uel ſecundum iura canonica excommunicetur, tertio monitus, ut dicemus infr. §. prox. nume. 11. Item clericus in ſacris, vxorem ducens, perdit executionem omnium ordinum, & ſic officio, & eccleſiaſtico beneficio carere debet, ut per Bernar. Diaz. in d. practic. can. c. 74. in uer. matrimonium: & aliquid dicemus obiter in. §. ſeq. num. 13. Idemque aliquando ſtatuitur in clerico concubinario, ſecundum Bernar. ibi. c. 73. in uer. concubinarij. At ſi Epiſcopus ſit fornicator, deponitur, ut per Bernar. ubi ſupra. c. 72. in uer. fornicarij. Deponitur pariter epiſcopus, qui duellum ſubierit: ſiue uictor, ſiue uictus, ut dicemus inf. §. ſeq. nu. 25. ubi. & nu. 26. idē dictum eſt in agitante iudicium ſanguinis: & ſimiliter idem diximus in pugnante perſonaliter ibi. num. 31. Item deponitur epiſcopus, qui clericos ſine examinatione ordinat, ut ibi num. 41. Itē qui non confirmat præſentatum idoneum deponitur, ut dicemus ibi, nume. 49. Item aliquando deponitur ſi uices ſuas ſub annuo cenſu concedat, ut ibi. num. 53. Item remouetur etiam epiſcopus ab epiſcopatu ſuo aliquando propter ſcandalum euitandum, ut ibi num. 60. Item ſicut deponitur clericus miniſtrans in ordine, quem non habet, ut per Bernard. ibi. c. 12. in uer. cum laici, idem uidetur dici poſſe in epiſcopo, ſi miniſtraret in ordine quem non haberet. Idem uidetur poſſe argui, ſi epiſcopus recipiat ordinem dum exiſtit in excommunicatione, ut ibi. c. 13. in uer. excommunicati. Idem eſt ut epiſcopus ſcienter rebaptizatus promotus, adepti honoris periculo ſubiaceat, cum ordinatoribus, ut ibi. c. 15. in uer. rebaptizati. Idem eſt arguēdum in epiſcopo promoto ad ſacros ordines, qui bigamus ſit: ut in clerico ponit Bernard. ibi. c. 16. in uer. bigami. Idem eſt arguendum in ſeruo facto Epiſcopo, ut deponatur, ut ibi. c. 17. in uer. ſerui. Poteſt & hic inſeri, ut epiſcopus qui ſcienter ordinauerit eum, qui ſolemnem pœnitentiam egerit, ordinandi poteſtate priuetur, ut ibi. c. 19. in uer. poſt pactā. Item uidetur ut clericus: & ſic epiſcopus per ſaltum promotus, deponendus ſit, ut per Bernard. ibi. c. 20. in uer. per ſaltum. Item deponitur quis excommunicatus maiori excommunicatione, uel interdictus, aut ſuſpenſus ab homine, celebrans diuina officia, ut per Bernard. ibi. c. 28. in uer. ſuſpenſionis. Item deponitur ab officio, & beneficio celebrans ſine aqua, & igne, uel in pane fermentato, & calice ligneo, ut ibi. c. 31. in uer. & ſine aqua. Item deponitur qui in priuatis locis celebrat, aut ſacrificia offert, ut ibi. c. 34. in uer. ac in priuatis. Vbi & c. 35. miſſam pro requie defunctorum promulgatam, pro uiuis qui celebrant hominibus, deponunt à proprio ordinis gradu, & exilio perpetuo relegantur. Item deponitur, qui commendatum ſibi infirmū baptizare noluerit, ut ibi. c. 41. in uer. commendatum. Item colligere poſſumus, epiſcopum habentem plura beneficia, ſicut alium clericum, priuari altero beneficio, etiā ſimplici, ubi unum ſufficiat ad uitam: uel etiam ſi tale beneficium habet curam animarum annexam. Quod & in perſonalibus procedit, & in regularibus dignitatibus, prioratibus, & vicarijs perpetuis, ut per Bernard. ibi. c. 42. in uer. beneficia plura. Item etiam ammouetur quis ab ea inſtitutione, in qua pater eius inſtitutus fuit, uel adminiſtrauit, ut ibi. c. 43. in uer. quorū. Et qui intruſit ſe in beneficio ſcienter, & iniuſte, habente curā animarum: nam ipſo iure priuatur ſimili beneficio, cum cura, quod habebat, ut ibi. c. 44. Item & occupans uiuentis, & ſacerdotis officium, ab eccleſiaſtica communione repellitur, & deponitur, & efficitur infamis, ut ibi. c. 45. Item & qui beneficia eccleſiaſtica, occaſione laicæ collationis habent, ab officio & beneficio redduntur alieni, ſi commoniti illa non reſignauerint: Item & qui non reſidet in beneficio, illo priuatur, ut ibi, c. 47. in uer. in nullo: dictum tamen eſt ſupra per triennium epiſcopum, non reſidentem, a communione ſuſpendi. Item priuatur beneficio, qui legitima monitione præcedente, contumaciter neglexerit officium recitare diuinum, ut ibi. ca. 49. in uer. officium. Item depoſitus a clero a cōione alienus habetur epiſcopus: ſicut clericus negociator, ac alienæ rei conductor, ut arguere poſſumus a dictis per Bernard. ibi. c. 50. in uer. negociatores. Item illicitorum contractuum proſeneta, quis a proprio gradu deponitur ut ibi. c. 51. in uer. proſenetę. Item & qui in ſacris, tabellionatus officiū exercent, beneficio priuantur. ut ibi. cap. 53. in uer. tabellionatus. Item & qui procurator eſt generalis deponitur, ut ibi. cap. 55. in uer. uillarum. Et qui principum, & ſecularium uirorum ſunt iuſtitiarij, ut inibi. c. ſeq. Item ſpoliantur eiuſdem eccleſiæ beneficio, qui contra eccleſias, a quibus beneficia obtinent, aduocati, uel procuratores extiterunt, ut ibi. c. 57. in uer. contra. Item qui calumnioſe accuſat, priuatur aliquando officio, & uerberatus publice, in exilium mittitur, ut ibi. c. 59. in uer. calumniatores: Item clericus maledicus, & ſic epiſcopus, maxime in ſacerdotes, ſi iuſſus & coactus poſtulare ueniam, petere noluerit, deponendus eſt, ut ibi. c. 60. in uer. maledici. ubi ſi maledixerit quis Rom. Pontifici, punitur pœna arbitraria. Item præsbyter, & diaconus, qui uendit ſacra uaſa eccleſiæ, deponendus eſt, ut ibi. c 65. in uer. bona. Et ibi clericus qui noluerit emendare deponitur. Item ab officio, & beneficio deponitur, & in arctum monaſterium detruditur, ad agendam per-

petuam

petuã pœnitentiam, ſacris uirginibus, ſeu monialibus, ſe cõmiſcẽs. ut ibi. c.75. in uer. monialibus. Sic deponitur qui ſtuprum cõmiſerit, hoc eſt qui uirginem deſflorauerit, qui & ad eam dotandam cogi poteſt, ut poſt Abb. tenet idem Bernard. ibi in uer. ſtupri. c.77. atteſtans de cauſa: ubi de dotatione aliquas quæſtiones ponit. Item deponitur, qui inceſtum, & adulterium, & ſodomitium crimen, & ſacrilegium perpetrauerit ut ibi cap.78. in uer. inceſtus, & c.79. in uer. adulterijs & cap.80. in uer. ac nephandi. & in cap.81. in uer. ſacrilegi. Item in furto captus deponitur: ut ibi. cap.84. in uer. fures. Item deponitur Simoniacus perpetuo ab officio, & beneficio: immo & ipſo iure hodie priuatur beneficio, ut ibi. c.85. in uer. ſimoniaci. Idem eſt in periuro, ut quis deponitur ab ordine, & officio, non tamen ipſo iure, ſecundum commu-
*. nes * opin. ut ibi. cap.86. Idem eſt in reo falſi teſtimonij, qui depoſitus ab officij honore, in monaſterium detruditur, ut ibi. c.87. in uer. falſi. Idem eſt in ueneficio, qui etiam maiori detruſione afficitur, ut ibi. c.89. in uer. uenefici. Item ſecundum aliquos punitur pœna depoſitionis literas alijs directas aperiens, & aduerſarijs oſtendens: quod tamen nõ placet Bernard. ibi. c.96. in uer. literas. Item ſecundum eum ibi. ca.97. in uer. eccleſiaſticos. prę̨lati inferiores, capientes uiros eccleſiaſticos, ut ſua reſignent beneficia: ac ne citari ad curiam accedant, eo ipſo obtentis beneficijs priuantur. Item deponitur ſi manifeſto raptori, & eccleſiæ uiolatori, quis pœnitentias dare attentauerit aut ſepultura eorum intereſſe, uel eleemoſinas accipere, uel ſi huiuſmodi rapinæ, participes inuenti fuerint, ut ibi. c.99. in uer. raptorum. Item deponitur, & in arctum monaſterium, ad agendam perpetuam pœnitentiam, detruditur; qui peccata ſibi confeſſa prodit, uel reuelat, ut ibi. c.102. in uer.
* Peccatores, ut ſupra in hoc * enim. Itẽ deponitur Blaſphemus, ſaltem, qui eius ſceleris tertio reus arguatur, pro ſecunda uice priuatur beneficio, ut ibi. cap.103. in uer. Blaſphem. Item Apoſtata, ex contemptu inobediens Papę, deponitur, & incorrigibilis, traditur curiæ ſeculari, ſecundum Abb. quem refert Bernard. ibi. c.104. in uer. Apoſtatæ. Item deponitur etiam, & in monaſterium detruditur, hæreticus corrigibilis, ut ibi. c.106. in uer. hęretici. Idem eſt in receptatore, & defenſore hæreticorum, ut beneficio priuetur, nec reſtituatur, niſi ex indulto Papæ, ut ibi. c.107. Et nota depoſitionem, quæ fit ab fraudem, & delictum afferre infamiam, ut per Specul. in tit. de procurat. §.1. uerſic. Item Abb. & per Bar. in l.2. §. ignominiæ, ff. de infamib. Hic etiam ſubiungere potes, epiſcopum ſuſpectum de rerum eccleſiæ dalapidatione, remouendum eſſe, ut per Bertachin. in tractat. de epiſcop. in 4. parte lib.4. num.27. qui in ſeq. cauſas ſuſpenſionis, etiam in indice colligit. Degradatur uero epiſcopus in caſibus deſcriptis ſupra nu.
195. † Alias autem pœnas, quibus puniuntur clerici, ſacerdotes, & epiſcopi, ponit ſigillatim ipſe Bernar. ibi. Quæ aliquando arbitrariæ deſcribuntur ut ſi in die quis ſæpius celebrat, ut ibi. c.32. & ſi ſine orario, aut Stola, & alijs ueſtibus ſacris, accedit ad miſſarum ſolennia, ut ibi. c.33. Et ſi ſuper rebus aptis ad faciendum ſortilegia, ſcienter miſſam celebrauerit, ut ibi. c.39. Et ſi uiolentiam intulerit in perſonas, citra homicidium, ut ibi. c.95. Et ſi literas ad alios directas aperuerit, ut. c.96. Et ſi incendium perpetrauerit, ut ibi. c.98. Aliquando pœna eſt, ut pœnitentiam agant, ueluti in euomente euchariſtiam, ob ebrietatem, quum.70. diebus debent pęnitere. ut ibi. c.36. in uer. euchareſtiam. & in eo, ob cuius negligentiam aliquid ſanguinis ſtillauit in terram, & in altare, quum debeat pœnitere, aliqñ.40. aliqñ.9. aliqñ.4. aliquando tribus diebus, ut ibi. c.37. in uer. acob. negligentiam. Et in eo qui murmurat, quum debeat pœnitere iudicis arbitrio, ut ibi. c.60. in uer. maledici. Quandoque pœna eſt excommunicationis, ut in audiente leges, & phyſicam, cum tamen & aliæ pœnę in hoc ſtatutæ ſint, ut ibi. c.54. in uer. leges. Et etiam anathemate dignus, comam nutriens, ut ibi. c.70. in uer. ac comam. Eſt etiam ipſo facto excommunicatus, ſepeliens manifeſtos uſurarios, ſcienter, ut ibi. c.83. Quandoque pœna eſt, ut quis amittat priuilegium clericale, ut in Ioculatore, & Hiſtrione, ut ibi. c.62. Et in exercente carnificis, ſeu macellarij, aut tabernarij officium perſonaliter, ut ibi. c.63. Quandoque illis, qui miniſtri ſunt laicorum, non ſubuenitur ab eccleſia, ut ibi. c.52. Quandoque his, qui inſtituti ſunt hæredes, rogatis reſtituere hæreditatem incapaci, data ad id tacite fide, aufertur hæreditas, ut indignis, & applicatur eccleſiæ, ut ibi. c.58. Quandoque Blaſphemus pro prima uice priuatur fructibus beneficij unius anni, ut ibi. c.103. At quando captura, Incarceratio, ingreſſus eccleſiæ, ſuſpenſio, Beneficiorum priuatio, Bonorum publicatio, Vapulatio, In exilium miſsio, Depoſitio, In arctum monaſterium detruſio, In perpetuum carcerum condemnatio, Et pœna pecuniaria, Et corporalis, Mitratio, Fuſtigatio, Incathenatio, Triremium condemnatio, Et quando pœna poſsit moderari, uel commutari, uide pulchre, & breuibus, per Bernard. ibi, incipiẽdo a capite.114. cũ ſeq. fere uſque ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi vita, vel officio, nihil aliquando perienloſius: nihil Beatius.*
2 *Epiſcopi geſta, a ſubditis facile in exemplum trahuntur.*
3 *Epiſcopus in propria diœceſi commemorans, legit, & docet Populum, ſacras ſcripturas: in concione mitra, & baculo vtens: in eccleſia reſidens, ſaltem diebus ibi expreſſis.*
Epiſcopus ſecum debet habere præsbyteros, & alios bonos clericos.
4 *Epiſcopi officium, in quibus præcipue verſetur.*
Epiſcopus fit, licet non ſit ſacerdos,

5 *Epiſcopus*

5 *Epiſcopus diutius non debet per diœceſim vagari, alias punitur.*

6 *Epiſcopus, improbos homines a ſocietate ſua repellere debet.*

Societas indicat qualitatem vitæ; ita vt torturam ſuadeat.

7 *Epiſcopum, non nomen, ſed vita facit.*

Epiſcopus ſedens, præsbiterum ſtare non permittat: qui eum vt filium habeat.

8 *Epiſcopus ſubditos æqualiter iuuare debet, ſpretis perſecutionibus, & morte.*

9 *Epiſcopus debet adeſſe viduis, pupillis, & miſerabilibus perſonis.*

10 *Epiſcopus debet inter ſubditos, pacem procurare, etiam renunciando epiſcopatui; dato ſibi bono cambio, ſi populus ab eo diſſentiat.*

Prælati negligentia, eſt peccatum mortale.

11 *Epiſcopus conuerſationem, nec cohabitationem, cum vlla muliere debet habere; matribus, & ſororibus, & alijs ſuſpitione carentibus, exceptis: honeſtius tamen abſtinet etiam a matre.*

12 *Epiſcopus, non poteſt hodie habere vxorem.*

Apoſtoli quomodo vxores habuerint.

13 *Clericus vxorem accipiens per verba de præſenti, non de futuro etiam in minoribus; vel concubinam retinens, perdit beneficia eccleſiaſtica.*

Epiſcopus, vel prælatus, grauiter peccat, ſuſtinendo clericos concubinarios; qui etiam excommunicat vxoratos. Limita ad tempus in clerico deteriore efficiendo.

Iudex ſecularis, poteſt compellere maritum, ad dimitendas concubinas.

14 *Epiſcopus, & clericus, debet abſtinere a fulgidis, variatis, & ſericis veſtibus: purpura tamen, & vndato vtitur.*

Epiſcopus, & clerici, ſine proprio habitu extra domum, ne exeant.

15 *Epiſcopus, & clerici, a Laruis, & Laruatis, cauere debent.*

16 *Epiſcopus in menſa, quomodo ſe habere debet.*

17 *Epiſcopus, & clerici, nō debēt vti exquiſitis epulis.*

Epiſcopus, & clerici potus æquales, & propinationes, debent euitare.

Epiſcopus, & clerici, non debent intereſſe ludis turpibus, & vbi adſint Hiſtriones, qui tanto magis non poteſt eſſe Hiſtrio, vel mimus.

18 *Epiſcopus, & clerici, non ingrediantur tabernas. niſi cauſa peregrinationis.*

Epiſcopus, & clerici non debent attingere poculum, vltra tertiam vicem: & vinum lymphare debent.

19 *Epiſcopus vilem ſuppellectilem, & menſam, ac victum pauperem quomodo habere debet.*

20 *Vaſa eccleſiæ, ex auro; vel argento facienda niſi adſit paupertas.*

21 *Diuitiæ conceduntur in eccleſia, ad pauperum diſpenſationem, non ad luxum.*

22 *Sacerdos de altari viuere; non luxuriari debet.*

Epiſcopus, & clerici conuiuia celebrare poſſunt, ad charitatem implendam.

Vinum luxioſa res eſt, & contumelioſa Ebrietas.

23 *Ludus illicitus, Epiſcopo, & clericis, interdictus eſt, immo inſpectio.*

Ludus prohibitus quis dicatur.

24 *Ludi receptator in propria domo, poteſt impune offendi.*

Doctores ludentes taxillis, infames ſunt,

25 *Epiſcopus, & clerici, exercere, & ſe offerre duello prohibentur: at ſi inſpiciant tantum, vel aliquem videant furca ſuſpendi, grauiter tantum peccant.*

26 *Epiſcopus, aut clerici, non poſſunt intereſſe in cauſa ſanguinis, nec in ea dictare, ſententiare, nec artem chirurgiæ exercere, in qua interueniat aduſtio, vel inciſio: nec aquæ feruentis, aut frigidæ purgationes præbere.*

27 *Epiſcopus, & prælati habentes iuriſd. temporalem, committunt Laicis cauſas ſanguinis generaliter, & cum clauſula, Iuſtitiam facias.*

28 *Papa poteſt diſpenſare, vt clericus in pœnis ſanguinis, iuſtitiam faciat, abſque pœna irregularitatis.*

Irregularitas, quæ contrahitur ex contractu in ſe licito, eſt de iure poſitiuo. ibi quando ſit de iure diuino.

29 *Epiſcopus, vel ſacerdos, non debet aliquem proprijs manibus cedere: etiam cauſa coertionis.*

30 *Epiſcopus prudenter ita ſe habere debet; ne carcerati patiantur, ita vt moriantur Gabbiatio prohibita eſt.*

31 *Epiſcopus, vel alius prælatus, & clericus, non debet in bello perſonaliter pugnare. Sed ſi eſt bellum iuſtum, hortari poteſt.*

Papa poteſt dare licentiam pugnandi perſonaliter, in bello iuſto.

32 *Clericus fit irregularis, aſſiſtens tantum in bello iniuſto, vel amico etiam diſuaſo committere homicidium, & ſi id factum eſt, intuitu clerici, qui ſciuit, & non prohibuit, & non reuelauit, vel ex cauſa propinqua*

33 *Epiſcopus, uel clericus habens iuriſd. temporalem, quando indicere bellum poſſit, citra perſonalem pugnam.*

34 *Epiſcopus, vel clericus, non poteſt conſtitui dux belli acies ordinando, vel ſimilia peragendo, nec poteſt habere familiares armatos.*

35 *Epiſcopus, & clerici, prohibentur ab omnibus, etiam ratione delicti, enumeratis per Bernard. Diaz. in practic. can. crim.*

36 *Epiſcopus, & clerici debent abſtinere a negocijs ſecularibus, maxime inhoneſtis: alioquin clericalis ordo patitur vilipendium, & ideo Vicereges, vel aliter locum tenentes, eſſe non poſſunt.*

37 *Epiſcopus, vel alius clericus, tutor, procurator, aduocatus, Iudex, Fideiuſſor, nec tabellio, eſſe poteſt, regulariter: declara vt ibi.*

Laici non poſſunt tractare etiam ex commiſſione, negotia eccleſiaſtica, maxime ſpiritualia.

38 *Epiſcopus pro criminibus accuſari poteſt, a familiaribus ſuis: & per eos probare innocentiam ſuam. ſi ipſe alium accuſet, obligatur ad pœnam talionis.*

Epiſcopus grauius punitur, quam inferior.

39 *Epiſcopus debet vocare ſubditos ſuos fratres.*

40 *Epiſcopus,*

40 *Epiſcopus, & alius clericus iurans, quando debet tangere Euangelium, vel aliam ſcripturam.*

41 *Epiſcopus clericum alterius epiſcopi, non debet ordinare, ſine literis dimiſſorijs: item nec ſine examinatione, alias punitur.*

42 *Epiſcopi debēt ſibi mutuum auxilium præſtare, præſertim ad pacem ſeruandam, & alter alterum honorare.*

43 *Epiſcopus debet requirere concilium, & aliquando conſenſum, capituli.*

Epiſcopus ſine capitulo, nec capitulum ſine epiſcopo poteſt immutare ſtatum eccleſiæ; quia ſunt vnum corpus.

Epiſcopus tantum poteſt quantum capitulum, in his quæ pertinent ad vtrunque.

44 *Epiſcopus, vel alij clerici, & religioſi, libros gentilium, hæreticorum: vel leges, & phyſicam, quando legere, vel audire prohibentur.*

45 *Papa poteſt diſpenſare, non alius, vt prohibiti, poſſint audire leges, & phyſicam, & num. 56. quando epiſcopus poſſit.*

46 *Epiſcopus non ſolum debet legere, & orare: ſed etiam eleemoſynam facere pauperibus, alioquin nudum nomen Epiſcopi tenet.*

Eleemoſina qbus potius dāda, & qũo cõſanguineis.

Pontifex reprobatur, qui plures Cardinales ex ſua familia eligit.

47 *Epiſcopus primum ſibi, & eccleſiæ deſeruientibus, neceſſaria ſubminiſtret: reliqua fidelium vſibus miniſtraturus; quod etiam clericis conuenit.*

Epiſcopus, & clerici, res eccleſiæ mobiles, aut immobiles, in proprios vſus non debent conuertere.

Epiſcopus non debet imponere nouum cenſum eccleſijs, nec veteres augere, nec religioſos exactoinibus vexare.

48 *Clerici quicquid habent, pauperum eſt.*

Eleemoſyna quomodo facienda, vel de conſilio, vel præcepto, remiſſiue.

49 *Epiſcopus ordinato ad ſacros, ſine titulo beneficij; tenetur ipſe, vel ſucceſſor prouidere.*

Epiſcopus non debet aliquem ordinare ſine titulo, qui non habeat vnde viuere poſſit, ne ordinato mendicare neceſſe ſit, declara ibi.

Epiſcopus conferens beneficium alteri debitum, illo euicto, tenetur illi prouidere de æquiualenti.

Epiſcopus cogitur admittere, & confirmare clericum idoneum, præſentatum per patronum, ſecus eſt in Papa & cogitur conſentire: acquiſitioni patronatus. & poteſt gratificari cui vult, pluribus æqualibus præſentatis.

Epiſcopus non poteſt inſtituere, aut conferre beneficium patronatum, & quod patronus infra tēpus non præſentet.

Epiſcopus tenetur dotare eccleſiam indotatam, ſi eam conſecrat.

Epiſcopus quæ debeat obſeruare, in ordinibus conferendis.

50 *Epiſcopi debent conſtituere doctores, & magiſtros, qui ſtudia literarum doceant; nam Cancellarij ſunt ſtudiorum.*

Artes liberales ſeptem ſunt.

51 *Epiſcopus tenetur ſibi conſtituere vicarium, & Iconomum: qui tamen Laici eſſe non poſſunt: ſecus in aſſeſſore.*

52 *Epiſcopus debet eſſe diligens in hæreſi perſequenda, alioquin remouetur.*

Epiſcopis oīa grauia, & excelētiora, ſunt reſeruata.

53 *Epiſcopus, & alij prælati, vices ſuas ſub annuo cenſu, non debent concedere.*

Epiſcopus debet obſeruare ſententiam latam, per ordinarium ſibi ſubiectum.

54 *Epiſcopi debent ſeruare canones, cum ampliationibus; & limitatione.*

Epiſcopi debent eſſe cuſtodes ſacrorum canonum.

Epiſcopo leges ignoranti, aſſeſſores, & ſubditi reſiſtere poſſunt, eum inſtruendo.

Epiſcopus an ligetur conſtitutione ſua.

Epiſcopus habens iuriſdictionem temporalem, tenetur iudicare ſecundum ll.

55 *Epiſcopus regulariter non poteſt ſtatuere contra canones: limita. 8. modis.*

56 *Epiſcopus tenetur diſpenſare, vbi lex hoc mandat, non alias.*

Diſpenſatio eſt gratia.

57 *Epiſcopus tenetur edere petenti librum collationum beneficiorum.*

Epiſcopus tenetur alijs conferre, non per ſe retinere beneficia vacantia.

58 *Epiſcopus tenetur iurare iuxta formam iam traditā, & defendere Ro. Eccleſiam declara vt ibi.*

Epiſcopus, vbi ſit inobediens Papæ: proceditur tamen contra eum, cum modeſtia.

Epiſcopus non tenēt habere Papam pro Papa: quando Papa non habet epiſcopum, pro epiſcopo.

Epiſcopus tenetur defendere eccleſiam ſuam vſque ad mortem, declara ſi iuſta ſit cauſa: item tenetur procurare vtilitatem eccleſię, & conficere inuentarium.

Epiſcopus quando obligatur ex facto procuratoris vel præceſſoris ſui.

59 *Epiſcopus hæreticus, ſciſmaticus, ſimoniacus in ordine, vel notorie fornicator, poteſt euitari: quod procedit etiam in alijs criminibus, ſecuta ſententia: idem ſi amiſit gratiam.*

Papa: & negligens cogitur renunciare epiſcopatui.

Epiſcopus ſucceſſor, tenetur exequi præceptum præceſſori ſuo, per Papam factum.

60 *Epiſcopus remouetur ab epiſcopatu, propter ſcandalum euitandum.*

61 *Epiſcopus, uel prælatus ſi delinquat, augetur delictum, propter dignitatem.*

62 *Epiſcopus debet viſitare diœceſim ſuam, etiam inquirendo de moribus clericorum.*

Epiſcopus viſitans diœceſim, quam procurationem, debet habere.

63 *Epiſcopus in muneribus, qualiter ſe habere debeat.*

64 *Epiſcopus debet corrigere delicta, & exceſſus clericorum.*

Epiſcopus cogitur punire clericum condemnatum a iudice ſeculari, pro crimine ante clericatum.

Epiſcopus.

Epiſcopus debet in correctione delictorum, miſcere ſeueritatem, cum miſericordia.
65 *Epiſcopus debet eſſe clemens, & ſeruare regulas.*
66 *Epiſcopus quomodo debet proferre ſententiam cenſuræ, præmiſſa monitione. cum declarationibus. & ibi quomodo in cauſa hæreſis: & iudicare ſecundum acta.*
67 *Epiſcopus, & iudex eccleſiaſticus, tenetur adiuuare ſecularem, & econuerſo.*
68 *Epiſcopus tenetur obedire literis Poteſtatis, ei ſcribentis.*
69 *Epiſcopus tenetur curare, ne committat, ne ve committatur fraus, per teſtamentarios executores.*
Epiſcopus inquirit pro legatis pijs, factis pauperibus.
Inquiſitio non cadit in cauſis ciuilibus.
70 *Epiſcopus tenetur patrem ſuum honorare, & illum ſibi proponere: idem in Papa.*
71 *Epiſcopi ad concilium citati, debent perſonaliter cõparere: niſi impeditis alij inferiores comparent per procuratorem.*
72 *Epiſcopus, uel alius prælatus, quatuor requiſita, debet habere, ad hoc vt bene præſidere arbitrandus ſit.*
73 *Excommunicans alium iniuſte, dicitur ſe ipſum excommunicare.*
74 *Epiſcopus debet omnes pœnas, in pios uſus conuertere.*
75 *Epiſcopus non debet permittere dignitatem ſuam vi læſcere.*
76 *Epiſcopus an teneatur de Imperitia: & delicto ſui vicarij.*

§. III. DE SOLICITVDINE, ET OFFICIO EPISCOPI.

§.III.

EPiscopi ſolicitudo, & officiũ,
1 † quo, ſicut præsbyteri, & diaco
ni, nihil in hac vita difficilius, &
laborioſius, & periculoſius eſt:
ſi pfunctorie, & adulatorie aga
tur, ſed apud Deum nihil bea-
tius: ſi eo modo militetur, quo noſter Imperator
Deus præcipit, vt præclare ſcribitur in. c. ante om
nia. 40. diſt. in pluribus uerſari, haud dubium eſt:
Quorum aliqua expreſſa ſunt, & ex ſuperioribus
huiuſce capitis eliciuntur, præcipue ex. §. 1. uerſic.
oportet 1 vbi qualis debeat eſſe epiſcopus ſcripſi-
mus: & ex verſi. Prope. ubi enumerantur exceptio
nes, quæ contra Epiſcopum militare poſſunt. & ali
qua colligemus inf. in cap. de Abb. in nu. 7. & ſeq.
Multa quoque colligit in eo tract. de epiſcop. lib.
4. in. 1. parte, quę inſcribitur, de uita Epiſcopi, Ber
tachin. quem nos libenter ſequimur: & propterea
nonnulla ab eo ibi decerpta, hic ſummatim appo-
nere poſſimus, ad obſeruandum quendam inſtitu
tum ordinem, addendo multa alia per nos colle-
2 cta. † Debet ergo Epiſcopus, cuius geſta facile a
ſubditis in exemplũ trahuntur. c. magnæ. de uoto:
& p Card. Alex. in. c. enim. 19. diſt. in propria diœ
3 ceſi cõmorans ſm Bertach. † vacare lectioni ſacra
rum ſcripturarum: quas etiam docere debet alios,
& populum, & in concione, uel prædicatione, de-
bet habere mitram, & baculum, ut arguit glo. in. c.
nullus. de conſecrat. diſt. 1. Item debet vacare ora
tioni, atque ſecum habere præsbyteros, diaconos,
& alios bonos clericos. c. fi. 2. q. 7. &. c. fi. 36. diſt.
ubi epiſcopus non tam uocabulo, quam merito,
imitari Moyſen, & Aaron, præcipitur: qui inde-
ſinenter, in tabernaculo Domini erant, ut a Deo
aliquid diſcerent: aut ipſi Populum docerent: quæ
ſunt duo opera ad Pontificem, ſeu Epiſcopum
pertinentia: qui in eccleſia ſua reſidere debet, ita
ut opportune, & importune, & ſine intermiſſione,
eccleſiam doceat: eamq; prudenter regere, & ama
re, ut a vitijs ſe abſtineat: & ſalutem conſequi poſ
ſit æternam. c. ſicut. 7. q. 1. & ita ut uerbi ordinem,
prudenter pro audientis capacitate dirigere de-
beat. c. oportet. 8. q. 1. & die dominico diuinis of-
ficijs, in cathedrali eccleſia intereſſe. c. epiſcopus.
de conſecrat. 3. diſt. & ſaltem in feſto natalium Do
mini, Epyphaniæ, Paſchatis, & Penthecoſtes, alias
per triennium a communione ſuſpenditur: ſicut
priuatur, ſi capite cooperto celebrat miſſam. cap.
nullus. c. ſi quis in clero. 7. q. 1. Sed tamen hoſpitiũ
ſuum extra eccleſiam, non longe ab ea habeat. c.
4 epiſcopus uilem. 41. diſt. † Officium epiſcopi præ
cipue etiam uerſatur in Chriſmatis confectione:
in frontis chriſmatione, in ordinum collatione: in
eccleſiarum, & altarium conſecratione, ut colligit
Io. And. in. c. quia periculoſum, in addition. gloſ.
de ſenten. excommu. Atque huiuſmodi officium
Pontificale exerceri non poteſt ſine ſacerdotali.
c. ex literis. de exceſ. præl. ubi Ab. & not. glo. in. c.
quia de offic. deleg. poteſt tamen Epiſcopus quis
fieri licet non ſit ſacerdos, ut per Abb. in. c. 1. in fi.
de cleric. per ſal. prom. ſed impeditur executio, ſm
5 eũ, & cõiter doct. † Nec dẽt epiſcopus p diœceſim
vagari, niſi forte cauſa uiſitationis. c. placuit ut ne
mini. 7. q. 1. Immo nec in re propria, diuitius quã
oportet immorari, ut ibi: quia propriam utilitatẽ,
utilitati eccleſiæ non anteponit, ut ibi in glo. Qui-
nimo epiſcopus vagabundus, monitus, ſi nõ reuer
tatur, in monaſterio recludit̃, ſm iura allegata per
Bertach. ibi diſtinguentẽ, ex cauſa neceſſitatis eũ
6 excuſari, ſi ſit abſens, ut puta belli, uel peſtis. † Atq;
nõ debet Epiſcopus improbos hoĩes, & familiares
in ſocietate ſua habere. c. peruenit. 2. q. 7. nã ex ſo
cietate pſumitur, & iudicat̃ qualitas uitæ alicuius,
uel pro eo, uel contra eũ, ut ibi in glo. & Abb. in. c.
nulli. de accuſat. & Bar. in. l. ſi plures. 1. §. ſi parens.
ff. de adminiſt. tut. quem ſequitur D. Aym. Crauet.
cõſ. 35. &. 72. &. 229. nu. 12. ubi multa adducit: &
illud inter alia, ut animus iudicis moueatur, ex in-
dicio malæ conuerſationis, ad torturam rei: Sic in
epiſtola Petri legitur, conuerſationem ueſtram,
7 inter gentes habentes bonam. † Epiſcopum enim
non nomen, ſed uita facit. glo. in. cap. exacra-
bilis. in uer. uitæ. de præbend. in extrauagant.

Ioan. Atque ſedens epiſcopus, præsbyterum ſtare
non patiatur, qui in domo eũ collegam habeat. c.
epiſcopus.& ſeq.95.diſt.& p Ab.in.c. 1.de exceſ.
prælat.qui addit, ab epiſcopo presbyteros, ut filios
habendos, non ut uaſallos. c. eſto ſubiectus. 95.
8 diſt. † Item ad curam Epiſcopi pertinet, tanquam
clementis, ſingulos ſubditos, quantũ poterit, ęqua
liter iuuare: & ſingulos reuelare: qui & ſingulorũ
onus ac ſolicitudinem portat.c. clemẽs.8.q.1. Im
mo propter aduerſitatẽ, & perſecutiones, non dẽt
gregem ſibi creditũ derelinquere.c.ſuggeſtum. cũ
duobus.c.ſeq.7.q.1. Nã & alias ei negligenti ani-
marum periculum imputatur, ut obſeruat glo. in.
c.tua nos.de eccl.edifican.& ut habetur in.c.pen.
de regular.tenetur reddere rationẽ Deo pro ani-
mabus ſuis, ſi male cuſtodierit oues ſuas: & reſumit
glo.in.c.niſi.in uer.defigẽdo.de renunciat.& ideo
ſcriptum eſt, & not. Cardin.Alex.in.c. diſciplina.
45.diſtin. Epiſcopum pro defenſione populi, op-
9 ponere ſe uſque ad mortem. † Inprimis tamen de-
bet epiſcopus adeſſe, & patrocinari uiduis, & pu-
pillis, & alijs miſerabilibus perſonis, c. fi. 86.diſt.
c.1.&.2.cum glo.87.diſt.& per Bertachin.ubi ſu-
pra nu.25.qui allegat Specul. ponentem epiſcopũ
ad hoc non cogendum, ſed poſſe: cum tamẽ verba
dictorum capitulorum, præceptiue loquantur. ſed
hoc poſſe per alium, ut puta per Arcbidiaconum,
non dubitauit glo. in. c.poteſt quis per alium. de
10 reg.iur.in.6. Itẽ † debet epiſcopus inter ſubditos,
ſiue clericos, ſiue laicos, pacem procurare.c. ſtudẽ
dum.90.diſt.quos recuſantes, etiam a cætu fideliũ
alienare poſsit.c.placuit. &.c.perlatum.ea diſt. &
inquit Felin.in rub.de treug.& pace.col.3. uerſic.
Fallit tertio. epiſcopum peccare mortaliter, non
intromittente ſe, per cenſuram, ad pacificandos ci
ues, cum ſcandalo diſſentientes: quia licet alias nõ
obuians delicto, non peccet, ut delinquens: tamen
fallit in prælato, cuius negligentia eſt peccatum
mortale, etiam in pace. Immo quod plus eſt, tenet
epiſcopus pro bono pacis, inter eũ, & populũ, da-
to ſibi bono cambio, renunciare Epiſcopatui, ut p
Innoc.in. c.niſi cum pridem.de renunciat. ſequit
Ab.in.c. 1.&.c.cum inter, de elect.& Ant. Corſet.
in tract.de priuileg. pac. nu. 6. faciunt ſcripta per
Ioan.Lup.in tract.de confęd.princip.in.1.memb.
nu.15.& ad hæc faciunt etiam dicta ſupra lib. 1.c.
1.§.3.uerſ.10.&.11.&.§.4.uerſ.16.ubi habetur, an
11 ſuperior poſsit cogere partes ad Pacem. † Solici-
tudo quoq; maxima Epiſcopi eſſe debet, ut nec
conuerſationem, nullamq; mulierem in cohabita
tione habeat: ar ſi habere probetur, ab epiſcopatu
deijciatur, quo ſe fecit indignũ, ut legitur in auth.
epiſcopo.C.de epiſcop.& cler.&in.c.1.de cohab.
cleric.& mul.ratio autẽ illa aſsignatur.in.c. hoſpi
tiolũ.32.diſt. quia non poteſt toto corde cũ deo
habitare, qui fœminarum acceſsibus copulatur:
Fœmina enim cõſcientiam ſecum pariter habitan
tis exurit; & iam repertum eſt, inſtigante diabolo,
in matre, amita, & ſorore, nephandum ſcelus per-
petratum, ut exclamatur in d.c.1. Verum & ſi ali-
quando hæc ſtatuta ſint: uidentur tamen & aliqñ
correcta, ſeu moderata per alias cõſtitutiones: nã
eo tit.C.de Epiſcop.& cleric. in.l.eum qui, ſanci-
tum eſt, quibuſcunque, qui cuiuſcunque gradus
ſacerdotio fulciantur, uel clericatus honore cen-
ſeantur, extranearum mulierum conſortia, inter-
dicta eſſe: matres tamen, filias, atque germanas, in
tra domorum ſuorum ſepta continere permiſſum
eſt: quia nihil ſæui criminis æſtimari, naturale fœ-
dus permittit, ut recipitur in. c. a nobis.eo tit. de
cohabit. cleric.& mul.ideo hæc etiam cõproban-
tur in.c.interdixit.32.diſt.&.c.uolumus.&.c. cum
omnibus. 81. diſt.ubi cum auijs, matribus, mater-
teris, amitis, ſororibus, filiabus fratrum, aut ſoro-
rum, & alijs perſonis idoneis, cohabitatio permit-
titur, quæ fugiant malam ſuſpitionem, & cum his
uidetur tranſire Bertachin. d. lib. 4. 1.parte. ita ut
hæc etiam procedant in quibuſcunq; clericis, per
* prædicta iura: & hanc opin. communiter* placere
doct.cum glo.d.c.1.tenuit Abb.ibi col.2. qui de-
clarat, ut conſanguineas iuuenes, alias non ſuſpe-
ctas, liceat clericis bonæ famæ, in domo tenere:
ſed extraneas nullo modo, quantumcunq; ſint bo
næ famæ: quia talis commixtio ſit periculoſa: non
ſic cum conſanguinea. Declarat etiam ut clericus
uiuens cum alijs clericis, non poſsit habere etiam
matrem ſecum, licet ipſe etiam ſit bonæ famæ:
quia reſpectu aliorum clericorum, oritur mala ſu-
ſpitio. Declarat etiam Abb. ut tamen honeſtius ſe
habeat epiſcopus, ſi a cohabitatione etiam matris
12 abſtineat. † Neque hodie permiſſum eſt epiſcopo
uxorem habere, hoc eſt neque ſuſcipere, neque ſu-
ſceptam retinere, c.ſi quis amodo.cum.4.cap.ſeq.
81.diſt.&.c.1.&. c.cum decorem. de cleric. con-
iug. ubi Abb. & per Bertachin. ubi ſupra, num.9.
licet Apoſtoli uxores haberent, non tamen ad con
cubitum, ſed ad ſeruitium, per. c. omnino. 31.
diſt. & dictum eſt ſupra hoc lib. c. 1.§.2.q 2.nu-
me.1. Petrum Apoſtolum habuiſſe uxorem: & li-
cet Græci aliter obſeruent in matrimonio, ante ſa
cros ordines cõtracto.c.oĩno.c. nicena.&.c.fi. 31.
diſt. Cauſæ aũt quare clericis indicta ſit caſtitas,
octo ſunt, quæ enumerat Ab.in.c.quod a te.nu.3.
de cleric.coniug. quas conuenire ponit, ut clerici
græci eã obſeruare deberent, licet non obſeruãdo
13 non peccent.c.cum olim.eo.tit. † Et propterea ſi
quis clericus, etiam in minoribus, uxorem accipit,
per uerba de præſenti: non ſi ſponſalia de futuro,
uel concubinam retinet, perdit eccleſiaſtica bene-
ficia.c.1.&.c.ſane.2. & per totum, ubi Ab. de cle-
ric. coniug. & conſ.62.num.18.uol.2.& declarat
Bernard.Diaz, in practic. can.crim.in uer.matri-
moniũ: & ampliat D.Aymo Crauet.conſ.191.nu.
7.etiam ſi matrimoniũ nulliter contrahatur. Con
trarium tñ tenuit Ripa in.l.ſi ſe.§.condemnatum.
nu.7.de re iud. Nec hic omittendum eſt, Epiſcopũ
uel prælatum grauiter peccare, qui ſuſtinet ſubdi-
tos clericos, concubinarios.c.ut clericorũ.ubi Ab.
nor.de uita.& honeſ.cleric. ſubdit tñ memorabili
ter, tũc non peccare, tolerãdo ad tẽpus, ſi clericus

coactus

coactus dimittere cõcubinã, efficeretur deterior:
quia aliquãdo ſuſtinetur minus malum, ad maius
euitandum. c. duo, 13. diſt. Immo prope præmiſſa,
notanter tradit Bal. & doct. quos ſequitur Iaſ. in.
l. ex ea parte. §. mulier. nu. 3. ff. de uerb. oblig. Epi-
ſcopum poſſe excommunicare uxoratos, tenentes
concubinas: & quod plus eſt, Iudicem etiam ſecu-
larem, poſſe compellere maritum, remedijs ſecula-
ribus, ad dimittendas concubinas, quia ad officiũ
prædictorum pertineat, homines honeſte uiuere.
14 † Abſtinere quoque debet epiſcopus, & quilibet
alius prælatus, uel clericus a fulgidis, & claris ueſti
bus: nam priſcis temporibus, omnis ſacratus uir,
cũ mediocri, aut uili ueſte conuerſabatur: quia ela
tionis haberet calumniã: quod non pp neceſsitatẽ
ſed pp uenuſtatẽ, ſumebat: & ideo neq; ex ſericis
texturis, ueſtem uariatam induebat aliquis, neque
uariorum colorum ornamenta, in ſumitate ueſti-
mentorum apponebat, ut exprimitur in, c. omnis
iactura. &. c. fi. 21. q. 4. de quibus etiã in. c. clerici.
ubi Ab. de uit. & honeſ. cleric. inquit tñ Archid. in
d. c. omnis iactura, ex ſnĩa B. Hier. epiſcopum uti
non debere, nimia uilibus & obſcuris ueſtibus: q
nec affectatæ ſordes, nec exquiſitę delitiæ, laudem
pariunt. c. 1. 41. diſt. & in præmiſsis colligit Berta-
chi. d. lib. 4. num. 13. & lib. 3. 1. parte. q. 14. Epiſco
pum uti poſſe purpura, & cendato, non tamen uti
ueſtibus laicorum, nec extra domum ire, ſine pro-
prio habitu. c. epiſcopi. c. ſine. 21. q. 4. Quo autem
habitu utantur in eccleſia, uel ſynodo: & quando
ſepeliuntur Epiſcopi, uel prælati, diximus ſupra
15 hoc. c. in prin. num. 16. † Sic fortius a laruis, epiſco
pi cauere debent, & laruatos a ſe repellere. c. cum
decorem. cũ ſim. de uita, & honeſ. cler. & quomo-
do puniatur clericus, uel ſacerdos, uirgata, uel par
tita ueſte utens, uide Bernard. Diaz. in d. practica
canon. crim. in uer. uirgata. At qualis etiam debeat
eſſe habitus clericalis, tetigimus ſupra hoc lib. c.
16 1. §. 4. uerſ. 6. nu. 24. † Cura quoq; epiſcopi, ſicut
& aliorum clericorum, non parua eſſe debet, ut in
menſa, & epulis recte ſe habeat. Inprimis enim an
te prandiũ, menſam benedicere: poſt, deo gratias
reddere tenetur, alias peccare mortaliter dicitur,
quia faciat contra præceptum legis, ut not. Card.
Alexand. in. c. non liceat. 44. diſt. etiã ex dicto Apo
ſtoli, recepto in. c. non liceat. 26. q. 5. &. c. nõ ob-
ſeruetis. 26. quæſtio. 7. in hæc uerba, ſiue mandu-
catis, ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud facitis, in No-
mine Domini Ieſu Chriſti, faciatis: gratias agen-
tes Deo, in quo uiuimus, mouemur, & ſumus. Ho-
ra uero prandij, ubi non ſint indicta ieiunia, con
ſtituta eſt in tertijs, & non ante, ut in dict. c. non
liceat. 44. diſt. Inter epulandum autem, conſtitu-
tum eſt, ut in omni ſacerdotali conuiuio, lectio
diuinarum ſcripturarum immiſceatur, ad hoc ut
animæ ædificentur ad bonum, & fabulæ iocoſæ,
quæ crebro menſis interponi ſolent, prohibean-
tur. c. conuiuia. &. c. pro reuerentia. 44. diſtinct.
ubi idem Card. Alexand. not. hoc eſſe obſeruan-
dum, in omnibus collegijs: ſiue ſint regularium,

ſiue clericorum, arg. c. in omnibus de conſecrat.
17 diſt. 5. † Atque lautis, & exquiſitis epulis, non de-
bent Epiſcopi, & clerici uti, alioquin in tenebras
eijciendi ſunt. c. eccleſiæ principes, ubi idem Car-
din. 35. diſtin. tanquam immemores Ieſu Chriſti,
Crucifixi, pauperis; & eſurientis. Sic quoque corri
piendi ſunt epiſcopi, & clerici, qui conuiuijs, ali-
quando etiam de confertis, ideſt, de Symbolis, quę
commeſſationes uulgo dicta ſunt, ad ea pro rata
conferentes, occupantur: quique ſe ingurgitant, &
inebriant, bibendo, uel alios ad bibendum, cogen-
do, abuſum quendam iam ſublatum repetentes,
propinantes, & ad potus æquales, ſuo modo, ſe o-
bligantes potatores: quique plauſus, cantus, & ri-
ſus inconditos, & fabulas inanes, & alia turpia io-
ca ędunt, & proponunt. c. cum multe. cum ſeq. uſ-
que ad fin. 44. diſtinct. c. a crapula. cum ſim. de uit.
& honeſt. cleric. & hæc etiam delibauit Bertachin.
dict. tract. lib. 2. q. 62. & lib. 4. num. 12. ubi nu. 11.
plus addit, epiſcopum, & clericum, non poſſe in-
tereſſe ludis, & ſpectaculis turpibus, dicas tu, prę-
cipue ubi ſanguis interuenire ſolet: ſed recedere
debere a conuiuio, ſi ſuperueniat Hiſtrio, uel io-
culator, & ubi obſcęni motus corporum, choreis,
& ſaltationibus efferuntur, dictia iuribus, &. c. prę
byteri. ubi Cardin. Alexand. 34. diſt. &. c. clerici.
de uita & honeſ. cler. & per Steph. Coſt. & Parid.
Put. in tract. de Ludo. & Bernard. Diaz, in practic.
can. crim. in uer. publicis ſpectaculis: ſicque tan-
to magis ipſe epiſcopus, non poteſt eſſe hiſtrio,
mimus, uel alios ludus facere, ſecundum Bertach.
18 ibi. † Hinc eſt quod clerici edendi, uel bibendi
cauſa, tabernas ingredi non debent, niſi peregri
nationis cauſa, neceſsitate compulſi: & multo
magis habere eas prohibitum eſt. c. nulli. &. c. cle-
rici. d. 44. diſt. &. c. clerici. de uita & honeſ. cleric.
& ſtatutum uidetur, ut ultra tertiam uicem, pocu-
lum non contingant. c. quando. 2. ea diſt. 44. ubi
Cardin. Alexand. not. ex trina potatione uini, quẽ
non præſumendum inebriari. Declarat tamen Ste
pha. Coſta in tracta. de Ludo. in. 2. art. nume. 17.
ut liceat ultra trinam uicem bibere, ſi id exigat ap-
petitus naturalis, referens ita declarare doct. in. c.
a crapula. de uita & honeſ. cler. & ſubdit uinum
eſſe lymphandum: quæ inprimis exponit Abb. ibi.
19 † Hinc eſt etiam, quod epiſcopus uilem ſupelle-
ctilem, & menſam, ac uictum pauperem, habere
debet. c. epiſcopus. 41. diſtin. ſed glo. ibi declarat,
hoc hodie non habere locum, quia Epiſcopi ha-
beãt ampla palatia, & magnas poſſeſsiones. c. expe
dit. 12. q. 1. &. c. uaſa. de conſecra. diſt. 1. de quibus
meminit Bertachin. dict. lib. 3. in. 1. parte. quæſt.
decimoquarto, referens Ioan. And. in addit. ad
Specul. in tit. de election. §. 1. uerſi. conſequen-
ter, tenere, ut ſi epiſcopus ſplendide uiuat, & (ut
aiunt) pompizat, ſtante conſuetudine, non pu-
niatur: prout etiam non puniuntur, celebrantes
contractum alias illicitum, hoc permittente
conſuetudine: Verum aliter ſentiendum puto,
quam Ioan. And. etiã non obſtante aſſerta conſue

tudine: nam cum hæc videatur eſſe contra bonos
mores, per allegata ſupra, non eſt obſeruanda ſm
Bar.in.l.1.col.pen.C.quæ ſit long.conſuet.& Ab.
& doct.in.c.fi.de conſuetud.& Socin.conſi.7. co-
lum.pen.vol.1.Neque etiam repugnat d.c.vaſa.&.
c.ſeq.quia loquitur de vaſis,& ſupellectili, in qui-
20 bus ſacroſancta ſint conficienda myſteria. † quæ
ſtatutum eſt, ad decus eccleſiæ augendum, ſi non
ex auro, tamen ex argento, eſſe facienda: & ubi
adſit paupertas, calix & paterna ex ſtanno fie-
ret,non ex ære, aut ex auricalcho:cum etiam in li-
gneo,aut vitreo calice,miſſam cantare, ibi prohi-
bitum ſit:quod antiquitus permittebat Zephirinus
Pont.ſed Vrbanus immutauit: unde in menſa, &
conuiuio Epiſcopi hæc non ſunt immutata. Neq;
etiam obſtat d.c.expedit. † quia & ſi expediat ec-
cleſiæ,facultates amplas poſsideri, & augeri, pro-
prijs,perfectionis amore,contemptis: id concedi-
tur,ad bonam,& pauperum diſpenſationem, non
autem ad luxum, & pompam:& ita uidetur innue
re Cardin.Alexand.in d.c.epiſcopus.41.diſtin.li-
cet ibi prius dixerit,& minus recte (ut opinor) d.
cap. epiſcopus, loqui de concilio, non præcepto.
Exiſtimarem tamen non penitus vilem menſam,
& ſuppellectilem,apud epiſcopum eſſe debere: ne
uileſcat eius dignitas: ſicut de ueſtibus eſt ſupra nu
me.14.nam nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ de
litiæ,laudem pariunt.d.c.1.41. diſt. & ideo recte
exprimitur in.c.1. &.c.conuiuia. ea. 44. diſtinct.
22 † Sacerdotem de altari uiuere, non luxuriari de-
bere:& non pluſquam neceſſe ſit, ſeruire corpori,
ſed ut ſola eius infirmitas reficiatur, ad vſus exer-
cendæ virtutis:atque conuiuia recte celebrari poſ-
ſe, ſi ex intentione implendæ charitatis, fiant, ita
ut nulla abſentium vita mordeatur: nulluſque ex
irriſione repræhendatur:& ideo probe Hieronym.
ait in.c.luxurioſa.35. diſt. Luxurioſa res eſt vinũ,
& contumelioſa ebrietas: omnis qui cum his mi-
23 ſcetur,non erit ſapiens.† Ludusquoq; Epiſcopo,
& clericis interdictus eſt, Auth. interdicimus. C.
de epiſc.& cleric.ubi doct.c.epiſcopus.35.diſtin.
ubi abunde Card.Alex. c.clerici,ubi Abb. & doct.
de uita & honeſ.cle.& ideo epiſcopus,& alij cleri-
ci cauere oĩno debent a Ludo: quia eſt contra bo
nos mores,& crimen dicitur: cuius tranſgreſſores
mortaliter peccare,ait Card.ibi,propter nouẽ erra
ta,quæ in eo interueniunt:Sed Bernard. Diaz, in
dicta practic.can.crim.remiſsiue ponit.21. in uer.
aleatores.Hæcquè concluſio ampliatur,ut non ſo
lum interdicatur ludus:ſed etiam prohibeantur e-
piſcopus & clerici, inſpectores & participes alijs
ludentibus fieri,etiam ſi gratis fiat, d.autem inter-
dicimus.cum glo.& alijs allegatis ut ſupra.Decla-
ra tamen prædicta procedere in ludo illicito,uelu-
ti taxillorum,& alearum,& tabularum:& genera-
liter idem dicas in quocunque ludo, in quo Fortu
na tantum dominatur: uel etiam fortuna, & inge-
* nium,ſecundum magis communes * opin.At ſi in-
duſtria, uel ingenium tantum ſuccedat, Ludus
prohibitus non cenſetur, veluti ſcaccorum, vel pi

læ,uel ſimilium:niſi ex circunſtantijs,illicitus red-
deretur: ut ſi exceſsiua quantitate luditur, uel tẽ-
pore incongruo, uel fraus adhibeatur, vel impe-
ritus cum perito ludat, vel in loco inhabili: vt pu
ta in eccleſia, item ſi ſuperior prohibeat: & ſic de
ſimilibus, ut colligunt recitati doct. & præſertim
Card.Alexan. d. c. epiſcopus, per multa allegata,
inter alia B.Thomam in.2.ſecundæ.q.31.artic. 7.
de quibus etiam uide Steph.coſtam in tract. de Lu
dor art.1.§.1.&.2.qui ampliſsime ponit, qui Ludi
Laicis,uel clericis prohibeantur,& alia in materia
Ludi:& per Ang.in tract.de malefic. in uer. meti-
dos de mali dadi.& per Paridem Puteum in ſimili
24 tract. qui ibi col. 1.illud notat, † ut ludi recepta-
tor,in ꝓpria domo poſsit impune offendi, quodq;
hoc ſit maius delictum, quam ludere:& ibi nu. 12.
ait,dixiſſe And. Iſern. Doctores ludentes taxillis,
infames eſſe.Vide etiam de prædictis Ioan. Bapt.
Caccialup.in ſimili tract.& Troilum maluet.in tra
cta.de ſortibus,in rub.de ludo.& qua pœna cleri-
ci aleatores,vel luſores,afficiantur, uide Bernard.
Diaz.in d.practica cano. crim. in uer. aleatores:&
nos abunde diximus, ſupra lib. 1. c.9.de Prætore.
§.3.in rub.de luſoribus.Multi tamen prælati, tem-
peſtare noſtra,ſpretis pœnis, in hoc crimen prola-
buntur.Sicut autem diximus in proximis, Epiſco-
pum, & clericos ſpectaculis, & ludis, præſertim
ſanguinis, intereſſe, aut eos exercere non poſſe:
25 † Ita exercere,& ſe offerre Duello, eiſdem prohi-
bitum eſt.ut in.c.1.&.2.de cleric.pug.in duel. ubi
Abb.& Doct.& per Bernard. Diaz, in dicta pra-
ctic.can.crim.in uer. Duellũ:ubi huius delicti pœ-
na,depoſitionis eſſe oſtendit: ſiue clericus victor,
ſiue victus fuerit:cum Duellum ſponte initur: ſe-
cus ſi aliquo facto neceſsitatis,quia mitiori pœna
afficitur:Veruntamen etiam in ſpontaneo,epiſco-
pus diſpenſare poteſt,ſi mors,uel membri mutila-
tio ſecuta non ſit,ut ibi,& diximus in tract. Duel-
li concl.72.At ſi epiſcopus, vel clericus tantum in-
ſpiciat duellum, vel aliquem furca ſuſpendi, licet
non efficiatur irregularis, tamen grauiter peccat.
ut per Hip.marſil.in.l.1.nu.183.C.de rap.uirgin.
26 & in.l.fi.nu.42.ff.ad.l. Cornel. de ſicar.† Immo
epiſcopus, vel clerici,præſertim in ſacris conſtitu-
ti,non poſſunt intereſſe in cauſa ſanguinis: nec in
ea dictare,aut ſniam proferre: nec ullam Chirur-
giæ artẽ, exercere poſſunt,quæ aduſtionem,uel in
ciſionem inducat:nec aquæ feruentis, aut frigidę,
purgationi opem præſtare. c.clericis.&.c. ſniam,
cum concord.ne cleric.uel mon.ſecul.neg.ubi Ab
ba.& idem habetur in. c. ex literis. de exceſ. præ-
lat.& tangit Bertachin.d.lib. 4.nume.14.qui ſub-
27 dit hac de re, † Epiſcopos, & prælatos, habentes
iuriſdictionem temporalem,committere laicis cau
ſas ſanguinis,ſaltem generaliter,per not.in.c.fi.ne
cler.uel monac.in.6.ubi Philip.Franc.declarat, ꝓ-
latum nõ cõmittere laicum puniendũ ſpecialiter;
ſed generaliter delegare uniuerſitatẽ cauſarum, q̃
ſunt ad pœnã ſanguinis: & quod delegatus iuſtitia
28 faciat. Verumtamẽ not.ibi Philip. † Poſſe Papam
diſpen-

diſpenſare, ut ſine pœna irregularitatis, clericus ha
bens iuriſdictionem temporalem, poſsit per ſe ſen
tentiam ſanguinis proferre: & iuſtitiam in pœnis
ſanguinis exercere, quia irregularitas quæ contra-
hitur ex contractu in ſe licito, eſt de iure poſitiuo:
quæ, an, & quando ſit de iure diuino, vel poſitiuo,
refert ponere Innocen. in. c. niſi cum pridem. de
renunciat. At pœnam agitantis iudicium ſangui-
nis, depoſitionis eſſe ab honore, ideſt ordine, &
loco, hoc eſt ab officio, & beneficio, ponit Ber-
nard. Diaz, in dict. practic, can. crim. c. 92. in uer.
29 truncationes. † Præmiſsis quoque adde, ut etiam
non liceat epiſcopo, vel ſacerdoti, proprijs ma-
nibus, aliquem cedere. c. tanta. &, c. non liceat. 86.
diſtin. Quod procedit etiam ſi fieret cauſa coertio
nis. c. circumcelliones. cum glo. fi. 23. q. 5. quæ ta-
men iuſſa, fieri poſſunt per clericum, non autem
per laicum, ut ibi. c. vniuerſitatis. de ſenten. excom.
at ſi clericum non habeat epiſcopus, poteſt per ſe
ipſum verbare, ut teſtatur glo. in dict. c. non liceat,
de quibus uide Bernard. Diaz in d. practic. can.
crim. in uer. verberari: qui declarat etiam ex qua
30 culpa clerici verberari, uel fuſtigari poſsint. † Simi
liter addas, Epiſcopum ita prudenter ſe habendũ,
ne in tantum, uitam carcerati attennari patiatur, ut
ex eo, uel ex aſperitate carceris, veriſimiliter mo-
riatur: uel ex nimia correctione, uel tortura; unde
ſequeretur irregularitas, ut tradit Abb. in. c. noui-
mus. de uer. ſign. & in. c. qualiter & quando. 2. de
accuſat. ſequitur Felin. in. c. cum non ab homine.
col. fi. de iudic. & Bertach. d. tractu. 3. parte. 4. lib.
nu, 5. ſic in d. c. qualiter, Felin. ait, Gabbiationem
31 prohibitam. † Simili modo, Epiſcopus, uel alius.
prælatus, & clericus, non poteſt in bello, perſona-
liter pugnare, licet alias poſsit hortari: ut diximus
ſupra lib. 1. c. 1. §. 3, uerſic. 12. quod ampliauimus,
etiam pro utilitate eccleſię, ſecundum Mart. Laud.
in tract. de bello. q. 20. ex auctoritate Io. And. in.
c. fi. de dilation. ſic Moyſes (ut ſcriptum eſt) ad bel
la non uadit: non pugnat contra inimicos: ſed
orat, & donec orat, uincit populus eius. c. fi. 36.
diſtin. Bertachin. tamẽ in d. lib. 4. nu. 17. aliter ſen
tit: inquit enim dictum. c. fi. hodie non procedere
per glo. in. c. igitur. 23. q. 8. Verum Card. Alexan.
in d. c. fi. diſtinguendo, uidetur primam ſequi opi.
nam etiam ſi pugna fiat pro fide catholica, & con
tra hoſtes fidei, poſſe intereſſe clericos, concludit:
ſed non ut in propria perſona, bellum exerceant.
Idemque ait, ſi bellum fiat incidenter, ex cauſa legi
tima: etiam ſi pugna non fiat pro fide catholica. c.
Maximianus. 23. q. 3. Rurſus inquit, ſi bellum eſt
iniuſtum, non licet clericis intereſſe: ſi iuſtum, li-
cet intereſſe, & hortari, & clamare, & capere, & pu
gnare, ſed non occidere, & ita procedere glo. in
dict. c. fi. 36. diſtin. Plane non uidentur procedere
hæc ultima uerba, ſcilicet quod quis pugnet, & ſic
percutiat, & non occidat, uel ſaltem non mutilet;
cum percuſsiones non poſsint recipere modum;
arg. c. fi. de homicid. In. 6. Abb. tamen in. c. quod
in dubijs. de pœnis, non concedit perſonalem pu-
gnam in clericis, licet bellum ſit iuſtum: etiam cõ-
tra Sarracenos, & alios infideles. c. ex multa. de
uoto, Quod tamẽ declarat niſi clerici opprimeren
tur, & non poſſent aliter euadere mortem: quia
tunc ſi pugnant, & alios interficiant, non incur-
runt in irregularitatẽ. cle. ſi furioſus. de homicid.
& ita tenet Felin. in. c. petitio. uerſ. Secunda. de ho
micid. quando non adeſt licentia Papæ: & cum
his uidetur tranſire Bernard. Diaz in practic. can.
crim. in uer. naues: qui ibi, clericos naues ad pugnã
gubernantes, & conflictum perſonaliter exercen-
tes, ac alios ad pugnam incitantes, regulariter de-
ponendos tradit, per dict. c. quod in pœnis: & hæc
uidentur propter auctoritatem Ab. & iura expreſ-
ſa, magis amplectenda. Porro ubi adſit Licentia
Papæ, Felin. ubi ſupra, poſſe clericos in propria ꝑ-
ſona bellum gerere tradit, nec ulla effuſio ſangui-
nis eis imputabitur, uel mors. Declarãdo, dummo
do bellum ſit notorie iuſtum: item dum cum lai
cis ſufficienter expediri non poſsit, & Papa conce
dat, conſultis Cardinalibus. Quod ultimum nõ pu
to uerum, per ea quæ ſcripſimus lib. 1. c. 1. §. tertio
uerſ. 15. nume. 8. Præmiſsis adde Felin. in. c. ſicut
dignum. de homic. qui. nu. 6. & 9. & Marſil. in. l. fi.
32 num. 41. ad l. Cornel. de Sicar. † colligit, clericum
irregularem fieri, ſi conſulat homicidium fieri:
& licet tantum aſsiſtat in bello iniuſto, & nihil fa-
ciat: & ſi aſsiſtat amico, dubitans ne ſuccumbat:
etiam diſſuaſo committere homicidium: quod ta-
men ſecutum ſit. & Idem Felin. in. c. ſuſcepimus.
eo. tit. not. ſi pro temporalium rerum conſeruatio
ne, occaſionem mortis præbuit. & inquit Ial. in. l.
vt uim. nume. 26. ff. de iuſt. & iur. non licere cleri-
cis occidere pro defenſione rerum ſuarum. Con-
trarium tamen tenet Marſ. referens Ang. in. l. ſi ut
allegas. nu. 3. C. ad. l. Corn. de Sicar. & Felin. in d.
c. ſuſcepimus. ponit de inſultato, qui excuſetur,
ſi aliter mortem euadere non potuit. Et idem Fe-
lin. in. c. Petrus. eo tit. ſimiliter tenet, clericum irre
gularẽ fieri, ſi homicidium factum fuit intuitu cle
rici, qui ſciuit, & non prohibuit, & non reuelauit
tractatum, ſecundum Ab. ibi in fi. & idem tenet Fe
lin. in. c. præsbyterum. & . c. de cætero. eo. tit. ſi pre
ſtat cauſam homicidio, ex cauſa propinqua, etiam
dando operam rei licitæ. Ex quibus adductis præ-
33 cipue Abba. ubi ſupra, elici poteſt. † an, & qñ, ſit
permiſſum epiſcopo, uel clerico, citra perſonalem
pugnam bella mouere: quæ magis ſpecialiter tan-
gendo Bertach. d. li. 4. nu. 17. concludit epiſcopũ
habentem iuriſdictionẽ temporalem, indicere bel
lũ poſſe: eumq; irregularem non fieri, ſi in bello ꝑ
ipſum indicto, homicidiũ cõmittatur: niſi ipſemet
cõmittat, auctore Innocen. in d. c. quod in dubijs:
his tñ videntur aduerſari ſupra proxime dicta. Sic
ẽt cõcludit Bertach. epiſcopũ mouere arma poſſe,
ut recuperet caſtrũ ſibi occupatum: ẽt per ꝓditio-
nẽ illud caſtrũ recuperando, & alijs modis agẽdo,
ut ibi per eũ, cum allegatis: quæ ẽt uidetur ſenſiſſe,
ante eũ Ab. in. c. ſnĩam. num. 16. ne cler. uel mon.
34 † ubi ad ꝑmiſſa quoq; tradit, clericũ alias nõ poſ-

ſe conſtitui ducem belli,uel capitaneum,acies or-
dinando,uel ſimilia ꝑ agendo,etiam quod bellum
ſit iuſtum, quia hoc non conueniat conſuetudini
clericorum,arg.c.conuenior.23.quæſt.8.Quãdo
etiam bellum moueri poſsit per non recognoſcen
tem,uel recognoſcentem ſuperiorem, ſcripſimus
ſupra lib.1.c.1.§.3.uerſ.Vndecimo.Et quod plus
eſt, non poteſt epiſcopus habere familiares arma-
tos, ut per Abb.ubi Felin.in c. ſignificaſti, & alibi,
de offic.deleg.quem refert Stephan.auf. in tract.
de poteſ.eccleſ.ſuper Laic.num.18. & per Gundiſ
ſaluum in tract.de hæret.q.11. nu.16. Iuxta præ-
miſſa quorum multa attingit Bernard. Diaz in ea
35 pract.can.crim.† ſubijcere poſſumus omnia alia,
quæ in clericis, ſicque in epiſcopo, etiam ratione
delicti, per capita ab eo plene enumerata, pœnam
accurate deſcribens, cuiuſlibet tranſgreſsionis:
quæ tranſcribere,uanum eſſet : cum igitur uideas,
36 ſi libet.† Illud generaliter ponendũ eſt,non poſſe
Epiſcopum,& clericos, ſecularibus ſe immiſcere
negocijs, maxime inhoneſtis.d.c.clerici,de uit. &
honeſ.cler.ubi Abb.qui ſi egeant, honeſtas nego-
ciationes concedit, & habetur in tit. ne cler.uel
mon. ſecul. neg. tam in decretali, quam in.6.ubi
doct. quæ autem negociationes honeſtæ ſint ibi
tradit Abb. quo circa in.c.1.de uita & ho. cleric.
ubi Philip.Franc.habetur,clericalem ordinem, pa
ti uilipendium propter exercitium artis prohibi-
37 tæ. Sicque † nec tutor,aut procurator, aut aduo-
catus,aut fideiuſſor, aut iudex, aut tabellio,ſi qs ſit
in ſacris,uel tantum beneficiatus, eſſe poteſt.cap.
epiſcopus tuitionem.cum.4.ſeq.88.diſt.&.cap.te
quidem.11.q.1.c.ſicut,ubi Abb.ne cleric. uel mo
nac.quæ equidem regulariter procedunt : in ali-
quibus tamen præmiſſorum aliquando aliter ar-
bitramur, nam ſecundum Bertachin. d. lib.4. 2.
parte num.22.& ſeq.clericus uolens, poteſt legi-
timam exercere tutelam : quod admittitur etiam
in epiſcopo,& regularibus:contrarium tamen te-
nent relati per eum,& Card.Alex.in.ca.peruenit.
86.diſt. Et ad præmiſſa inquit Abb.in.ca. ſed nec.
in fi.ne cler.uel mon.clericum non poſſe conſti-
tui uiceregem,uice comitem,uel locumtenentem,
alicuius principis ſecularis, nec habere aliquam
ciuitatem,ſub cura ſua. Vult tamen.149.caſus, in
quibus iudex eccleſiaſticus,poteſt de laicorũ per-
ſonis,cauſis,etiam negocijs,cognitionem,& diffi-
nitionem ſibi uendicare , per Stephan. aufr. in
tract.de poteſ. ſecul. ſuper eccl. perſon.ult parte.
Similiter econuerſo, laicici non poſſint tractare
negocia eccleſiaſtica , maxime ſpiritualia, & quæ
ſpectant ad forum eccleſiaſticum.cap.2. de iudic.
ubi Abb.c.cum ſit.&.c.licet.1.&.c. ex tenore. de
for.competen.Quo circa propinquis etiam , utris
ſecularibus, officia canonica , non debet epiſco-
pus committere.c.indicatum.&.c.ſeq.89.diſt.Po
teſt tamen clericus eſſe procurator laici in cauſis
eccleſiaſticis,coram iudice eccleſiaſtico, in caſi-
bus,ut per Abb.in.c.ſacerdotibus,ne cler.uel mo-
nac. Adde tamen & hoc loco , multos caſus colle-
ctos ſupra lib.1.ca.9.de prætore.§.III.in rub.de
inquiſitione nu.8.in quibus Iudex ſecularis in cri-
minalibus procedit, quo ad perſonas eccleſiaſti-
38 cas. † Pro criminibus uero, Epiſcopum, etiam a
familiaribus ſuis(quod hic inſerere poſſumus)ac-
cuſari poſſe conſtitutum uidetur,in.c.nulli.de ac-
cuſation.ubi Abb.& doct.& meminit glo.in.c. ſi.
3.q.11. Sic poteſt probare innocentiam ſuam
per familiares,etiã domeſticos, ut per Bertachin.
in d.tract.in.5.parte.4.lib.num.91. Verum econ-
uerſo, ſi epiſcopus aliũ accuſat , obligatur ad pœ-
nam talionis,ut conſulit Oldrad. conſil.46. Nec
hic etiam omittas commemorare,Epiſcopum gra
uius puniendum,quam inferiores,ut not.glo.in.c.
quia de offic. deleg. per tex.in.l.presbyteri.C.de
epiſc.& cler.&.c.presbyteri.5. q.6. & Oldrad.d.
conſ.46.& dicemus inf.no.61. Poſt prædicta ali-
39 qua alia ſubdas: † ſcilicet, ut recte deceat Epiſco-
pum,uocare ſubditos ſuos fratres, ut per glo.in.c.
eſto ſubiectos.95.diſt.& idem dicit in præsbyte-
ris Barb. in tract. de præſtan. Card.q.1.partis.1.
num.44.& diximus ſupra hoc lib.c.1.§.3.uerſic.
40 4.num.5. † Quodque is iurans,non debet tange-
re librum,uel euangelium.cap. fi.de iur.cal.& per
glo.in.c.quotiens.1.q.7.quod in d.c. fin.declarat
Abb.num.6.procedere in leuibus cauſis , nedum
in epiſcopo, uerum etiam in alijs præsbyteris, qui
ſeruant tangere pectus: ſecus in caſibus expreſsis,
& in caſibus arduis, ut in iuramento fidelitatis , ut
placet glo.in cle.1. in uer.tactis.de iureiur. & ubi
epiſcopus eſt infamatus quia tunc non ſufficiat
propoſita eſſe euangelia , ſed oporteat ea tange-
re,& per Bertachin.d.tract.lib.4.in.2.parte. num.
15. Nihilominus idem Abb.ibi. num.3. hodie de
conſuetudine , ſufficere iurare ſuper qualibet ſcri
ptura,atteſtatur,& habetur in clem.1.§. porrò. in
41 uer.tacta,per glo.de hæretic.† Item epiſcopus cle
ricum alterius epiſcopi, non debet ordinare , nec
recipere , ſine literis dimiſſorijs , alias puniendus
eſt glo.in. cap. 1.9. q.2.per diſt.71.per totum, &
gloſ.in.cap.1.21. q.2. Puniendus eſt etiam pœna
depoſitionis epiſcopus, qui clericos ſine examina
tione ordinat, ſecundum glo. in.c.ſi qui.diſt.81.
42 † Item epiſcopi debent ſibi mutuum auxilium, &
conſilium præſtare, ad pacem præſertim obſeruan
dam.c.pen.90.diſt.cum glo. ubi Card.Alex.& al-
ter alterũ debet honorare, ut per Bertachin.dict.
43 tract.lib.4.1.partis. nu.15. † Item epiſcopus de-
bet requirere conſilium, & aliquando conſenſum
capituli,in multis, ut legitur in.cap.epiſcopus.24.
diſt.ubi glo.uidelicet in ordinibus conferendis:in
quibus tamen diſtinguit Card.Alex.ibi,ut ſufficiat
conſilium capituli, quantum ad ordines eccleſia-
ſticos:quantum uero ad inſtitutionem in eccleſijs
ad aliquem titulum,& beneficia : tunc requiratur
conſenſus:populi autem tacitus conſenſus ſuffi-
cit, ſecundum eum: quia nõ eſt approbatiuus,ſed
eſt non aduerſatiuus.Item in cauſarum diffinitio-
nibus, in conferendis beneficijs, & in priuilegijs
conferendis, glo.ibi ponit conſenſum capituli re-
quirendum

quirendũ. Quibus alios addit Archid. ibi, & Card.
Alex. ſecundũ illum, in diſpenſatione rerum eccle
ſiæ: item in omnibus communibus negotijs, ut
quod omnes tangit, ab omnibus approbetur: item
in ſuſpenſione, & interdicto. Hoſtien. tamen di-
xit, in his requiri conſilium, non conſenſum, ut ibi
per Card. Alex. ſic uidetur ſtatutum in. c. ſi quid.
86. diſt. cum glo. epiſcopum in cauſa inquiſitionis
requirere debere capitulũ, & non niſi pœna cum
eo diſcuſſa, ut not. ibi Cardin. Alex. & propterea
Felin. in. c. irrefragabili. col. 3. ubi ponit multos ca
ſus, de offic. ord. poſt Oldrad. conſi. 151. & alios,
ait epiſcopum teneri requirere, non ſolum conſi-
lium, ſed etiam conſenſum capituli, in uentilatio-
ne rerum criminalium: ſic conſuluit Abb. conſ. 9.
uol. 2. nu. 1. cum ſine capitulo, non poſſe mutare
antiquas conſuetudines. Sic ſecundum eundem
Felin. in. c. cauſam. col. 3. uerſi. ubi materia, de iu-
dici. & Iaſ. in. l. placet. num. 2. C. de ſac. eccleſ. in.
2. lectur. & Alciat. ibi. colum. 2. in prin. & Barb. in
tract. de præſt. Card. in. 2. q. 1. partis. nu. 17. in mul
tis arduis tenetur epiſcopus requirere non ſolum
conſilium, ſed etiã conſenſum capituli: conſilium
uero tantum, in minus arduis. Et ad præmiſſa no-
ta concluſionem ſing. quam ponit Abb. in. c. cum
omnes, & in. c. cum acceſsiſſent, de conſtit. quę fa-
cit ad multa, ut epiſcopus ſine capitulo: & capitu-
lum ſine epiſcopo, non poſsit immutare ſtatum
eccleſiæ, ſine conſenſu utriuſque: quia ſunt unum
corpus: & ſic non augere, uel ſupprimere numerũ
præbendarum, & nouam dignitatem creare, & alia
ſimilia facere. Oldrad. tamen conſil. 195. uidetur
declarare, ut epiſcopus priuare poſsit aliquem ca-
nonicum, ſolus, ubi ſolemnitas iudicij non requi-
ritur. Quam autem uocem habeat Epiſcopus, &
quam capitulum, uide Abb. conſil. 57. 1. parte, qui
arguere uidetur ut tantum habeat epiſcopus, quan
tum capitulum, in his quæ pertinent ad utrunq;, &
expreſſe tenet Iaſ. in. l. iuriſg. §. hodie. nu. 11. de
pactis. ſine tamen conſilio epiſcoporum prouin-
cialium poteſt regere parochiã ſuam. c. nullus. 9.
q. 3. & per Barb. in tract. de præſta. Card. in. 2. q. 1.
44 partis. num. 10. † Item epiſcopo non licet legere
libros gentilium, hæreticorum autem perlegere
poteſt, pro neceſsitate, aut tempore. c. epiſcopus.
37. diſt. & ibi arguit glo. a præmiſsis, nõ licere epi-
ſcopo audire leges: concedit tamen ad hoc, ut me
lius intelligantur canones. Plane audire leges, &
phyſicam, expreſſe prohibitum uidetur religioſis
perſonis profeſsis, de clauſtris exeuntibus: c. non
magnopere, ne cleric. uel monac. idque extendi-
tur etiam ad archidiaconos, decanos, plebanos,
præpoſitos, cantores, & alios clericos, perſonatus
habentes, necnon presbyteros. c. ſi. ubi Ab. & per
Ab. in. c. ſententiam. num. 21. & ſeq. eo tit. & ob-
ſeruat Bernar. Diaz. in practic. can. crim. in uer. le-
ges, & phiſicam: referens pœnam, præſertim ex-
communicationis, ipſo facto, ab illis canonibus,
tranſgreſſoribus, conſtitutam. Notat tamen Abb.
in d. c. ſi. circa ſi. permiſſum eſſe religioſis, & alijs
perſonis, ut ſupra prohibitis, habere libros ciuilis
ſcientiæ, & eis, in camera ſtudere: ad finem, ut ca-
nones melius intelligantur, non principaliter ad
ciuilem ſcientiam acquirendam, allegat tex. in. c.
turbat. cum ſim. 37. diſt. ſicque conuenire uidetur
cum glo. d. c. Epiſcopus, licet de ea non faciat men
tionem. Circa pręmiſſa uideas omnino Card.
Alex. poſt Cardin. Floren. in eo. cap. epiſco-
pus, qui notanter duos articulos reſumit, & per
concluſiones probat, & declarat, etiam per exem
pla. In primo namque articulo, oſtendit licitum
eſſe, & ualde utile, ſtudium generale totius phi-
loſophiæ, ſiue ſcientiarum ſecularium: In ſecundo
idem arbitratus in ſpeciali, quo ad ſtudium libera-
lium artium: Etſi aliqua adducuntur in contra-
rium, ſoluit Card. ibi, col. ſi. ex auctoritate etiam
S. Thomę in. 2. ſecundę, quòd cum ſcientia ſit per-
fectio intellectus: immo ſit etiam uirtus intellecti-
ualis, uſus eius non uituperatur, ſed abuſus. Qui eſt
multiplex, ut ſi quis turpibus ſcripturis amatorijs
inficitur, uel ſi quis ad ſeculares ſcientias, ex dele-
ctatione potius obrepſerit, & non ordinans eas ad
ueram ſapientiam, negligens ſtudium ſacrarum
ſcripturarum: uel ſi quis eas ſcientias ſeculares,
non ſolum diſcit, ſed etiam docet. Declarat etiam
Card. inibi, ut epiſcopi, non alij, libros hæretico-
rum legere poſsint, quando inter catholicas ſen-
tentias continent errores, ut granum a paleis ex-
cutiant. Si uero nullas catholicas contineant, ubi
cauſa neceſſaria non ſit, propter quã legi debeant,
tunc comburendi ſint. Præcedentibus etiam con-
ueniũt dicta per Bertachin. in eo tract. de epiſcop.
45 lib. 2. num. 84. & ſeq. † Diſpenſare tamen poteſt
pontifex in memoratis caſibus: ut quis poſsit audi
re leges, & phiſicam, non alius prælatus. ut per
Abb. in d. c. non magnopere num. 5. & per Philip.
Franc. in cap. 1. & 2. nę cler. uel monac. in. 6. & di-
ctum eſt ſupra hoc lib. c. 1. §. 4. uerſi. Secundo nu.
76. ſolum Papam diſpenſare, ſi quis ex hoc fiat ir-
46 regularis. † Partes etiam epiſcopi ſunt, ut non ſo-
lum legat, & oret, uerum etiam ut largam manum
habeat, neceſsitatẽ patiẽtibus ſuccurrat, alienamq;
inopiam ſuam credat, quia ſi hoc non habet, ua-
cuum nomen epiſcopi tenet. ca. fratrem. 86. diſt.
atque ibi glo. docet magis religioſis ſuccurrendũ:
& tex. exprimit, ut primum iuſtis, deinde peccato-
ribus, & non uni omnia, ſed ſingulis quædam præ-
ſtentur, ut pluribus prodeſſe poſsimus, & ſecun-
dum glo. in. c. quieſcamus. 42. diſt. danda eſt elee-
moſyna, potius conſanguineo, quam extraneo:
nam ex auctoritate B. Ambroſij, ut refert dicta
glo. ordinata eſt charitas, ut primo Deus; ſecundo
parentes, deinde filij, poſtea domeſtici, ultimo ex-
tranei, diligantur. At illum modum uidetur ſequi
Abb. in. c. 1. col. 2. de cohab. cler. & mul. ut primo
ſe ipſum, inde ſuos, poſt extraneos notos, deinde
ignotos quis in eleemoſyna, pferre debeat. c. qui
obiectum. c. peruenit. 1. q. 3. quæ iura diſponentia
grauius peccare prælatum, dando conſanguineis,
quam extraneis, ſoluit ut procedat, quando uult
eo

eos ditare,& amore ſanguinis carnalis,ſpoliat ec-
cleſiam, de quibus omnibus late uide cumulata a
Franc.Ripa in tract.de peſte. in rub.de remed. ad
curandam peſtem.nu.156.& ibi exclamat de cle-
ricis,conferentibus beneficia ſua conſanguineis
indignis,& de Pontificibus plures Cardinales eli-
47 gentibus,ex familia ſua.† Sic magis in ſpecie,iux-
ta præmiſſa,ſtatutum uidetur in.c.nulli epiſcopo-
rum.12.q.1.ut epiſcopus primum ſibi, & ſuæ ec-
cleſiæ deſeruientibus,neceſſaria ſubminiſtret: reli-
qua quæ ſuper ſunt,fidelium uſibus miniſtraturus,
Qua charitate etiam præbẽdæ eccleſiarum diſtri-
buantur,ut ex his quę ſibi aſsignata ſunt, neceſſa-
ria primum quis percipiat, ſi quæ neceſsitatibus
ſuperſunt, in communes uſus eccleſiæ expendat,
ideo Abb.in.c.1. in fi. de reb. ecl. non alien.& in
c.cum ab omni,num.6. de uita & hon.cler. decla-
rat, ut clericus ex reditibus eccleſiaſticis, primo
ipſe uiuere debeat honeſte, & ex his q̃ ſuperſunt,
alia pia opera facere,& ita procedere.c.fi.16.q.1.
48 † ubi ſcriptum eſt, quicquid habent clerici pau
perum eſt, & domus illorum omnibus debent eſſe
communes,ſuſceptioniq́ue peregrinorum,& ho-
ſpitum inuigilare debent:& in.c.1.&.2.82.diſt.lo
guur, epiſcopum quantum poſsibile eſt, largiri
debere pauperibus, & infirmis. Sic Socin.conſil.
32.num.4.uol.1.dicit,ſacerdotem,& clericum de
altari uiuere,non luxuriari debere, & ab eccleſia
tantum neceſſaria habere; ſcilicet uictum, & ueſti
tum,alias teneri ad reſtitutionem. Hinc eſt, quod
non licet epiſcopo,uel clericis,res eccleſiæ,mobi-
les,aut immobiles, cum cenſeantur, non ut pro-
priæ,ſed communes,conuertere in proprios uſus,
aut ſuorum,d.c,nulli.in prin.&.c,præced. & habe
tur in.c,prohibemus.de cenſibus:ubi & illud ma-
gis notandum eſt, non debere Epiſcopum, uel
alium prælatum,imponere nouum cenſum eccle-
ſijs:nec ueteres augere, nec religioſos exactioni-
bus aut obſequijs, quoquo modo uexare, ut per
Io.And.& Hoſtien.in.cap.ſignificauit. de cenſib,
ſequitur Alb. Bru.in tract. de refect. num.52.niſi
ex cauſa,quia imponit collectam, & charitatiuum
ſubſidium,ut dicemus inf. §. ſeq. uerſic. De pote-
ſtate autem epiſcopi. & ſcribit Bal. de perigl.in
tract.de exemp.num.1. At quomodo, & quando
eleemoſyna ſit facienda, uel de præcepto, uel
de conſilio, uide abunde per Cardin.Alexan.in.
cap. ſicut.47. diſtin, & latius in. cap. non ſatis,
86.diſt.ubi etiam ex ſententia B.Thomæ in.2. ſe-
cundæ, octo conclusiones colligit. Quo modo
autem utendum ſit liberalitate,collegimus aliqua
49 ſupra,lib.1.c.1.§.3. uerſic. 23. † Item epiſcopus
ordinato ad ſacros, ſine titulo beneficij, tenetur
ipſe prouidere, uel ſucceſſor eius, in neceſſarijs:
donec titulum conſequatur.c.cum ſecundum. de
præben.ubi Abb.Nam ut habetur in.c.2.ubi idem
Abb.eo tit.& conſ.89.num.3.in.2.parte,non de-
bet epiſcopus aliquem ordinare ſine titulo, qui
non habeat unde uiuere poſsit, ne mendicare ne-
ceſſe ſit,ordinatus. Declara tamẽ ut ſi ordinatus ſit
in culpa, quia aſſeruerit ſe habere patrimonium,
executio,ipſo iure, ei ſit interdicta, & Epiſcopus
non teneatur:nam & alias ordinator non tenetur,
ſi ordinatus habet patrimoniũ,ut per Philip.Fran.
in.c.ſi epiſcopus, de prębẽd.in.6.Item Secundum
eundem Abb.in.c.paſtoralis. per illum tex. de iu-
re patron.& conſi.73.num.12. uol.2. adde, ut te-
neatur prouidere de condecenti beneficio, pręſen
tato idoneo, quẽ malitioſe noluit inſtituere.Item
adde, ut licet epiſcopus non debeat recipere ad
ordines, ignotum, uel alienum clericum,ſine lite-
ris commendatitijs,poteſt tamen recipere,quo ad
beneficium, quod poteſt ei conferre:& eius ratio-
ne tunc poterit eum ordinare. c.3. de temp.ord.
in.6.& tradit Abb.in.c,cum iam dudum.nume. 7.
eo tit.de præbend. Hic quoque addere potes mi-
rabilem caſum,ſecundum Abb.in. c.inter cœtera
num.3.eo tit.ut conferens beneficium alteri debi
tum,teneatur illo euicto, illi prouidere de æquiua
lenti, per tex.ibi. & tradit Iaſ. in.l.ſi domus.§.de
euictione.de leg.1.Item adde,ut epiſcopus coga-
tur admittere clericum idoneum præſentatũ per
patronum, quia ius eſt,ut per Felin. in. c.ſuper eo.
de offic.deleg.in prin. quod non eſt in Papa, qui
cum reſpectu eius ſit gratia,poteſt non admittere;
& ſi epiſcopus non cõfirmat dictum pręſentatum
deuolutio fit ad capitulum, ut per Felin.in. cap.
uerum.col.1.uerſi.Quartum.de for.comp. Immo
debet deponi glo.eſt.in.c.1.21.q.2.& per Berta-
chin.in tractat.de Epiſcop. lib.4.in.2.parte.num.
63.&.65.Plus etiam dicit Bertachin. num.62.ut
ſi epiſcopus intra tempus præſentandi competens
patrono eccleſiæ, inſtituat aliquem, & patronus
nullum etiam præſentat epiſcopo,non ualet inſti-
tutio,uel Collatio epiſcopi, nec conualeſcit, per
plura: Nam ius præſentandi acquiſitum, non po-
teſt alicui auferri,ſine cauſa,ut per Bar.Brix.in.q.
dominical,q.53.c.ſatis peruerſam.56.diſt. Poteſt
tamen epiſcopus in ſtatu eccleſię; ex cauſa neceſ-
ſitatis,uel utilitatis,diſpenſare & diſponere, patro
no nolente,quia is non debet impedire utilitatem
eccleſię.c.1.de his quę fiun.a ma.part.cap.& ſing.
tradit Abb.in.c.cũ acceſsiſſent ubi Felin.de conſt.
ſequitur Pet.a Biaxi.in direct.elect.c.9.2.part.nu.
5.poſt.Rot.& Felin. ita limitans dictam conclu-
ſionem,quæ habet, quod epiſcopus non poteſt di
ſpenſare aut diſponere, etiã cõtra beneficia patro
nata,ſine conſenſu patroni. Item poteſt diſpen-
ſare circa ius patronatus, quãdo patronus non ſen
tit præiudicium,ut per Hier.gig.in tract.de penſio
nibus.q.23.nu.11. Sic epiſcopus cogitur conſen-
tire acquiſitioni iuris patronatus, niſi adſit cauſa
diſſenſus, ut per Rochum de cur.in tract. de iure
patr.in uer.pro eo.num.13. At ſi pręſentati ſint in
omnibus pares, epiſcopus expectat per quatuor
menſes, an concordent patroni: & ſi perſeuerant
in diſcordia, poteſt gratificari cui uult,ut per Pau.
citad.in tract. de iure patr. in.12. parte. num.2.
Item tenetur epiſcopus dotare eccleſiam per eum
conſecratam,quę nõ habet dotem; quã tenebatur
dotare

dotare illius fundator.c.cũ ſit.de cõſecr.diſt.1.&
ponit.Bal.nouel.in trac.de dote.in.1.parte.nu.3.
&.4.Quę autẽ obſeruare debeat epiſcopus confe-
rens ordines, ſex colligit Nicol.plouc.in tract.de
50 ſacram.in.6.parte.c.3. Ad diligentiam epiſcopi ẽt
pertinet, conſtituere doctores, & magiſtros, qui ſtu
dia literarum, liberaliumq́ue artium dogmata, cle
ricos aſsidue doceant, quia in his maxime diuina
manifeſtantur, atque declarantur mandata: nam
ſunt Cancellarij ſtudiorum, ut per Bertachin.in d.
tract.de epiſcop.lib.2.num.86.per.c.de quibuſdã.
37.diſt.ubi Card.Alex.not.& ſubdit hoc obſeruã-
dum in qualibet plebe, & eccleſia baptiſmali diœ-
ceſis: ponens poſt Archid. liberales artes, ſeptem
numero: ſcilicet Grammaticam, Dialeticam, Re-
thoricam, Muſicam, Arithmeticam, Geometriam,
51 & Aſtrologiam.† Similiter tenetur epiſcopus ſibi
conſtituere vicarium, ſeu officialẽ, ut placet Abb.
in.c.quoniam num.3.de offic.ord. qui tamen ſu-
bijcit, nuſquam ſe aperte legiſſe, ſed probari in.c.
in noua.16.q.7.& in.c.quoniam.89.diſt.& arguit
a tit.de offic.ord.extra, & in.6. tanquã tractanti-
bus de officio ordinario, & perpetuo: Sic indiſtin
cte etiã Iconomum conſtituere debet, alias epi-
ſcopus suppleret, ut ibi p Abb. Qui & illud ſubne
ctit, ut tñ talis uicarius, uel Iconomus, laicus non
ſit.d.c.in noua: & per Felin.in.ca.2.num.6.de iu-
dic.& de primo diximus etiam ſupra, hoc lib.c.4.
num.22.& dicemus inf.in.c. de uicario epiſcopi.
§.1.nume.2. ubi tamen, quòd laicus poſsit eſſe.
52 † Item maxima cura epiſcopi eſſe debet, in hæreſi
perſequenda: alioquin ubi negligẽs ſit, a dignitate
epiſcopali eſt remouendus, & alius idoneus ſubro
gandus eſt, ut inquit Abb. in.cap. excommuni-
camus.1.§.uolumus. de hæretic. colum.1. Quo-
modo autem procedatur per eum, & inquiſitio-
nem, ponit aliqua Franc. Squilac. in tractat.de
fide cathol. c.26. & plura Gundiſaluus in tract.
de hæretic.præſertim.q.8. Item generaliter colli-
gas omnia grauia, & excellentiora, eſſe reſeruata
epiſcopis, & eorum ſolicitudini, ut not. Abb.in.c.
1.de priuileg.poſt Innocen.in.c.2. de eo qui fur.
ord.recep.& per Io.Franc.Pauin.in tract. de offi.
53 & poteſ.cap. ſed.uac. q.10.1. partis nu.7.† Item
epiſcopus & alij prælati, uices ſuas ſub annuo
cenſu, non debent concedere, toto tit.Ne prælat.
uic.ſuas: alias coercentur, quandoque pœna ſu-
ſpenſionis, quandoq́ue depoſitionis, ut eſt glo.fi.
in.c.2.ne pręl.uic.ſu. Item dẽt epiſcopus obſerua-
re ſententiam latam per ordinarium, ſibi ſubiectũ.
54 c.cum ab eccleſia.de offic.ord.ubi Abb.† Itẽ epi-
ſcopi aſtricti ſunt ſeruare canones.cle.1.de ætat.
& qualit.& tradit glo.in.c.1.in uer.concilij.de re-
lig.do.in extrauag.Ioan.ſicque iudicare ſecundũ
acta, non ſecundum conſcientiã, ut inf.§.4.in rub.
poten.epiſ.circ.Iudic. Hocq́ue adeo ampliandum
uidetur, ut epiſcopus non ſeruans canones, in pe-
riurium incidere arbitrandus ſit, ut obſeruatur in
c.ego enim, de iureiur. nam epiſcopi dicuntur mi-
niſtri, & cuſtodes ſacrorum canonũ. Sed Abb.ibi
col.2.hoc dictum ſatis acerbum tradit. Quod pro-
cedere tamen declarat Felin.ibi, nume.4. quando
quis non obſeruat ex contemptu: qui contemptus
tunc ſuboritur, quando ſine cauſa ſit.c.metropo-
litanum.2.q.7.ſed Card.Alex.in.ca.nulli.in prin.
19.diſt.periurum non contingere uoluit. Amplia
etiam, ut in caſu non obſeruati canonis, epiſcopus
deponi poſsit.cap.ſi.4.diſt. & per Bertachin.in
tract.de epiſcop.lib.4.in.2.parte.num.46. Et poſ-
ſint ſubditi recedere ab epiſcopo, ſiue prælato: ſi-
cut receditur ab excommunicato, & ab alio præci-
ſo ab eccleſia, ut eſt glo.1.in.c.ſacerdotes.2.q.7.
& ſequitur Felin. in d.c.ego enim & idem Felin.
in.c.ſi quando.in prin. de reſcrip. immo ibidem
Felin auget hoc dictum, ut etiam prælato legem
ignorãti, aſſeſſores, & ſubditi, reſiſtere poſsint, eũ
inſtruendo. An autem epiſcopus ligetur conſtitu-
tione ſua quod hic apte quæritur. Bertachin.in d.
tract.de epiſcop.in.2.parte.4.lib.nu.33. poſt Lig.
diſtinguit, ut ſi contrafacit, ut priuatus ligetur: ſe-
cus ſi ut epiſcopus: ad quę uideas dicta ſupra lib.1
c.1.§.3.uerſi, Septimo. Non uidetur tamen eſſe du
bium, ut dicamus epiſcopum habentem iuriſdi-
ctionem temporalem, teneri iudicare ſecundum
leges, ut colligit Iac. Belu.in practic.iudic. in rub.
de quæſtionib.num.195.per not. in.c.fin.de præ-
ſcrip. Sic epiſcopus tenetur obſeruare conſuetudi-
nes, quas iurauit: ſi ſint laudabiles, & honeſtæ, ut
per.M.Ant.Bauer.in tract.de nin.iur.nume.131.
Limitari tamen poſſe videtur hæc concluſio, ut epi
ſcopus poſsit nõ ſeruare, & tollere canones, & ius
commune: in his, in quibus ſibi permiſſum eſt di-
ſpenſare, ut puta, in illegitime natis, in minoribus
ordinibus, & beneficio ſine cura: tali tamen in quo
alias diſpenſare poſsit.c.1. ubi doct.de fil. præsb.
in.6.& per Anto.Roſel.in tract.de concil.in rub.
55 ſimplex beneficium. num.6.† Hinc eſt quòd epi-
ſcopus non poteſt regulariter ſtatuere contra ca-
nones, ut per Card.Alex.in.c.epiſcopum.colu.1.
18.diſt.& per Alex.conſil.55.nume.51.uolu.4.&
Felin. in.c.1.col.2.de reſcrip.& latius in. c. quod
ſuper his.col.1.cum ſeq.de maior.& obed. Qui ta
men ad hoc ibi colligit octo Fallentias, cum decla
rationibus, & multis allegatis. Prima eſt, niſi epi-
ſcopus ſtatueret contra ius canonicum, ſiue cano-
nes, ex cauſa urgenti: & ueriſimiliter non præuiſa
a canone. Secunda niſi ſtatueret in ſolum præiudi
cium ſuum. Tertia ſi ſtatueret contra ius canoni-
cum, redeundo ad ius commune antiquum. Quar-
ta ubi ſtatutum tale remittitur a ſubditis ex ſpon-
taneo, & uoluntario eorum cõſenſu. Quinta quã-
do ſtatutum eſt contra canonem editum, poſt ſta
tutum. Sexta quando epiſcopus ſtatuit contra ius
commune conſuetudinarium. Septima quando
ſtatutum epiſcopi adderet iuri communi, puta im-
ponendo nouam pœnam, ut addo Felin.etiam in.
c.2.num.26 de libel.oblat.& inquit Decius in.c.
prudentiam.in prin.in.4. not.de offic.deleg. Epi-
ſcopum poſſe ſtatuere, pręter ius. ſic Alex.d.conſ.
55.nu.51.uol.4.tradit poſſe ſtatuere, coadunan-
do

do ius commune: Octaua quando ſtatutum diſpo
nit contra ius canonicum, in materia in qua indu
ci poteſt conſuetudo contraria iuri, permittente
canone, quia conſuetudo, & ſtatutum idem ſint in
effectu, licet differant, ut tacitum, & expreſſum:
ſicut poteſt induci conſuetudo, ita & ſtatutum.
Adde aliam, & Nonam Fallentiam, poſitam
per eundem Felin. in. cap. t. nume. 14. uerſic.
Fallit ſeptimo, de conſtitut. ut epiſcopus, ex ma
gna, & euidenti cauſa, ſtatuere poſsit contra ius
commune; quod ex concluſione generali deduci-
tur, quæ habet, quod iudices ex magna, & euidenti
cauſa, poſſunt tranſgredi leges, & canones, & non
tenentur in ſindicatu, de quibus præmiſsis uide
etiã per Iaſ. in. l. omnes populi nu, 11. ff. de iuſt. &
56 iur. & alibi per eum, † Item epiſcopus tenetur di-
ſpenſare ubi lex hoc mandat, non alias, quia di-
ſpenſatio eſt gratia, ut per doct. in, c. at ſi clerici. §.
de adulterijs. ubi Felin. num. 15, de iudic. & exem-
plum poteſt poni in perſona habili, & uoluntaria,
ad ſtudium, cum qua tenetur epiſcopus diſpenſa-
re. c. cum ex eo. ubi not. Philip. Franc. de election,
57 de alijs dicendum erit in inferioribus. † Item tene
tur edere petenti librum collationum beneficio-
rum, quia iſta dicuntur acta publica, ut per Felin,
in. c. t. de probat. col, 13. uerſic. Quarto declara,
58 † Immo debet alijs conferre, non per ſe retinere
beneficia uacantia, ut per Berta hin. d. tract. in. 2,
parte. 4. lib. nume. 57, c. fi. de inſtitut. quod decla-
rat cum conſenſu capituli: ſed tamen allegat Bal.
aliter ſentientem: quod immo ſolus poſsit, Item
tenetur epiſcopus iurare, ſecundum formam poſi
tam ſupra, in hoc lib. c. 4. num. 8, ubi inter alia iu-
rat defendere Pontificatũ: & Rom. eccleſiam: qui
ſi timore Principum ſecularium non adiuuat Pa-
pam, periurus efficitur, ut atteſtatur Abb. & ſequi-
tur Felin. in, c. ego enim col. 4. uerſi. in tex, ibi con
tra omnes, de iureiur. declarans tamen, ut difficul-
tas eum excuſet. c. breui. eo tit. & ut non procedat
contra proprios filios, & parentes, niſi hi eſſent
hæretici, Item declarans, ut hoc non procedat,
contra ſe ipſum, Cum modeſtia tamen proceden
dum eſt contra epiſcopum, Pontifici inobedien
tem, & contumacem, ut not. Card. Alex. in. c. ho-
noratus. 74. diſt. Memorabiliter hic etiam ſubijce
re poſſumus, dictum Bal. conſ. 389. conſuetudo.
col. 2. uol. 2, quem ſequitur Aym. Crauet. conſil.
241. num. 17. ut epiſcopus non teneatur habere
Papam pro Papa, quando Papa non habet epiſco
pum pro epiſcopo, Vnde infert, non habendum
in Principem, a ſenatore, qui non habet eum in ſe-
natoré. c. eſto ſubiectus, 95. diſt. Defendere etiam
tenetur epiſcopus, uel alius prælatus, eccleſiam
ſuam, etiam uacantem, ut obſeruat Specul. in. §.
quis autem, uerſic. ſed nunquid prælatus, de reſt.
in integ. & in tit. de actore. uerſic. item epiſcopus,
notatur que in. c. cum dilectus, de ſucceſ. ab inteſt.
& per Bertachin. in d. tract, in. 5. parte. 4. lib. num.
35. uſque adeo, ut non ſolum ubi ſalus, & fides uer
ſatur, ſed etiam ubi res, uel claues eccleſiæ aufe-
runtur, mortem ſubire debeat, ut atteſtatur glo. in
c. conuenior. 23, q. 8. Declara tamen hoc procede
re, ſi cauſa eccleſiæ iuſta eſt, nam contra conſcien
tiam non defendit, ut per doct. præcipue Abb. in.
c. fi. num. 41. & ibi Felin. col. pen. de præſcript. &
per Card. Alex. in. c. generalis. 54. diſt. qui in diſsi
dio uidetur ſequi Abb. licet Felin. aliter uideatur
ſentire, in re non notorie aliena, reſtituenda: nam
ubi notorie aliena res eſt, fit reſtitutio indiſtincte,
ſi ab eccleſia poſsideatur. Sicquoq; declara pec-
care Epiſcopum, qui pro eccleſia exigit vltra debi
tum, c. quod debetur. 14. q. 1. Poteſt tamen epiſco
pus iura eccleſiæ, & pauperũ derelinquere, ſi non
poteſt ea ſine lite recuperare, c. nihil, ubi Abb. de
præſcrip. qui alioquin peccare. epiſcopum negli-
gentem ſcribit, Sic ſcriptum eſt in. l. de creationi-
bus. C. de epiſcop. aud, ut reſumit Alciat. in, l. ſer-
uus. C. de pac. epiſcopum teneri procurare utilita-
tem Eccleſiæ, & ei quantum poſsibile eſt, acquire-
re: quod ſi minus faciat, in fraudem non quęſijſſe
cenſebitur. l. in fraudem. 1. reſpon. ff. de iure fiſci,
Sic inquit glo. in. l. non eſt ignotum, ubi Bald. &
Ang. C. de admin, tut, quos ſequitur Bertach. in d
tract. in. 4. parte. 4. lib. num. 20. ſi epiſcopus male
agat, teneri Eccleſiæ ad interceſſe: & ibi ideo Ber
tach. etiã dicit, ſi epiſcopus patitur præſcribi rem
ſuæ eccleſiæ, teneatur eam conſeruare indemné,
& bona ſua propria ſunt obligata: & ibi uide Ber-
tach. in multis, an eccleſiæ præiudicare poſsit. &
ad præmiſſa conuenit, ut epiſcopus teneatur face-
re inuentarium de rebus eccleſiæ ſuæ, ut per Ber-
tachin. nu. 34. c. manifeſta. 12. q. 1. & ibi. nu. 173.
uide an epiſcopus obligetur per procuratoré, qui
recepit mutuum pro eccleſia: & num. 176. an te-
neatur ſtare locationi prædeceſſoris, factæ ad cen-
tum annos, uel alio tempore, cum nu. ſeq. & ibi.
nu. 187. an obligetur ex contractu prædeceſſoris,
ad debitum, & ad compromiſſum eius. nu. 190. &
nu. 193. an teneatur ad expenſas funeris, & infir-
mitatis, eiuſdẽ prædeceſſoris. Item non debet epi-
ſcopus diſcedere ab eccleſia ſua, ſine licentia Pa-
pæ, quia eccleſiæ obligatus eſt, ut per Pet. de Vbal.
in tract. de cano. Epiſcop. & paroch. 14. q. princip.
num. 33, & ſicut uir uxorem, ita epiſcopus eccle-
59 ſiam, non debet dimittere. c. ſicut. 7. q. 1. † Notan
dum autem eſt hic, epiſcopum hæreticum, ſciſma
ticum, Simoniacum in ordine, uel fornicatorem
notorium, poſſe euitari, & ab eo recedi. In alijs
uero criminibus, hoc idem decet, ſecuta ſententia
contra eum, non aliter, licet ſint crimina notoria,
ut per Abb. & Felin. poſt glo. 1. in c. cum non li-
ceat. de præſcript. Poteſt etiam euitari epiſcopus
a ſubditis ſuis, ſi amiſit gratiam Papæ, ut per Abb.
& Felin. in, cap, ueniens. in prin. de præſcript. quæ
amittitur etiam exemplis prædictis. & inquit Al-
ciat. in tract. de uer, ſign. col. 23. nu. 40. epiſcopũ
ita negligentem, ut inde aliquid diuinis domibus
periculi immineat, cogi poſſe, ut renunciet epiſco-
patui. c. niſi. de renunciat. Sic epiſcopus ſucceſſor
tenetur exequi præceptum prædeceſſori ſuo, per
Papam

Papam factum, ut cumulat Bertachin. in tract. de
60 epiſcop. lib. 4. in. 4. parte nu. 191. † Remouetur et
epiſcopus a ſuo epiſcopatu, propter ſcandalum
euitandum, ſecundum Felin. in. c. 2. col. 2. uerſic.
61 decimo propter. de præſcript. † Item nota ſi epi-
ſcopus, uel prælatus delinquat, augeri delictum
propter eius dignitatis perſonam, ut not. Felin. in.
c. cum quidam. cum glo. & coocord. colu. 1. de in-
reiur. qui declarat pluribus modis, & conſuluit Ol
drad. conſ. 46. facit illud dictum Iuuen. tanto con
ſpectius in ſe crimen hēt, quāto maior, qui peccat
habetur. & ideo diximus ſupra. num. 38. eum gra-
62 uius puniendum, quam inferiores. † Itē officium
epiſcopi debet eſſe, uiſitare prouinciam ſuam,
etiam inquirendo de moribus, & idoneitate cleri-
corum, ut per Marranatam, in ſpec. aur. in. 6. parte
princip. num. 14. & ſupra. c. 4. nume. 29. quod pe-
ragere quolibet anno, ſemel, uel pluries debet, per
ſe, uel per alium, occupatus uel infirmus, ut per
Bertachin. in d. tract. de epiſcopo, in. 2. parte. 4.
lib. oum. 11. ubi latius in ſeq. per eum, quid agere,
quæue inquirere debeat, & per Abb. in. c. cum ue-
nerabile. num. 7. de cenſib. Non tamen ſumptibus
ſuis, ſed debet habere procurationem, quo ad ui-
ctum, & non in pecunia: de quibus. doct. ſed præ-
ſertim Abb. & Felin. in. c. cum ex officij. de præ-
ſcrip. & inquit Philip. Franc. in. c. fœlicis, nume. 4.
de cenſibus: Epiſcopum uiſitantem, non amplius
debere recipere ab una eccleſia, quam procuratio-
63 nē unius diei, niſi aliud ſuadeat neceſsitas. † Item
epiſcopus, uel prælatus, in xenijs, ſeu munuſculis
recipiendis, modeſtia uti debet, ita ut illa inquire-
re nō debeat. Nec quæ ſponte oblata ſunt, reſpue-
re: nā paſsim recipere, eſt auariſsimū: indiſcrēter
reſpuere, inhumaniſsimū. l. ſolent. ff. de offic. pro-
cōſ. & leg. c. de eulogijs. 18. diſt. ubi no. Car. Alex.
de quibus ut ſupra libr. 1. c. de prætore. §. 1. nu. 6.
64 † Item debet epiſcopus corrigere delicta, & exceſ-
ſus clericorum, & ſubditorum, omni diligentia, ut
alij metu pœnæ, a ſuis arceantur inſolentijs. c. 1. de
off. ord. ubi Abb. Alciat. & doct. cle. 1. de off. ord.
cum concord. ubi Card. & per Corn. conſi. 93. nu.
3. uolu. 2. Quod declara, ita ut prudenter ſe ha-
beat, & prius ueritatem inquirat, non ſtatim cre-
dat, & a correctione incipiat. c. ſi quid uero. 86.
diſt. & per Bertachin. d. lib. 4. in. 3. parte. num. 33.
& corrigere potius uerbis, quam factis, clericos,
ut ibi per. c. 1. 2. & 3. 45. diſt. Hocque ampliatur,
ut etiam cogi poſsit punire clericum condemna-
tum a iudice ſeculari, pro crimine commiſſo an-
tequam efficeretur clericus, ut tradit Bertachin. in
d. tract. de epiſcop. in. 5. parte. 4. lib. nu. 46. at cor
rigere, uel deponere clericum de capitulo, cum ca
pitulo Seniorum eccleſiæ, epiſcopus, uel prælatus
debet, ut colligit Barb. in tract. de præſt. Card. q. 8.
1. partis. num. 6. & Bertach. in d. tract. in. 3. parte.
4. lib. num. 9. niſi ſecundum eum conſuetudo ali-
ter ſit io contrarium. In correctione tamen debet
miſcere ſeueritatem, cum miſericordia. c. diſcipli-
na, ubi Card. Alex. 45. diſt. circa quæ aliqua Cor-
65 ne. cumulat conſi. ult. num. 1. uol. 4. † ubi oſtendi
epiſcopum eſſe debere clementem, & ſeruare re-
gulas: ne dictum eſt ſupra hoc. cap. in prin. in uer.
amictus, oum. 17. epiſcopum recipere Baculum,
66 ut ſic in corrigendis uitijs, pie ſœuiens. † Item epi
ſcopus, & quilibet alius prælatus, etiam regularis,
debet proferre ſententiam cenſuræ, etiam in reli-
gioſos: præmiſſa tamen monitione, alias incurrit.
in pœnā. c. irrepræhenſibilis. ubi no. Philip. Fran.
num. 2. de appel. Quod limita tamen, niſi excom-
municatio referatur ipſo facto a iure, uel alia con
ſtitutione, propter delictum, & etiam declarat
alijs modis: uide etiam eundem Philip. in. c. clerici
ci de uita & honeſ. cleric. in. 6. nu. 4. & Bernard.
Diaz. in practic. can. crim. in uer. uenatores. c. 61.
qui ponit ex auct. Innoc. nō requiri monitionem,
ad incurrendam pœnam, quando lex loquitur af-
firmatiue. Item debet epiſcopus iudicare ſecun-
dum acta, non ſecundum conſciētiam, ut poſt mul
tos tenet Bertachin. ubi ſupra in. 5. parte. 4. libri.
nu. 23. de quibus ſcripſimus ſupra libr. 1. c. 1. §. 3.
uerſi. 19. Item in cauſa hæreſis, Epiſcopus, & in-
quiſitor, non debet ferre ſententiam ſine conſi
lio peritorum: & ipſe epiſcopus tenetur procede-
re ſumptibus ſuis, non exigere partem deputa-
tam officio inquiſitoris, ut not. Philip. Franc. in
cap ſtatuta. §. iubemus. nume. 2. de hæretic. &
ibi. cap. 1. nume. 3. tradit, epiſcopum in cauſa
hæreſis, quo ad degradationem, teneri conuoca-
re, non ſolū prælatos, & clericos, & perſonas re-
ligioſas, ſed ē alias pſonas litteratas, licet ſint laicir
non ſubditos tamen non tenetur conuocare.
67 † Item epiſcopus, & iudex eccleſiaſticus, tenetur
adiuuare ſecularem, ſicut econuerſo d. cap. ubi
doct. præſertim Abb. & Alciat. in. 7. not. num. 24.
68 & 121. de offic. ord. † Hinc eſt ſecundum Alciat.
referentem Bal. quod epiſcopus tenetur obedi e
literis poteſtatis, ei ſcribentis, & habentis tempo-
ralem iuriſdictionem: quia hoc facit auctoritate
69 legis. † Item epiſcopus tenetur curare ne commit
tat, neque committat fraus, p teſtamētarios execu-
tores, ut tenet Bal. & doct. in. l. altius. ff. ſi ſer. uēd.
ſequitur Bertachin. in tract. de epiſcop. in. 6. par-
te. 4. lib. num. 29. Sic inquirit pro legatis pijs fa-
ctis pauperibus, licet inquiſitio non cadat in cau-
ſis ciuilibus, pater enim pauperum dicitur, ut per
Bertachin. d. tractat. in. 4. parte. 4. lib. num. 50.
70 † Item epiſcopus aſtringitur patrem ſuum hono
rare, & eum ſibi præponere: immo & Papa, ut per
doct. in. l. prætor ait. io ſi. ff. de in ius uocan. quod
intelligit uerum in his quæ domi, non quæ foris
ſiunt, Bal. in. l. ſenium. C. qui teſt. fac. poſ. qui in-
quit maiorem eſſe auctoritatē magiſtratus, quam
paternam. ſequitur Bertachin. in d. tract. lib. 2. in
prin. oum. 10. At quibus magis præſtanda ſint of-
ficia, principi, patriæ, uel parentibus, & cœteris, ui
71 de poſita ſupra lib. 1. c. 1. §. 4. uerſi. 27. † Item epi
ſcopi ad concilium citati, debent perſonaliter
cōparere, niſi impediti ſint legitimo impedimen
to: alij inferiores, poſſunt comparere per procura
torem

torem,ut atteſtatur Ant,Roſcl.in tract, de concil. in rub. forma uocationis num. 15.per.c.fi. de his quæ fiunt a prę̃l.aliter in pœnã excommunicationis incurrunt, ut per Catald. Boncompag. in tract.de poteſ.Papæ num.69.& ideo uocantur, ut iudicent, ſeu ſtatuant, ut in d.rubr.num.3.&.4. Multa quoque alia ad officium epiſcopi pertinẽt, a quibus etiam cauere debet, alias punitur, ut ſupra.§.prox.præced.per totum. In hoc uero.§.il-
72 lud generaliter notãdum eſt, † quatuor requiſita, eſſe conſideranda in epiſcopo,uel prælato, qui bene præſidere arbitrandus ſit: Culmen dignitatis, ad quod quiſque perueniat: Qualiter ad hoc perueniens uiuat; Bene uiuens qualiter doceat: Recte docens infirmitatem ſuam quotidie quanta cõſideratione cognoſcat,ut poſt Archid. inſtruit Card.Alex,in.c.2.49.diſt. In hoc.§. potes etiam addere, epiſcopum iniuſte,uel pro cauſa leui, excommunicantem Sacerdotes, Suſpendendum per uicinos epiſcopos,uſq; ad tempus Synodi,ſi fuerit
73 monitus,† nam iniuſte alium excõmunicans, dicitur ſe ipſum excommunicare. c. concipimus.24. q.3.& per Bertachin.in d.2.parte.4.lib. num.83. qui & ibi pœnam illam ponit, ſcilicet, ut iniuſte excommunicans,hodie abſtineat ab ingreſſu eccleſiæ. Sic ibi Bertachin,nu.67 tradit epiſcopum prohibentem ſolui decimas plebano,teneri interdicto Vnde ui. Item epiſcopus in celebratione miſſę,cum ſalutat populum, debet primũ dicere, Pax uobis, poſtea, Dominus uobiſcum, ut ibi per Bertachin,nu.101. Item epiſcopus Feudatarius, committens Feloniam,perdit feudum. ut per Ber
74 tachin,d,lib.4.4,parte nu.163.† Item debet epiſcopus,omnes pœnas, in pias uſus cõuertere, non ſibi,uel camerę applicare, niſi ex cauſa neceſſita-
75 tis, ut ibi num.26.† Item non debet permittere epiſcopus dignitatem ſuam uileſcere, ut per Hugon.in tractat. de offic,4.præl,in rub. qual. offic.
76 Imp.num.3.† Item epiſcopus tenetur de imperitia ſui uicarij,ſecũdum aliquos,ut per Bertachin. d.lib.4.in.7,parte nu.7.uel ſi aliter deliquit, niſi certificatus purgauerit, ut per Rot,in deciſ,282, ſi uicarius.in noi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopalis dignitas,& potẽtia:in multis verſatur.*
2 *Epiſcopalis dignitas eſt de Iure diuino,licet ordinatio ſit de Iure poſitiuo:& eſt culmen,& dignitas, dignitatum.*
Epiſcopo canonici reuerentiam debent principaliter; capitulo acceſſorie,
3 *Epiſcopali dignitati conuenit, Criſma; Oleum Sanctum, Conſecratio altaris,vel eccleſiæ, Clericorum ordinatio, Conſecratio virginum, Eccleſiæ pollutę reconciliatio: Clericorum depoſitio, vel ſuſpenſio, Excommunicatio, Interdicti promulgatio, Purgationis indictio, Diſpenſatio, Pœnitentiæ ſolemnis impoſitio.*
Epiſcopus,omniũ piorum locorũ,ordinationẽ habet,
4 *Epiſcopus eſt caput capituli,propric.*
Epiſcopus eſt ordinarius, monachorum.
5 *Epiſcopi conſenſu tantum, monaſteria fundari, ac transferri poſſunt.*
6 *Epiſcopi excommunicatio timenda eſt, licet iniuſta, cum declarationibus.*
Excommunicatio afficit corpus,& animam.
7 *Epiſcopi licentia, clerici forenſes exercent officia ſacerdotalia.*
8 *Epiſcopi licentia Abbas relinquit monaſterium,non aliter,nec alius prælatus.*
9 *Epiſcopus habet merum imperium & ei omnes obedire debent: ibi quæ ſint meri imperij, de Iure canonico.*
10 *Epiſcopi auctoritas requiritur in alienatione rerum eccleſiæ, facta per capitulum, vel alios inferiores: ibi quomodo.*
11 *Epiſcopus habetur loco filij.*
Epiſcopus non præſumitur facere cum conſenſu capituli.
Epiſcopus in ſpiritualibus, eſt maior Imperatore, cui Imp. aſſurgit.
Epiſcopus poteſt eſſe ſine epiſcopatu,
Epiſcopo conuenit magna cognoſcere: qui in ſtudio ſedet, vt ſcolaris.
Epiſcopus doctor, vel nobilior, præcedit epiſcopum prius promotum: & liberatur a patria poteſtate: & dicitur eſſe in perfectiori ſtatu, religioſo in perfecto,

§. IIII. DE DIGNITATE, ET POTENTIA EPISCOPI.

DIGNITAS epiſcopalis, & Potentia,in multis eluceſcit, & uerſatur; quorum aliqua, † quæ
1 ad eam claritatem pertineant, in ſuperioribus,hoc capite,pręſertim in prin.perſtrinximus:reliqua omnia, quæ ſeſe offerent, hic deſcribemus: mox de potentia, & eius exemplis, dicturi. Vltra celebres igitur titulos, ſiue ſpectabilium, uel ſecundum aliquos, illuſtrium, & præclara epitheta, epiſcopo attributa,is etiam inſignis præcipue red
2 ditur,† quia epiſcopalis dignitas, eſt de iure diuino,licet ordinatio perſonarum, & diœceſum limitatio, ſit de iure poſitiuo, ut tradit Barb.in tract, de præſtantia Cardin.q.1.ſequitur Hier. Gig.in tract.de penſion.eccl.q.2. Item dicitur culmen, & dignitas dignitatum.c.uenerabilis.de præben. & per Bonicontum in tract. de appel.§.1.nu.14. & Ludoui.Bolog.in tract. de Indulgen. num.23. & quia Canonici ei reuerentiã principaliter debent,capitulo uero acceſſorie,niſi ſede uacante,c. cum non liceat.ubi doct.de præſcrip.& per Bertachin.in tractat.de epiſcop.in.2.parte.4.lib. num.
3 23.† Item ad dignitatem epiſcopalem plura pertinent, uidelicet Criſma, in die cœnæ Domini, conficere. cap. referente. de celeb. miſ.& per Io. Brunel.

Btuuel.in tract.de ſponſal.nn.39.concl.20. Oleū
ſanctum Cathecuminorum,& infirmorū,conſecra
tio altaris,vel eccleſiæ,& clericorum ordinatio,li-
cet ſit excōmunicatus, ut per Bertach. ibi. nu. 106.
q.48. Conſecratio virginum: Eccleſiæ pollutæ,vel
violatæ reconciliatio: Clericorū depoſitio, vel ſu-
ſpenſio, Excōicatio, Purgationis indictio, Diſpen
ſatio, Pœnitentiæ ſolennis impoſitio: Itē adde ut
interdicti promulgatio,et ad epiſcopum pertineat
vt per Io.Cald.in trac.de interdic.in.3.memb.nu.
55.de iure cōi, cum conſenſu capituli, ſed de con
ſuetud ine,abſq; eo:& ibi dicit, interdicti promul-
gationem, proprie pertinere ad clauiū poteſtatē,
de cuius materia uide Io.Lig.& Odofr. Beneuen.
Nico.Plou.in ſim.tract. Quę tamen declarant,niſi
epiſcopus ſit hereticus,niſi ſit interdictus,ſuſpēſus,
uel excōicatus, vel ſimoniace adminiſtrare uelit,
& dummodo epiſcopus ſit conſecratus,ut p Berta
chin.ibi,nu.53.q.19. poſt Specul.in tit. de iuriſd.
om.iud.uerſ.Secundum Can.& idem notat in d.2.
parte.nu. 104.q.46.intātum ſpectare ad epiſcopū
ius ordinandi eccleſias ſibi ſubditas, cum dotibus
ſuis,ut ēt ſi laicus fundator contrariū diſpoſuerit,
id non obſtet:qa fundator nullū ius habet: Immo
nec de oblationibus factis laici poſſunt ſe impedi
* re,* alias ſunt excōicati. Proinde epiſcopus in cun
ctis recte præordinator dicit: Curaq; totius ditio-
nis ad eū pertinet.c.1.25.diſt. 10.q.1.per totū, &
colligit Feder.de ſen.in tract.permut.nu.42.ita ut
ſuper hoſpitalibus etiam habeat fundatā intentio-
nem,de iure cōi,eorumq; curam habeat.c. de xe-
nodochijs.de relig.dom.ubi generaliter habetur,
quod oīum piorum locorū ordinatio ad eum ſpe-
ctat,ut not. Ab.in.c.cum ad ſedem,de reſt.ſpol. ſe
quitur Rochus de cur. in tracta. de iure patro. in
uer.competens.num.63. Et ad præmiſſa adde,epi-
ſcopum eſſe caput capituli proprie: cum quo facit
unū corpus,non ſic cum clero diœceſis, ut per Io.
Franc.Pauin.in tracta. de offic.& poteſt. cap.ſed.
uac.prælud.6.nu.2.& per Card.Alex.in.c. catholi
ca,diſt.11.& Corn.conſ.193.nu.4.vol.2.Sic quo-
que ad dignitatē,& pręſtantiā epiſcopi referre poſ
4 ſumus,† ut ſit ordinarius monachorum, & omnia
monaſteria ſuæ diœceſis,ſubeſſe ei dicantur: quo
ad legem iuriſdictionalē,uidelicet quo ad canoni-
cam ſubiectionē,obedientiam,reuerentiā, inſtitu-
tionem,correctionē, reformationem, iuriſdictio-
nē,cauſarum pœnitentiam,& oīum ſacramentorū
collationē. Nam monachi recipiunt ab Epiſcopo
Chriſma,Oleū,conſecrationes altariū, & ordina-
tiones,& ei ſubſunt, quo ad uiſitationem & ordi-
nē pſallendi in eccleſia ſeruādū: non tñ quo ad or
* dinē uiuēdi: quia * pertinet ad Abbates: & quo ad
ſolutionē decimarum,quæ non poſſunt dari eccle
5 ſijs, vel monachis, ſine conſenſu epiſcopi. † Item
non pōt monaſterium fundari,nec transferri de lo
co ad locum, cauſa utilitatis, niſi cum conſenſu
epiſcopi,ut hæc omnia colligit Bertachin.in d. 2.
parte.num.80. queſtio.35. qui tamen declarat, ut
epiſcopus poſſit corrigere delicta monachorum,
Abbate negligente,& in ſubſidiū:& declarat ēt,ut
nō ſubſint monaſteria epiſcopo,quo ad legē diœ-
ceſanam:quæ cōſiſtit in exactione cathedratici, in
tertia,uel in quarta decimarū,& hoſpitio: cum in
alijs eccleſijs aliud ſit:quia ſubſunt epiſcopo, etiā
quo ad pdicta, vt ſunt ēt capellæ monachorū: niſi
monaſteria ſint exempta,cū capellis. Inde exhibēt
monaſteria epiſcopo ſeruitia cōſueta, & cēſum or
dinatū:& ei proceſsionaliter obuiā ire debent, cū
6 clero,licet exempta, ut ibi.nu. 82.†Item ea eſt au-
ctoritate epiſcopus, ut eius ſnīa excōicationis u-
menda ſit,licet iniuſta:nam excōicatio afficit cor-
pus,& aīam,ut ibi per Bertach.q.36.nu.83. qui tñ
declarat,niſi appellationē: niſi contineat errorem
intolerabilē: niſi lata ſit p indebitis exactionibus.
7 Item ſine licentia epiſcopi, clerici forenſes in ſua
diœceſi non poſſunt exercere officia ſacerdotalia,
celebrando, uel Baptizando: niſi ab alijs præsbyte
8 ris inuitentur.† Item ſine licentia epiſcopi,nō pōt
Abbas relinquere monaſterium:nec alius prælatus
9 prælaturā ſuam,ut ibi,num.82. † Item generaliter
nota,epiſcopū habere merū Imperium,ut per Bal.
Auth.cauſa quę.C.de epiſc.& cleric.nu.6.& p Ber
tach.in.d.lib.4.in.1.parte.nu.14.ubi quæ ſint me-
ri Imperij de iure canonico.in.3.parte.nu.3.& Ia-
cob.a bello uis.in practic.iudic.num.194. Et eius
iuriſdictio non ceſſat per legati præſentiam,ut per
Barb.in tract.de præſt.Card.1.q.1.partis.nu.20.
& ei oēs obedire debent.c. qm̄.18.diſt. ubi Card.
10 Alex.† Item nota auctoritatem epiſcopi requiri,
in alienatione rerū eccleſiæ,facta per Capitulum,
vel inferiores,ut p Bertach.eo li.4.in.4.parte. nu.
104.& tempore contractus, ut ibi nu.106.& cum
11 tractatu,ut ibi.nu.133.†Itē epiſcopus habet loco
filij, ut ibi. nume. 168. qui tñ limitat nullis mo-
dis.Itē non præſumitur facere, cū conſenſu capitu
li,ut ibi.nu.202. Itē ubi epiſcopus eſſet accuſatus,
p reuerentiā huiuſce dignitatis, decet eū ſedere,
non ſtare,corā cognitore cauſæ, aliquantulum in
inferius,ut per Bal.in.l.quotiens.per illum tex. C.
de epiſc.& cler.ſequiē Barb.in trac.de pręſt.Card.
in.1.q.1.partis,nu.17. Item nota epiſcopū in ſpi-
ritualibus eſſe maiorem Imperatore.c.1.&.c.Valē
tinianus.63,diſt. ubi glo.& not.Petrus a monte,in
monarch. concil.q.4.num.7. Quocirca ad princi-
pem ēt ſpectat,aſſurgere epiſcopo,& ei iuxta ſe,ve
nerabilē ſedem aſsignare,ut ſupra. lib. 1. c.1.§.3.
in princ.num.5. Nota etiam Epiſcopum poſſe ſine
epiſcopatu eſſe, ut per Ant.Roſ.in tract.de poteſt.
Imp.ac Pap.in.3.quæſtio.Princip.num.26. Item
Epiſcopus eius eſt auctoritatis, ut ad eum perti-
neat, magna cognoſcere, ut diximus ſupra.c.pręce-
ced.num.52. In hac tamen materia nota, quod ſi
epiſcopus eſt in ſtudio, tanq̄ ſcholaris, ſedebit ut
ſcholaris, prælato Rectore, ut per Barb. in dict.
tract.1.q.1.partis. num.33.per Felin.in.c. ex lite-
ris.de probat.Item epiſcopus eximitur a Conſtitu
tione generali, ut per Corn. conſil. 253.num.4.
uolum.3.ſed aliter dic,ut ī.hoc lib.c.2.§.2. nu.8.
Item nota epiſcopum doctorem, uel nobiliorem,

præcedere epiſcopum prius promotum, ut per Nicol. Boer. in tracta. de ord. utr. fori. in. 1. parte. nu. 19. at quomodo in concilio ſedere, & ſe ſubſcribere debeat, uide Card. Alex. in. c. fi. 17. diſt. qui tempus ordinationis ponit. Item propter eius dignitatem, epiſcopus liberatur a patria poteſtate, in eius fauorem. auth. ſed dignitas. C. de epiſcop. & cler. ubi Salic. & per doct. in. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. & per Ab. in. c. iudecorum. de ſtat. & qualit. & Aretin. inſtit. quibus mod. ius patr. pot. ſolui. in. §. Filiusf. col. 1. qui etiam monachum per ingreſſum religionis liberari dicit, ut habetur ēt in glo. ubi doct. §. pen. l. ſi ex cauſa. ff. de minor. concludit tamen Abb. ubi ſupra & Aretin. nullum ſacrum ordinem, niſi epiſcopalem liberare. Hæc eadem tenet Bertachin. in d. tract. de epiſcop. lib. 2. nu. 8. & ſeq. per plura. Item epiſcopi ſunt in ſtatu perfectiori, ſecūdum Io. Lup. in tract. de matrim. & legit. in ptin. nu. 44. religioſi in perfecto.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo an conueniat illud diuinum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram.*
2 *Epiſcopus quomodo dicatur eſſe par Pontifici.*
3 *Sacerdoti cuilibet, conceſſa eſt facultas abſoluendi peccatorem ab omnibus, etiam magnis criminibus: caſus excipiuntur.*
Epiſcopi, ſacerdotibus ſuperiores eſſe debent.
4 *Epiſcopo reſeruati ſunt ſex caſus, vel alij, qui enumerantur.*
5 *Epiſcopus habet iura epiſcopalia: quæ quatuordecim enumerantur.*
6 *Epiſcopi poteſtas magna, in diſpenſatione, in centum ſeptuaginta duobus caſibus, & Bertachino, & Io. Randeo collectis, ſummatim reſumptis.*
7 *Epiſcopus promouens ſcienter excommunicatum ad ſacros ordines, non dicitur eum eo diſpenſare.*
8 *Epiſcopus poteſt reſtituere hæreditatem, exhæredato filio, inſtituta eccleſia.*
Eccleſiam qui hæredem facere voluerit, exhæredato filio: quærat alterum qui ſuſcipiat, non Auguſtinū.
9 *Epiſcopus poteſt creare nouam dignitatem in eccleſia: & an cum conſenſu capituli.*
10 *Chriſma nouum ſingulo anno conficiendum.*
11 *Epiſcopus in caſibus diſpenſare non poteſt, remiſſiue.*
12 *Epiſcopus omnia poteſt: & diſpenſare, vbicunque non prohibetur.*
13 *Epiſcopus, immo nec Papa, poteſt diſpenſare, ſecundū aliquos, in his, in quibus eſt peccatum mortale ſecundum legem diuinam, ut in furto, & rapina: niſi peracta pænitentia.*
14 *Epiſcopus pōt facere conſtitutiones, in ſua diœceſi.*
Epiſcopus poteſt excommunicare ſcientes furtum, & non reuelantes: & principem diœceſis.
15 *Epiſcopus poteſt eccleſias parrochiales facere conuentuales.*
16 *Epiſcopus poteſt deponere Abbatem incautum, ſuperbum. &c. quo ad Abbatiam.*
17 *Epiſcopus poteſt vnam eccleſiam alteri ſubijcere, & vnire. & ordinare clericos:*
18 *Epiſcopus poteſt in eccleſia vacante, cuius prouiſio ſpectat ad Papam, deputare adminiſtratorem: donec fuerit prouiſum.*
Epiſcopus poteſt indicere ſynodum, in ſua diœceſi.
Epiſcopus poteſt conferre beneficium filio ſuo, vel nepoti legitimo, alias digno.
Epiſcopus poteſt conferre dignitati, iura pertinentia ad dignitatem ſuam.
Epiſcopus poteſt concedere, vt cum altari viatico, liceat celebrare.
Epiſcopus poteſt indiſtincte abſoluere moniales.
19 *Epiſcopus poteſt concedere indulgentias, quo ad metam taxatam.*
20 *Epiſcopus poteſt decernere aliquem ſanctum, in ſua diœceſi venerari, canonizatum tamen.*
21 *Epiſcopus promotus ad Cardinalatum, pōt interim, donec de mēte pciſa appareat, exercere epiſcopalia.*
Epiſcopus tempore interdicti, poteſt corā ſe facere diuina celebrari: non tamē benedicere populo ſolemniter.
Epiſcopus poteſt ſupplere negligentiam inferiorum.
Epiſcopus vtitur pluribus remedijs, contra ſtatuētes, contra libertatem eccleſię:
22 *Epiſcopus poteſt, vel decet eum, conferre ordines, ſex temporibus deputatis.*
Epiſcopus poteſt deſtruere ſtatum monaſterij monialium: & transferre Abbatiſſam, & moniales, ad aliud monaſterium.
23 *Epiſcopus multa non poteſt, collecta a Bertachino: & multa adduntur.*

POTENTIA EPISCOPI IN SPIRITVALIBVS.

POtentiā uero epiſcopi, quæ latius patet, attingendo: quā locupletiſsime celebrauit Io. Bertach. in eo tract. de epiſcop. lib. 4. in ſecūda, uſque ad ſextam partē, uentilando ea quæ pertinēt ad ſpiritualia: mox quæ ad temporalia: tam circa perſonas, quam circa res: & circa ea quæ iudicioſū ſunt: & demū circa ea, quę ad ultimas uoluntates ſpectant. Quāuis ad eū ſufficeret remiſsio, reſumere tamen aliqua ab eo dicta liceat, & aliqua ſubiungere in iure: & ab alijs auctoribus pertractata: ne hæc pars a nobis neglecta uideatur.

In ſpiritualibus igit, licet Bertach. in d. 2. parte.
nu. 1. innuat, epiſcopo conuenire illud Diuinum
dictū, de quo ſcripſimus ſupra li. 1. c. 1. §. 1. in uerſ.
Gladium, & hoc lib. c. 1. §. 1. uerſi. Claues, quo Chri
1 ſtus allocutus eſt Petrum, in hæc uerba. † Tu es
Petrus, & ſuper hanc petrā ędificabo eccl'iam meā
& portæ inferi non pualebunt aduerſus eā. Et tibi
dabo claues regni cœlorū. Et quodcunq; ligaueris
ſup terrā, erit ligatum & in cœlis, ut ſcripſit Mat.
c. 16. & ſœpe in iure recepta ſunt, ut vbi ſupra po
ſuimus: non tñ hæc ita abſolute intelligenda ſunt,
qa per pdicta uerba, data eſt Petro primū poteſtas
ſacerdotalis, tanq̄ capiti: & ſic eius ſucceſſoribus:
alijs

alijs autem tanquam membris, ut dixi in d. uer. cla
ues: nam Petrus, & alij Pontifices, eius ſucceſſores,
uocati ſunt in plenitudinem poteſtatis: alij autem
in partem ſolicitudinis. c. ad honorem. de auct. &
ul. pal. & propterea in multis, pontificis poteſtas
excipitur, & præſeruatur: de quibus diximus hoc
lib. cap. 1. §. quarto, uerſic. 1. & 2. quæ autem alij
inferiores poſsint, poſuimus ſupra. c. 2. 3. 4. & hoc.
c. 5. §. 4. dicere exorſi ſumus: & licet text. in. cap. in
2 nouo. 21. diſtinct. † innuat, parem eſſe epiſcopum
Pontifici, ſolue ſecundum glo. ibi in uer. pari, ut
hoc procedat, quantum ad ordinem, & rationem
conſecrationis, non quantum ad dignitatem ad-
miniſtrationis, ut tenet etiam Cardin. Alexan. ibi
colum. pen. & fi. Qua de re dum Bertachin. ubi ſu-
pra, infert ex illis uerbis. Tu es Petrus, &c. con-
ceſſam eſſe auctoritatem epiſcopo ſoluendi, & li-
berandi animas a nexibus peccatorum: Declara ta
men ſecundum iam dicta, uel præter caſus exce-
3 ptos. d. §. 4. uerſi. 1. & 2. † Sic licet Sacerdoti cuili-
bet ſit conceſſa facultas abſoluendi peccatorem,
& errantem, ab omnibus criminibus, etiam ma-
gnis. c. deus. de pœnit. & remiſ. multi tamen ſunt
caſus, qui excipiuntur, ut per Hoſtie. in ſumma de
pœnit. & remiſ. §. cui confitendum. col. 3. & gloſſ.
ubi Philip. Franc. in uer. reſeruantur. c. 2. de pœnit.
& remiſ. in. 6. hocque iure merito fit: nam & epi-
ſcopi ſacerdotibus, ſeu præsbyteris, ſuperiores eſſe
debent: tam ratione iuriſdictionis, quam ordinis.
4 c. 1. ubi Card. Alex. col. 3. 21. diſt. † Caſus autem
epiſcopo reſeruati ſex ſunt, ſcilicet Abſoluere ex-
communicatos, a maiori excommunicatione, &
omni excommunicatione lata a iure, niſi reſerua-
ta Papæ, etiam proprio motu, ſecundum Berta-
chin. dict. 2. parte. nume. 68. & 69. ſed an pro in-
iectione manuum in clericum, uel omni alia, uide
Felin. in. c. quamuis. de ſenten. excomm. in princ.
Item abſoluere, & iniungere pœnitentiam, Dei
& Sanctorum blaſphematoribus, publice tamen,
ſecundum Ioan. And. & Hoſtien. Item & ſortile-
gis: Abſoluere, & mutare uotum quodlibet: Diſpo
nere de male ablatis certis, uel incertis: quando
non extant hi, quibus facienda eſt reſtitutio: Item
reſeruatur pœnitentia, matrimoniorum clande-
ſtine contractorum: uel contra interdictum eccle
ſiæ: & ita de iure etiam tenet Abb. in dict. c. deus,
& Philip. Franc. ut ſupra, & Bertachin. d. 2. parte.
nume. 113. glo. tamen in dict. c. 2. inquit, quod ſo-
lent epiſcopis reſeruari, pœnitentiæ omnium
publicorum, & enormium criminum: oppreſsio-
nis filiorum, ex propoſito, uel caſu cuiuſcunque
homicidij. Falſi teſtimonij, uel falſi inſtrumen-
ti. Periurij. Inceſtus: Corruptionis monalium:
5 Coeuntis cum Brutis, & his ſimilia. † Hic etiam ap
te ſubnectere poſſumus, epiſcopum in diœceſi
ſua, habere iura epiſcopalia, quæ quatuordecim
enumerat Abb. in. c. conquærente. de offic. ordin.
quæ hæc ſunt, Canonica obedientia eccleſiarum,
Subiectio, Reuerentia, Inſtitutio, & Deſtitutio,
Correctio, Morum reformatio, Iuriſdictio om-
nium cauſarum fori eccleſiaſtici, Pœnitentia, Sa-
cramentorum omnium collatio. Et hic adde, ma-
nus impoſitionis ſacramentum, ad epiſcopum ſo-
lum pertinere. c. manus. de conſecr. diſtinct. 5. Sy-
nodi congregatio, Synodaricum, uel cathedrati-
cum, id eſt, duo aurei a qualibet eccleſia. Quarta
decimarum, mortuariorum, Procuratio ex viſita-
tione annua, Charitatiuum ſubſidium, ex cauſa ra
tionabili, & manifeſta, quæ cauſæ etiam in hoc ibi
explicantur per Abbatem: ueluti ſi epiſcopatus eſt
grauatus ære alieno: uel tenuis, uel ſi epiſcopus vult
ire ad concilium, uel ad Papam, ſiue regem, pro
communibus negocijs, uel quid tale: de quibus ul-
tra iam dicta, aliquando aliqua perſtringemus in
ſequentibus.

Sicut uerò dixi, in abſolutione, magna eſt pote-
6 ſtas epiſcopi, † eodẽ modo non minor uidetur in
diſpenſatione, cum coniũ ſeptuaginta duos caſus
collectos a Specul. in titu. de diſpenſat. §. nunc ad
epiſcoporum, reſumat Bertachin. dicta. 2. parte. 4a
lib. nu. 107. uſque ad num. 144. Poſt Bonaguid. de
arim. in tract. de diſpenſat. Sed Ioan. Rand. in ſimi
li tract. per centum quinquaginta caſus, illos decla
rat: quos & nobis ſummatim abſq; auctoritate enu
merare liceat, eos imitantes auctores. Diſpenſare
igitur epiſcopus primo poteſt, cũ ordinato extra
tempora ſtatuta a iure: quod tñ intellige, ut dixi-
mus ſupra hoc lib. c. 1. §. 4. uerſ. quinto. in uerbo,
Ordinũ. II. ut quis habeat plura beneficia curata
cum diſtinctione tñ: ſed dic, ut etiam diximus d. c.
1. §. 4. uerſi. 6. nume. 14. III. diſpenſat cum ordi-
natis ab alieno epiſcopo, proprio contempto.
IIII. cum ordinatis non ſcienter ab epiſcopo ex
cõicato. v. cum ordinatis ignoranter ab epiſcopo
qui renũciauit epiſcopali dignitati. vi. ut duo eli-
gantur ad vnã præbendam. vII. cum clerico per
epiſcopũ ſuſpenſo ab officio, & beneficio pp cri-
men vſuræ. vIII. cum adultero, & in alijs crimi-
nibus irretito, ſi pœnitentia ſit peracta: & tradit
Ant. Roſ. in tract. de concil. in rub. Pont. max. fol.
nu. 18. & concedit Feli. in. c. at ſi clerici. §. de adul-
terijs. col. 2. de iudic. in alijs criminibus ex magna
cauſa, ubi uide multa in diſpenſatio. IX. cum pu-
gnante in duello. x. in mukum enormi crimine, &
notorio. xi. cũ ſacerdote ſimul plures concubinas
habẽte. xII. cum alienigena inſtituto in eccleſia
per eũ, qui inſtituere non poterat. xIII. cum preſ-
bytero, qui de facto contraxit matrimoniũ cũ uir-
gine, ſ. quo ad executionem officij. xIIII. cũ dia
cono, qui diaconũ uulnerauit, & matrimonium de
facto contraxit, peracta prius pœnitentia, ut poſsit
in epiſcopum ordinari. xv. cum monacho, & ca-
nonico regulari, ut poſsint in eccleſia ſeculari mi-
niſtrare diuina. xvi. cum eo qui excommunicatus
7 recipit beneficium: † Verumtamen epiſcopus pro
mouens, ſcienter excommunicatum, ad ſacros or-
dines, non dr̃ cum ea diſpenſare, ut per Bertachin.
in dict. 2. parte. nume. 58. ſecus eſt in Papa, uel
Imperatore. xvII. cum clerico per ſaltum pro-
moto. xvIII. cum non ordinato miniſtran-

Ff 2 te,

te:ſcilicet ad Beneficium: ut poſt biennium, triennium in ordine ſuſcepto, miniſtret, non ut ad ſuperiorem promoueatur. XVIII. cũ diacono miſſam celebrante: ſcilicet peracta pœnitentia ut beneficium retineat, & etiam poſt biennium, uel triennium, exerceat officium Diaconatus: non ut ad ſacerdotium promoueatur: ad quod ſolus Papa diſpenſat. XX. cum religioſo, vt ad religionem tráſeat mitiorem. XXI. in commutatione præbendarum, & perſonarum. XXII. cum eo, qui bigamũ ordinauit. XXIII. cum eo qui irregularet promouit. XXIIII. cum falſario, ſcilicet vt uel carceret eum: uel ad Papam remittat. XXV. in diſpenſatione ordinum eccleſiaſticorum: quorum epiſcopus eſt prærordinator. XXVI. ut clericus coniugatus habeat ſimplex beneficium: Hoc tamen ſpectare ad Pontificem, diximus ſupra d.c. I. §. 4. uerſic. 6. hoc lib. nume. 10. XXVII. ut clericus concubinarius, finita pœnitentia promoueatur. XXVIII. cum idiota promoto, ut remaneat, & non deponatur, ſed doceatur. XXIX. in pœnitentijs imponendis. XXX. cum ſacrilego. XXXI. cum homicida, in beneficio tantum, ne mendicet. XXXII. cum ſeruo promoto, ſi uelit eũ redimere. XXXIII. ſeruo monaſterij, ut promoueatur. XXXIIII. cum clericis, ut promoueantur inuiti. XXXV. cum aſſumpto de ſua diœceſi in epiſcopum, ut remaneat in primo beneficio: ſi non admittatur ad epiſcopatum, ad quem fuit promotus. XXXVI. cum hæretico cõuerſo. XXXVII. cũ ſciſmatico. XXXVIII. cum raptore, quo ad uiaticum ei concedendum. XXXVIIII. yt recipiatur ex cauſa minor prouocatio, quam ſolita ſit. XL. in minoratione tertiæ, uel quartæ decimarum, ex cauſa. XLI. in executione ſententiæ differenda. XLII. cum ſortilego clerico, qui pro furto reperiendo, ad aſtrolabij inſpectionem recurrit: qui de iure per annum celebrare non debet. XLIII. ut monachus unius religionis, poſsit poſsidere monaſteria, alterius religionis. XLIIII. cum clerico poſt quatuordecim annos, & non ante: uel etiam ſi patiatur defectum in ſcientia; dum tamen non ſit nimis rudis: ut etiá in ordinibus, dum tamen ſit in minoribus, & in breui poſsit promoueri ad ſacros: & hic quo ad regimen eccleſiæ parochialis, ſeu plebis, uel quo ad dignitates. XLV. cum eo, qui beneficium renunciat, ut ſibi uictum concedat in eo. XLVI. cum eo qui petit ceſsionem, ſcilicet, ut vel cedat, uel remaneat. XLVII. quod monachus in minoribus conſtitutus fiat Abbas. XLVIII. cum illis, quos ſine titulo, diſpenſatiue promouit ad ſacros ordines, ut uictum habeant. XLVIIII. cum ſectis in cunabulis: uel a dominis, alias a Barbaris: uel caſtratis, motu lepræ: uel ita natis, ſcilicet ut promoueantur: uel promoti remaneant in ſuis ordinibus. L. cum ſacerdote extraneo, ut occulte celebret, ſi literas, uel teſtes, non habeat, facientes fidem de ſua ordinatione. LI. quod prælatus faciat perpetuum vicarium. LII. ut prælati inferiores, poſsint ſuos ſubditos excommunicare.

LIII. diſpenſat cum clerico percuſſore. LIIII. cum rectoribus ad ſynodum non uenientibus. LV. ut ſine uitio, fiat tranlactio ſuper decimis. LVI. cum clerico depoſito, ne iudici laico tradatur. LVII. ut contumax, non ſit contumax. LVIII. poteſt epiſcopus ſequeſtrare fructus ex cauſa, ante ſententiam. LVIIII. cum ſuſpecto de crimine diſpenſat, ne condemnetur. LX. ut uir, & uxor ſeparatim uiuant: ne deterius inter eos contingat: declarando ſi uterque uelit caſtitatem obſeruare: alias cogit epiſcopus alterum, ad alterũ redire. LXI. poteſt cogere clericum, uel monachum eſſe obſidum loco, ratione iuramenti. LXII. ſi diffidit de iure ſuo, poteſt rem, quam eccleſia poſsidet, dimittere, ſecundum quoſdam. LXIII. diſpenſat in correctione morum: & in diſpenſatione rerum eccleſiaſticarum, Duce ratione. LXIIII. cum Fure rei eccleſiaſticę, ut ſibi pœna mitigetur. LXV. ut ſeruus eccleſiæ bene meritus, cum peculio manumittatur. LXVI. ut res eccleſiæ, tempore Penuriæ uendantur pro eleemoſyna pauperum: & pro redemptione captiuorũ. LXVII. cum eccleſia parochiali, uel ſacerdote eius rectore, dimittenda ei quartam decimarum, ſibi debitam.
8 † LXVIII. ſi pater exhæredato filio, inſtituerit eccleſiam, poteſt epiſcopus reſtituere filio hæreditatem: & hic eſt caſus not. de quo habetur in. dict. c. ſiquis iraſcitur. 13.q.2. ſecundum Specul. ubi ſupra, uerſ. 67. & Bertachin. uerſ. 69. tamen aduertendum eſt, quod ille text. non loquitur ita abſolute: ſed diſponit, ut ſi quis unum filium habeat: putet Chriſtum alterum: ſi duos habet, putet Chriſtum tertium: & ſic pro numero filiorum, Chriſtus ſuſcipitur, ut filius, & inſtitutus cẽſeatur. Verum ad propoſitum noſtrum habetur, ex ſententia. B. Auguſtini, de uita clericorum: quod recipitur in. c. quicunque uult. 17. quæſt. 4. & in glo. l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſcop. & cler. & per Cardin. Alexand. in. c. non ſatis. column. 4. 86. diſtin. & per Bar. in. l. 1. nume. 55. C. de ſacro. eccl. quiſquis exhæredato filio, hæredem facere uoluerit eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum: Immo deo propitio neminem inueniet: & propterea laudabile factum eiuſdem Auguſti. celebratur in d. c. quicunque, cum quidã filios non haberet, nec ſperaret: res ſuas omnes, retento ſibi uſufructu, donauit eccleſiæ: & natis ei filijs, reddidit epiſcopus ea quæ donauerat: quę in poteſtate ſua erat, non reddere, iure fori, non iure poli. LXVIIII. diſpenſat epiſcopus, ut ſuſpenſus, in quo ſigna pœnitudinis apparuerint, apud eccleſiam ſepeliatur. LXX. quod Sacerdos in cauſa ciuili teſtimonium ferat. LXXI. ſecundum quoſdam in iuramento metu extorto: at quando Papa, uel epiſcopus, poſsit diſpenſare ſuper iuramento, diximus ſupra hoc lib. cap. I. uerſic. octauo. §. quarto, numero tertio, & ſeq. & quod alia ſit abſolutio, quæ inducit habilitatem agendi, alia quę ſit plenaria: quæ non concedit, niſi cõſtet Iudici laico, contractũ nõ eſſe ſeruandũ, de qua

qua loquitur Berachin. in.dict. 2. parte. nume.3. LXXII. quod una eccleſia ex cauſa, faciat alteri eccleſiæ partem de decimis, & primitijs. LXXIII. quod conferat decimas patronus monaſterio, male detentas, a laicis: in quarum poſſeſsione non erat eccleſia. LXXIIII. Vt præſentatus ab epiſcopo, patrono eccleſiæ, admittatur ſine examinatione. LXXV. ut Abbas conferat inueſtituram in eccleſijs, per eum, ſibi collatis. LXXVI, ut eccleſia det Clericis ad uitam eorum de ſuis poſſeſsionibus. LXXVII. epiſcopus diſpenſat in pœna, pro immunitate eccleſiæ uiolatæ. LXXVIII. in ſeparando ex ſuo arbitrio monaſteria duplicia. LXXVIIII. cum monaſterijs, in tributis ſibi dandis. LXXX. cum clerico ſuo, ut poſſit ad alterius epiſcopatum electus, tranſire. LXXXI. cum monachis, ut habere poſsint cellulas, intra clauſtrum: quod poteſt etiam Abb. facere, cum bene meritis. LXXXII. in tempore uelandi uirgines. LXXXIII. mitigando pœnam, ſecundum modum canonum, ut & per Nicol. Ploue. in tract. de ſacramen. c.8.4. partis. LXXXIIII. diſsimulando, uel correctionem dilatando, ex cauſa. LXXXV. parcendo teſti, ne perſonaliter puniatur. LXXXVI. releuando excommunicationem: ne plus debito, negocium principale retardetur. LXXXVII. in modica iniuria, LXXXVIII. deferendo friuolæ appellationi, propter ſcandalũ euitãdũ. LXXXVIIII. in transformatione habitus, ex cauſa. XC. cum clericis concubinarijs: niſi irregulares effecti ſint. XCI. cum clericis non reſidentibus in eccleſia. XCII. cum duobus in diſcordia electis: ut unus habeat dignitatem, alter uero aliquid ultra ſolitũ. XCIII. ut aliqui campanas habeant. XCIIII. ut una ex præbenda, fiant duæ. XCV. ut capellæ uniantur, pro augumento præbendarũ. XCVI. ut ex iuſta cauſa clerici peregrini, in ſua diœceſi recipiantur, & ſine literis commendatitijs celebrent. XCVII. ratificando geſta prædeceſſoris, licet inualida, propter defectum conſenſus capituli. XCVIII: poteſt ex cauſa retinere fructus beneficij uacantis. XCVIIII. poteſt dare monaſterijs priuilegia exemptionis. C. poteſt capellas concedere monachis. CI. diſpenſat breuiando pœnitentiam decem annorum, ſacrilegorum, qui contraxerunt cum moniali. CII. cum fornicante cum moniali. CIII. cum frequenter nubentibus. CIIII. ut adultera ponatur in monaſterium: quia uir nolit recipere: adulteros uero poteſt excõmunicare. CV. põt ſeparare maleficiatos, poſt triennium. CVI. mitigando pœnam matricidæ, de iure canonico. CVII. cum ſolenniter pœnitente: ſcilicet cum inceſtuoſo, in matrimonio contrahendo. CVIII. cum eo qui per errorem cognouit uxoris ſuæ ſororem. CIX. cum inceſtuoſo ſimpliciter. CX. ut cognoſcens matrem ſponſæ, poſſit cum filia contrahere. CXI. ut qui ſeparatur ab uxore, propter conſanguinitatis impedimentum, poſsit cum alia contrahere. CXII. diſpenſat cõtra ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum. CXIII. cum raptoribus mulierum, ut euadant pœnam legalem: & acta pœnitentia contrahant cum raptis. CXIIII. ſuper ſtatu eccleſiæ, ut eas faciat numero pauciores, ſi plures ſint: uel etiam minores numero: ſi nequeant de proprijs fructibus ſuſtentari. CXV. quod numerus canonicorum, minuatur uel augeatur. CXVI. quod nouus perſonatus ſit in eccleſia: & ibi Bertach. in d.2. parte. nume. 78.
9 † poſſe epiſcopum nouam dignitatem in eccleſia creare: cum conſenſu capituli tamen tradit, ſed hoc intelligit Abb. in.c. cum olim. de conſuetud. ſi conſtituat, ſine præiudicio alterius: at plene quando epiſcopus cum capitulo, & capitulum cum epiſcopo, poſſit creare nouam dignitatem, uide Abb. in.c. cum omnes. &. c. cum acceſsiſſent. ubi Felin. column. 4. de conſtit. uel etiam augere vel ſupprimere numerum præbendarum: & tetigimus ſupra. §. præced. nume.43. CXVII. ut miſſa cantetur in oratorijs. CXVIII. cũ præsbytero, qui ſub uno canone duas miſſas celebrauit. CXVIIII. in mitigando pęnam ſacerdoti, cuius negligentia, mures roſerint euchariſtiam: quo caſu. XL. dierũ pænitentiam agere dẽt: uel ſi tota, uel eius pars perdita ſit, triginta diebus pænitere debet: ſi uero ſanguis in terram ſpargatur. XL. dierum pęnitentiam peragit. CXX. ut alius ſacerdos celebret ſacrificium, uel miſſam in altari, in quo ipſe epiſcopus miſſam eadem die celebrauit. CXXI. ut Iudæus ſtatim ex cauſa Baptizetur. CXXII. cum ignoranter rebaptizato, cum eſſet paruulus, ſi neceſsitas, & illius merita, & eccleſiæ utilitas poſtulat. CXXIII. cum pæna præsbyteri Baptizantis, cum ueteri chriſmate. † Debet enim ſingulis annis, Chriſma nouum confici: & per ſingulos annos per diœceſim deſtinari, ad ſingulos rectores eccleſiarum. CXXIIII. quod alius præsbyter ſignet in fronte puerum, quem epiſcopus Baptizauit, ſi omnes ipſe propter multitudinem ſignare non poteſt. CXXV. cum monacho ſcienter extra clauſtrum carnes comedente. CXXVI. diſpenſat cum clerico, ut uadat in peregrinationem: ſine cuius licentia non poteſt peregrinari. CXXVII. quod clerici iaceant in proprijs domibus, & ibi comedant. CXXVIII. reducit epiſcopus diſpenſatiue ad clauſtrum. CXXVIIII. quod ea, quæ ſimpliciter ſe nouit deo, uelum aſſumens, non tamen profeſſa, matrimonium contrahat: ne deterius faciat. CXXX. in uoto, ut in melius commutetur: & declara ut ibi per Bertachin. nume. 137. & dictum eſt ſ. hoc li. c.1. §.4. uerſi.7. CXXXI. ut in defectũ regularium, monaſterium de ſecularibus clericis ordinetur. CXXXII. recipiendo ſecundum præſentatum a patrono eccleſiæ, uel altaris, primo omiſſo. CXXXIII. cum ſacerdote incauto, qui peccat in officio. CXXXIIII. quo infirmus, uel alia cauſa urgente, quis comedat carnes, in diebus ieiuniorum. CXXXV. ut eccleſia parochialis, fiat monaſterium. CXXXVI. quod ſponſi de futuro ſe abſoluant, ne deterius contingat: ſecus in ſponſalibus de præſenti: quæ non poſſunt diſ-

ſolui: quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparet: & alibi diximus. CXXXVII. ut puella nubilis, dimittat ſponſum minorem, & contrahat cum alio, ne fiat deterius. CXXXVIII. vt confirmet, vel impediat ſponſalia iuxta formam. cap. cum in tua. de ſponſal. CXXVIIII. diſpenſat cum filijs præsbyterorum, ut alantur a parentibus. CXL. vt valeat diſpenſatio, ex falſa cauſa obtenta: quæ alias non valeret. CXLI. cum adulterio ſponte confeſſato a muliere, niſi perſeueret in illo. CXLII. cum accuſatore non probante, mitius puniendo. CXLIII. in numero, & qualitate compurgatorum. CXLIIII. cum eo qui ſimpliciter facit homagium, propter beneficium. CXLV. vt clericus ſcholaris, vel peregrinus, locet ad tempus, fructus ſui beneficij. CXLVI. cum homicidis,& Parricidis: quod contrahant matrimonia. CXLVII. poteſt eccleſias parochiales diuidere,& vnire de conſenſu eorum, quorum intereſt, dum tamen non appelletur. CXLVIII. poteſt dare priuilegium monachis, de non dandis decimis epiſcopalibus: quæ conſiſtunt in quarta, ſcilicet præteritis, præſentibus, & futuris. CXLVIIII. cum filijs patronorum, occidentium rectorem eccleſiæ: ſcilicet quod poſsint ad honorem aſſumi in monaſterijs. CL. cum criminoſo, publice celebrante. CLI. cum excommunicato miniſtrante, quo ad beneficium. CLII. poteſt ex cauſa diminuere pœnitentiam iniunctam a Papa, vt etiam tenuit Lud. Bolog. in tract. de indulgent. num. 24. & Iaſ. in. l. omnes populi. nume. 35. ff. de iuſt. & iur. Verum econuerſo, pœnitentia iniuncta per epiſcopum, alicui confitenti, non poteſt minui per ſacerdotem inferiorem, ut per Bertachin. in. d. 2. parte. nume. 26. qui de utroque caſu loquitur. CLIII. vt clericus abſoluatur ab eccleſia, in qua ordinatus eſt: & in alia collocetur. CLIIII. cum præsbytero, caſualiter homicida, ſecundum quoſdam. CLV. cum dictatore vindictæ ſanguinis: ſi ſanguis exiuit, citra membri mutilationem. CLVI. ne quis ad tempus teneatur reſidere in eccleſia parochiali. CLVII. diſpenſat epiſcopus circa pœnam. CLVIII. vt quis in maiori eccleſia, perſonaliter, ſed per vicarium ſeruiat in eccleſia parochiali, dignitate annexa. CLVIIII. cum eo, qui ſit factus ineligibilis: quia receperit electionem factam per abuſum ſecularis poteſtatis. CLX. ut corpora ſanctorum, transferantur de loco ad locum. CLXI. vt reliquiæ ſanctorum, ex cauſa, de eccleſia extrahantur: & ne diuina celebrentur in ea. Et œconomum ponere in ea. CLXII. cum electo ad ſacerdotium, per parentum incuriam, qui pecunia ſacerdotium filio quæſiuerunt inuito. CLXIII. cum monacho, vt vagetur. CLXIIII. cum minoribus, vel adultis, regulariter: niſi quando prohibitum reperiatur. CLXV. in pœna, quam electus, non confirmatus adhuc, poteſt imponere. CLVI. in notorio crimine quandoque. CLXVII. cum clerico prohibito ordinari, poſt prohibitionem, ordinato furtim: ſi uelit ad religionem tranſire. CLXVIII. cum inſtituto per ſymoniam, eo ignorante commiſſam: quia ſtatim quod eam cognouit debet renunciare: at papa ſolus diſpenſat, cum ſcienter inſtituto per ſymoniam. CLXVIIII. cum eo, qui ſola intentione, commiſit ſimoniam: nam ſola intentio facit ſimoniacum: ſicut ſola ſpes facit vſurarium. CLXX. cum clericis depoſitis, condemnatis, vel degradatis, ſolo uerbo. CLXXI. diſpenſat in caſibus poſitis. 68. diſtinct. Etiam diximus epiſcopum teneri diſpenſare, ubi lex hoc
11 mandat, ut ſupra. §. præced. nume. 56. † Caſus
uero in quibus epiſcopus non poſsit diſpenſare,
poſt Specul. & Bonaguid. ubi ſupra, enumerat
Bertachin. d. 2. parte. 4 lib. nume. 144. uſque ad
fi. quos uideas: & multi etiam ex illis percipi poſſunt ex uerſ. 1. & 2. hoc lib. c. 1. §. 4. Et præmiſsis
omnibus caſibus, ſubijce regulam & cõcluſionem
communem Abb. Ioan. And. Tancred. Laurent.
Vincent. Bernard. & aliorum antiquorum: quos
refert, & ſequitur Io. Rand. in d. tract. de diſpenſat. in 2. membro. §. in his. nume. 3. de qua per Felin. in. c. ſuper de ſenten. excommu. colum. pen.
12 † vt epiſcopus omnia poſsit, & diſpenſare ubicunque non prohibetur: nec per hoc impugnat canones: uel eos tollit, diſpenſando: & hanc communem concluſionem ſequitur etiam Nicol. Plouius, in tracta. de irregular. column. fi. nume. 4.
13 qui & illud ad propoſitum noſtrum addit. † ut in
his, in quibus eſt peccatum mortale, ſm legem diuinam, ſicut in furto, & rapina, epiſcopus, immo nec Papa, diſpenſare poteſt, ſm aliquos, niſi per acta pœnitentia, & facta reſtitutione. In hac communi concluſione, aliter rñ videtur ſentire Barto. Brix. in quæſtionibus. Dominicalibus. q. 57. nume. 4. qui inquit epiſcopis hoc tm̃ licere, quod in canonibus inuenitur conceſſum. c. hoc tantum.
14 cum concord. 18. q. 2. † Sic epiſcopus poteſt facere conſtitutiones, in ſua diœceſi. c. ut animarũ. ubi glo. & doct. de conſtit. in. 6. & declarat Bertach. cum relatis in d. 2. parte. quæſt. 15. nume. 28. quibus etiam adde declarationes poſitas ſupra hoc. c. §. 3. nume. 55. Item poteſt excommunicare ſciẽtes furtum, & non reuelantes, ut ibi per Bertachin. nu. 39. q. 17. Item poteſt excõmunicare extra diœceſim, ſuum ſubditũ, ut ibi, nu. 42. q. 18. Et adde ut poſsit excommunicare principem laicum, ſuæ diœceſis, ut per Steph. aureſ. in tract. de poteſt. eccle. ſuper laic. num. 45. ubi uide alia plura, de epiſcopi poteſtate. Item epiſcopus præſcribit contra libertatem eccleſiæ inferioris, ſpatio. 40. annorũ.
15 ut ibi. nume. 44. quæſtio. 20. Item † poteſt eccleſias parochiales facere conuentuales: dum facultates eccleſiarum ſufficiant. ut ibi. 34. q. num. 79.
16 † Item poteſt epiſcopus deponere, quo ad Abbatiam, non quo ad ordinem, Abbatem incautum, negligentem, ſuperbum, fornicatorem, indiſcretum, crudelem, uel ebrium: quod etiam poſſunt uicini Abbates, ut per Bertachin. in. d. 2. parte. q. 35.
17 nu. 82. † Item põt epiſcopus, & ei ſoli cõuenit, unã eccle-

eccleſiá, alteri ſubijcere, ut ibi nu.87.q.39.& uni-
re eccleſias ſuæ diœceſis, ſicut Papa unit epiſcopa-
tus ſolus, ut ibi num.88. qui ibidem notat inſtitu-
tionẽ eccleſiarum, conſecrationem, & unionem,
fieri debere per epiſcopum, in cuius diœceſi ſitæ
ſunt, licet ab alio ſint ędificatæ, & inquit Felin. in.
c. in noſtra, col. pen. uerſic. tertio not. de reſcrip.
epiſcopum, unire poſſe beneficiũ ſeculare, mona-
ſterio monachorum, ita quod eis regatur. Item
poteſt epiſcopus laico locare commoditatem de-
cimarum, non ius ſpirituale: in alimoniam conce-
dere, alicui pauperi, quo ad fructus, ad tempus, ut
ibi. q.41. num.89. Item poteſt epiſcopus, etiam ſi-
ne conſenſu metropolitani, ordinare clericos ſuæ
diœceſis, cuiuſcunque gradus, & de cauſis cogno-
ſcere, & ſubditos anathematizare, ut ibi per Berta-
18 chin. num.103. † Item adde, ut epiſcopus, poſsit
eccleſia uacante, cuius prouiſio ſpectat ad Papam
deputare adminiſtratorẽ, donec fuerit prouiſum,
& ita poteſt, ſi prouiſio ad eum ſpectaret, ut per
Abb. in. c. cum nobis, num.6. de electio. & alibi
Item poteſt epiſcopus indicere Synodũ, ad quam
omnes Abbates, & Sacerdotes, de ſua diœceſi te-
neantur accedere, ut per Abb. in. c. quod ſuper his
num.2. de maior. & obed. Item adde, ut poſsit con
ferre beneficium filio ſuo, uel nepoti, legitimo,
alias digno, ut per Abb. in. cap. quia clerici. de iure
patron. num.3. Item adde ut epiſcopus, cum con-
ſenſu capituli, poſsit concedere inferiori dignita-
ti, iura pertinentia ad dignitatem ſuam quæ non
poſſunt per ſuperiorem reuocari, ut per Abb. in. c.
cum uenilſent. de Inſtitut. nu.3. Item poteſt con-
cedere, ut cũ altari uiatico, liceat celebrare. ut per
Abb. in. c. in his. de priuileg. Item indiſtincte po-
teſt abſoluere moniales, ut per Abb. in. c. de mo-
19 nialibus, de ſenten. excom. † Item adde, quod epi
ſcopus, poteſt concedere indulgentias, quo ad me
tam taxatam, uel infra annum, uel uſque ad qua-
draginta dies, ut ſupra hoc lib. c.2. §.4. uerſi.6. nu.
31. hocque concedit Ab. in. cap. accedentibus. de
excel. prælat. quem ſequitur Ludouic. Bologn. in
tract. de indulgent. nu.26. etiam quod epiſcopus
20 non ſit conſe ratus, & ſacerdos. † Item poteſt
epiſcopus in ſua diœceſi, aliquem Sanctum uene-
rari, & feriari, etiam ſine conſenſu populi, iam ca-
nonizatum tamen: quia canonizatio ad Papam
* tantum ſpectet, ſecundum communes * opin. ut
Troyl. maluet. in tract. de canoniz. Sanct. in.2. du-
bio. col.1.&.2. & dixi ſupra hoc lib. c.1. §.4. uerſi,
21 2. ibi. xl1. † Item epiſcopus promotus ad Cardi-
nalatum, poteſt interim, donec de præciſa mente
appareat, exercere epiſcopalia, ut per Barbatiam
in tract. de præſt. Card. in.12. q.1. partis num.15.
Item tempore interdicti poteſt coram ſe facere
diuina celebrari, ut per Nicol. plou. in tract. de in-
terdic. num.17. Non tñ poteſt benedicere populo
ſolenniter. ut per Io. Cald. in ſim. tract. nu.93.
Item poteſt ſupplere negligentiam inferiorum,
aſsignando terminum, intra quem debeant eccle-
ſiæ prouidere, de miniſtris, ut per Abb. in. c. cum
in eccleſia. de electio. nu.7. Itẽ poteſt uti pluri-
bus remedijs, contra ſtatuẽtes, contra libertatem
eccleſię, ut per Felin. in. cap. eccleſia. S. Mar. col.7.
22 uerſic.19. de conſtitut. † Item poteſt, uel decet
epiſcopum conferre ordines, ſex temporibus anni
deputatis: ſcilicet quatuor temporibus ſingulis,
Sabbato ſitientes, & Sabbato Paſchę. c. ſi.75. diſt.
& per Nicol. Plou. in tract. de Sacramen. c.2.6. par
tis nu.3. Item poteſt epiſcopus deſtruere ſtatum
monaſterij monialium, ita quod non ſit ibi, uel
alibi. Et transferre Abbatiſſam, & moniales, ad
aliud monaſterium, ut per Pet. de peruſ. in tract.
de imunit. ſtat. eccl. in pri. in. nume.5. Item epiſcopi
per totum orbem, prædicandi habent facultatem,
niſi prohibeantur a diœceſanis. c. infames.3. q.7.
& per Pet. a Biax. in direct. elect. cap.49.3. partis
num.3. Item poteſt eſſe epiſcopus, & canonicus
in eadem eccleſia, ut per Decium conſ.641. Item
poteſt renunciare. epiſcopatui, & tunc retinet di-
gnitatem, & ordinem; licet amittat iuriſdictio-
nem, & adminiſtrationem, ut per Socin. cõſ.168.
num.5. uol.2.

Aliqua tamen ſunt, quæ epiſcopi in ſpirituali-
bus uel beneficialibus, non poſſunt: Nam præ-
terquã quod multa ſcripſimus in proximis, remiſ-
ſiue: quæ quo ad diſpenſationem tantum ad Pon-
tificem pertineant: & ut alibi diximus, ſæpe mul-
ta alia, per Conſtitutiones ſuas, & Regulas Can-
cellarię, ſibi reſeruare ſoleat ipſe Pontifex, ex Ber
tachin. hæc etiam colliguntur in. d.2. parte, qui
23 num.55. inquit, epiſcopum † non poſſe eccleſiam
ſuam, & totam Iuriſdictionem a ſe abdicare, & al-
teri concedere, niſi fiat per ſententiam, de quibus
per Abb. in. c. cum uenerabilis num.3. de cenſib.
& dicemus inf. c. ſeq. §.1. nume.8. an per modum
uicarię perpetuæ id poſsit. Item non poteſt poſ-
ſidens decimas in aliena diœceſi, iuuari quaſi ſua
poſſeſsione, niſi de titulo, uel priuilegio doceat,
ut ibi num.56. Item non poteſt conferre benefi-
cium eccleſiaſticum, quod uacauit in curia Papæ,
ut ibi: non poteſt beneficia uacantia, per ſe retine
re, ſed debet alijs cõferre, ut etiam diximus ſupra,
§. præced. nu.49. non poſſe etiam diſpenſare con-
tra inſtitutionem beneficij, etiam patronati: item
non poteſt concedere licentiam, celebrandi diui-
na officia, in loco interdicto. ut ibi num.71. Item
non poteſt epiſcopus, reuocare ea quæ conceſsit
monaſterio: Nec in monaſterio publice celebra-
re miſſam, niſi de licentia Abbatis, ut ibi num.82.
& per Bal. de perigl. in tract. de exemption. num.
7. in prin. Item non poteſt, res unius eccleſiæ, dare
alteri eccleſiæ, ut ibi num.8. Item non poteſt con-
ſecrare eccleſiam, quam fundauit in aliena diœ-
ceſi, ſed poteſt in ea præſentare rectorem, inſti-
tuendum per epiſcopum diœceſis, ut ibi nu.105.
Item non põt eccleſiã mẽſæ ſuæ unire, & capitu-
lo, ut per Ioan. Bap. Caccialup. in tract. de unioni-
bus art.4. nu.12. & per Felin. in. c. cum acceſsiſſent
col.11. uerſi. & iſta facerent. de conſtitut. Nec po-
teſt epiſcopus ſe ipſum abſoluere, ut per Ant. Ro-
ſel

ſcl.in tract.de concil.in rub. ſimplex beneficium habens num. 36. Nec poteſt Cardinalatum in eccleſia Inſtituere, ut ſupra hoc lib.cap.1.§.4.uerſi. 4.num.2. Nec poteſt epiſcopus ſine capitulo: nec capitulum ſine epiſcopo, immutare ſtatum eccleſiæ, ut ſupra. §. præced. nume. 43. Item non poteſt abſoluere aliquem, ex iniurijs notorijs, & enormibus, ut per Abbatem in. cap. cum illorum, de ſenten. excom. ubi etiam notat arbitrium qualitatis iniuriæ, relinquẽdum epiſcopo uel Abbati, non ad Papam remittendum. Non abſoluit etiam epiſcopus, ubi adijcitur tempus ſuſpenſionis a iure, ſeu per ius, ut per Ioan. And. & dominic.in.c.1.de re iud.in.6. & per glo. in.c.cupientes.§.cæterum.in uerſi. ſuſpenſus.de elect.in. 6. Nec poteſt cedere, aut epiſcopatum dimittere, ſi ſit habilis.c.niſi cum pridem.de renunciat. Nam ubi alias dicitur eum poſſe tranſire ad religionem, hoc conceditur cauſa humilitatis, & inhabilitatis perſonæ, non propter perfectionem ſtatus. c.hoc. 7.q.1.& tradit Io. Lup.in tract.de matrim. & Legit.in.1.parte.nu.45. Item adde, ut epiſcopus non poſsit eſſe archidiaconus, uel exercere eius officium, ut per Decium conſi.644.nu.4. uol.4. Nec poteſt epiſcopus a ſe alienare iura reuerentialia, ueluti uiſitationem & procurationem, ſecundum Abb.& Felin.in.c.cum inter.de re iudic.col.2. Nec poteſt ea, quæ ſunt ordinis, uel dignitatis epiſcopalis, committere non habenti, ut per Cardin. Alex.in.c.pœnitente.50.diſt. Item non poteſt priuare aliquem iure præſentandi, ſibi acquiſito, ſine cauſa, ut per Bart. Brixien.in.q.dominicalibus. q. 53.per.c.ſatis peruerſum.56.diſt. Nec diſpenſare, aut diſponere contra beneficij inſtitutionẽ, etiam patronati: ſine conſenſu patroni. Immo cogitur admittere pręſentatum, ut ſupra hoc.c.§.3.nu.49. Et conſentire acquiſitioni patronatus. Poteſt tamen ex cauſa, ueluti neceſsitatis, uel utilitatis, diſpenſare, & diſponere, patrono nolente, quia patronus non debet impedire utilitatem eccleſiæ. Et diſponere poteſt circa ius patronatus, quando patrono non præiudicatur. Et pluribus præſentatis, in omnibus, æqualibus, poteſt epiſcopus gratificari cui uult, ut ibi. Nec poteſt concedere certæ perſonæ, quam non conſtituit officialem, uel uicarium generalem, facultatem conferendi beneficia uacatura, ut per Oldrad.conſi.770. Vide etiam in.1.uerſi.hic ſeq.aliqua alia, in quibus epiſcopus non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi poteſtas in temporalibus, circa perſonas, ſecundum exempla etiam Bertachini.*
Epiſcopus habet merum Imperium.
Epiſcopus poteſt clericum carcerare, & in eam manus iniicere.
Epiſcopus poteſt citare ſubditum ſuũ, repertum in curia Papæ.
Epiſcopus poteſt ſine capitulo clericos corrigere, etiam alienos,
2 *Epiſcopus poteſt infamiam remittere, non tamen ad honores reſtituere:*
Epiſcopus poteſt clericum ſibi ſubditum, ab alio detentum, repetere.
Epiſcopus poteſt ordinare clericum ſuum, in curia Papæ.
Epiſcopus ſuccedit in gubernio ſcholarium, loco teſtamentarij gubernatoris.
3 *Epiſcopus poteſt agere pro iniuria illata vicario ſuo vel ſubdito: pro propria tamen non poteſt quemquam excommunicare.*
Epiſcopus poteſt remittere iniuriam clerici, cum conſenſu capituli, vt & ſibi eo modo remittit.
4 *Epiſcopi familia, gaudet priuilegio fori.*
Epiſcopus poteſt eſſe in conſilio principis, etiam conſulendo de crimine in genere.
Epiſcopus recipit iuramentum obedientiæ, & fidelitatis, a recipiente beneficium ab eo.
Epiſcopus poteſt eſſe ſimul, & comes.
5 *Epiſcopus non poteſt de clerico vel conuerſo tranſigere, ſine decreto: nec obſidem dare, niſi cum auctoritate Papæ.*
6 *Epiſcopus non habet ius proprium legitimandi.*
Epiſcopus non poteſt procurari, ſi reconciliat eccleſiam pollutam.

POTENTIA EPISCOPI CIRCA PERSONAS, IN TEMPORALIBVS.

IN tẽporalibus, poteſtatẽ epiſcopi circa pſonas per multa exempla declarat Bertachin.d. lib. 4.in.3.parte. Qua in re, tu præmitte illud generale dictum, per quod multa interpretari, & declarari poſſunt,
1 † uidelicet epiſcopum habere merum Imperium, ut diximus ſupra hoc. §. in prin. nu.9. proinde in d.3.parte Bertachin. ponit, quòd licet epiſcopo clericum carcerare, & in eum manus iniicere, ſubditum ſuum in curia Papæ repertũ citare, clericos ſine capitulo congregare, etiam alienæ diœceſis, in ſua tamen repertos delinquere
2 † Infamiam perſonis infamibus remittere, uidelicet omni caſu, quo pôt diſpenſare: nõ tñ reſtituere ad honores: Sic etiam punit exemptum, delinquentem in ſua diœceſi, ut & per Felin.in.c. cum te. de re iud.col.7. Dicit quoque ibi Bertachin. epiſcopum poſſe clericum ſuum, in curia Papæ ordinare. Et ab alio detentum repetere, de quo ei credatur. Et ſuccedere in gubernio ſcholarium collegiatorum, mortuo gubernatore teſtamentario, re
3 licto a fundatore collegij. † Et agere pro iniuria illata uicario ſuo, uel ſubdito: pro propria tamen iniuria, non poteſt quemquam excommunicare. Poteſt etiam iniuriam clerici ſui remittere, cum conſenſu capituli, ut & ſibi eo modo remittit.
4 † Itẽ adde ut epiſcopi familia gaudeat priuilegio fori, quod aliter eſt in alijs Clericis, ut communi-
* ter* tenetur in.cap.fi.de offic. Archid. ſecundum Abb.in.c.2.num.6.de for.compet. Item adde, ut epiſcopus poſsit eſſe in conſilio principis, uel regis, præbendo conſilium, etiam in crimine, in genere glo.

nere,Dicendo, Fures ſunt puniendi, ſecundum. glo.& doctor.in. cap. ex literis. de exceſ.prælat. Item adde, ut epiſcopus, a recipiente beneficium ab eo,recipiat ipſe iuramentum, nedum obedientiæ,ſed etiam fidelitatis:ut per Abb.in.c.grauem. de exceſ.præl.Item epiſcopus poteſt eſſe ſimul, & Comes,ut per Abb.in.c.inter dilectos.colum.3.
5 de fid.inſtr.ubi Felin.col.5.† Non poteſt tamen epiſcopus de clerico,uel conuerſo eccleſiæ, tranſigere ſine decreto. Nec obſidem dare clericum ſuum,niſi cum auctoritate Papæ: Iura autem, & auctoritates allegatas ad prędicta, uide latius per
6 Bertachin.ubi ſupra.† Nec poteſt legitimare,quia non habet ius proprium legitimandi, ut commu-
* niter * tenetur,licet aliquando in aliquibus diſpenſet.ut addo Ant. Roſel.in tract.de legitimat.lib. 2.num.23.Nec procurari,ſi reconciliat eccleſiam pollutam,ut per Abb.& Felin.in.c.accedentes.de præſcript.col.pen.Multa alia,quæ non poſsit epiſcopus,etiam reſeruata Pontifici,diximus ſupra in uer.præced.in prin.remiſsiue,& ſupra hoc lib.c.1. §.4.uerſic.2.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi poteſtas in temporalibus, circa res eccleſiarum,in multis enumeratur, etiam per Bertachin.collectis: cum aliquorum impotentia.*
2 *Epiſcopalis portio,quæ quarta canonica appellatur; quare, & quomodo debeatur;etiam remiſsiue.*
3 *Epiſcopus poteſt conſtituere penſionem Moderatam ſuper aliquo beneficio,cū iuſta cauſa: Papa etiam ſine cauſa.*
Epiſcopus poteſt ordinare, pro bono pacis, vt alteri parti litigandi,aliquid detur.
4 *Epiſcopus poteſt ex cauſa collectā, & charitatiuum ſubſidium imponere.*
5 *Epiſcopus an habeat fiſcū: communis quod ſic.*

POTENTIA EPISC. CIRCA RES, IN TEMPORALIBVS.

De poteſtate autem epiſcopi in temporalibus,circa res eccleſiarum, ad multa collecta per Bertachin. ibi in.4. parte & lib.4. ſufficiat remiſsio; aliquibus tantum generalibus
1 reſumptis,† ut ſcilicet epiſcopus non dominus eccleſiæ ſuæ,ſed procurator dicatur: Itē defenſor: Itē legitimus adminiſtrator,& miniſter quaſi ordinarius,& qnq; maritus eccleſię,cuius morte cenſetur uiduata eccleſia, & factū dicta ſupra hoc. c.in prin. n.6.Proinde ſalua cōſcientia,non pōt de fructibus diſponere, nec teſtari; & bona præſumuntur eſſe eccleſiæ;niſi contrarium probetur. At ſi aliqua acquiſita ſint ex bonis eccleſiæ, & bonis proprijs, ſunt diuidenda pro rata,inter eccleſiam, & hæredes: Epiſcopo,ſuccedit eccleſia ab inteſtato,in bonis eccleſiæ,cuius præſumuntur: in bonis proprijs ſuccedunt legitimi, & eis non extantibus, etiam eccleſia. Sic facto ſimpliciter legato epiſcopo,rei, quam poſsidet, debet illud reſtituere eccleſiæ; niſi probet ſibi factum,intuitu ſuo:Poteſt tamen legatum ſibi factum, etiam contemplatione eccleſiæ, repudiare. Item epiſcopus inſtitutus hæres ſimpliciter,uel expreſſe, contemplatione eccleſiæ, non tenetur inuentarium conficere. Poteſt etiam epiſcopus inquirere pro legatis pijs factis pauperibus,licet inquiſitio non cadat in cauſis ciuilibus. Item per actus epiſcopales geſtos ab epiſcopo, dicitur eccleſia ſua eſſe in quaſi poſſeſsione iuris epiſcopali. Item poteſt epiſcopus tranlige·c,ſine decreto. Item remittere quartam ſibi debitam, de relictis pijs,factis a teſtatore: nam illa, quæ quarta canonica appellatur,ſibi debetur, ut ibi late per
2 Bertachin.† qui ponit rationem,ſcilicet ut debeatur in compenſatione onerum, quæ ſuffert a ſingulis eccleſijs,ſuæ diœceſis, in celebrando, ordines conferendo, Chriſma conficiendo, oleum ſacrum benedicendo, baſilicas dedicando, moniales benedicendo,pœnitentias iniungendo, & alia ſimilia exercendo: Verum de hac quota epiſcopali canonica,& eius materia, quanta ſit: & quomodo debeatur, abunde etiam diſſeruit Lapus de caſtellino,& Pet.de Vbal.in tract. de canon. portion.& de quarta epiſcopali,& parochiali: Sed an de omnibus oblationibus, & mortuarijs, epiſcopus debeat habere quartam? Bal. tenuit quod ſic, in. l. ſi quis ad declinandam column.15.de ſacr.eccl.& Hug.in tract. de offic. quat. prælat.in rub.de cān.porti.qui ibidem dicit in rub.de exact. epiſcop.ipſum poſſe exigere duos ſolidos,a qualibet eccleſia ſuæ diœceſis, nomine cathedratici, præterquam a monaſterijs.c. inter cœtera.&.cap. placuit.10.q.3.Item poteſt epiſcopus ſolus inueſtire aliquem de feudo antiquo, uel emphiteoſi, ſine capitulo,unde non dicatur alienare: Item poteſt in emphiteoſim dare,cum pacto, quod emphiteota non cadat a iure ſuo, ob canonem non ſolutum. Item antiquam emphiteoſim finitam tenetur concedere ſucceſſoribus eiuſdem emphiteotę, & ſic illis de quarta generatione. Non poteſt tamen epiſcopus concedere res eccleſiæ,non ſolitas dari in emphiteoſim. Nec adducere pacta,contra naturā cōtractus emphiteotici. Nec emphiteoſim eccleſiaſticā ſolitā dari ad tertiā generationē maſculinam, concedere ēt ad fœmininam: Nec ſolitam dari ad tempus concedere in perpetuum. Nec poteſt Feudum,uel emphiteoſim dare conſanguineis,in perpetuum,ſed ad tempus: uidelicet uſque ad tertiam generationem. Nec poteſt augere cenſum,uel penſionem colono,uel emphiteotæ, pro fundo meliorato,induſtria emphiteotæ, uel coloni. Nec poteſt auferre colono fundum eccleſiæ,élioratum,& alteri locare maiorem penſionem offerenti. Item poteſt epiſcopus agere pro rebus eccleſiæ ſibi ſubiectæ, nomine eccleſiæ, non ſuo, Item poteſt inquirere pro rebus eccleſiarum contra detentatores. Item poteſt quandoque relicta ad unum effectum pium,conuertere ad alium: regulariter tamen non poteſt, ut per Bertachin. ibi

nu.

num.71.& ſeq. Item poteſt epiſcopus taxare pre-
tia rerum uenalium, puta pannorum, & uictua-
lium, ne nimis, & pretio inmoderato uendantur,
Item cogit obſeruari contractum utilem eccleſię,
licet ſolennitas deficiat. Item poteſt in caſibus,
alienare bona eccleſiæ, non aliter. Poteſt tamen
ipſe mutuare eccleſiæ, ſine auctoritate ſuperioris,
& donare capitulo, quia prohibitus alienare, po-
teſt alienare in conſortes. l. fi. C. non lice. hab.
met. lib. 11. Et alienans contra formam juris, pōt
propria auctoritate contraueniens apprehendere
poſſeſsionem rei, quam alienauit. Item an ualeant
geſta per epiſcopum intruſum, diſtinguit ibi Ber-
tachin. nu. 160. Item epiſcopus cogit uſurarium
dare pauperibus, uſuras ei remiſſas. Item poteſt re
ſtituere hæreditatem relictam eccleſiæ ſuæ, cum
onere fideicommiſſi reſtituendi, alteri eccleſiæ:
etiam ſine capitulo. Item epiſcopus poſsidere di-
citur naturaliter nomine ſuo; ſed nomine eccle-
ſiæ, naturaliter & ciuiliter. Item poteſt epiſcopus
concedere ad uitam alicui, pro bene meritis, de bo
nis eccleſiæ: quod tñ non ſufficit in inſtrumento
exprimi: ſed merita probanda ſunt, & his conue-
niunt ea quæ colligit Io. Bap. Caccialup. in tract.
de penſionib. q.4. num.4.&.5. cum.3. quæſt. ſeq.
3 † ut ubi cōſtet de meritis, & ſic cū iuſta cauſa, epi
ſcopus poſsit in quantitate moderata, aliquā pen-
ſionem deputare alicui, quoad uixerit, ſuper redi-
tibus alicuius beneficij, cap. conſtitutus. de relig.
dom. at etiam ſine cauſa, Papa poteſt, ut hoc lib. c.
1. §.4. uerſic.6. num. 11. Sic epiſcopus poteſt ordi-
nare pro bono pacis, ut alteri parti aliquid detur
litiganti ſuper beneficio, ut per Hier. Gig. in
tract. de penſionib. in.6. q. num.4. Item epiſcopus
poteſt agere pro quarta ſibi debita, ex legatis pijs,
* quam poteſt remittere, non ut * eccleſiæ, ut ſupra.
* Non poteſt tamen quartam doctrinarū, * ſibi de-
bitam donare, ſine conſenſu capituli. Item non
poteſt recipere ſine eo, canonem, poſt tempus ab
emphiteota, qui cecidit a iure ſuo, propter illum
non ſolutum. Item concedens caſtrum cum iu-
ribus ſuis, non uidetur concedere ſpiritualia. Item
relictum ad certum pium uſum, non poteſt con-
uertere in alium pium uſum. Item uendens rem
eccleſiæ, non poteſt habere fidem de pretio. Item
non poteſt exigere a ſubditis ſuis aliquid, præter
4 ſolitum, uel præter ius. † Et ſic non poteſt nouum
cenſum imponere, ſed antiquum renouare, ut ſu-
pra. c. præced. num.48. ſed ex cauſa poteſt colle-
ctam, & charitatiuum ſubſidium imponere, ut per
Abb. in c. conquerente num.5. de offic. ordin. &
alibi. Item habens bona eccleſiæ communia cum
alio, non poteſt ea diuidere, niſi prouoce tur ad di
uiſionem, a ſocio. Item non poteſt emere bona
eccleſiæ, etiam palam, & bona fide. Item non ex-
cuſatur ignorantia iuris. Item non poteſt com-
mittere curam rerum eccleſiaſticarum, uel officio-
rum, alicui Laico. Nec poteſt fructus beneficij
uacantis retinere, ut per Io. Bap. Caccialup. in
tract. de unionibus. art.4. num.13. & 14. Item
5 † quod epiſcopus habeat fiſcum, uide per Felin.
in c. irrefragabili. §. cœterum. de offic. ordin. col.
pen. & per Card. Alex. in c. quoniam. 18. diſt. qui
* communem * opin. tradit eſſe quod ſic, non ta-
men affirmat habere omnia priuilegia fiſci ſecula
ris. Nec a communi uidetur recedere Io. Bernard.
Diaz. in practic. can. crim. licet referat Ioan. Lup.
Hiſp. concedere hoc impropriè, non propriè. in
uerbo. pœnis ve alijs.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi poteſtas circa iudicia, per multa exempla collecta a Bertachino, declaratur, & addūtur alia.*
2 *Cenſuræ eccleſiaſticæ appellatione, venit excommunicatio, interdictū, & ſuſpenſio.*
3 *Epiſcopus ſolus, diſpenſat in pœnis.*
4 *Epiſcopo an credatur plene, vt teſti, ſine iuramento; in foro ſeculari.*

POTENTIA EPISCOPI CIRCA IVDICIA.

Circa iudicia, epiſcopi poteſtas late patet
1 † ut idem Bertachin. plura colligit eo lib.
4. in. 5. parte: uidelicet, ut epiſcopus poſsit
agere pro eccleſia ſua, quo caſu tamen debet ipſe
ante litem conteſtatam, docere ſe epiſcopum, &
ſuam quaſi poſſeſsionem: licet ſecundum Bald.
hoc non ſufficiat, niſi doceat de prælatura, uel ec-
cleſia, & electione ſua; uel niſi agat nomine ſuo: de
quo ſi dubitetur, admittitur cum cautione rati.
Probatio uero epiſcopatus fit, ut ibi multipliciter:
& quomodo libellus concipiatur, quando epiſco-
pus agit ad iura epiſcopalia, ponit ibi Bertachin.
num.32. Sic poteſt agere pro iuribus eccleſiarum,
ſibi ſubiectarum, ut per Pet. de Vbald. in tract. de
canon. epiſc. & paroc. num.5. Item epiſcopus po-
teſt in cauſa eccleſiæ conſtituere procuratorem,
ante, uel poſt litem conteſtatam. Et poteſt eſſe
procurator capituli, quem ſolum reuocare poteſt.
Item poteſt eſſe teſtis in cauſa eccleſię ſuæ: & qui-
libet de capitulo poteſt eſſe teſtis, in cauſa epiſco-
pi, uel capituli. Item poteſt eſſe iudex in cauſa ec-
cleſiæ ſuæ, ut etiam per Iaſ. in l. qui iuriſdictioni.
ff. de iuriſd. om. iud. & Oldrad. conſi. 283. Suſpe-
ctus tamen recuſari poteſt, ut per Abb. in ca. cum
ueniſſent, in fin. de iudic. ubi Felin. & Deci. Sic &
eius uicarius recuſatur in cauſa ſui epiſcopi, ut in-
fra. c. de uicario epiſcopi. §.2. num.13. Sicque ui-
detur eſſe iudex, in cauſa ſui diœceſani contra
alium non diœceſanum, ut per Steph. auf. in tract.
de recuſ. num.24. Item poteſt eſſe arbiter, & arbi-
trator, ut & per Oldrad. conſ.156. Et poteſt iudi-
care de his, quæ fecit, una cum canonicis: dum ipſe
erat canonicus. Item debet iudicare ſecundum
acta, non ſecundum conſcientiam, niſi in caſibus:
ut & per Iaſ. in l. ſiue. in fi. C. de in lite. iur. Item eſt
iudex ſcholarium in locis ſtudiorum, ſi cōueniantur,
non ſi agant; & in cauſis ciuilibus, non crimi-
nalibus:

nalibus:& ſimul cum Rectore ſtudij,& Prætore ci
uitatis. Item agẽs pro eccleſia,non tenetur ſolue-
re ſportulas,uel capita ſolidorum, ſtante ſtatuto:
quod agens ſoluat ſportulas. Item epiſcopus eſt
adiungendus iudici Laico ordinario,recuſato pro
ſuſpecto. Item poteſt ſine mandato ſpeciali, ap-
pellare pro populo ſuo,uel ſubditis ſuis condem-
natis. Item epiſcopus agens, tenetur reſpondere
tanquam epiſcopus,quando reconueniturł Repe-
tens tamen male alienata non poteſt reconueniri:
Et dum ſacra colit, non poteſt citari, Et ſede ua-
cante,non ualet quod contra epiſcopatum geri-
tur. Item epiſcopus ſine mandato ſpeciali petit
reſtitutionem in integrum pro ecc.leſia: Nec iura-
mentum eius ſuper contractu impedit eam. Item
conſenſus epiſcopi requiritur in prorogatione
iuriſdictionis,quam facit clericus,quando expreſ-
ſe ſit. Item poteſt interpretari ſtatuta,& alia du-
bia occurrentia, coram epiſcopo. Item firmior
eſt iuriſdictio Epiſcopi, quam Vicarij ſui. Item
epiſcopus cogitur punire clericum condẽnatum
a iudice ſeculari, pro crimine antequam efficere-
tur clericus. Itẽ põt epiſcopus uenire cõtra cõpo-
ſitionem factam cum uicario ſuo, de pœna depo-
ſitionis,in pecuniariam tranſmutata, de crimine.
Item tanquam ſuperior poteſt exequi ſententiam
Archidiaconi. Itẽ poteſt agere, pro obediẽtia ſua.
Itẽ põt cognoſcere de cauſa delegata,uicario ſuo.
Item poteſt aduocare ad ſe, cauſam uertentem co
ram uicario ſuo: ſecus eſt in alia cauſa uertente
coram alio inferiore ordinario. Item ſi epiſcopus
agit contra Abbatem, ad iura epiſcopalia,in iudi-
cio ueniunt tam iura, quæ debet Abbas, & mona-
ſterium, quam iura quæ debent Laici. Item poteſt
prohibere iudici Laico, ſub pœna excommunica-
tionis,ne exequatur teſtamentum, in quo ince-
ſtuoſus ſit hæres inſtitutus. Item reſtituit in inte-
grum aduerſus ſñiam ſui uicarij, licet ſit idem tri
bunal: & appellatio de uno ad alium non permit-
tatur. Itẽ poteſt ſibi eligere tribunal, in quocunq;
loco,ſuæ diœceſis. Item reductio ad arbitrium bo
ni uiri, a Laudo lato per duos arbitrios, quorum
unus ſit clericus,alter Laicus, petitur coram epi-
ſcopo. Item epiſcopus obſeruat, & exequitur
eã. Itẽ ſi Papa caſum reſeruatũ epiſcopo,eidẽ cõ-
mittit,dr̃ ordinarius. ſi cõmiſsio eſt facta dignita
ti: ſi eſt facta perſonæ,dicitur delegatus. Item epi-
ſcopi conſenſus non requiritur, quando clericus,
uel canonicus,qui poteſt habere proprium,agit in
iudicio:& ibi num.8. an poſsit agere ſine conſen-
ſu capituli, ſicut requiritur conſenſus epiſcopi,
quando capitulum agit. Item epiſcopus de crimi-
ne accuſatus, uel inquiſitus, poteſt ſe defendere,
probando innocentiam ſuam per ſuos familiares,
& domeſticos. Item epiſcopus eſt iudex totius
collegij,in quo ſunt clerici,& laici. Item adde: ut
ſit iudex iudęorum,in cauſa matrimoniali, ut per
Felin.in.c.cum ſit.de for.compet. Item non po-
teſt trahi ad forum iudicis ſecularis. Item epiſco-
pus expulſus petit reſtitutionem iuris epiſcopalis,
nomine ſuo: reſtitutionem uero bonorum, nomi-
ne eccleſiæ. Item adde, ut epiſcopus poſsit irroga
re, & imponere pœnas, & cenſuras de quibus ſu-
a pra hoc.§.in prin. num.3. † cenſurę autem appel-
latione uenit excommunicatio,interdictum,& ſu-
ſpenſio,quæ tendunt ad correctionem,non ad pę-
nam.c. quærenti. de uer.ſign. ubi Io. And.not.&
per Hugon,in tract.de offic. quat. prælat.in rub.
quod epiſcopus non poteſt priuari portione ca-
nonica, nume. 5.& per auct. incertum in tract.
de poteſt. ſecul. & eccleſ. cap. 316. nume. 2. qui
& ibi colligit hic reſumendum, ut Epiſcopus in
criminibus eccleſiaſticis, poſsit corrigere, & pu-
nire laicos, & ſit iudex competens: quæ decclara
tamen,& intellige, ut diximus ſupra libr.1. cap.
1.§.4.uerſic.18.nume.8.&.9. Immo poteſt ſe im
* pedire. * de notorio crimine Laici,nedũ ut pœni-
teat, ſed ut ſatisfaciat, ut per Felin.in.c.cum ſit de
for.compet.col.8. uerſi.ultimus caſus, ubi etiam,
quòd uiſitans poteſt contra eos inquirere, de om-
ni crimine, & ibi tradit an poſsit carceri tradere.
Et generaliter dicas ſecundum Abb. in. c.1. nu.9.
de emption. epiſcopum habere iuriſdictionem in
laicos,de quolibet crimine notorio, ubi reperitur
negligentia iudicis ſecularis. Item poteſt epiſco-
pus dare iuriſdictionem ordinariam in duobus ca
ſibus. Primo creando officialem,cum generaliter
uices ſuas committit. Secundo creando proprium
uicarium: uel etiam conferendo beneficium, cui
ſit annexa iuriſdictio: licet alias iuriſdictionem or
dinariam, ſolus princeps, uel rex, uel uniuerſitas,
uel conſuetudo, uel præſcriptio, conferat, ut not.
in.c.1.de offic.ordin.& Io.Franc.Pauinus in trac.
de offic.& pot.cap. ſed uac. q.2.1. partis princip.
num.2. Item, epiſcopus habens iuriſdictionẽ tem
poralem, ſecundum leges debet iudicare, non ſe-
cundum canones, ut diximus ſupra.§.præced. nu.
54. Item poteſt epiſcopus proferre ſententiam ex
non ſcripto, Auth.niſi breues.C.de ſenten.& per
Ioan. Olden. in tract.de ſentent. & re iud. nu.62.
Item ſi cognoſcat inter ſuós ſubditos, non eſt ne-
ceſſarius libellus,ut p Ioan.Olden.in tract. actio-
num loci communes, in rub.quibus cauſ.lib. ne-
ceſ.non requiritur.nume.11. Item epiſcopus po-
teſt recte admonere, & excommunicare indican-
* tes * fures, uel furta, quia ſuperior tenet omnibus
modis purgare prouinciam malis hominibus, ut
per Abb.in.c. qui cum fure,nu.5.de fur.& dictum
eſt ſupra hoc. §. in prin.in uer.in ſpiritualibus. Itẽ
põt bona cõſcientia, procedere cõtra detractores
ſuos,ut per Abb.in.c.1.de maledicis. Item pęnam
fuſtigationis leuem imponere,ut per Abb.in.ca.2.
de cleric.percuſ. Item ad epiſcopalem dignitatem
pertinet,cognoſcere de cauſa matrimoniali: ſicut
pœnitentias publicas, & indulgentias concedere.
cap. accedentibus. ubi Abb. de exceſib. prælat.
Item poteſt cognoſcere, quando dubitatur de iu-
riſdictione, inter duos ordinarios laicos, ut per
Felin.in.c.ceterum.de iudic.col.6.uerſ.limita iſta
Item uide Abb.& Felin.in.c.licet.de ſymon.quan
do

do epiſcopus poſsit compellere clericum ſubdi-
tum, oſtendere titulum ſui beneficij. Item po-
teſt epiſcopus commutare pœnam iuris, in pe-
3 cuniariã, † quia ſolus epiſcopus diſpenſat in pœ-
nis, ut per Felin. in. c. irrefragabilis. §. cæterum
col. 2. de offic. ord. & per Card. Alex. in. c. quoniã
18. diſt. At pęnam pecuniariam impoſitam per ſen
tentiam, licet poſsit retinere, tamen honeſtius ad
euitandam ſuſpitionẽ cupiditatis deputat in pium
uſum, ut ibidem, & dictum eſt ſupra. §. præced.
4 nume. 74. † Item adde epiſcopum eſſe priuilegia-
tum, ut ei credatur plene, ut teſti, ſine iuramento,
in foro ſeculari, ut per Abb. & Felin. in. c. nuper.
de teſtib. & per Iaſ. in. l. admouendi num. 197. ff.
de iureiur. qui tamen inquit de conſuetudine, hoc
non ſeruari. Immo & iure nouo ut ſupra, lib. 1. c.
9. §. 2. in. rub. dicta teſtium aſſumendo ibi. 22. in
uerſic. Secundam regulam. Item epiſcopus exer-
cet iuriſdictionem in perſonas illuſtres: Sed non
eius uicarius, ut per Iaſ. in. l. in ius uocari. §. prętor.
2. num. 7. ff. de in ius uocan. Item epiſcopus po-
teſt eximere aliquem a iuriſdictione ſua, ut per Ol
drad. conſ. 172. num. 8. Item poteſt exercere pœ-
nas Lateranenſis concilij, in uſurarios, ut per Ab.
conſ. 8 t. col. 2. uol. 2. per. cap. quia in omnibus. de
uſur. Non poteſt tamen epiſcopus exiſtens extra
diœceſim, delegare cauſam alicui, ſecundum Ber-
tachin. ubi ſupra. Item adde ut nec cauſam ſpiri-
tualem laico, nec ſimnl clerico, delegare poſsit, ut
per Felin. in. c. 2. col. pen. de iudic. Nec ſecundnm
Bertachin. ibi. Condemnans criminoſum, poteſt
in ſententia pœnas ſibi applirare. Nec poteſt pro-
hibere iudici laico, ne procedat contra clericum,
qui falſum depoſuit teſtimonium. Item adde, ut
non poſsit cõmittere cauſam, appellatione remo-
ta, ut per Bal. in. cap. cum omnes. de conſtitut. ſe-
quit̃ Felin. in. c. qđ ſuper. col. fi. de maior. & obed.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eſt fautor teſtamentorum, quæ pertinent*
ad pias cauſas tantum.
Epiſcopus quando poſſit ſe intromittere, in vltimis
voluntatibus.
2 *Epiſcopus legatũ factũ pauperibus, quõ diſtribuat:*
& in executoribus teſtamentorum eius cura.
Relicta pro diſtributione, intelliguntur pro anima
teſtatoris, ad pias cauſas.
3 *Epiſcopus poteſt inhibere iudici ſeculari, ſub pœna*
excommunicationis: ne teſtamenta vſuraria exe-
quatur, vel etiam teſtamentum inceſtuoſi.
4 *Epiſcopi bona, non ſunt dtripienda: ſed futuro ſuc-*
ceſſori reſeruanda.

POTENTIA EPISCOPI CIRCA VLTIMAS VOLVNTATES.

Quo ad ultimas uoluntates, poteſtas epiſco-
pi, pariter ampla eſt: ut ultimo loco, & in.
6. parte dicti. 4. libri abũde explicat Berta-
chin. ex cuius uerbis in prin. & not. in. l. nulli. C.
de epiſcop. & cleric. & in. c. nos quidem. de teſta-
1 men. præmittere poſſumns, † ut epiſcopus dica-
tur, & debeat eſſe fautor teſtamentorum: eorum
tamen quæ pertinent ad pias cauſas tantum, quæ
etiam declarat inibi idem Bertachin. & num. 42.
ut epiſcopus poſsit ſe intromittere, in ultimis uo-
luntatibus, decedentium in ſua diœceſi, poſt an-
num: ſi intra annum, hæres, uel executor teſtamen
tarius, non implenit officium ſuum: bona cum fru
ctibus interdicendo: & niſi qualitas officij duret
poſt annum, & niſi poſt annũ ſit a teſtatore pro-
uiſum, & ſi executor teſtamentarius, ſit de iure, uel
de facto impeditus: Nam his caſibus, exequitur
cum forma tradita executori teſtamentario: puta
de conſilio Guardiani, ut & per Felin. c. cum ac-
ceſsiſſent. col. 8. de conſtitut. & Iaſ. in. l. ſi eum. §.
qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. num. 22. Sed an epi-
ſcopus, poſsit ſe intromittere in relictis ad non
pias cauſas, poſt annum, glo. & doct. diſſentiunt,
ut per Roland. Paſſager. in tract. formarum ad
om. cap. teſtamen. rub. 4. nume. 4. & ſeq. qui cum
diſtinctione uidetur concludere, ut poſsit, concor
dando opin. Verum Alex. conſil. 239. in. fi. uol. 6.
* magis communẽ * atteſtatur, indiſtincte loquens,
ut epiſcopus poſsit cogere hæredes, ad ſatisfacien
dum legatis, etiam factis ad non pias cauſas. Poſt
annum tamen, poteſt epiſcopus excludi per teſta-
torem, ab officio exequendi. Exequitur tamen
teſtamẽtum, in quo non eſt datus executor, etiam
ſi id prohibuerit teſtator, de quo per Alex. conſil.
206. nu. 9. uol. 6. At executoriã teſtamenti, ad ſe
deuolutam, poteſt epiſcopus alteri committere:
quod aliter eſt in executoribus alijs, qui per ſub-
ſtitutum exequi non poſſunt. Et poteſt epiſcopus
alium ſubrogare, loco executoris priuati, propter
male geſtum officium, quo ad piam tamen cau-
ſam tantum: Immo poteſt cogere executorem
emendare quod male geſsit, & remouere ſuſpe-
ctum executorem, etiam nemine accuſante, inſtar
tutoris: & pariter poteſt ſicut hæres, legatarius, uel
quilibet alius, cuius intereſt, impedire malã admi-
niſtrationem teſtamentarij executoris: & ſi execu
tor teſtamentarius eſt inhabilis, ſuccedit ei epiſco
2 pus: ne pereant pia legata. † Item epiſcopns hære-
ditatem, uel legatum, panperibus relictum, diſtri-
buere debet, inter pauperes loci, in quo teſtamen
tum factum, uel alia male ablata: quæ tamen ali-
bi quandoque uidetur poſſe fieri. Nec taliter reli-
cta pauperibus, poteſt grauis remittere, ut per So-
cin. conſ. 127. num. 9. uol. 3. licet facta reſignatio-
ne per uſurarium, in manibus epiſcopi, de male
ablatis, poſsit epiſcopus donare partem, immo &
totum filijs uſurarij, ut conſnluit Iaſ. conſ. 213.
num. 2. uol. 2. Relicta autem ſimpliciter hæredi-
tate diſtribuenda, intelligitur relicta diſtributio
ad pias cauſas, pro anima teſtatoris, inter paupe-
res, ſecundnm Bal. in. l. executorem col. 2. C. de
execut. rei. iud. Item epiſcopus poteſt uendere
bona immobilia, ut diſtribuat inter pauperes,
etiam

etiam ſi teſtator ea prohibuit vendi: deficientibus tamen mobilibus, & nominibus debitorũ. Habet propterea epiſcopus, diſtributor bonorum inter pauperes, actiones hæreditarias, ſicut hæres, & executor teſtamentarius. Item poteſt epiſcopus cogere executorem teſtamentariũ ad vendendum, & diſtribuendum, in piã cauſam. Item epiſcopus poteſt legatum factum pauperibus, poſt mortem hæredis, ſolutum per hæredem in vita ſua, cogere ad ſoluendum iterum, poſt mortem hæredis, ſecundũ Bartol. Sed Bald. tenuit contrarium, & alij relati ibi. Item epiſcopus cogit executores teſtamentarios, ad ſe concordandum, & exequendum. Item ſi executor male arbitratur in exequendo, corrigit ea epiſcopus. Item declarat poſt annum, ſi is cui teſtator commiſit declarationem intra annum, non declarauerit perſonas, quibus aliquid dandũ erat, vel uſuras reſtitui. Item pro quarta ſibi debita, de legatis pijs, epiſcopus agit contra executores teſtamentarios, pro legatis nondum ſolutis, alias agit contra legatarios. Item tenetur curare, ne committatur fraus, per teſtamentarios executores. Item poteſt ipſe executor in teſtamento dari, ſiue ad piam cauſam, ſiue ad prophanam, quia tunc tenetur conficere inuentarium, coram iudice laico. Item epiſcopo allegandi executorem teſtamentarium non feciſſe executionem infra annum: & ſic ius exequẽdi ad eum eſſe deuolutum, incumbit onus hanc negatiuã probandi. Item epiſcopus eſt executor ad diſtribuendum male ablata, incerta: ſi non apparet is cui fuerit ablatum, ut etiam tenet Paris put. in tract. de ludo. nume. 43. & Iac. a canibus, in tract. de execut. ult. volunt. §. 3. num. 15. qui ponit rationem. Item citandus eſt per hæredẽ, ad defenſionem inuentarij faciendi per eum: ſi teſtamentum continet relicta ad piam cauſam. Item epiſcopus cogit etiam ſocium vſurarij, qui participauit de vſuris, ad reſtitutionem vſurarum. Item epiſcopus poteſt diſtribuere inter pauperes bona peregrini mortui inteſtati, ubi non ſunt agnati, uel legitimi hæredes: Item epiſcopus executor, cogit filios teſtatoris ſoluere, quando teſtator reliquit pro anima, arbitrio filiorum. Item ſi hæres nolit exigere a debitoribus hæreditarijs, ſuccurritur pauperibus, ut epiſcopus cogat ad agendum. Et executor agit contra hæredem, vel debitorem hæreditarium: uel etiam legatarius, contra eoſdem: uel contra executorem, coram epiſcopo loci, in quo defunctus habuit domicilium, vel originem: uel etiam coram Iudice laico, utriuſque loci. Item executor teſtamenti, debet reddere rationem epiſcopo: & ibi quæ requirantur in redditione rationis. Item ſucceſſor epiſcopi, teſtamentarij executoris, ſuccedit etiam in officio executoris. Item epiſcopus executor teſtamenti, poteſt diſtribuendo dare bona eccleſiæ ſuę, & ſibi, & coniuncto pauperi ſi habet conſocium. Item epiſcopus loci originis, & epiſcopus domicilij, habet parem poteſtatem diſtribuendi: Nec unus poteſt retractare, quod alius legitime fecit. Item epiſcopus ciuitatis, eſt executor teſtamenti illius, qui in mari deceſsit: ſi locus maris ab eo regitur, uel ſi intra centum milliaria ſit uicinus. Item ſi epiſcopus mãdat executori teſtamentario, ad piam cauſam conſtituto, ut exequatur in tribus terminis, executore contumace, in tertio termino, priuatur poteſtate exequendi, intra annum. Item epiſcopus diſtribuẽdo alimenta inter pauperes, dat uni, quantum alteri, de cibo, & potu, etiam ſi unus pluſquam alter comedat, & bibat, Veſtimenta debet præſtare ſecundum qualitatem perſonarum. Item epiſcopo præfertur executor in teſtamento datus, etiam ad reſtituenda omnia bona, tanquam male ablata inuenta: Item epiſcopus, uel executor, exequi poteſt: etiam abſente, vel inuito hęrede: qui diſtribuit inſpecta dignitate teſtatoris, numero filiorum: & facultate bonorum, ubi teſtator non declarauit. Item epiſcopus diſtribuit pro anima teſtatoris, ẽt quod nõ conſtet, quod fuerit Chriſtianus. Item re integra, executore renunciante epiſcopo, & pœnitente eum, non diſtribuit Epiſcopus. Item epiſcopus poteſt dare fraternitatibus legatum factũ ad pium vſum, ſiue pius uſus fuerit expreſſus, ſiue non, quia ſubintelligitur. Item epiſcopus ſubſtitutus pro pauperibus, excludit matrem pupilli:

3 † Item adde epiſcopum, poſſe inhibere iudici ſeculari, ſub pœna excommunicationis, ne teſtamenta vſuraria exequatur, vel etiam teſtamentum inceſtuoſi, ut per Bald. in. l. conſulta. C. de teſtam. Item adde hic caſum ſingularem, de quo fecimus, mentionem ſupra hoc. §. nume. 8. uerſic. in ſpiritualibus. ut epiſcopus poſſit filio exhæredato reſtituere hæreditatem, in qua pater inſtituit eccleſiam:

4 † Item adde, vt epiſcoporum bona non ſint diripienda, ſed ſucceſſori futuro reſeruanda, ut per Io. cop. in tract. de fructibus, in rub. de fructibus ſacer. & benefic. c. 2. numero 2. Item epiſcopus habet beneficium pro pauperibus. l. fin. C. de edic. Diui Adri. Tol. ut per Iaſ. ibi. numero decimoquinto. Non poteſt tamen epiſcopus hæreditatem diſtribuendam inter pauperes, dare ſpurio teſtatoris, etiam pro alimentis: licet alias ei ſint debita. Neque eligit pauperes, intra annum non electos, per habentem ius eligendi eos, ex teſtamento: ſed debet diſtribuere bona inter pauperes electos ab executore, poſt annum: licet executor ſit priuatus, ob non factam executionem, ideſt diſtributionem. Nec mortuo epiſcopo executore legitimo, ſuccedit capitulum in officio exequendi. Nec poteſt epiſcopus originis impedire, ſi epiſcopus loci cœpit diſtribuere. Nec poteſt diſtribuere, tanquam in caſu incerto, niſi adſint coniecturę: ſi epiſcopus perdidit memoriale ſibi datũ, continens quantitatem reſtituendam: & quibus reſtitutio eſſet facienda. Nec poteſt dare fundum pauperibus, epiſcopus executor, ſi eum teſtator iuſſit uendi, & dari pauperibus: niſi emptor non reperiatur.

SVMMARIVM.

1 *Viarius epiſcopi, tonſura, & ſacerdotali babitu inducitur.*

2 *Vicarius epiſcopi, laicus eſſe non poteſt: licet ſit clericus coniugatus, non bigamus.*

Aſſeſſor, nullam babet iuriſdictionem.

Aſſeſſorem, quilibet ordinarius aſſumere poteſt.

Aſſeſſor quis eſſe non poteſt in patria ſua.

3 *Laici non debent iudicare viros eccleſiaſticos.*

4 *Habitus epiſcopi, etiam clericalis dicitur: ſicut in monacho.*

5 *Monachus etiam ſine licentia Abbatis, conſtituitur Vicarius epiſcopi: quia ſic & eius cubicularius.*

Religioſus mendicantium, non poteſt conſtitui Vicarius epiſcopi.

6 *Vicarius Epiſcopi, non poteſt eſſe, qui eſt excommunicatus: nec bigamus: ibi remiſſiue, quid de canonico regulari.*

7 *Vicarius ab epiſcopo nominatur, & conſtituitur, eius poteſtas a iure recipitur, etiam ſine conſenſu capituli, vbi æquitas ſubeſt.*

Vicarium remouere ad libitum, poteſt epiſcopus.

Vicarij officium ceſſat, mortuo, vel excommunicato epiſcopo: vel capto ab infidelibus.

Vicarius non poteſt perficere cauſas incboatas, viuẽte epiſcopo: vt idem eſt in delegato.

Vicarius epiſcopi, temporalis, non perpetuus dicitur.

Vicarius proprie dicitur, qui perpetuus, ſuperioris auctoritate conſtitutus, & num. 13.

8 *Vicarius perpetuus poteſt conſtitui ab epiſcopo, in eccleſia ſua, prælatus inferior: recipiens etiam nomino dignitatis ſuæ, iura epiſcopalia, præter tria.*

9 *Vicarius a Vicario regulariter non conſtituitur: ibi quando.*

10 *Vicarius ſecundus ſi conſtituatur, cenſetur reuocatus primus.*

11 *Vicarij epiſcopi conſtitutio, quomodo dignoſcitur a delegato.*

Vicarij, & epiſcopi auditorium, idem eſt: quod ſecus eſt in delegato: & nume. 15.

Auditores Principis, dicuntur ordinarij.

12 *Vicarius epiſcopi dicitur ordinarius, & vide ſub nume. 12.*

Vicarij, vel vicegerentes, ſunt in multiplici differentia.

13 *Vicarij quando a Præſidibus, vel iudicibus, conſtitui poſſint.*

14 *Vicarius, uel Vicegerens, quod non ſit tantum honorandus, quantum ſit principalis: ſed tanquam repræſentans principalem.*

Vicarij multiplici nomine appellantur.

15 *Vicarij geſta, dicuntur geſta epiſcopi: & de epiſcopo iura loquentia, verificantur in Vicario, quando cadunt in mandato.*

Vicarius epiſcopi cenſetur babere generale mandatum ad omnia, quæ alias ſibi conceſſurus fuiſſet.

Vicarius epiſcopi, de omnibus cognoſcit, de quibus epiſcopus: niſi in caſibus in iure expreſſis.

16 *Vicarius differt ab epiſcopo in 28. caſibus enumeratis.*

Vicarius poteſt abſoluere criminoſos.

17 *Epiſcopus omnia poteſt, niſi ea quæ de iure probibetur.*

18 *Epiſcopi iuriſdictio, firmior eſt, quam Vicarij ſui.*

LIB. II. CAP. VI. DE VICARIO EPISCOPI.

§. I. DE CONSTITVTIONE VICARII EPISCOPI.

1 VIcarius Epiſcopi, † tonſura, & ſacerdotali habitu indutus: eidẽ contiguus, eodemq́ue fere in tribunali aſsidens, proſpiciebatur: nullo tamen caput contegebat ornamento: ſicut nec cæteros ſacerdotes, contegere tradit Specul. in rationali diuinorum in. c. de mitra, lib. 3. At qualis ſit habitus clericalis, tetigimus ſupra hoc lib. c. 1. §. 4. uerſ. 6. nume. 24. & c. præced. §. 3. nume. 14. & hic dicas, Clericalem habitum, eſſe tonſuram, & ueſtes. c. ſi iudex. §. idem eſſe. de ſenten. excomm. in. 6. ubi Philip. Franc. & Cardin. Alex. in. c. pœniten-
2 tes. 50. diſt. † Proinde ſatis clare conſtat, Vicarium
epiſcopi, laicum eſſe non poſſe, licet ſit clericus coniugatus: dato quod non ſit bigamus, ſecundũ Philip. Franc. in. c. 1. nume. 6. de offic. uic. in. 6. Secus eſt in aſſeſſore, uel conſultore, ut habetur etiam per Abb. & doct. de his in. c. decernimus. de iudic. præcipue per Felin. ibi nume. 6. & per Bertachin. in tracta. de epiſcop. in. 7. parte. 4. lib. nume. 22. & communem atteſtatur Iaſ. in rub. ff. de offic. aſſeſſor. nume. 3. ut laicus etiam poſſit eſſe aſſeſſor epiſcopi: quia nullam habet iuriſdictionem, ſed ſolum habet conſulere, ut habetur in dict. c. decernimus. per doct. Et ibi, quod quilibet ordinarius poteſt ſibi aſſumere aſſeſſorem. Aſſeſſor tamen in propria ciuitate quis eſſe non poteſt propter ſuſpitionem, ne quid gratioſe fiat, alias punitur: cum nemo ſit acceptus propheta in patria ſua, Bar. in. l. fi. ff. de aſſeſſoribus. & diximus ſupra. c. præced. §. 3. nume. 51.
3 per. c. in noua. 16. quæſtio. 7. † quia indecorum
eſt laicos uiros, eccleſiaſticos iudicare: & licet tex. ibi innuat, ut qui in adminiſtrationibus aſſociantur Pontificibus, & ſic epiſcopis: nec profeſsione, nec habitu, diſcrepare debeant: intellige tamen ſecundum Archid. ibi, de generali, & Principali profeſsione, uel habitu, ſcilicet clerica-
4 li. † cum habitus epiſcopi, ẽt clericalis dicatẽ: ſicut
ẽt in monacho: & cum hac declaratione, ẽt ſentire

uidetur

uidetur Card. Alexan.in.c.ſi quis.circa fi.58.diſt.
5 qui ibi cum gloſſ. concludit, † Monachum forte
etiam ſine licentia Abbatis, poſſe conſtitui vica-
rium ab epiſcopo,quia poſsit eo inuito,habere eū
in cubiculariū ſuum: qui tn̄ debeat habere ſecum
ſocium de conuentu. Religioſum tn̄ ordinis men-
dicantiū,non poſſe conſtitui uicarium, tenet ibi-
dem Card. ex ſententia Imol. & adde ſecundum
Philip. Franc. in d.c.1.de offic.uic.in.6.nume.6.
6 † excommunicatum non poſſe eſſe Vicarium epi-
ſcopi: Item nec bigamum. An autem monachos,
uel canonicus regularis, poſsit eſſe Vicarius epi-
ſcopi, ſe remittit ad Imol. in cap. fi. de inſtitut.
Non eſt dubium igitur, Vicarium ab epiſcopo cō
ſtituendum,ut etiam per Specul. in titu. de offic.
7 Vic. † Nam & ſecundum Hoſtien. in ſum. de offi.
uic.§.1.in fi.nominatio fit ab epiſcopo: poteſtas
uero Vicarij, recipitur a iure: ad eamq́ue conſtitu
tionem,teneri epiſcopum diximus d. numero 51.
Hocq́ue poſſe etiam ſine conſenſu capituli, tradit
Hoſtienſ. in d. ſum. de offic. uic. §. & in quibus.
uerſ. ſed nunquid.ſequitur Ioan. Franc. Pauin. in
tract. de offic. & poteſt. cap. ſed.uac.quæſt.10.2.
partis princip.nume. 12. Inferq́ue Hoſtienſ. ubi
ſupra,Vicarium ab epiſcopo ſubſtituendum, ubi-
cunque æquitas ſubeſt.quæ dicitur ſubeſſe in om-
nibus caſibus, in quibus poteſt abſens ſine pecca-
to,per uicarium deſeruire, enumeratq́ue duode-
cim caſus. Subditq́ue etiam Pauin. ubi ſupra,poſſe
epiſcopum illum remouere, ut ad libitum, etiam
cum iuramento conſtitutum, tenuit idem Berta-
chin. cum relatis,d.7.parte.4.lib.nume.14.& per
Felin.in.c.ſi diligenti.colum.pen.de for.comp. &
Philip. Franc. in.c.Romana.de offic.uic.in.6.nu-
me.5.Sic,mortuo uel excommunicato epiſcopo,
ceſſat officium Vicarij, vt per Abb.in.c. quoniam
Abbas.nume. 16.de offic. deleg.vel etiam eo ca-
pto ab infidelibus, ut per Philip. Franc.in.c.ſi epi-
ſcopus.nume.3.de ſup.neg.præl.in. 6. Qua de re
etiam cauſas inchoatas, uiuente epiſcopo, nequit
Vicarius perficere,ut per Specul.in tit.de offic.or-
din.§.1.uerſi.auditores,& Bertachin.dict.7.parte.
nume.6.& idem eſt in delegato.l.& quia.ff. de iu-
riſd.om.iud. Quo fit ut epiſcopi Vicarius, tem-
poralis,non perpetuus dicatur,ut per Ab. & doct.
in. c. poſtulaſti. column. 1.de reſcrip.ſed Cardin.
in clem. 1.de offic.uic. dicit eſſe perpetuum: plu-
res ſpecies Vicariorum commemorans. Vicarius
tamen proprie dicitur ille,qui perpetuus eſt,ſupe-
rioris auctoritate conſtitutus, ut per Abb. in. c. g.
perpetuus. de fide inſtr.&in. c. extirpandæ. §. qui
8 uero,de præb. † Atque præmiſsis adde, prælatum
inferiorem, Vicarium poſſe conſtitui perpetuum
ab epiſcopo in eccleſia, recipientem etiam nomi-
ne dignitatis ſuæ, iura epiſcopalia, præter tria: vi-
delicet Cathedraticum, Reuerentiam, & ſubſi-
dium charitatium: licet alias epiſcopus non poſ-
ſit a ſe, uel a iuriſdictione ſua, eximere eccleſiam,
ut per Abb.in.c.cum uenerabilis.colum.2.de cen-
ſibus.niſi in quatuor caſibus, ut ibi per eum: quæ
intellige de inferiori eccleſia, & cum conſenſu ca-
9 pituli. † Porro Vicarium a Vicario creari uel
conſtitui non poſſe, regulariter ſtatutum uidetur,
ut per Hoſtienſ. ubi ſupra. §.fi. per c. clericos. de
offic. uic. ſequitur Bertachin. d.7. parte nume. 2.
idem tenet Bald.in.l.aliquando.nume. 3.de offic.
proconſ. & leg.& Felin. in d.c.g. perpetuus.col.1.
de fid. inſtr. & Philip. Franc.in d.c. Romana. nu-
me.4.Qui Bald.tamen uidetur declarare, ut Vica-
rius non poſsit creare uicarium, cum ordinaria po
teſtate:ſed per modum delegationis, poſsit alteri
committere uices ſuas. c. 1. de offic.uic.in. 6. ubi
idem Philip. tunc etiam concedit, ſi uicarius de
conſenſu epiſcopi, in totum, ad tempus, ex iuſta
cauſa committeret uices ſuas,cum nec per hoc, il-
las abdicet a ſe:& ita ſeruari ex conſuetudine ap-
probata,ſecundum Ioan.And. ibi commemorat
allegando etiam Rot. deciſ. 378. Item Felin. ut
ſupra,declarat,Vicarium ex magna cauſa abſenta-
turum, non ſæpe, & pro modico tempore, poſſe
alium Vicarium dare, ſecundum glo. & doct. in
clem. 1. in uer. ad locum aliorum. de regular. Itē
ex probabili & neceſſaria cauſa, poſſe a uicario
Vicarium ſubſtitui, allegatur Hoſtien. in d.c.cle-
ricos.ubi Abb.de offic.uic.& Bal. in Marg.in uer.
10 Vicarius. † At ſi epiſcopus, ſecundum uicarium,
poſt primum conſtituat, cenſetur reuocare pri-
mum,ut Ioan.And.& mod. allegati p Bertachi.in
d. 7. parte.4.lib.nume.24. cum eo hoc affirmant:
contrarium tamen tenet Abb. in. c. uolentes. de
11 offic.leg. † Conſtitutio uero Vicarij, ſecundum
Bar. in. l. 1.in fi. ff. quis & a quo appel. ſit & di-
gnoſcitur a delegato, ſi quis conſtituatur ut ge-
rat uices ordinarij, in eodem loco, & eodem tri-
bunali, quo conſueuit ipſe ordinarius eſſe: quo ca
ſu recte dicitur idem auditorium: nam nec de uno
appellatur ad alium. Delegatus uero dicitur &
conſtituitur quis, ad uniuerſitatem cauſarum, &
appellatur a delegato ad delegantem, cum non ſit
idem auditorium, & hæc ſequitur etiam Bertach.
d.7.parte.4.lib.num. 15. Veruntamen delegatum
ad uniuerſitatem cauſarum, dici ordinarium, te-
nuit gloſſ. in. c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip.
in Sexto, de quibus uide quæ ibi remiſsiue ponit
Philip. Franc.nume. 10. Et hic adde, ut eo pacto,
Auditores Principis, & Pontificis, dicantur ordi-
narij, ut declarat Salicet. Bartolum in. l. præcipi-
mus.in prin.C.de appellat. † Sic uicarius epiſcopi
dicitur ordinarius, ſecundum Doct.in.c.2.de con
ſuetud. & in. c. licet. de offic.uic.& per glo.in. c.
perlectis, in uer. iurgia. 25. diſtinct. ubi Cardin.
* Alex. qui ibi communem* opin. tradit: & ponit
quomodo cognoſcatur iuriſdictio ordinaria: &
col.5.ſubdit,de iure Archidiaconum eſſe Vicariū
epiſcopi cap. 1. de offic. Archid. & idem tenet
Alexand. in rub. de offic. eius. nume. 16. de quo
ſuo loco dicemus. Quod Vicarius epiſcopi dica-
tur ordinarius, tenet etiam Bertachin. in d. tract.
de epiſcop. in d.7. parte, quarto lib. nume. 1. &
Alexand. in d. rub. ff. de offic. eius.numero 15.

qui ibi.num. 17.notabiliter declarat, ſi uicarius eſt generalis in diœceſi, non in certa parte, ad certos actus, per glo.antepen.ſign.in cle.2.de reſcrip. eadem uidetur tenere Iaſ. in d.rub.num.2.& Felin.in rub.de offic.deleg colum.fi. Item declara, ut ſi cauſæ criminales, & collationes beneficiorum ſpecialiter committantur uicario, dicatur delegatus, ut per Marran. in ſpecul. aur. diſtinct. 16.nu. 16.Ad præmiſſa adde, quòd vicarij, vel vicegerentes, vel ſimiles, ſunt in multiplici differentia. & ultra Ab.Felin.& Doct.in d.c.poſtulaſti. de reſcrip. uide omnino Alexan. in d. rub.nume.13. & ſeq.qui pulchre, etiam diſtinguendo iura canonica & ciuilia, declarat quomodo conſtituantur Vicarij, vel vicegerentes, & habeant iuriſdictionem ordinariam: & concludit, ut Vicarius conſtitutus a lege, vel ſuperiore, loco abſentis uel impediti, ordinarius ſit. Delegatus, largo modo, dicitur delegantis uicegerens, conſtitutus per uerbum, Delego. At ſi quis conſtituatur Vicarius, uel uicegerens, ſine uerbo Delego, ab inferiore a principe, dicit ſecundum iura ciuilia, non habere ordinariam iuriſdictionem. Vnde infert,
13 † quod Poteſtas, Præſides, vel Iudices ordinarij, non poſſunt conſtituere uicarios, niſi permittat conſuetudo: licet habere poſsint, non ut ſeorſum, ſed ut in eorum præſentia, ordinariorum committentium, expediant cauſæ: & cum Alexan. tenet Marr. in ſpec. aur. diſtinct. 5. princip. nume. 17. & breuibus tranſit Ripa in cap.45. de reſcrip. At Ioan. de graſ. in tract. de ſubſtant. procuratorij. in uer. uicarios, inquit eos proprie dici uicarios, qui gerunt idem tribunal, uel officium pro domino, toto tit.C.de offic.uic.&.c.1. de conſuetud. in. 6. & tres ſpecies ponit, ut quidam ſint uicarij in iuriſdictione, ut uicarius epiſcopi: quidam uicarij in officijs, & miniſterijs eccleſiæ, ut in tit.de offic.uicar. quidam, qui dicuntur locum tenentes, qui habent maiorem auctoritatem. §.
14 hoc uero iubemus. in authent. de collat. † An autem Vicarius, Vicegerens, uel Locumtenens, qui idem uidentur eſſe, ſit tantum honorandus, quantum principalis, Alexan. in.l.ſed ſi.§.ſemper. in princ. de in ius vocan. ubi Iaſ. nume. 6. & dicemus inf. Concludunt, quod non. idem latius concludit Decius in. c. ſane. colum. 1. de offic. deleg. quicquid ſenſerint multi contrarium tenentes: quibus ipſe reſpondet. Et ideo infert, Ducem eſſe præferendum ambaſciatoribus regis. Concedit tamen Vicarium, ſiue locum tenentem honorandum, tanquam repræſentantem principalem: Sic perſona principis repræſentatur in quolibet magiſtratu, ut per Franc. Luc. in tracta. de fiſco. in. 2. parte. nume. 10. in tit.de crim. læſ. maieſt. qui nititur auctoritate Alb. Et adde quod Vicarij quandoque etiam Commiſſarij, Officiales, Nuncij, uel miſsi dominici, Foranei, Subſtituti, Viſitatores, Vicedomini, & Vicecomites dicuntur ut per Ioan. Franc. Pauin. in tract. de offic. cap. ſede uac. q. x. ſecundæ partis, ubi quid de ſuffectoſ: & uide Cardin. in clo. 1. de offic. uic. & Alciat. in rub. de offic. ord. nume. 22. qui dicit hoc
15 eſſe generale uerbũ. † Tametſi, unũ & idẽ, ſit auditoriũ epiſcopi, & eius Vicarij. c.Romana. ubi Philip.Franc.& doct.de appel.in.6. & ut ſupra: & geſta Vicarij dicunt geſta epiſcopi: atq; iura loquẽtia de factis, uel faciẽdis per epiſcopũ, uerificant, etiam ſi fiant per eius uicarium, uel eius delegatũ: quando tamen ſunt talia, quæ cadunt in mandato, ut ꝑ glo.in.c.1.in uer.per epiſcopos. ubi Fran. & doct.de capell.monac.in.6. atque tradit Corn. conſ.172.num.7.uol.1.uicarium epiſcopi, cenſeri habere mandatum generale uirtualiter, ad omnia, ab epiſcopo, quæ alias ſibi conceſſurus fuiſſet in ſpecie: & propterea dicitur etiam, quod uicarius epiſcopi, ex quo habet iuriſdictionem ordinariam, poteſt ex generali commiſsione, regulariter de omnibus cognoſcere, de quibus poteſt epiſcopus, niſi in caſibus expreſsis in iure, ut habetur in.c.2. ubi glo. Philip. Franc. & doct. de offic. uic.in.6.& Corn.conſi.181.nume. 39.uolum. 2. & ideo inquit etiam Bertachin.in.d.7.parte.4.lib. Vicarium habere eandem iuriſdictionem, quam habet epiſcopus: quæ declaranda ſunt, ſi uicarius bene, & iuridice agit: alias non tenetur epiſcopus obſeruare eius factum, ut per Dec. conſil.43.
16 † Notandi tamen ſunt caſus, qui faciant differre epiſcopum a uicario, qui illi ſunt: Primo ut in cauſis criminalibus uicarius non poſsit cognoſcere, ex generali commiſsione. d. c. 2.ubi gloſſ. & Philip. Franc.nume. 5. & Bertachin. ubi ſupra, nume. 15. qui declarat hoc procedere, quo ad pœnam: non quo ad inquiſitionem, & relationem faciendam epiſcopo. At poſſe Vicarium abſoluere criminoſos, tenuit Felin. Socin. & Rot. relati per Ripam.in.l.qui condemnare.nume.9.ff.de re iud. licet ipſe aliter ſentiat. Secundo in deſtitutionibus uel etiam collationibus beneficiorum, ut ibidem per Franc.per.c.3.eo.tit. & Bertachin. ubi ſupra, nume.21.&.40. quod procedit etiam in dignitatibus curatis, ſecundum Felin. in.c.cauſam quæ. colum.12. de reſcrip. Sed uide eundem Bertachi. ibi.nume.32. quid ſit abſente epiſcopo, de conſuetudine. Tertio in literis commendatitijs ad ordinem, in quibus requiritur ſpecialis commiſsio, ſecundum gloſſ. in. dict. c. 2. & per Franc. ibidem.
* Quarto qui loco,* ponit differẽtiam, quia uicarius non poteſt ſe intromittere de cauſa cœpta per epũ, in qua incœpiſſet cognoſcere epiſcopus: quia Vicarius reuocatus cenſetur. arg. c.ſi quem. de procur. Quintum caſum ponit in uiſitatione, quam non poteſt facere uicarius: ſicut non poteſt facere capitulum, ſede uacante, ſecundum glo. in clem. 1. in uer. capituli. de hæretic. Sextum caſum ponit, quia a delegato epiſcopi non appellatur ad uicarium, ſed ad epiſcopum: quod concedit Philip. Franc. in. c. dilecti. 3. nume.34. de appel. ſi epiſcopus eſt præſens: uel in loco uicino: ſecus ſi in remoto: & plus ſecundum Rot. indiſtincte contra tenetur. Septimum in

pœni-

pœnitentijs, quas non poteſt Vicarius imponere, in caſibus epiſcopo reſeruatis, ſecundum Archid. & Hoſtienſ. ibi per Philipp. allegatos. Octauum ponit, vt non poſsit vicarius generalis cognoſcere, ſicut epiſcopus, quando alius poſt primum, fuiſſet generaliter deputatus. arg. cap. non iniuſte, de procur. in ſexto, cum alijs adductis. Nonum caſum potes colligere, ex verbis Philip. Franc. inibi, vt generalis Vicarius, non poſsit ſe intromittere, de cauſa alterius Vicarij, ſpecialiter conſtituti: cum tamen epiſcopus id poſsit. Decimum etiam potes colligere ab eo: vt vnus Vicarius generalis, non poſsit ſine alio generali, procedere, quando ſunt duo conſtituti generales ſimpliciter, non inſolidum, argu. c. ſi duo. de procurat. in ſexto, & tamen epiſcopus poſſet. Vndecimum collige ex dictis Philip. Franc. in dict. c. Romana. nume. 3. de appellat. in. 6. nume. 3. ut epiſcopus poſsit degradare: non autem vicarius: quia etiam epiſcopus, ubi non ſit conſecratus, hoc non poteſt. c. tranſmiſſam. de electiõ. Duodecimus eſt caſus, ut ibi per Philip. quia uicarius non habet poteſtatem reconciliandi excommunicatum: niſi ſit ſacerdos, ſecundum Hoſtien. licet aliter placeat Archid. Tertiodecimo colligere potes ex dictis Bertachin. in d. 7. parte. 4. lib. nume. 13. ut ſi epiſcopus eſt priuilegiatus, ut ab eius ſententia appellari non poſsit: non tamen vicarius ſuus, eodem priuilegio gaudeat ſecundum Bart. & doct. in. l. a proconſulibus. C. de appellat. Quartusdecimus caſus poteſt ſumi ex Bertachin. ubi ſupra. nume. 17. quia vicarius non poteſt diſpenſare cum clerico adultero: vel in caſibus, in quibus poteſt epiſcopus. Decimoquinto, quia vicarius non poteſt componere pœnas, a iure taxatas: etiam quod habeat auctoritatem ab epiſcopo, ſimpliciter cõponendi pœnas. Decimus ſextus poteſt eſſe caſus ex dictis Bertachin. ibidem, nume. 19. ut ſuſpecto Vicario, non ſit ſuſpectus epiſcopus; ſecus econuerſo, ut idem tenet Philip. in cap. dilecti. 3. nume. 53. de appel. Decimus ſeptimus ſummi poteſt ex dictis Ripæ in. l. prima. §. ſi autem collegium. numero octauo, ff. ad Trebell. ut Vicarius non poſsit conferre beneficia epiſcopo, licet

17 econuerſo aliter dici poſſe crediderim. † quia epiſcopus omnia poteſt, niſi ea, quæ de iure prohibetur, ut ſupra præced. c. §. ſi. nume. 12. Decimna octanus caſus eſt, quia maior honor debetur epiſcopo, quam uicario, ut per Alciat. in d. rub. de offic. ord. nume. 28. ubi quid in conſtituto a ſuperiore: & ante eum per Iaſ. & allegatos per eum in d. l. ſed ſi. §. ſi. de in ius voca. Ex cuius dictis colligũtur infraſcripti etiam caſus, uidelicet. Decimus nonus, quia epiſcopus exiſtens extra diœceſim, poteſt confirmare præſentatum a patrono: non eius Vicarius. Vigeſimus, quia epiſcopus cognoſcit de delegato ſuo recuſato, non eius vicarius: quod intelligit Bertachin. ubi ſupra, numero 34. procedere, ſi epiſcopus eſt præſens, uel abſens, in loco propinquo, ſecus in longinquo. Vigeſimus primus, quia epiſcopus exercet iuriſdictionem in Illuſtres perſonas, non eius vicarius. Vigeſimus ſecundus, ſi de conſuetudine, in aliquo actu requiritur epiſcopus, eo abſente non requiritur eius vicarius: ſed dicitur contrarium tenere Archid. Vigeſimus tertius, quia relictum epiſcopo, ſub nomine dignitatis, tranſit ad eius ſucceſſorem: ſecus ſi relinquatur eius Vicario. comprobat etiam Iaſ. ibi ultra hos caſus, aliquos ex ſupra memoratis. Vigeſimumquartum addas: quia epiſcopus poteſt in camera, vel capella ſua, horas canonicas dicere, ſimul omnes in mane: Vicarius autem, & alij miniſtri eccleſiæ, ipſas dicent in eccleſia publice, & ſolenniter, horis competentibus, illius vice, ut per Hoſtien. in ſum. de offic. uic. §. & in quibus: ibi, primus. Vigeſimum etiam quintum caſum poſſumus addere, vt vicarius Archiepiſcopi, non poſsit habere iuriſdictionem in ſuffraganeis eius, non abſente archiepiſcopo: cum is tantum habeat tunc: quod ſit ob reuerentiam dignitatis epiſcopalis. c. 1. §. ſi. ubi Peruſin. & doct. de offic. ord. in. 6. ſequitur Bertach. d. 7. parte. 4. lib. nume. 12. Vigeſima ſexta differentia poteſt notari, quia vicarius non cognoſcit de cauſa delegata epiſcopo: nec econuerſo, ut per Bertachin. d. 7. parte nume. 4. & per Socin. conſil. 39. nume. 30. uolu. 4. de quibus latius per Philip. Franc. in. c. dilecti. 3. nume. 40. de appel. Vigeſima ſeptima differentia eſt, quia epiſcopus, confirmat ſententiam, quam uult, duorum vicariorum diſcordantium, ut per Philip. in d. c. dilecti. nume. 55. Vigeſimo octauo colligere potes, ex dictis Philip. in dict. c. Romana. numero quarto, caſum, vel generalem concluſionem, ad præmiſſa.

18 † ut iuriſdictio Epiſcopi, ſit firmior, iuriſdictione uicarij: quæ ſe habet ut riuulus ex fonte, ſecundum Io. And. ideo eſt, ut poſsit epiſcopus prohibere ſuum vicarium, ne iudicet, non econuerſo. l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic. & alias diximus. & ex his ſoluit ibi obiectum Philip. quod licet idem ſit tribunal epiſcopi, & uicarij. cum tamen differat in pluribus, ut ſupra: poteſt dici idem, quia participat de identitate alterius, in certis caſibus, licet non per omnia.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius aſtringitur ad officium eccleſia, ita vt nunquam ea deſerere debeat.*

2 *Vicarij epiſcopi geſta, non valent, ſi de eius mandato non conſtat: idem in delegato: niſi de delegatione conſtet.*

3 *Vicarij partes ſunt, interponere decreta voluntaria, & contentioſa: & regulariter epiſcopus, vel ipſe adeundus eſt.*

4 *Vicarius epiſcopi, poteſt ſuſpectus recuſari.*

5 *Vicarius archiepiſcopi, habet iuriſdictionẽ in ſuffraganeos, eo abſente,*

6 *Vicarij maior eſt iuriſdictio, quam delegati.*

7 *Vicarius archiepiſcopi,cognoſcit de appellationibus ad archiepiſcopum interpoſitis.*

8 *Appellatio a ſententia epiſcopi,vel vicarij,fit ad archiepiſcopum,non obſtante conſuetudine: nec ſuppli catur ad epiſcopum.*

Nullitas ſententiæ vicarij epiſcopi, poteſt per epiſcopum cognoſci.

9 *Nullitas ſententiæ, poteſt cognoſci per ordinarium, & ipſummet Iudicem.*

10 *Reſtitutionem inintegrum concedit epiſcopus, & vicarius,contra ſententias ſuas.*

11 *Vicarius epiſcopi,poteſt ſibi eligere tribunal,in eccle ſia, ante conſuetudine.*

12 *Vicarius epiſcopi,poteſt ſententiam ſuam, executioni mandare.*

13 *Vicarius epiſcopi non cognoſcit de cauſa commiſſa prædeceſſori ſuo.*

Vicarius non poteſt eſſe iudex in cauſa ſua epiſcopi, ſi recuſetur.

14 *Vicarius epiſcopi præcedit Archidiaconum, & omnem dignitatem,poſt epiſcopum,in eccleſia.*

15 *Vicarius Epiſcopi,corruſcat ex radijs epiſcopi.*

16 *Vicarius epiſcopi clariſſimus tantum cenſetur: & prælatus appellari poteſt.*

§.II. DE OFFIC. ET POTESTATE, VICARII EPISCOPI.

§. II.

EX præcedenti.§. multa colligere potes,quæ ad officium,& poteſtatē vicarij epiſcopi ptineāt: multa quoq; ex.c.præced. conuenire poſſunt, cū idē vtriuſq; ſit tribunal,vt diximus.Atq; il-
1 lud primum premittamus.† vt vicarius adeo aſtrin gatur perſonaliter,ad ſeruitium eccleſiæ faciendū cuius eſt vicarius, ut eam nunquam deſerere debeat: & ea ratione dictum eſt in ſuperioribus:eum alterum non poſſe cōſtituere vicarium,ut per Hoſtien.in ea ſum.de offic.uic.§.fi.quæ videntur procedere,tam in vicario temporali,quam perpetuo.
2 † Item ſciendum eſt,geſta per vicarium non valere, ſi de eius mandato non conſtat, ut auctor eſt Bald.in.c.1.§.1.in fi.ſi inter. dom.& vaſal.de inulis ori.& ſequitur Bertachin.in.7.parte.4. lib.nume.10.ſubdens poſt Bar. & alios, idem eſſe in delegato: qui non poſſit citare, niſi facta copia ſuæ delegationis: Dictum tamen eſt ſupra. §. præced. nume. 15.vicarium cenſeri habere generale mandatum, virtualiter ad omnia, quæ alias ſibi conceſſurus fuiſſet in ſpecie. Et cum tractauerimus ſupra lib. 1. c. 2. de Prætore, ſiue ordinario: ea quæ ordinem, & partes iudicis reſpiciant: uel ſi ciuiliter: vel ſi criminaliter agatur, quæ licet temporalia, a ſpiritualibus, & beneficialibus differant, tamen in multis conueniant, hic repetita habeantur. Quo ad pœnas tamen eccleſiaſticas, quibus clerici criminoſi afficiantur, ponit Bernard. Diaz, in ſua practic. cano. crim. & multa diximus ſupra c.præced.§.2.potes etiam videre practicam Abbatis, in conſideranda vicarij epiſcopi ſolicitudine.
3 † Partes etiam vicarij epiſcopi ſunt, interponere decreta contentioſa, & voluntaria, ut per Bald. in marg. in uer. vicarius. uerſi. 2. & regulariter epiſcopus, vel vicarius, qui eſt officialis ſuus, eſt adeundus. c. 2.cum concord. de inſtit. nam ordinarie cauſas audit, & cognoſcit, ut per Specul. in titu. de inquiſit. §. 1. uerſi. Quid de officialibus? Quod tamen declara in ciuilibus,non in criminalibus: uel alijs requirentibus ſpeciale mandatum. c.2.de offic.uic.in.6. & not. Philip. Franc. in. c. Romana,nume. 1. de appel. in. 6.& dictum eſt in
4 præced. §. † Recuſari tamen poteſt ſuſpectus vicarius, ut per Felin. in. c. ſuper quæſtionum. de offic. deleg. §. quem vero. At quo ad ea quæ reſpiciunt poteſtatem uicarij epiſcopi, ultra iam dicta in proxime præcedentibus: ut is in genere, dicatur habere eandem iuriſdictionem, quam habet epiſcopus, niſi in caſibus, in quibus ab eo differt: multa quoque in ſpecie ſubiungere poſſu-
5 mus. † Primumque, vt vicarius Archiepiſcopi, habeat etiam Iuriſdictionem in ſuffraganeos eius, niſi tamen ipſe epiſcopus præſens ſit, ut diximus in. §. præced. nume. 17. & inf. nume.12. Sicque ſententia per uicarium Archiepiſcopi, ſuſpendentis, interdicentis, vel excommunicantis ſuffraganeum, eo in caſu ualet, & ligat, ſecundum glo.in.cap. 1.in uer. non attentent. de offic. ord. in. 6. cum qua tranſit Bertachin. d. 7. parte.
6 4. lib.nume. 12. † qui & ibidem concludit maiorem eſſe iuriſdictionem uicarij, quam delegati.
7 Sic ſecundum Bertachinum ibi. nume. 35. † vicarius archiepiſcopi, cognoſcit de appellationibus interpoſitis ad archiepiſcopum. c. dilectis,
8 &.c.dilecti,3.ubi Doct. de appellat. † Nam a ſententia epiſcopi,vel vicarij, non appellatur ad epiſcopum, ſed ad archiepiſcopum: etiam ſi adſit conſuetudo contraria. c. 2. de conſuetud. in. 6. &. l.præcipimus.C.de appellat. & per Bertachin. ubi ſupra numero 36. & Philip. Franc. in dict. c. dilecti. nume. 43. ſed quando cauſæ criminales: vel collationes beneficiorum, ei ſpecialiter committuntur: quia dicitur delegatus, ad epiſcopum appellatur per Marran. in Specul. aur. in. 5. diſt. princip.nume.16.Item nec ſupplicari poteſt, licet a ſententia uicarij epiſcopi poſsit dici de nullitate, coram ipſo epiſcopo, & econuerſo.
9 quia quilibet ordinarius, & ipſe met iudex, poteſt de nullitate ſententiæ ſuæ cognoſcere, ut tenet Bald. in.cap. dilecti.ult. de appel. in ſexto, ſequitur Philip.Franc.in.c.dilecto,num.72.eo tit.
10 † Poteſt etiam peti reſtitutio in integrum, & concedi per uicarium, lata ſententia ab epiſcopo, ut per Franc.in d. c. dilecti. num.48. Immo poteſt uicarius reſtituere in integrum, aduerſus ſententiam ſuam, ſicut poteſt epiſcopus, ut etiam per Bertachin.d.7.parte. num. 37. qui ibidem nume.
11 33. † notauit poſſe uicarium ſibi eligere tribunal,
12 etiam in eccleſia, ſi adſit conſuetudo. † Sic uicarius

rius epiſcopi poteſt ſententiam ſuam executioni mandare: quia habet iuriſdictionem ordinariam. Et licet uicarius, non poſsit conferre beneficia ecclesiaſtica ut ſupra. §. præced. num. 16. dictum eſt: poteſt tamen ſecundum Bertachin. ibi nume. 21. inſtituere præſentatum a patrono eccleſiæ. cap. ex frequentibus. cum. glo. ubi doct. de inſtitut. quod de facto etiam ſeruatur. Item uicarius archiepiſcopi, poteſt, nedum ſubditos, ſed etiam ipſos ſuffraganeos excommunicare; licet propter honeſtatem prohibeatur, reſpectu ſuffraganeorum, ut per Abb. in. cap. ſi quis contra clericum, nume. 29. de for. compet. & nume. 30. nam mixtum Imperium, uicarius dicitur habere: & excommunicatio eſt mixti Imperij, ſecundum Abb. ibi, & per Alciat. in rub. de offic. ord. nu. 23. uidetur tamen declaranda ſupra d. concluſio ut ſupra nu. 5.

13 † Non cognoſcit tamen uicarius, de cauſa commiſſa, de præceſſori ſuo, quia ad eũ non tranſit, ut per Felin. in. c. quoniam Abbas. col. 5. de offic. deleg. qui tamen multos tenere contrarium refert. Item Vicarius, non poteſt eſſe iudex in cauſa ſui epiſcopi, ſi recuſetur: quia poteſt recuſari, ſicut ipſe epiſcopus, ut ſupra. c. de epiſcopo. §. 4. in rub. potentia epiſcopi circa iudicia, nume. 1. Ea etiam potentia, & præſtantia, uicarius decoratus cenſe-

14 tur, † ut præcedere poſsit Archidiaconum, & omniem aliam dignitatem, quãtumcunque primam, poſt epiſcopum, in eccleſia, ut colligit Felin. in rub. de maior. & obed. col. pen. in uer. non ualet conſuetudo. poſt Abb. conſil. 21. in. 1. parte, qui reprobat conſuetudinem, aliter ſe habentem: tanquam irrationabilem, & contra honeſtatem: Nam

15 ſecundum Abb. ibi. in fi. † Vicarius corruſcat etiam radijs epiſcopi. Cum igitur uicarius dignitatem habeat, ut in cle. 2. de reſcrip. & innuit Abb. in d. conſil. nu. 3. & tradit Felin. in d. c. Abbas. col. 5. Si quæratur, quo titulo dignitatis inſcribendus ſit, Specul. in tit. de iuriſd. om. iud. uerſic. medij,

16 ſimpliciter ponit uicarium inter ſpectabiles: † uerum ego, Vicarium Epiſcopi, Clariſsimum tantum cenſendum arbitror: Nam cum Epiſcopus inter ſpectabiles ſolum reponatur, ut ſupra. cap. 4. num. 24. ſitque uicarius dignitatis inferioris Epiſcopo: cumque minus etiam ſit honorandus, ut ſupra. §. præced. num. 14. non uidetur inter ſpectabiles poſſe reponi, ſed clariſsimos, quod ex eo etiam argumentari poſſumus: quia ſecundum Specul. in d. tit. de iuriſd. om. iud. uerſic. ſecundum canones, Archidiaconus & Archipresbyter, qui Vicario parum ſunt inferiores, ut in proximis, ſeq. c. clariſsimi habentur: Sic ergo & Vicarius, clariſsimorum loco haberi debet. Nec obſtat dictum Specul. in d. uerſic. medij, quia loquitur in uicario Principis, & ſecundum leges: & aliter loquitur in ſeq. ſecundum canones. Prælatus etiã appellari poteſt Vicarius, ut dicemus inf. in. cap. de præpoſito.

SVMMARIVM.

1 *Abbatis imago, & veſtimenta: cum inſignijs Epiſcopalibus, ex priuilegio.*
2 *Abbates quomodo, & quando vtuntur inſignijs epiſcopalibus.*
3 *Floccus, quid ſit, in monacho.*
Cuculla quid ſit, Almutia, caputium, honeſta, cappa clauſa, & ſcapulare.
4 *Habitum Monachalem, mutare non licet, quo ad ſubſtancialia.*
5 *Monachorum diuerſæ inſtitutiones, & Canonicorum regularium.*
Monachi, & canonici regulares, ſub regula. S. Benedicti, vel, S. Baſilij. vel. S. Auguſtini, militant.
6 *S. Benedicti regula, in plures familias creuit: in quibus Bernardinus clarnit.*
7 *Abbates aliqui, non Monachi, neque profeſſi, aliqui exempti, aliqui non.*
8 *Abbas, per Congregationem Monachorum, & Monachus eligendus, obſeruato ordine, & merito: etiam aliquando extra gremium.*
9 *Abbatis electi confirmatio, pertinet ad Epiſcopum loci, niſi in exempto, & non monacho.*
10 *Abbatis electioni ordinariæ, debent intereſſe Abbates illorum monaſteriorum.*
Abbatis ætas, annorum viginti quinque eſſe debet.
11 *Præſentare ſe nemo poteſt, licet idoneum, ad aliquem Eccleſiæ Patronatum.*
12 *Abbas qualis debeat eſſe.*
Abbas bonæ vitæ, licet illiteratus, promouetur: dum ſacerdos.
Monachi clerici hodie omnino ſunt, licet alias ſecus.
13 *Abbas benedicitur, cum manus impoſitione.*
Abbas dicitur electus, & confirmatus: licet non benedictus, & adminiſtrat.
14 *Abbas propter ſenium, vel ægritudinem, remouetur vel ei coadiutor datur.*
Abbas quando deponatur.
15 *Abbas Pater dicitur, ab Abba, quod nomen ſyrum eſt: & vicarius Dei, quo ad ſuos Monachos: & ſponſus: & ordinarius Monachorum.*
Abbas perpetuum officium habet, niſi aliter obſeruet conſuetudo.
Abbas fit ciuis ciuitatis, in qua eſt monaſterium.
Abbas non ligatur conſtitutione ſua, vel prædeceſſoris.
Abbas non poteſt capi perſonaliter, pro debitis monaſterij.
Abbas poteſt habere eccleſiam collegiatã.
16 *Abbas venit appellatione Monachorum: ſicque & fratrum: ſicut Rector, ſcholarium.*
Abbatia, an veniat appellatione beneficij.
Abbatis, & Monachorum inſtitutio, antiquior eſt Canonicis Regularibus, & alijs religioſis.
17 *Abbas dicitur præſul & prælatus: & venit appellatione prælatorum.*
Commendatarius alicuius Abbatiæ, non dicitur prælatus: remiſſiue.

Abbatis

18 *Abbates, præferuntur etiam perſonatum habentibus, in ecelcſia, etiam Cathedrali: ſicque præpoſitis, decanis, & in ſimilibus.*
Canonici non habent dignitatem.
19 *Abbas dignitatem habet; ſicque honorem, non tantum onus.*
20 *Abbas in ordine clariſſimorum reponitur.*
Abbas qui fuit, ſemper retinet primũ locũ in choro.
21 *Abbas non præfertur Vicario epiſcopi; quid in exempto num. 22.*
22 *Dignor eſt, qui maior eſt iuriſdictione.*
23 *Abbas & omnis alius prælatus, talis extimatur, vt nihil ſiniſtrum de eis arbitremur: Immo Sanctus præſumitur.*
24 *Abbas poteſtatem omnem monaſterij habet, nulla monachis relicta: & ſolicitudo omnis ad eum pertinet.*
Abbas habet iuriſdictionem, & aliquando merum Imperium, ita vt corrigere poſſit Monachos, etiam ſine conſenſu capituli: quod epiſcopo non licet, &. num. 25. &. 26.
25 *Abbati potius dẽt obedire Monachus, quã epiſcopo.*
Abbatis, vel prælati correctio, etiã iniuſta tolerãda.
Abbas poteſt excommunicare, & abſoluere excommunicatum.
Excommunicatio eſt ſimilis infamiæ iuris.
26 *Contentio, quando ſit peccatum mortale, vel veniale, & quando non improbanda.*
Abbas poteſt propriam iniuriam punire, animo tamen corrigendi, non ad uindictam.
27 *Monachi nihil proprium habent, ſine Abbatis licentia, nec cellulas ſeperatas, nec votũ faciunt: nec ad alterum monaſterium tranſeunt, nec epiſcopatum recipiunt.*
28 *Abbas confert ordines Pſalmiſtæ, lectoris, & hoſtiarij.*
29 *Abbas ſicut benedicit perſonas, ita poteſt benedicere res vt veſtes. &c.*
30 *Abbas poteſt præſcribere iura epiſcopalia: niſi ſint ordinis.*
31 *Abbas habet liberam adminiſtrationem: Dicitur tamen magis procurator, non dominus.*
32 *Abbatis geſta, præſumuntur habere interuentum capituli.*
Abbas quando poſſit donare: & quando alienare.
33 *Abbas poteſt dare licentiam celebrandi: & prædicandi.*
Abbas, & collegium monachos creare poſſunt.
34 *Abbas confert prioratum manualem; & ad libitum remouet.*
Abbas poteſt pati, vt monachus habeat certos reditus, ad tempus.
35 *Abbas ſæpe, in caſibus expreſſis, diſpenſare ſolet, licet diſpenſatio regulariter pertineat ad epiſcopum: ibi caſus: & aliqui, in quibus non diſpenſat.*
36 *Abbas poteſt diuidere bona menſæ ſuæ, & committere monachis, ſub annua penſione: ad tempus.*
Abbas poteſt inſtituere in eccleſia, pleno iure ſibi ſubiecta: cum declaratione.
37 *Abbas, & alij prælati religioſi poſſunt eſſe executores, in relictis ad pias cauſas; ibi quid in alijs religioſis.*
38 *Abbas in cauſa communi, vti procurator conuentus poteſt iurare, de veritate, & calumnia; & conſtituere procuratorem, & eo caſu etiam teſtificari.*
Abbas poteſt etiam eſſe procurator alterius, & non conuentus, in cauſa tamen eccleſiaſtica.
Abbas, & alij prælati, poſſunt petere reſtitutionem in integrum.
39 *Abbas poteſt eſſe arbiter, & Iudex, in cauſa eccleſiæ ſuæ.*
Abbas poteſt ratificare geſta per conuentum ſolum, in vtilitatem eccleſiæ.
40 *Abbas poteſt denegare audientiam epiſcopo, contra libertatem ordinis.*
Abbas quando poſſit alterare ſtatum prioratus, ſibi ſubiecti.
Abbas poteſt tenere monachos extra monaſteriũ, & obſides dare, pro vtilitate monaſterij: ſicque concedere, vt ſint in ſeruitijs alterius prælati, vel magnatis.
41 *Abbatis impotentia, in multis caſibus enumeratur.*
42 *Abbas, contenta in regula, obſeruare debet: non mutare, niſi quatenus in reg. permittitur, ſic & monachus: aliter mortaliter peccant.*
Abbas vti paſtor ſolicitam monachorum habet curam aliquando vſque ad mortem.
Abbatis ſolicitudo in multis explicatur, in qua tenetur.
43 *Abbas vel prælatus, in eodem genere peccati, grauius cadit ſubdito.*
44 *Abbati extenſio ſit, in proportionalibus, ad Abbatiſſam, non econtra.*
45 *Abbatiſſa æquiparatur Abbati: quo ad adminiſtrationem.*
Abbatiſſa habet iuriſdictionem, collationem beneficiorum, & dignitatem, cum adminiſtratione.
46 *Abbatiſſa debet habere ætatem, quæ in epiſcopo requiritur.*
Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, idem ius ſtatutum eſt.

LIB. II. CAP. VII. DE ABBATE.

1 Abbatis ſignum, † in ordine ſeptimum, collocatum inibi erat, capite in Coronam, tenus aures tonſo: Floco, uel Cucullata ueſte proxima, nigri, Bruni aut albi coloris, Capa clauſa, & ſcapulari quandoque munitum. Mitra, Baculo paſtorali, & annulo ornatum, quæ inſignia, ut inquit Abb. in. c. inter monaſterium. colum. fi. in fi. de re iudic. Abbatibus conceduntur, potius ad decorem ſuarum eccleſiarum, quam ad ſignificationem eorum, quæ in epiſcopo fuerunt inſtituta. c. ut apoſtolicæ. de priuileg. in. 6. De ſignificatu autem dictorum Pontificaliũ, diximus abunde ſupra in, c. de Epiſcop. in prin. Nota tamen ſecundum Philip. Franc. ibi, talia Epiſcopalia, non competere Abbatibus ex iure communi, ſed ex priuilegio Apoſtolico: ſic ut nec alius, quam Pontifex,

tifex,ponit illa concedere, ut etiam diximus in.c.
1.§.4.uerſic.Secundo.ibi. LVIII. hoc lib. Priui-
legium tale tamen habent omnes fere Abbates, ut
per Panor.in.c.clerici.2.de uit.& honeſ.cleric.in.
6.Sic confirmat Philip.Franc.in d.c. ut Apoſtoli-
cæ.hæc concedi in honorẽ Eccleſiarum, ut ſupra:
non in amplitudinem officij, per tex.ibi: in quo
declaratũ ẽt,Põtificalibus illiuſmodi,utẽdũ eſſe per
2 Abbates: † ut exempti quidem in prouincialibus
concilijs,& Epiſcopalibus Synodis, Mitris tantum
auriphryſiatis: non tñ aureas, uel Argenteas lami-
nas aut gẽmatas habẽtibus, uti poſsint: Non exẽ-
pti uero, ſimplicibus & albis ac planis utantur:
In alijs uero locis, exemptis & non exemptis, mi-
tris liceat illis uti: prout conceſſa eis a ſede Apo-
ſtolica, indulta permittunt. Comprobat Lap.alleg.
19.qui ſubdit, ut etiam inuitatus, in monaſterio
exempto, utatur, ſecus in non exempto. Quomo-
do autem memorata inſignia in Abbate electo,&
benedicendo conferantur, ponitur in Pontificali,
3 in rub.de benedict.Abbatis, auct. apoſt. † Flocus
plane ea ueſtis eſt,& habitus, qui longas & amplas
habet manicas, non conſutitias, uel quomodoli-
bet botonatas. Cuculla uero, longa pariter & am-
pla ueſtis eſt, quæ manicas non habet, ut habetur
in cle.1.§.1.de ſtat.monach.ubi de Almutijs,Ca-
putijs,Honeſta,Capa clauſa, & ſcapulari fit men-
tio,& ibi declaratur per Card. Flor. cum tex.quo
modo conueniant monachis, traditque Almutias
eſſe tegmenta capitis, ex pãno nigro uel pellibus:
alijs tamen, quam de nario: quo uti ſolent cano
nici cathedralium eccleſiarum. Caputium eſſe
tegmentũ capitis, affixum chlamidi. Honeſta, &
Capa, ueſtimenta ſatis nota ſunt. Scapulare uero
4 eſſe, quod tegit ſcapulas. † Habitum uero mona-
chalem mutare non licet, nec ordinis ſui, quo ad
ſubſtantialia.c.de monachis.16.q.1.§.ſeq.faciunt
dicta ſupra in.c.de epiſcop.in prin.nu. 15.& not.
in.cap.cum ad monaſterium.in prin. de ſtat.mo-
5 nach. non poſſe eos uti camiſijs lineis. † Verum
cum multæ ſint,& diuerſæ inſtitutiones,& mona-
ſteria monachorum, & canonicorum regularium,
quibus præficiuntur Abbates, ut per Hoſtien.in
ſum.de ſtat.monach.§.qualiter: Atque ſub regula
uel. S. Benedicti, uel. S. Baſilij, uel. S. Auguſti-
ni, militare & uiuere debeant, ut arguitur ex.cap.
6 perniciosam.18.q.2. † Creueritque. S. Benedicti
dogma in plures familias, uidelicet, Ciſtercinen-
ſes, in quibus claruit Bernardus; Camalduenſes,
Cluniacenſes, Cœleſtinos, Montis oliueti,& Sil-
ueſtros, qui & Humiliatorum cognomen ferunt,
ut in Supplemento Cronicorum lib.9.& per M.
Ant.Sabellicum lib.2.Enneade.8. circa an. ſalut.
7 456.de Conſtitutione Abbatũ, uideamus. † Quo-
rum aliqui non Monachi, neque profeſsi ſunt: ali-
qui exempti, aliqui non exempti, ut in pontificali
legitur, in rub.de benedict.Abb. auct.Apoſt.& in
8 rub.de Benedict. Abb.auct. ordin. † Et regulari-
ter notandum eſt, Abbatem in monaſterio, non
per Epiſcopum, aut per aliquem extraneorum, or-

dinandum, ſed communi conſenſu, per congrega-
tionem monachorum: monachumque de ea con-
1 gregatione, obſeruando in primis ordinem, ui-
tæque meritum.c. Abbas. ubi doct. cum duobus
ſeq.18.q.2.& per Ioan.moutagn.in tract.de par-
lam.in.2.parte, uerſi.Septimo, num.18.& de iure
communi, ubi non adſit conſuetudo contraria,
uel priuilegium, electionem ſpectare ad Colle-
gium, clarius explicat, per.ca.1.de elect.& de ſtat.
reg.c.2.§.fi.&.16.q.7.c.fi. Card.Alex.in.c.1.col.
8.uerſic.aut tales eccleſiæ nõ ſunt obedientiariæ.
21.diſt. ubi ubertime, & magiſtraliter loquitur.
cui adde glo.in.c.Valentinianus.63.diſt.& ubi ſu-
pra, loquens Card.Alex.de omnibus eccleſijs, tam
ſecularibus quam regularibus, conferendis: ſub-
9 dit tamen † Confirmationem pertinere ad Epiſco
pum, ſuperiorem monaſterij, ut etiam tenet Abb.
in.c.1.in fi.de ſup.neg.præl. qui & ibidem.q.pen.
tradit, benedictionem ſuccedere loco confirma-
tionis, ita ut transferat cura adminiſtrationis. Sed
Ang. in.§.fi.in aut.de monachis, notat electionẽ,
& confirmationẽ ptinere ad monachos: & ibi no,
qs, qualisve, ſit eligẽdus, ut ſupra: & ideo recte in
pontificali obſeruatur, Benedictionem Abbatis,
per Impoſitionem manus, de auctoritate ordina-
ria, pertinere ad epiſcopum, ut ſupra de benedic.
Abbat.auct.ord. ubi reliqua uide in ea benedictio
ne, obſeruanda, & promittenda. Sed an Abbas
alius extra gremium, dum ſit eiuſdem ordinis, &
habitus, poſsit eligi, uide per Abb.in.c.cum uene-
rabilis.1.not. de conſuet. & in cap. ſi Abbatem.de
election.lib.6. ubi regulam not. tradit: Quemli-
bet prælatum, citra epiſcopum, quantumcunque
ſit ſuæ prælaturæ obligatus, poſſe eligi ad aliam
prælaturam, etiam abſque poſtulatione: habita
tamen licentia a ſuo ſuperiore: ſed an clericus ſe-
cularis, uide per gloſ.in.c.officij.in uerſic. incon-
tinenti.& in.c.cauſam, de election.&.c.monaſte-
rij.1.19.q.3. Quod poſsit eligi extra gremium, te-
nuit etiam Card. Alex.in.cap.nullus.circa fin. 61.
diſt. ubi & ipſe ponit quid in alijs prælatis. Non
poteſt tamen eligi in Abbatem ſtatim, quod quis
ingreſſus eſt religionem, quia præſumitur ingreſ-
ſus ob promiſsionem Abbatiæ. c. officij. ubi gl.
mag. in uer. incontinenti. de election. & Iaſ. in
auth.ingreſsi. C.de ſacro.eccleſ.num.37. Solet ta-
men Pontifex Max. ſibi reſeruare tales eccleſias,
collegiatas quo ad collationem, ut habetur in reg.
Cancel. præcipue Innocen.8.reg.2.&.3. Ideo in
exemptis, idemque in Abbate non monacho,
neque profeſſo, ad mandatum Papę, fit confirma-
tio,& benedictio, auctoritate Apoſtolica. ut in d.
10 Pontificali, & dictis rubricis. † Videtur autem
in electione ordinaria, ſi eligitur Abbas alicuius
monaſterij, qui alijs præſit, omnes Abbates illo-
rum monaſteriorum intereſſe debere & cõſentire
debere, ut per glo.in cap.2.66.diſt. Abbas plane
eligendus, annorum uiginti quinque ætatem, ſal-
* tem explere debet, ut communiter * habetur in.c.
cum in. cunctis. §. inferiora. de election. & per
Oldrad.

Oldrad.Coof.t 4.col.fi.dicemus idem io cap. de
Archid.& in.c.de archipresb. & in.c.de præsbyte-
11 ro parochiali. † Et in hac, & in alijs electionibus
generaliter not.nullum poſſe ad perſonatum ali-
cuius eccleſiæ ſe præſentare, licet idoneum. c.per
noſtras de Iure patr.ubi Abb.quando liceat alicui
ſe ingerere eccleſiaſticis prælatiooibus: & aliquid
dictum eſt ſupra de epiſcop.§.1.io rub. excep. in
12 elect.epiſcop.num.2. † Item cautus io regimine,
humilis, caſtus, miſericors, diſcretus, ſobriuſque
eſſe debet, ac diuioa præcepta, uerbis, & exemplis,
oſtendere: alioquin ab epiſcopo, in cuius territo-
rio conſiſtit, & a uicinis Abbatibus, & cœteris,
Deum timentibus, a ſuo arcebitur honore, etiam
ſi omnis congregatio, uitijs ſuis conſentiens, cum
Abbatem babere uoluerit, ut ſunt uerba.c.ſi quis
Abbas.18.q.2.& facit.c.qui eccleſiaſticis. cum.2.
ſeq.36.diſt. Promoueri tamē poteſt in Abbatem,
etiam quod ſit illiteratus: quia in eo magis atten-
dit bona uita q̃ ſcientia, ut per Bal.in rub. de ſum.
trin.num.2.ita ſecundum eum, minus litterati ad
minores ordines promouentur, ſed aliter eſt in
prælatis habentibus curā animarū. Debet quoque
Abbas iure communi, hodie eſſe ſacerdos.c.1.de
ætat.& qualit.licet iure antiquo, Abbates nō eſſent
ſacerdotes. cap. a ſubdiacono.93.diſt.ut declarat
Card.Alex.in.c.accedēs.50. diſt. ſubdens tamen,
Conſuetudinē in hoc eſſe ſeruandam, quæ quan-
doque non ſacerdotem admittere poteſt. Sic &
alias ipſi monachi poterant eſſe laici, & ſi aliquem
non habeant ordinem d.c.a ſubdiacono, & tenet
Card.Alex.io.c.adſit.50. diſt. Hodie clerici om-
nino ſunt.c.hinc eſt.ubi Archid.16. quæſt.1.in fi.
13 † Benedicitur inde Abbas ut ſupra in Pontific.in
dictis tribus rub.de benedic.Abb.cum manus im-
* poſitione inſtruimur, * & non conſecratur, niſi
cum ordinatur in Sacerdotem, glo.in.c.alienatio-
oes.in uer.couſecrandus.12.q.2. Talis autem be-
nedictio tutius datur tempore, quo ordo datur, ut
per doct.in.c.cum cootingat.de ætat.& qualit. Di
citur tamen Abbas quando eſt electus, & confir-
matus, etiam ante beuedictionem, ut per Abb.&
doct.præcipue Felin.in.c.meminimus.in prin. de
accuſat.& in.c.1.de ſup.neglig.prælat. Ideo Frāc.
Rip.in.c.cum eccleſia Sutrina.nu.1.de cauſ.poſ.&
prop. Omiſſionem benedictinnis, non uitiare ele-
ctionem, affirmat & inquit Card.in cle.2.§.ſtatui-
mus.de ſtat.monach. Abbatem etiam noo beoe-
dictum, adminiſtrare: quod intelligendum uide-
14 tur ut inf. num. 28. & ſeq. † Remouetur tameo
quandoque Abbas, uel ei datur coadiutor, propter
ſenium, uel ægritudinē, ut per Io. Franc. Pauin.io
tract.de offi.& poteſ.c.ſed.nac.q.6.2. partis. prin
cip.num.3.&.4.& per Bertachin.in tract.de Epi-
ſcop.in.2.parte.4.lib.num.82.qui dicit, deponen
dum, ſi ſit Incautus, negligens, ſuperbus, fornica-
tor, indiſcretus, crudelis, ebrius, per epiſcopū, & ui
cinos Abbates; & dictū eſt in ꝓximis. Sic & inſa
matus aut conuictus, appellatione remota, ſi nolit
ſpoote cedere, compellitur. c. quia oos, de appel.

His, quæ inſtitutionē Abbatis reſpiciunt, colle-
ctis, de eius dignitate, poteſtateq;, aliqua quoque
15 ſubijciamus, atque id in primis, † ut Abbas dica-
tur, & uocetur pater, ut teſtis eſt glo.in cle.1.in
uerſic. Abbates.de reſcrip.per tex.in.c.fi.de regu-
lar.quod ab eo tractum uidetur, quia Abba, uo-
men Syrum eſt, quo pater, uel paternitas, apud
nos ſignificatur, ut habetur in Paulo ad Rom.c.8.
& clarius in interpretationibus Hebraicis poſitis
poſt Bibliam, & teſtamentum nouum, io uer. Ab-
ba. Atque dici poteſt uicarius Dei, quo ad ſuos
monachos, glo.in.c.mandata.de præſumpt.&.c.ſi
religioſos. de election. io. 6. per quæ ita dicit Io.
Franc.Pauin.in tract.de offic.& poteſ.cap.ſed.ua-
can.q.x.2.partis prin. num.2. Sulus Abbas etiam
dicitur ſponſus. Innocen.in cap.quia propter, io
prin.de election. & Bar. io.l.ſi quis ita.§.is cui, de
leg.2. Eſtque ordinarius iudex monachorum, ut
idem Innocen.iu.c.cum ab eccleſiarum, &.c.quan
to.de offic. ord.& in.c.p exceptionē. de priuileg.
in.6.& habet officium perpetuum, licet non poſ-
ſit facere priorem in perpetuum, uel ad uitam, Pa-
nor.in.c.cum ad monaſterinm. de ſtat. monach.
nam in monaſterio, præter Abbatis, nullum offi.
tium eſt perpetuum, ut idem Panor.ibi oot.nu.5.
Conſuetudo tamen ſæpe ſeruat contrarium, quia
etiam Abbates temporales fiunt. Poteſt etiā Ab-
bas eſſe prælatus canonicorum.c.cum.I. &.2.ubi
doct.de re iud. Fit etiam ciuis ciuitatis, in qua eſt
ſuum monaſterium, nec deſinit eſſe ciuis pro-
priæ ciuitatis. Bar.in.l.1.ubi Alex.ff. ad municip.
& in.l.ciues. C.de incol.lib.x. Et oon ligatur con-
ſtitutione ſua, uel ſui prædeceſſoris, etiam cum
iuramento, licet fiat periurus contraueniendo,
Panor.in d.c.ad monaſteriū, niſi tamē epiſcopus,
uel ſuperior, auctorizauerit, ut ibi num.10.& ſeq.
Item Abbas, uel Abbatiſſa, pro debitis monaſte-
rij, perſonaliter capi non poſſunt, per epiſcopū.c.
Odoardus.de ſolut.& Bal.in.l.ēt.col.5.C.de exe-
cut.rei iudic.uerſ.ſed nūquid, Quod tñ uidet̃ gene
raliter ꝓcedere, ſecūdū d.c.in quolibet clerico, &
profeſſo, non habente bona, ſecundum ratiooem
Bal.ibi. Item poteſt habere eccleſiam collegiatā.
c.ex tranſmiſſa.&.c. cum olim.ubi doct. de præ-
16 ſcript. † Appellatione tamen monachorum, veni
re Abbatem, haud dubium eſt, ſicut Rectorem,
appellatione ſcholariuoi, ut per Abbatem, &
doct.præſertim Felin.cū multis in.c. fi.de ſimon.
declarantem tamen hoc procedere in fauorabili-
bus, non odioſis, & ubi diſpoſitio ad eum com-
miſſa eſt. Sed cum appellatione monachorum,
appellentur etiam fratres, ut in.c. cum pridem, de
pactis, & per Card. in clem. 1.§. præfatæ. q.1. de
ſtat.monach.uidetur etiam appellatione fratrum,
Abbatē uenire poſſe: Beneficij uero appellatio-
ne, an ueniat Abbatia, ſaltem in materia fauora-
bili & larga, ubi eſt eadem ratio, Io. monach.in.
c.in generali.de reg.iur.lib.6.& tradit Lap. alleg.
84. Dicitur quoque Abbas maior monacho, ſola
adminiſtratione, ut per Cardin. Alexand.in cap.
denique.

denique.21.diſt. Eſtque etiam Abbatis, & mona-
chorum inſtitutio antiquior, quam Canonico-
rum regularium, & aliorum religioſorum, ut per
Panor.in.c.auaritiæ.de prębend.& dig.num.3.&
17 dicemus inf.in.c.de priore, latius. † Dicitur Ab-
bas etiam præſul.& Prælatus, ut per Ang.in aut.
de monach.§.fi.& Vicarius Dei quo ad ſuos Mo-
nachos etiam dicitur,per Io.Fran.Pauin. in tract.
de offic.& poteſ.cap.ſede uac.q.1.2. partis.nu.2.
At prælatorum appellatione, recipi Abbatem cla-
re not.Panor.in.c.2.de Iudic.& in.c.1.de ætate,&
qualit.& Felin. clarius in d.c.2.cuius dicta explica
uimus inf.in. c.de præpoſ.nu.9. Dicas tñ hic, cũ q
ſit factus commendatarius alicuius Abbatiæ, non
dici pręlatum,ut dicemus abundantius inf.in.c.de
Priore,nu.8.Proinde,omnes quibus præeſt, in om
nibus ei obedire debent. c. cum ad monaſterium,
18 uer.Abbas uero. de ſtat. monach. † Immo quod
plus eſt, Abbates, non ſolum priuatis Clericis
præferendi ſunt,ut per Abb.in d.c.2.uerum etiam
perſonatum habentibus, in eccleſia ſeculari; &
cathedrali, ut uidetur expreſſum in. c.1. de ætat.
& qualit. ubi primo nominatur, & præmittitur
Abbas,præpoſitis, decanis,& Archipræsbyteris,&
per Card. Alexand.in.c. a ſubdiacono.93.diſt.ad
idem uidetur tex.in.c.ſi quis deinceps.16.q.7.per
quem arguit Felin. in. c. meminimus nu.6. de ac-
cuſ.poſt epiſcopum,& Abbatem, omnes dignita-
tes eſſe inferiores, quas Abbas pręcedere poſsit:
multo magis igitur præferendus erit Abbas cano-
nicis; quia non habent dignitatem, ut obſeruat
Bal.in.c.paſtoralis,in prin.de offic.deleg. citatus
per Felin.ubi ſupra. Qui tamen declarat, hæc non
procedere in actibus, in quibus canonici,& alij re
preſentant eccleſiam cathedralem,ut puta,in pro-
ceſsionibus:quia tunc canonici etiam præferun-
tur.cap.quamuis.ubi Domin. de præbend.in.6.&
quod Abbates pręferantur Archidiaconis,prepo-
ſitis,& Diacanis,etiam per tex.in. c. fi.de offic.de
leg. tenuit, Nicol. Boer.in tractat.de ord.grad.
utriuſ.for.in.1.parte.nu.21. Quocirca Io. Franc.
Pauin.in tract.de offic.& poteſ.cap.ſed.uac.præ-
lud.6.num.15. ſextam ſedem ponit epiſcopalem:
Septimam inde Abbatialem, uel prioralem. Sed
an idem ſit tam in maribus,quam in fœminis, in-
diſcuſſum relinquit. Ex præmiſsis ideo recte infer
19 tur, † Abbatem habere dignitatem, ut not. Abb.
in d.c.2.de Iudic.& ante eum Card.Flor.in.cle.1.
col.1.de reſcrip.qui inquit nomẽ Abbatis, & Ab-
batiæ,eſſe nomen dignitatis & honoris, non tan-
tum oneris,& ſolicitudinis:& Felin.in d.c.memi-
nimus.qui loquitur in Abbatiſſa, & ut habetur in.
c.2.nu.5. per Philip. Franc. de præben.in.6.poſt
Lappum alleg.84.col.5. in fi. Hocque etiã pro-
cedere in prioratibus, p quos principaliter regun-
tur,ubi ſupra,tradit Philip. & pręmiſſam conclu-
ſionem, tenet etiam Card.Alex. in.cap.cum Bea-
tus.45.diſt.& in d.cap. a ſubdiacono.63. diſt.&
* communis* eſt ſententia, ſecundum Franc. Rip.
in d.c.2.num.80. de Iudic. qui ſubdit, eſſe inter
maiora dignitates, Abbatiam connumerandam
aliquando: & aliquando inter medias,uel inferio
res,diſtinguendo ut per eum. Verum ego exiſti-
mo, Abbatem inter inferiores dignitates eſſe repo
nendum,quia ut inquit Iaſ.in. l.1. nume. 19.ff.de
20 Iuriſd.om.iud. † in ordine clariſsimorum & uice
præſidum, is tantummodo reponitur, nec du-
bium eſt,titulum clariſsimorũ,quartũ,& ultimum
eſſe,inter titulos nominatos, dignitatũ,ut ibi per
Iaſ.& Specul.in tit.de iuriſd.om.iud.colu.3. & di
ximus in tract. Duelli.concl.77.& ex illis carmini
bus edocemur. Illuſtris primus, medius Spectabi-
lis,imus. Vt lex teſtat,clariſsimu. eſſe probat. Et ſu
perilluſtris, proponitur omnibus iſtis. Aduerten-
dum tamen eſt, Ripam cum relatis, loqui in digni
tatibus eccleſiaſticis, ſupponendo maximam eſſe
epiſcopalem. ſed etiam in caſu ſuo uidetur milita
re argumentum noſtrum, quia etiam in omnibus
eccleſiaſticis dignitatibus, militant dicti quatuor
tituli, ſic ut ſuperilluſtris aliquis cenſeatur, uel il-
luſtris, uel ſpectabilis, uel Clariſsimus, ut in toto
hoc lib.2.per capita omnia eius. Hic etiam apte,
cõmemorare poſſumus, Abbatẽ,q ſemel fuit, ſem
per retinere primum locum in choro, in memo-
riam priſtinæ dignitatis,ut per Felin, in. c.quæ in
eccleſiarũ.col.1.de conſtit.uel col.26.uerſi.Fallit.
5.& Iaſ.in. l.uita ſup.§.griſogonus, de uer.oblig.
num.27. Non tamen tanti cenſendam eſſe di-
gnitatem,& excellentiam Abbatis exiſtimo, ut li-
cet præferatur omnibus Clericis, etiam perſona-
21 tum habentibus,ut ſupra, † præſerendus quoque
ſit uicario epiſcopi:.um ut diximus ſupra.c. præ-
ced. de uic.epiſcop.§.1.&.2. Vicarius epiſcopi ge
neralis,dicitur habere idem auditorium, & idem
tribunal,cum epiſcopo:& dicitur ordinarius,& to
ta diœceſi epiſcopi: & geſta uicarij, dicuntur ge-
ſta epiſcopi,& iura loquentia de epiſcopo,uerifi-
cantur in uicario,& cognoſcere poteſt de omni-
bus,de quibus epiſcopus:& præcedit omnem di-
gnitatem,quantumcunque primam, poſt epiſco-
pum, in eccleſia: & coruſcat radijs eius. Qua de
re, cum Abbates & monaſteria ſubſint epiſcopo
de iure communi,quo ad Confirmationem,& be
nedictionem,ut ſupra hoc.c.num.13. & etiã quo
a correctionem, ut ſupra de epiſcopo.§.4.in
rub.poten.epiſ.in ſpirit. num.5.&.16.& dicemus
in ſeq.num.24. ſicque iuriſdictio uicarij conti-
neat ſub ſe iudicanda, in cauſis monaſteriorum,
& Abbatię, non uidetur dubitandum, Vicarium
22 præponendum Abbati, † quia qui maior eſt iu-
riſdictione,& cui maior facultas eſt conceſſa, ma-
ior eſt dignitate.c.diaconi.grande.q.3.diſt. & po
nit Card.Alex.in.c.a ſubdiacono.ea diſt. & con-
ſuluit Abb.conſ.21.in.1.parte, qui licet loquatur
de pręcedentia uicarij & Archidiaconi, tamen
prædicta ratio,& aliæ per eum adductæ, militant,
ut uicarius ſit anteponẽdus,etiam Abbati:ſcilicet,
quia uicarius præeſt melioribus, & oĩbus de diœ-
ceſi,& facit idem conſiſtorium, cum epiſcopo, &
de eius iuriſdictione participat: Sicque hic recte,
poſt

poſt Vicariũ epiſcopi ſedentẽ, Abbatẽ poſuimus.
Verum an hæc prælatio, procedat etiam in Abba-
te exempto, uidetur poſſe dubitari: cum multa di-
cta in præcedentibus, in gratiã uicarij, nõ uidean-
tur militare, & per conſequens nun uidetur poſſe
præferri tali Abbati exempto, cum Abbas exem-
ptus, etiam uices epiſcopi gerere, cenſeatur. ut do-
cet glo. in clem. 1. in uer. proprij. de reb. eccl. non
alien. arg. c. ſi qua. 12. q. 2. cum concord. & per
Innocen. in. c. 1. de cler. peregr. & Bal. in auth. cau
ſam quę. col. fi. C. de Epiſ. & cleric. qui dicunt eum
haberi pro epiſcopo: ideo cogitabis. Hic etiam
23 conuenire poteſt † ut ea æſtimatione Abbatem,
uel quemlibet alium prælatum habendum pute-
mus, ne quicquam ſiniſtrum de his arbitremur, c.
abſit. 11. q. 3. Immo in dubio, quilibet prælatus,
Sanctus, & bonus præſumitur, c. non nos. 40. diſt.
Nota etiam, credendum eſſe ſigillo Abbatis, Spe-
cul. in tit. de probat. §. 3. uerſic. Item ſigillum Ab-
batis, & uerſic. ſi autẽ. Sed an ſub proprio ſigillo,
monaſterium & ſucceſſorem obligare poſsit, pro
debito contracto, uide Pau. de caſ. cõſil. 334. Item
adde, ut monachatio liberet Abbatem, a patria po
teſtate, ut ſupra in. c. de epiſcop. §. 4. in prin. in nu.
24 11. Ea uero potentia Abbas eſſe arbitratur, † ut ad
eum tota poteſtas monaſterij pertineat, nullaque
poteſtas, & licentia monachis, pro arbitrio ſuo re
linquatur, quem expellere, aut alium ſibi ordina-
re non poſſunt. Quo circa, fideliter & ſtudioſe,
ipſe Abbas uniuerſa, quæ ad diuini cultus reueren
tiam, uel ad utilitatẽ monaſterij pertineant, ſolici-
tudine ſua adimplere debet. c. nullam. 18. q. 2. &
per Abb. in. ca. ea noſcitur. de his que fiunt a præl.
num. 4. Habet nanque iuriſdictionem, & coerci-
tionem: immo aliquando merum Imperium, ut
per Specul. in tit. de arbitr. §. fi. uerſic. ſed quæro
ubi Io. And. & Innocen. in. c. quanto de offic. or-
din. & alibi, & ibi Abb. num. 3. & per eundem in.
c. cum contingat nu. 21. & ſeq. de foro. comp. In-
de eſt, ut corrigere poſsit monachos ſuos, etiam
ſolus, abſque conſenſu capituli. cap. Ioannes. ubi
Io. And. de regular. & d. c. quanto. de offic. ord. &
affirmat Philip. Franc. in. c. reprehenſibilis nu. 12.
& in. c. ad noſtram num. 2. de appel. non obſtante
eo tex. quem declarat. Subdit tamẽ, epiſcopũ non
poſſe corrigere clericos ſuos abſque capitulo. c.
nouit. de his quæ fiu. a præl. in hocque plus poſſe
Abbatem, quam epiſcopum. Atque declarat, ut ſi
Abbas ſit nimis ſeuerus in corrigendo, tunc debet
adhiberi capitulum, ſecundum alium intellectum
ad d. c. reprehenſibilis. & an prælatus in corre-
ctione excedens modum, debeat ueniam petere,
uide. c. quando, cum glo. 86. diſt. Et quod ſolum
ad Abbatem correctio pertineat, explicat etiam
Archid. in. c. nullam. 18. q. 2. poſt Hoſtien. & In-
nocen. per eum relatos: Hocque adeo procedit
25 † ut monacho neceſſe ſit potius obedire Abbati
ſuo quam Epiſcopo. glo. in. c. qui reſiſtit. 11. q. 3.
& per Philip. Franc. ubi ſupra: ſic dicitur in glo. c.
noluit. 33. q. 5. cum plus ſubeſſe Abbati, quam
uxorem uiro: Alia tamen glo. in. c. 2. 18. q. 2. di-
cit, ad epiſcopum tunc pertinere correctionem, ſi
ordine iuris agitur: ſecus ſi non in forma iuris, de
quibus loquitur Abb. & doct. in. c. quanto, de of-
fic. ord. ſed magis concluſiue inquit in. c. cum ab
eccleſiarum, num. 10, eo tit. poſt. Io. lig. Abbatem
habere iuriſdictionem in monachos, etiam in cri-
minalibus, ubicunque deliquerint, excepta pœna
depoſitionis, & ubi adſit negligentia. d. c. quanto.
uide per Cald. con ſi. 3. de accuſat. & cum Abbate
tenet Rom. etiam conſ. 375. & uide etiam Felin.
in. c. 2. colu. 1. remiſsiue, de ſenten. excom. & quæ
dicta ſunt ſupra in. c. de epiſcopo. §. 4. in prin. nu.
4. Rurſus dicas, ut etiam iniuſta correctio prælati,
uel Abbatis, ſit toleranda. c. contra. ubi glo. 1. 100.
diſt. Et propterea procedere poteſt, in correctio-
ne monachorum, & ſubditorum ſuorum, Abbas,
& alius iudex, uel prælatus: etiam per excommu-
nicationem: præmiſſa tamen canonica monitio-
ne, ut per Hoſtien. in ſum. de ſenten. excom. §. quis
poſsit. col. pen. & d. c. reprehenſibili, ubi Philip.
Franc. nu. 2. qui tamẽ ſubdit poſt, Abb. poſſe etiam
ſine monitione excommunicare delinquentem, in
omni caſu, quo excommunicatio infertur ipſo fa-
ctu, a iure, uel alia conſtitutione, atque ſecundum
Bal. ibi inquit, excommunicationem eſſe ſimi-
lem infamiæ iuris. cap. decernimus. de ſenten. ex-
com. in. 6. at ſi monachus, uel monacha ſæpius
peccauerit, qualiter puniatur, ponit glo. in. c. quod
ſi. 27. quæſt. 1. Econuerſo itidem, poteſt Abbas,
& Prior, monachum ſuũ excommunicatum, abſol
uere, ut per Hoſtien. ubi ſupra, in. §. quis poſsit ab
ſo. in uer. ſed qs: & eſt gl. in. c. ſi qs monachus. in
uer. prioris. 90. diſt. quæ tñ dicit, Abbatẽ hoc non
poſſe, ſi percuſſerit clericũ ſeculare. c. cũ illorũ. de
ſen. excom. Aliter tamen uidetur loqui Felin. poſt
Abb. in. c. monachi. de ſenten. excom. ſcilicet ut in
excommunicationibus, a iure inductis, non poſsit
Abbas abſoluere: quia quando Papa ſibi non re-
ſeruat excommunicationem, uidetur concedere
epiſcopo. c. nuper. de ſenten. excom. Declarat ta-
men Primo, ut poſsit, quando Abbas habet iuriſdi
ctionem quaſi epiſcopalem. Secundo quando
religioſus eſt excommunicatus, ex cõſtitutionibus
ipſius regulæ. Tertio quando ipſe Abbas excom-
municaſſet. Quarto, quando monachi ſe inuicem
percuſſerint. Et hic ad propoſitum noſtrum nota
re potes, ex eo. c. ſi quis monachus, ubi Card. Alex.
poſſe Abbatem, monachũ rixoſum, cõtentioſum,
conuitiatorẽ, & murmurantẽ, ad arbitrium ſuum,
26 iuxta modum culpæ corripere. † Quã autem con-
tentio ſit peccatum, uel mortale, uel ueniale, &
quandoque non improbanda, ponit ibidem idem
Card. Et generaliter nota, poſſe Abbatem eijcere
monachum irregulariter uiuentem, niſi ſe corri-
gat. c. relatum. ne Cler. uel monach. ubi Abb. qui
etiam not. ibi, quæ ſint a monacho obſeruan-
da, & præcipue illa tria ſubſtantialia regulæ: uide-
licet, obedientiam, paupertatem, & continentiam,
ſeu caſtitatem. alioquin peccatum mortale com-
mittat:

mitt:it:vr etiam addo Iaſ.conſi.77.nu.3.vol.1. Ac
diſciplinā monachorum,conſiſtere in.7.gradibus,
de quibus in reg.5.Benedicti.c.33.&.c.38. tradit
Card. Floren. in clem. 1. §. ſi qui. de priuileg. in
fin. qui ibi etiam ponit, monachum incorrigibilē,
eijciendum, alioquin carcerandum. Nam Abbas
poteſt capere, vel mandare, monachum capiendū:
cum habeat correctionem, & ordinariam poteſta-
tem capiendi, vel demandandi, niſi de fuga ri-
meatur: vt præſenter ſuperiori: vel niſi ex iuſta cau
ſa, ut per Innocen. in. c. ut famæ. de ſenten. ex-
commu.colum.1. Verum in correctione, qualiter
ſe habere debeat Prælatus, poſuimus etiam ſupra
in.c.de Epiſcop.§.3.nume.62.&.64.cum ſeq.Sed
illud generale non eſt omittendum, ut Abbas
ſit in corrigendis vitijs pie ſeuiens: & adde, ut præ
latus, aliquando repellere aliquem criminoſum,
ab eo etiam toleratum, poſsit, glo. in c.quiſquis.
23. quæſtio.4.& propriam iniuriam punire, ſi ani
mo corrigendi faciat: non ex indignatione, & ad
vindictam. gloſſ. in. c.& qui.45.diſt. ubi Cardin.
27 Alex. remiſsiue.† Ad præmiſſa etiam pertinet, ut
iniuſſu: & abſque licentia Abbatis, & prælati, nō
liceat monachis: vel alijs renunciantibus, non ſo-
lum facultatibus, ſed noluntatibus proprijs, in ip
ſa ordinis ſuſceptione, & obedientiam promitten-
tibus, aliquid habere, poſsidere, dare, uel acci-
pere, cum quid proprium habere non poſsint: ſed
omnia ſint communia.c.non dicatis.12,q.1.&. c.
cum ad monaſterium. de ſtat. monach. Immo
nec cellulas ſeparatas habere, vel conſtruere, eis
permiſſum eſt. c. nullus monachus. 18.quæſtio.2.
c. fi. 20. quæſtio. 4. Similimodo abſque conſen-
ſu Abbatis, monachus vouere non poteſt; alio-
quin vota irrita ſunt. Nec ad alterum monaſteriū
tranſire, aut ordinem ſuſcipere. c. monacho. &. c.
monachum.20.quæſtio.4. Nec epiſcopatum re-
cipere: Immo etiam factus Papa, ſine licentia
Abbatis, redire tenetur, ut ſentit gloſſ. in. c. quam
28 ſit.pen.18.q.2.cum concord. † Ordines vero pri
mos, conferre poteſt Abbas: uidelicet Pſalmiſtæ,
Lectoris, & Hoſtiarij, c. Abbates. in fin. de priui-
leg.in.6.ubi Philip. Franc. c. quoniam cum gloſſ.
ubi Cardin. Alex.69.diſtin. hocque etiam de con-
ſuetudine: Quæ declara tamen, ut procedant tri-
bus concurrentibus: primo quod Abbas ſit Præſ-
byter: Secūdo quod benedictionem acceperit: ter-
tio quod conferat proprio monacho, non alieno:
niſi inuitatus, ut ibi, per Cardin. Alexand.& gloſ.
Immo Pſalmiſta, etiam ſola iuſsione præsbyteri,
officium cantandi ſuſcipit. c. Pſalmiſta. 23. diſt.
ubi not. Cardin. Alexand. minores ordines, etiam
ſine titulis dati, quodque alias ordinum collatio,
ſolum ad epiſcopum pertinet, ut & diximus ſupra
in.c.de Epiſ.§.4.in rub.potentia Epiſcopi in ſpiri-
29 tualibus. nume.17.& alibi.† Sic fortius, ſi Abbas
benedicit, & conſecrat perſonas, poteſt benedice
re calices, patenas, veſtes ſacerdotales, cruces, &
ſimilia. ut in glo. Ioan. And. in. c. Abbates. de
priuileg.in uer.tonſuram; quæ cum ſint potius epi

ſcopalis dignitatis, quam ordinis, poſſunt conue-
nire Abbatibus, habentibus inſignia epiſcopalia,
ex conſuetudine, ut per Card. in clem.2.§. ſtatui-
mus. quæſtio. 9. de ſtat. monach.& Philip. Franc.
in d. c. Abbates. de priuileg. nume. 3. ubi notat
duplicem eſſe benedictionem: ſimplicem, & ſolen
nem, competentem etiam Abbatibus, ex priuile-
gio: qui tamen publice non benedicunt Populum,
ſed in eccleſia ſua, ut per Specul.in tit.de priuileg.
uerſi. non eſt etiam. & per Ioan. And. in ſpec. in
tit. de elect.§. 1. uerſi. conſequenter, in litera. m.
& per Bertachin. tract. de epiſc.lib. 3. Et in præ-
miſsis nota, Abbatem non benedictum ab epi-
ſcopo ſuo, tertio requiſito, poſſe tamen mona-
chos ſuos benedicere, & alia quæ ad officium
huiuſmodi pertinent, exercere. c. 1. ubi Abb. de
30 ſuppl. negl. præl. † Poteſt tamen Abbas, iura epi-
ſcopalia præſcribere. c. auditis.cum gloſ. de præ-
ſcript. ubi Panor. nume. 4. declarat tamen nu-
me.23.niſi iura epiſcopalia, ſint ordinis: ut & per
Ioan. Bapt. Caccialup. in tract. de unionibus ar-
31 tic.3.nume,23. & ſeq. † Item Abbas, liberam ha
bet adminiſtrationem, in rebus eccleſiæ.c. nobis.
in fi.de electione.c.is cui eo.tit.lib.6.& per Panor.
in.c.cæterum nume.2. de donation.& Corn. con
ſil. 142. nume. 33. volum. 1. Diciturque tamen
tantum procurator: vel magis proprie adminiſtra
tor, non dominus. c. fraternitatem, ubi idem Pa-
nor. eo. tit. Hinc inquit glo. in. l. ſi præſes. C.
quom. & quan. iud. & Alex. in. l. ſi condicatur.
ff. de condic.fur.eum æquiparari patri, ſeu legiti-
32 mo adminiſtratori. † Et hic notandum eſt, quod
ſemper in geſtis ab Abbate, præſumitur interueniſ
ſe conſenſus conuentus & capituli. c. ea. de his
quæ fiūt a præl.ſine conſ.c.quem ad hoc ita notat
Innoc. in. c.ueniens.col.fi.de præſcrip.propterea
an poſsit donare ibi tradit ipſe Panor.& in d.c. cæ
terū, concludit, ut ceſſante conſuetudine, nihil do-
nare poſsit, abſq; cauſa rationabili: poſsit tū cum
cauſa rationabili, puta quia recepit ſeruitium: uel
quid ſimile ab aliquo. Sic rei eccleſiaſticę alienatio
ꝑlato, & Abbati interdicit in.c.nulli.& per totum
illū titulū, cū concord. de reb.eccl.non alien. Ideo
nec pōt tranſigere, de rebus cōibus, ut per Innoc.
in.c. contingit.de tranſact. & Bal.in marg.in uer.
Abbas.uerſ.3.& per doct.in.l.nulli.præcipue Iaſ.
ff. de tranſact. ubi tales adminiſtratores, non poſ-
ſe tranſigere declarat, ſuper re immobili, ita ut re-
maneant aduerſario, aliquo retento: ſecus econ
uerſo: & dicemus inf. in. c. de procur. Cæſ. nu-
mero decimo. At ubi permiſſa ſit, uel donatio,
uel uenditio, vel commutatio; collaudatione,
uel ſubſcriptione clericorum, uel monachorū erit
facienda, alias irrita eſt. c. 1. ubi Abb. de his quæ
fiun.a præl.ſine conſenſ. cap. uel etiam ſi fiat ſine
conſenſu Epiſcopi. ut per Bald. in authen. hoc
ius. column. 4.C.de ſacroſanc. eccl. & ad prædi-
cta inquit Ruin. in conſilio, 40. numero ſexto,
volum. 5. licet prælatus poſsit alienare ea, quæ
ſeruando ſeruari non poſſunt, etiam ſine alia

tiſſas in ſede ponere.cap.ut noſtrum. de offic. ar-
chid. ſed tex.in d.c.quando diſponere uidetur, ut
epiſcopus debeat eligere Sacerdotes,in eccleſia-
ſticis Sanctionibus,qui ordinandorum uitam, ge-
nus,patriã,ætatem, inſtitutionem,locum,ubi edu-
cati ſunt,ſi ſint bene literati,ſi inſtructi in lege dei;
& ante omnia inueſtigent , ſi fidem catholicam
firmiter teneant , & uerbis ſimplicibus aſſerere
queant.Sed pro ſolutione, Cardin. Alex.ibi dicit;
quod quædam eſt præſentatio, quæ fit de ordinan
dis,tanquam dignis , & examinatis, & hæc de iure
communi ſpectat ad Archidiaconum, quando epi
ſcopus dicit , Scis iſtos dignos, &c.ut in cap.1. de
ſcrut: Sed ubi conſuetudo aliter concedat, & quia
multæ ſunt eccleſiæ , quæ Archidiaconum non
habent,procedat diſpoſitio d.c.quando: & quan-
do agitur de præſentatione clerici , quo ad titu-
lum,ad quem ordinari debet:eandem ſolutionem
tenet Abb.in d.c.ad hæc.col.2.in fi.Sicque Archi
diaconus poteſt dici coadiutor epiſcopi in ordina
tione clericorum,ut faciunt tex.in.c. ſubdiaconus
&.c.ſeq. 22. diſt. Sic ſolicitudo archidiaconi eſt,
imperare ſubdiaconis , & leuitis , ut ordinatio ab
his,ueſtiendi altaris fiat, & cura incenſi , & ſacrifi-
cij,& quis leuitarũ euangeliũ legat : ad populũ qs
preces, aut reſponſoria in diebus dñicis aut ſoléni
tatibus decantet. Item ſolicitudo parochiarũ , &
ordinatio,& iurgia,ad eiuſdem pertineant curam;
& pro reparandis baſilicis diœceſanis, ipſe ſugge-
rit ſacerdoti, ipſe inquirit parochias cum iuſsione
epiſcopi,& ornamenta, & res baſilicarum, & paro
chiarum geſta,& libertatum eccleſiaſticarum,epi-
ſcopo idem refert: collectam pecuniam , de com-
munione,ipſe accipit, & epiſcopo defert , & cleri-
cis proprias partes ipſe diſtribuit. Ab archidiaco-
no nunciantur epiſcopo , exceſſus diaconorum,
ipſe denunciat ſacerdoti in ſacrario , ieiuniorum
dies,atque ſolennitatum: & ab ipſo publice in ec-
cleſia prædicantur : & ſi archidiaconus abſens eſt,
11 uicem eius diaconus ſequens adimplet: † ſub Ar-
chidiacono uero eſt Archipresbyter,eiuſque præ-
ceptis debet obedire, ut hæc expreſſa ſunt in cap.
perlectis.§. hi ſunt ordines.25.diſt. ſed intellige,
quo ad adminiſtrationem:quo ad ordinem ſit in-
ferior archidiaconus , ut per Rip. reſpon.5. num.
14.de conſtit.& ante eũ per Hoſt.in ſum.de offic.
Archid.in prin.& per Card. Alex. in cap.perlectis
col.4.25.diſt.& per Barb.in tract.de præſt. Card.
in.1.q.1.parte num.48.Ideo inquit Felin. in rub.
de maior.& obed.col. 1.archipresbyterum in di-
uinis & extra miſſam , præcedere archidiaco-
num,non in alijs , puta in loco , in uoce, iuriſdi-
ctione,& ſimilibus . allegat Dom. in cap. epiſco-
pus.17. diſtinct. Atque ſi obierit in plebe Archi-
presbyter , uel aliter fuerit eiectus , electionem
quo ad ſolicitandum ſaltem , Archidiaconus
cum clericis,& populo facit , uel de conſenſu epi-
ſcopi,uel conſuetudine hoc permittente. cap.ſi in
12 plebibus.63.diſt.ubi Card. Alex. † Non debet ta-
men archidiaconus, exercere dominationem in
presbyteros parochianos, cenſum ab eis extor-
quendo,nihilque per auaritiam præſumere.cap.ſi.
94.diſt.ubi idem Cardinalis . Neque debet ipſe,
uel alius, animarum curam , uel præbendas eccle-
ſiæ, aut officia,uel beneficia eccleſiaſtica , ſine iu-
dicio uel conſenſu epiſcopi , alicui tribuere , cum
hæc in epiſcopi iudicio, & poteſtate permaneat.c.
nullus.16.q.7.ubi Archid.& doct.c.cum ſatis.ubi
Abb.de offic.Archid.& per glo. in.c.cum in cun-
ctis.de election.& Bertachin.in tract. de epiſc.in.
2.parte.4.lib.num.86. Verum plura,quæ ad offi-
cium archidiaconi pertineant : & tredecim , quæ
cum præmiſsis conueniant,notat Abb.in d.cap.ad
hæc.col.1.de offic. archid . Primo, quòd imperat
leuitis, & ſubdiaconis. Secundo generaliter habet
ſolicitudinem parochiarum . Tertio earum habet
ordinationem . Quarto audit iurgia ſingulorum.
Quarto habet ſubiectos archipræsbyteros,qui de-
cani nuncupantur a pluribus. Et hic addas , ut ar-
chipresbyterorum ruralium inſtitutio , & deſtitu-
tio per epiſcopum, ſine ipſo non fiat. ut inf.in.c.
de archipreſ. in prin . Sexto obtinet primum præ
alijs locum , poſt epiſcopum, ut & per Alex.conſ.
142.num.2.uol.6. Septimo eſt eius uicarius.Octa
uo habet curam in eccleſijs , & clericis,ſicque di-
citur habere curam largo modo.Nono habet cor-
rectionem leuem,non in grauibus inquirendo,ſe-
cundum doct. non uniuerſaliter uiſitando , ſed
tantum loca,& perſonas, de quibus eſt infamia;
& uiſitabit ſecundũ Hoſtien. de triennio in trien-
nium , & quando epiſcopus non poteſt. ca.1. de
offic.archid. Decimo ad archidiaconum perti-
net uiſitatio, quę ſumitur pro tranſlatione poſſeſ-
ſionis corporalis,nõ ſolum in beneficijs: ſed etiam
in dignitatibus. Vndecimo ad eum ſpectat exami
natio clericorum , ad ſacros promouendorum.
Duodecimo examinatio promouendorum ad be-
neficia, qui primo examinantur ab ipſis , ſecundo
epiſcopo præſentantur : & uide aliqua per Vgon.
in tract. de offic. quat. præl. in.1.parte in rub.de
auct.epiſc. Hic generaliter ſubijce ſecundum Spe-
cul.in tit.de offic.archid.in prin.in his quæ ad of-
ficium archidiaconi pertinent, maxime reſpicien-
dam eſſe conſuetudinem uniuſcuiſque loci , ut
etiam tenet Hoſtien. in tit. de offic. archid.in.§.
quod ſit,ubi recitata & ipſe colligit.

Potentia uero , & dignitas Archidiaconi , cum
ex multis ſuperioribus deprehendatur, colligere
13 etiam in primis poſſumus , inter alia, † ut iuriſdi-
* ctionem , de iure communi, * omnino ſimplicem
habeat ueluti uiſitare, corrigere, & coercere mo-
dica coertione , cauſas minores audire & termi-
nare,& alia ſimilia, ut in ſuperioribus, pagere : ut
per Abb. in.c.dilecto,num.7.de offic.archid.quia
in his,quo ad parochiales eccleſias, & minores ti-
tulos, eſt uicarius epiſcopi . Non tamen habet ea,
quę epiſcopalis ordinis ſunt, ut conſecrare,dedica
re, Chriſmare,confirmare , & ſimilia , de quibus
habetur in cap. quod ſicut.§. preteres de electio.
Nec habet ea,quæ ſunt epiſcopalis auctoritatis, ut

causas

eanſas matrimoniales audire,indulgentias conce-
dere, & quo ad exercitia eccleſiaſtica, beneficij
14 adminiſtrationem inſtituere,& ſimilia. † Et uide-
tur, quod iuriſdictionem etiã ordinariam habeat:
quia ſit perpetuus uicarius epiſcopi,& iuriſdictio-
nem habeat ſimpliciter a lege, ut tenet Innoc.in.
c.cum ab eccleſiarum. de offic. ord.& Archid.in.
c.perlectis.25.diſt.ut ibi col.5.eos refert, & ſequi
tur Card.Alex. licet glo.ibi in uer. & iurgia, in fi.
late diſputando,tandem dicat ſibi uideri,quod ſo
lus epiſcopus in ciuitate ſua, debeat eſſe iudex or-
dinarius.& inquit Abb.in conſi.21.uol.1. Archi-
diaconum non habere contentioſam iuriſdictio-
nem, cum tamen ordinariam & perpetuam uica-
rius habeat, ab epiſcopo conſtitutus: qui eo ſit
maior. Hanc quæſt. etiam late diſputat ad partes
Hoſtien.in d.ſum. de offic.archid.§.quod ſit. col.
1.& ibi affirmat conſuetudinem loci, ſecundum
* magis communes * opiniones, eſſe ſeruandam, ſi
adſit:ſi ſecus,ad conſuetudinẽ uicinarum eccleſia-
rum,recurrendum ſit: poſtea ſubdit quod tamen
quædam ſunt, quæ de iure communi ad eum ſpe-
ctent,quaſi innuat quod in illis habeat iuriſdictio-
nem ordinariam, Bal.uero in.l.1.§. in initio.num.
4.ff.de offic. præfec.urb. Iuriſdictionem Archi-
diaconi ordinariam ponit, non plenam,ſed ſemi-
plenam,idest,ſine executionis realis potentia: ſci-
licet mediatam habet, quia literas ſuas epiſcopus
mittit,& ſic facit per medium, quod immediate fa
cere non poteſt.Subdit rurſus Bal.quod archidia-
conus circumſcriptiue,uti poteſt iuriſdictione,in-
fra fines archidiaconatus,non extra: Subiectiue di
cit,quod non omnis ordinarius habet territorium
ſubiectum. ſ. ſub ſe. Deci. uero in rub. de offic.
deleg. in prin. abſolute tenet, archidiaconum
habere iuriſdictionem ordinariam, & contentio-
ſam,allegando glo.in d.uerſic. iurgia,& archid. &
Hoſtien.ubi ſupra: Iſta opin.etiam mihi magis pla
cet, in his quæ archidiacono competunt de iure
cõmuni,ut ſupra: hocq; tanto magis,ſi de conſue-
tudine,uel ex inſtitutione, talis iuriſdictio ordina
ria tributa eſſet, ut in uicario diximus. c.præced. &
hoc etiam eo argumento magis placet: quia epi-
ſcopus non poteſt ad libitum auferre iura compe-
tentia archidiacono,quia habet ius in re: nec eum
remouere, ex quo a iure conſtitutus eſt,ut docet
Card. Alex.in d.c.perlectis.col.5. quod etiam te-
net Decius con. 664. col.1. ubi ex ſententia Ant.
But.plus dicit, ſcilicet epiſcopum non poſſe exer-
cere officium Archidiaconi. Declara tamen, ut
non habeat iuriſdictionem in monaſterijs, quia
quo ad iuriſdictionem ſubſunt epiſcopo.cap.hoc
iure.18.q.2.&.cap.cognouimus, & per Innocen.
in cap.dilecto. de offic.archid. De iuriſdictione
uero Archid.uide etiam Abb.ubi loquitur de alijs
prælatis inferioribus,in.c.cum contingat, præci-
pue,colum.13. de for. comp. & dicemus inf.in.
15 cap. de Archipresb. † Verum an archidiaconus
poſsit excommunicare, Cardin. Alexand. in d.
cap. prælectis. colum.6. diſtinguendo ſecundum
glo. in. cap. cum in cunctis, in uer. Archidiaco-
num, de electión.tenet eum non poſſe excommu-
nicare,cum ſolennitate.c.debent.&.c.cum aliquis
11.q.3. quia id ſit mucro epiſcopi. c. uiſis.in fin.
16 16.q.2.& † ſic de reſeruatis epiſcopo, ad quæ ar-
chidiaconus non appouit manum.c.nullus.16. q.
7.at ſine illa ſolennitate excommunicare poſsit.c.
1. de eo qui fur.ord. recep.& ita ponere tradit Ar
chidiaconũ, ibi & panor.in.c. cum contingat. de
for.compet. Hoſtien.in ſum. de offic. archid.d.§.
quod ſit.col.1. idem uidetur tenere; atque addit
ut poſsit non anathematizare, ſed excommunica-
re,etiam excommunicatione maiori,ſed non cum
illa ſolennitate,de qua ſupra: Supradictam diſtin-
ctionem uidetur non negligere Abb. in.c.archi-
diaconus.de offic.archid.licet ille tex.hoc expreſ-
ſe negare uideatur, cui plures fiunt ſolutiones:
Abbas tamen in d.c.cum in cunctis. §. inferiora,
hoc totum defert conſuetudini; & de iure non
poſſe excommunicare, arguit. Diſtinctio tamen
ſupra recitata,uidetur poſſe placere,ex quo ei con
ceditur iuriſdictio,& hoc argumento utitur Abb.
in d.c.cum in cũctis.§.inferiora nu.4.de election.
& arguitur ex ſupra adductis, præcipue per Abb.
17 in d.c.ad hæc.col.1.de offic. archid. † An autem
archidiaconus poſsit ſententias proferre in cau-
ſis,in quibus habet cognitionem, ad partes arguit
Card.alex.in d. c.perlectis. col.6. & in eam opin.
uidetur cum Gemin.inclinare. ut in negocijs non
arduis,poſsit diffinire,per d.c.ad hæc, quod uide-
tur expreſſe ſtatuere: & ſentit Abb.in d.c. dilecto
nu.7.de offic.archid.& hæc opin. uidetur uerior.
18 † Quę autem dicantur negocia ardua, ponit Abb.
in d.c.ad hæc.col.2. de offic.archid.ut clericorum
depoſitio,ſuſpenſio perpetua,uel multum diutur-
na,eccleſiarum unio, uel diuiſio, Diſpenſatio, niſi
concedatur: eccleſiaſticæ rei alienatio,iuriſdictio
monaſterij,niſi ſit conſuetudo: cauſarum matri-
monialium auditio,quæ ſunt publicæ pœnitentię,
indulgentiarum conceſsio,datio dimiſſoriæ, cau-
ſæ criminales graues,& quæ ſunt epiſcopalis ordi
nis, & generaliter omnia inter ardua reputantur,
quæ nõ expediuntur per epiſcopum,ſine capitulo,
de quibus diximus ſupra hoc lib.c.5.§.3.num.3.
leuia uero, quæ audit archid.inibi ponit Abb.ut
cauſæ uſque ad trecentos aureos, & minores cri-
minales, in maioribus capere reum & ad epiſco-
pum mittere,& modicã mulctam indicere clericis
ſibi ſubiectis,in adoptionibus,teſtamentorum, &
donationum inſinuationibus, ac manumiſsioni-
bus: quas non nomine eccleſiæ, ſed proprio, fa-
19 ciunt epiſcopi, auctoritatem interponere. † Non
poteſt tamen in archidiaconum compromitti, ut
ratione delicti,uel contractus, aliqui conuenian-
tur coram eo,cum nõ habeat territorium: & ſub-
20 dit ibi notanter Abb. † ea quæ dicta ſunt de archi
diacono, intelligenda eſſe de omnibus prælatis ec
cleſiaſticis inferioribus, iuriſdictionem habenti-
bus,de conſuetudine,uel de iure:licet commemo
rat Innoc.aliter ſentire. Premiſsis in ſpecie addit

Abb.

rÿ,celebrare diuinum officinm,niſi ex præſcriptione.c.cum olim.de præſcrip.quod intellige, ſi uellet celebrare officium monachale: ſecus ſi aliter, ſecundum morem illius eccleſiæ, ut ibi per Hoſtien.& Io. And. & per Card. in cle. 2. in. 1. op. & in ſin. de celeb. miſ. Item non poteſt Abbas ſibi facere compatrem, aut commatrem: niſi Baptizando, nec oſculari fœminas. c. monachi. de conſecrat. diſtinct.4.c.peruenit ad nos.cum gloſ. 18, quæſtio. 2. Nec habitare, niſi in proprio monaſterio:& ibi eſt citandus. l. omnes. 2. ubi Bald. in. 2. not. C. de Epiſcop. & cleric. Item non poteſt Abbas adire hæreditatem, monacho ſuo mortuo. ut per Bar. in.l.inde neratius. ff. ad. l. Aquil. Item non poteſt unire eccleſias, nec unire ſuum monaſterium: ſeu alteri ſubijcere, ſine conſenſu epiſcopi. Innocen. in. c. ſicut, in gloſſ. epiſcopi. ubi Abb.num. 2. de exceſ. præl. ſequitur Philip. Franc. in. c. cum ſingula, nume. 4. de præbend. item non poteſt Abbas per violentiam rumpere domos capellæ ſibi ſubiectæ: quia ea non poſsidet, licet in ea habeat ius ſubiectionis: licet ſecus ſit, ſi eijciat uim inferentem, ut per Innocen. in. c. 1.de immun. eccleſ. Item præſentatio fieri non poteſt per Abbatem ſolum, ſed etiam per capitulum.c.nouit.c.quarto. de his quæ ſiu. a præl. ſin. conſ. cap. Card. in clem. 1. §. Abbates. in. 1. op. de exceſ. prælat. Item Abbas non poteſt obligare bona monaſterij in præiudicium ſucceſſoris, ſine auctoritate ſuperioris, ut per Feder. de ſenis. conſi.138.conceſsio facta nutritio. Item non poteſt occupare bona monaſterij, ut per Cardin. in clem.1, §.nonnulli. de exceſ.prælat. Et ideo etiam Abbas non poteſt in perpetuum concedere bona monaſterij, conſanguineis ſuis, ut ſupra num.32. Nec poteſt in capellis præſcribere iura Epiſcopalia.c.cum olim,ubi doct. de præſcrip. Non poteſt præponi duobus monaſterijs.c.ne nimia. de relig. do. ſed habet optionem ad alterum; nec ſtatim vacat prima Cardin. in clem. 1. §. fi. de ſup. neg. prælat. Nec poteſt facere priorem in perpetuum, vel ad vitam,vt ſupra, nu. 34. Nec ſolus poteſt facere monachum,ſine fratribus.c.fi.16.q.ult, & tenet Philip.Franc.cum relatis in. c. ſi ad ſolum, nume.2.de regular. quod limitat primo, niſi Abbas ſolus, vel vnus de conuentu, vel etiam extraneus reciperet profeſsionem,nomine conuentus,& nomine Abbatis:cum tunc ſufficiat ratificatio illorum,vt valeat profeſsio.Idemq; affirmat, quando monaſterium uacaret:quia poſſet recipi profeſsio, noîe Abbatis futuri,poſtea ratificantis. Limitat. 2. qñ Abbas vellet creare monachũ,obligãdo ipſum monaſterio:& monaſterium ſibi:ſecus ſi uellet ipſum ad profeſsionẽ recipere:ordini tantũ,non monaſterio eum obligando:quia tunc poſſet ſine conſenſu conuentus: & ſubdit valere tñ receptionẽ, etiam in primo caſu,ſi conuentus nõ contradicat, p not.in d.c.fi.& alia.Nec põt edere carnes in monaſterio.cle.2.ubi Cardin.de cenſib.c.cum ad monaſterium. de ſtat. monach. Nec poteſt monachũ in eccleſia curata, ad eum non pertinente, pleno iure præficere,Innocen.in.c.1.de capel. monach. Nec poteſt ſine licentia Epiſcopi,tranſire ad aliud monaſterium. c. Abbas,pro humiliatione.18.q. 2.Nec poteſt obligari monacho, ſicut nec dominus ſeruo, ut dicemus inf.43.Nec poteſt renunciare modicæ rei,vel priuilegio,uel beneficio,ſine cõſenſu conuentus Innocen.in.c.ueniens. colum. fi. de præſcript. Nec poteſt abſoluere monachum arma portantem,ab excommunicatione. Cardin. in cle. 1. §.præfatę.q.pen. de ſtat. monach: niſi habeat ius Epiſcopale, de quo nidbſupra, nume. 1. &.30. & hic ſeq. Nec poteſt confeſsiones audire, vel pœnitentias iniungere, niſi ſubditorum ſuorum:Nec prædicare,niſi in clauſtro ſuo, poteſt. c. placuit. 16.queſtio. 1.c.peruenit.&.c.cinata.16. q. 1. Nec poteſt ipſe,uel alius regularis,decantare diuina officia,aliter quam cathedralis eccleſia, c. de his. 12.diſtin. Nec inutilis monachis,poteſt facere eleemoſinas,de bonis Eccleſiæ.gl & Card. in cle. 2.de cenſibus. Nec Abbas factus Epiſcopus, poteſt mutare habitum. Nec ordinis ſui ritum, quo ad ſubſtantialia.c.de monachis. §.ſeq.16.q.1. Itẽ non poteſt exercere ea,quę ſunt Epiſcopalis dignitatis:ut cognoſcere de cauſis matrimonialibus, iniungere pœnitentias publicas,concedere literas indulgentiarum,& ſimilia,niſi ſit ſpecialiter conceſſum.c.accedentibus.ubi Abb.de exceſ. præla. Nec Abbas Papæ ſubiectus,ſine eius licentia,cedere poteſt.c. dilecti filij. de renunciat. Nec aliam Abbatiam recipere:Nec aliam religionem.c. cum uenerabilis,de conſuetud. Sic nec Abbas ſubiectus Epiſcopo.c.Abbas.18. quæſtio.2. Nec poteſt habere proprium: ſicut nec alij religioſi.c.2.de ſtat. monach.Socin.conſil. 10. nume.21.uolum.1. qui tñ concedit poſſe habere, quo ad commodum monaſterij.Sic nec ipſe Abbas diſpenſare poteſt: immo nec Papa, ut monachus proprium habere poſsit: Nec contra uotum caſtitatis, ut in. c. cum ad monaſterium.de ſtat,monach. Declara tamen ut ſupra hoc lib.c. 1.§. quarto,uerſi. 3.nume.17.& ſeq. quo ad Papam.Item nec facto ſuo poteſt præiudicare eccleſiæ.c. cum noſtris. ubi Abb. de conceſ. præben. An tamen confeſsio prælati, & conuentus præiudicet; quo ad liberandum ſoluentem, uide per Paul. Caſt. conſil. 1. qui hoc affirmat. Nec poteſt alienare in caſibus permiſsis, ſiue conſenſu capituli,ut ſupra,nume.32.Item Abbas uel prælatus, de ignorantia ſuá ſe excuſare non poteſt: uel de ignorantia culpæ ſubditorum. c.quamuis. de reg.iur.Nec poteſt concedere monacho,ut perpetuo ſtet extra clauſtrum. ut ſupra. num.35.Nec poteſt præſentare regularem,ad eccleſiam ſecularem,ut per Felin. in. c. in noſtra. de reſcrip.col. pen.

Supereſt,ut aliqua,quę officium & obligationẽ Abbatis concernant,ſubijciamus: poſt nonnulla, quæ ex præcedentibus, & in cap. de Epiſcopo.
42 §. tertio, elici poſſunt. † Atque in primis ea; quæ ordinata ſunt in regula, obſeruare Abbas,

nec mutare debet, niſi quatenus in regula permittitur. c. dilectus. de temp. ordin. alias mortaliter peccat, vt & monachi, in his quæ ſunt præcepti, ut per Card. Flor. in. c. 1. in prin. nu. 8. de ſtat. monach. Et cum Abbas, uti prælatus, dux gregis, & paſtor eſſe debeat, arg. c. ſciſcitatis. 7. q. 1. ſolicitam ſubditorum, & monachorum ſuorum, debet gerere curam. c. in ſcripturis. 8. quæſtio. 1. c. cum ad monaſterium. de ſtat. monach. alias punitur, ut ibi: & uſque adeo, ut aliquando mortem ſubire debeat: non ſolum, ubi fides, vel ſalus Eccleſiæ impugnatur: ſed etiam ubi res, uel Claues Eccleſiæ auferuntur, gloſ. in uer. pro altaribus. c. conuenior. 23. quæſt. 8. Hinc eſt quod dicitur prælatū propter perſecutionem, non debere derelinquere prædicationem: nec doctorem modum dicendi: quia beati ſunt, qui perſecutionem patiuntur, propter Iuſtitiam. c. ſcimus. 43. diſtin. At quando liceat derelinquere eccleſiam, propter perſecutionem, vide glo. in. c. aduerſitas. in uer. hoc etiam. 7. q. 1. propterea diximus in ſuperioribus, numero 14. prælatum, propter negligentiam eſſe puniendum, ita vt iuriſdictio ei etiam auferatur, glo. fi. in. c. fi. 9. quæſtio. Et ne peccata ſubditorum ei imputentur, ſeuerus debet eſſe contumacibus, benignus tamen pœnitentibus. c. quanto. 2. q. 4. & promptior ad miſerandum, quam ad puniendum. cap. licet. 45. diſtinct. ſicque erga infirmos, compatiens eſſe debet. c. recedite. ea diſtinct. Nec facile ſubditis credere, & facile ad vindictam deſcendere debet: ſed præſentibus eccleſiæ ſenioribus, diligenter perquirere veritatem, & ſecundum qualitatem rei, delinquentes, Canonica diſtrictione ferire. cap. ſi quid uero. 86. diſtinct. Nam non ſufficit ſi inſtruat, quid ſit faciendum, niſi etiam puniat, non facientem. glo. in. c. quidam. in uer. niſi. 23. quæſtio. 4. Excuſatur tamen prælatus, qui fecit quantum in ſe eſt, admonendo, increpando, & corripiendo, & ei non eſt imputandum. c. de niduis, cum gloſſ. in uer. vt &. 27. quæſtio. 1. Debet Abbas, uel prælatus, inprimis à ſuperbia, & auaritia cauere. c. Diaconi. 93. diſtinct. Nam integritas prælatorum, ſalus eſt ſubditorum. c. miramur. 61. diſtinct. cum etiam apud Deum facilius exaudiantur. c. ipſi ſacerdotes. 1. q. 1. & recte ſcriptum eſt in. c. in ſacerdotibus. 16. diſtinct. vita & exemplo prælati, aliquem magis inſtrui. At malus prælatus, quandoque datur propter peccata populi. cap. audacter. 8. quæſtio. 1. Nec ideo licet malus, contemnendus eſt a ſubditis. c. multi. 1. quæſtio. prima, atque neque ipſorum opera, ſed doctrina attendenda

43 eſt. c. æquales. 1. q. 1. † Notandum tamen eſt, in eodem genere peccati, grauius cadere prælatum, quam ſubditos. c. homo. 40. diſt. Item debet acquirere eccleſiæ ſuæ, & monaſterio. gloſſ. cum text. in. c. quicunque. 12. q. 4. Ioan. And. in. c. 1. de oblig. ad ratioc. at ſi ſciat rem non eſſe eccleſiæ, tenetur ſtatim reſtituere, vel denunciare ei, cuius putat eſſe, propter bonam fidem, & dic, ut diximus ſupra in. c. de Epiſcop. §. 3. nume. 58. Item debet ab omni familiaritate monialium, & aliarum fœminarum, alienus eſſe. c. peruenit. 18. q. 2. & c. 3. ſeq. Immo nec vicino monaſterio, minusque cum monialibus, debet habitare. c. diffinimus. cum. 2. ſeq. ea diſtinct. Nec a mulieribus ſudariola, & Zonas, nec alia munuſcula accipere. c. monacho. 27. quæſtio. 1. Item Abbas tenetur ad concilium Epiſcopi accedere. c. fi. cum concord. 16. diſtinct. glo. in. c. epiſcopus non debet. ea diſtinct. ubi late Card. Alexand. diſtinguit: uide in. c. dilectus. de offic. ord. Item debet committere iuriſdictionem temporalem, ſi illam habeat. c. clericis. ne cler. vel monach. Item non debet committere vices ſuas, uel eccleſias, ſub annuo cenſu. c. 1. ne præl. uic. ſu. Item ad prælaturam, non debet præſentare ſe ipſum, quantuncunque ſit dignus. c. per noſtras. de iure patr. Item debet facere negocia etiam ſua, de conſilio fratrum ſuorum. cap. nouit. de his, quæ fiunt à præl. ſine conſ. cap. Item debet prouidere monacho, in neceſſitatibus ſuis: ſicut dominus ſeruo, Bald in. l. 1. q. 7. C. de his quæ pœn. nom. & licet cum eo litiget, debet eidem ſubminiſtrare expenſas, & alimenta Bart. in. l. Imperatores. ff. de tut. & rat. diſt. de quo per Alciat. in tract. de præſumpt. in. 9. præſumpt. in. 3. reg. nume. 9. & an Abbas teneatur ad ſumptus ſi inquirat contra monachum de crimine, diſtinguit Specul. in tit. de inquiſit. §. fi. uerſ. item pone Abbas: & ibi Bald. in addit. in uer. an monachus. Pro alimentis tamen denegatis monacho, pro tempore præterito, non videtur teneri Abbas: ſed pro futuris, ut per Ioan. And. conſi. 54. nume. 5. Item Abbas poteſt accuſari per monachum, ſine eius licentia. Innocen. in. cap. cum p. de accuſ. c. ex parte. eo tit. Item Abbas non debet dare literas abſolutionis monacho: quouſque habeat aliud monaſterium. Innocen. in. c. ſicut. in uer. temerarium. de iureiur. Bal. in marg. in uer. Abbas. uerſi. 21. Item poteſt Abbas conueniri, pro contractu, & delicto monachi, ſiue ante, ſiue poſt ingreſſum monaſterij: quando ad ipſum aliquid peruenit: & Abbate non defendente, fit miſsio in poſſeſsionem bonorum monachi, ad monaſterium peruentorum. Innocen. in. c. cum olim. column. 3. in uer. dederat. de priuileg. & Cardin. Flor. in clem. religioſus. q. 6. de procur. & Philip. Franc. in. c. ſtatutum. §. cum vero, numero quinto, de reſcrip. Abb. conſil. 44. & conueniatur etiam Abbas actione reali. Bal. in. l. nō ſeruum. C. de rei uendic. alias in. l. non ſolum. Alexand. in. l. quod ſeruus. ff. de depoſ. Sic ſecundum Innocen. ibi, Abbas poteſt agere, & obligantur omnes, ex contractu inito cum monacho. Non obligatur tamen Abbas monacho, ſicut nec dominus ſeruo, quia nulla inter eos cadit obligatio: & propterea ad promiſſorum obſeruationem non tenetur, ut per Bald. in. l. interpoſitas. C. de tranſact. in ultim. not. & in. l. ſi liber. C. de cond. ob cauſ. qui dicit hortandum, non cogendum, de quo dic ut per Ioan. a canib.

nib, in tracta. de execut. ult. uolun. in. §. conſen-
taneum , numero 4. qui limitat. de Iure diuino,
& Canonico:& ad hoc faciunt, quæ ſcribit Philip.
Franc.in.c.non eſt obligarorium,nu.4.de reg.iur.
in.6.ut Abbas debeat ſeruare iuramẽtum factum,
ſuper ſtatuto condito , cum conuentu , de dando
docem ſingulis monachis annuatim, pro ueſti-
menris, & uictualibus: licet ſi nolit ſeruare , non
habeant Monachi actionem contra Abbatem.
Cogitur tamen Abbas dare licentiam monacho
promoto ad Epiſcopatum. Panor.in.c.quod Dei.
col.fi.de ſtat. Monach. Item Abbas furans res ca-
pituli , tenetur furti actione. Bald.& doct.in.§.in
tutela.l.1.ff.de tutel.& rat. diſt. Item conuenitur
Abbas,pro Eccleſia ſibi ſubiecta . & ad agendum,
& defendendum , cum ſatiſdatione de iudicato
ſoluendo admittitur. Innocen.in.c.cum inter. de
uer.ſig.de quo per Nepot.a monte alb.in tract. de
excep.art.6.num.7. Hæcque procedunt etiam in
domibus, uel eccleſijs inferioribus ſibi ſubiectis,
ſiue prælatus,ſiue concurrens, cum priore ſibi ſu-
biecto,ut per Abb. in.c.cum deputati , de iudic.
nume.8. Sic inquit Felin.in.c.edoceri. de reſcrip.
colu.2. Abbatem ſolum ſine conuentu agere, &
conueniri poſſe,pro bonis communibus, etiá quo
ad adminiſtrationem,& forum ſortiri, uel domici
lium, prælaturæ ſuæ. Idem Felin.ait in.c.dilectus.
2.de reſcrip.col.4.uerſic. Octaua. Et cum litigat,
tenetur tamen iurare de calumnia.glo.& Bar.in.l.
2.§.hoc etiam. de iurani. calum. Bar. in tract. de
differ.inter ius canon.& ciuil. num.42.qui ponit,
ut de Iure ciuili,iuret in animam ſuam,de iuce ca-
nonico , in animá maioris partis cóuentus, ut per
not.in.c.dudũ.de election. Itẽ Abbas tenet̃ ad re
ſtitutionẽ fideicómiſsi monaſterio inſtituto s qđ
poteſt grauari,Bar.in. l.ſi fuerit.de leg.3.Bal.in.l.
pen.in pr.uerſ.quero ſi unum monaſterium.C. ad
Trebel. Item Abbas electus,tenetur relaxare bene
ficia quæ habebat, quia uacant, licet non ſit bene-
dictus: quamuis aliter ſit in Epiſcopo nondum
confirmato , Oldrad. conſ.14. doct.in cle.atten-
dentes.§. ſtatuimus. de ſtat. reg. & Pet. a Biax.in
direct. elect. cap. 48.3.partis num.7.Item Abbas
exemptus,delinquens in membris non exemptis,
punitur per Epiſcopum, & deponitur , alias aliter
fit.Innocen.in.c.ex ore,de priuileg.cap.Abbates.
cum concord. 18.q.2. ſed an cum conſenſu capi-
tuli.Io.And.in.c.pe.de cóſuetud.in.6.Itẽ dẽt Ab-
bas repetere monachos uagantes, aliter grauiter
peccat.clem.1.§.quia. ubi Card. de ſtat. monach.
Abb.in.c.ex reſcripto nu.5. de iureiur. Sed an ſi-
ne conſenſu capituli , per Pau. de Caſt. conſil.35.
Item ſi Abbas , uel religioſus, mutuam pecuniam
accipiat,nomine monaſterij, an teneatur monaſte
rium,uel requiratur eſſe uerſam in ipſius utilita-
tem perpetuam, uel temporalem ; uide plene per
Abbatem poſt doct.in.c. quod quibuſdam. num.
2.de fideiu.: & not.in.c.1.de depoſ.&.c.1.de ſo-
lution. Item cogitur Abbas,ad recipiendum mo-
nachos, ſi abundant reditus,ut per Io. Annan.in.
c.quoniam.in prin.de ſimon. Item Abbas renun-
cians , uel depoſitus ab Abbatia , remanet tamen
monachus , Abb. Felin. & doct.in.c.ſicut ex lite-
ris.de iureiur.in prin.Item Abbas ſuccedens in iu-
re patronatus laico, quo iure uti debeat, clericali,
uel laicali,uide per Iaſ.in.l.polla. num.5.C.de his
quibus ut indig. Item ſi ſit iniuſte electus, & ſo-
lutę ſint penſiones ei per inquilinos , uide an libe-
rentur ſoluentes, Iaſ.in.l.ſi urbana.ff.de de cond.
indeb.num.7.

Abbatiſſæ munus quoque deſcribendum uide-
retur, cum in multis non conueniat cum Abbate:
44 quæ curioſus quilibet perquirere poterit. † Nam
licet,ut inquit Abb.in.c.fi.nu.5.de ſtat. monach.
diſpoſita in monachis & Abbatibus , extendan-
tur ad Abbatiſſas, & moniales, quo ad eius pro-
portionabilia tantum , ſecus tamen econuerſo , ut
45 per glo.in cle.attendentes.de ſtat. monach. † Ve
* rumtamen inter a* cœtera, cum ratione admini-
ſtrationis,& in ea æquiparetur Abbati , ut inquit
Bal.in.c.1.in prin.col.6.qui feud. da.poſ.& Abb.
in.c.2. in prin. de his quæ fiu. a præl. quos cum
alijs ſequitur Dec.in.c. cum dilecta.col.4.in glo.
in uer.procuratricem.de confir. util.& in.l.fœmi
nę.num.10.de reg.iur.& Iaſ.in uſib. Feud. in tit.
qui feud.dar.poſ.num.6. multis omiſsis, breuitati
conſulendo: Hæc tantum a Decio ibi colligere li-
ceat : Scilicet eam habere iuriſdictionem , quam
poſsit in eius moniales exercere , per doctrin. Ab.
in.c.dilecta.de maior.& obed.in.2.not.qui etiam
concludit ipſam poſſe habere collationem bene-
ficiorum,& dignitatum,cum adminiſtratione, per
c.indemnitatibus.§.uerum. ubi Domin. de elect.
in.6.& per Abb.in.cap. cum in cunctis.in prin.de
elect.& per Bar.in.l.1.in.2.op.C.de dignit.lib.12.
Quibus adde Felin.in. c.meminimus. de accuſat.
& not. Philip.Franc.in.d.c.indemnitatibus. §.ue-
46 rum num. 2.† Nec hic omitto commemorare,
Abbatiſſam uel Prioriſſam debere habere æta-
tem,quæ requiritur in Epiſcopo , ut in d.c.cum in
cunctis.in prin.de elect.quicquid antiquis conſti-
tutum eſſet,de ætate ſexagenaria,in.cap. iuuencu-
las.20.q.1.& tradit idem Franc.in d.c. indemnita
tibus.in prin.num.2.ubi not.ſubdit, iura loquen-
tia in Abbatiſſa,habere locum etiam in prioriſſa &
per eundem Franc. in. cap.1.§.uerum.de ſtat.reg.
Non poteſt tamen Abbatiſſa excommunicare, uel
abſoluere,etiam a peccatis , ut per Decium in d.l.
Fœminę.nu.10.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus de iure , vicarius epiſcopi dicitur, & illius oculus, & praeordinator : & num. 10. dicitur coadiutor*
2 *Archidiaconus , appellatione Praepoſiti largo venit modo.*
3 *Archidiaconus, ab Archos dicitur.*
4 *Archidiaconus conſtituitur, qui diaconus ſit: & in Sacerdotium non cogitur.*

Archidia-

Archipræsbyter, non ordinatur, niſi præsbyter.
5. *Archidiaconus non eligitur per Epiſcopum, niſi de ſua Eccleſia.*
6 *Archidiaconus qualis, & qua ætate eligendus.*
7 *Archidiaconi inſtitutio, a quo fiat.*
8 *Archidiaconus in vna Eccleſia conſtituitur, non diuerſis, & regularis etiam in regulari, & plures in eadem Eccleſia.*
9 *Archidiaconus poteſt eſſe quis, qui eſt Canonicus, ſicut Canonicus & Epiſcopus.*
10 *Archidiaconi cura quæ ſit, & officium, vbi nume. 13. tredecim enumerantur.*
11 *Archidiacono ſubeſt Archipræsbiter, quo ad adminiſtrationem, non ordinem.*
12 *Archidiaconus, quæ non debeat, vel poſſit.*
13 *Archidiaconus ſimplicem iuriſdictionem habet, declaratur per exempla, ſed non habet ea, quæ ſunt Epiſcopalis ordinis, & auctoritatis: cum exẽplis.*
14 *Archidiaconus an, & quando iuriſdictionem ordinariam habeat, quia perpetuus vicarius eſt epiſcopi.*
15 *Archidiaconus an poſſit Excommunicare.*
16 *Archidiaconus in reſeruatis Epiſcopo, non apponit manum.*
17 *Archidiaconus, an poßit ſententiare in cauſis, in quibus habet cognitionem.*
18 *Ardua negocia, quæ dicãtur: in cauſis ſpiritualibus; & quæ leuia.*
19 *Archidiaconus, compromißi non eſt capax.*
20 *Archidiacono conuenientia, omnibus prælatis inferioribus, iuriſdictionem habentibus, an conueniant.*
21 *Archidiaconus an poſſit inſtituere in quocunque beneficio, in quo collatio ſpectet ad epiſcopum.*
22 *Archidiaconus viſitans, poteſt procurationem moderate accipere.*
23 *Archidiaconus in epiſcopum eligi poteſt, non neceſſario poſtulari.*
24 *Archidiaconus mero iure, an ſit de capitulo.*
25 *Archidiaconus dignitatem clariſſimi habet; ſicut Archipresbyter.*

LIB. II. CAPVT VIII. DE ARCHIDIACONO.

ARchidiaconus, poſt Abbatem ſubſequebatur, eodem clericali habitu indutus: recteque id conſtitutum videtur, cum in proximis dictum ſit. c. præced. de Abbate, nu. 18. hunc
1 eo dignitate eſſe inferiorem: quamuis † de iure, uicarius, & ipſe epiſcopi dicatur. d. c. 1. de offic. archid. & per Decium conſil. 420. col. 2. ubi addit in omnibus hoc procedere, etiam omnem curam, & ſolicitudinem eius gerere. Immo & illius oculus appellatur, & dicitur etiam præordinator loci epiſcopi, c. 1. &. c. ad hæc, de offic. archid. ubi Abb. & doct. & per Cardin. Alex. in c. perlectis. colu. 6. in glo. in uer. baſilicarum. 25. diſt. qui & ibi in præ-
2 ced. glo. † notat, appellatione præpoſiti, lato ſumpto uocabulo, comprehendi archidiaconũ, & per Hoſtien. in ſum. de offic. archid. §. 1. & §. quid ſit,
3 qui & ibi §. & unde, Archidiaconum ab archos, quod eſt princeps, dictum ponit, quaſi principem diaconorum: unde quando uult, Euangelium præ alijs legit, uel cui uult, legendum committit. c. 2.
4 eo tit. † Inſtituitur autẽ archidiaconus, qui diaconus ſit, non aliter: ſicut non ordinatur archipreſbyter, qui idem eſt decanus: niſi qui presbyter ſit. c. 2. cum duobus ſeq. 60. diſt. & per Abb. in. c. cum in cunctis. §. inferiora. in. 3. not. de elect. qui tamen ſubdit, eum non teneri ſe facere promoueri in Sacerdotem, licet ſecus ſit in decano, & præpoſito, & ſimilibus: & in d. c. 2. not Cardin. Alexand.
5 † non debere eligi in archidiaconum per epiſcopum, alium quam de ſua eccleſia, niſi ſtatutum, uel conſuetudo ſit in contrarium. Item inſtitutio Archidiaconi dẽt fieri de eo, q talis ſit, cui ætas debita, cum prudentia, & uitæ merita ſuffragantur:
6 † nam diaconi de ſe eligunt, quem induſtrium nouerint Archidiaconum. Prohibetur autem adoleſcentibus, uel infra ſacros ordines cõſtitutis, ſed his qui prudentia, & merito uitæ clareſcunt, talis honor debet exhiberi. c. innouamus. 60. diſt. c. legimus. uerſic. diaconi. 93. diſt. at ſecundum Card. Alex. in d. c. innouamus. in fi. ætas hæc eſſe uidetur, alias. 25. annorum, m. 20. ut etiam per glo. in cle. ſi. de ætat. & qualit. ſed hodie uiginti anni ſufficiunt, ſi accedat diſpoſitio epiſcopi. cap. permitti-
7 mus. de ætat. qualit. ſecundum Cardin. ibi. † Inſtitutionem tamen aliqui de archidiacono faciendã, ad epiſcopum referunt, uel potius confirmationẽ, ut in glo. d. c. innouamus: ſed magis illud ſequitur, ut conſideranda ſit conſuetudo. c. cum eccleſia. de electio. Hodie tamen, ſecundum reg. Cancel. & conſuetudinem curiæ Rom. hæc, & ſimilia, regulantur, & conferuntur, ut ſæpe diximus.
8. Conſtituitur itidem Archid. in una eccleſia, non in diuerſis, qui poteſt eſſe etiam regularis in eccleſia regulari, non tamen ſeculari, ut per Abb. in. c. præterea. de præb. & digni. ſed plures tamen Archidiaconi poſſunt eſſe, & conſtitui in eccleſia, ut not. Abb. & Dec. in. c. ex parte. 1. & c. quoniam Abbas.
9 de offic. deleg. † Item poteſt quis eſſe archidiaconus, & canonicus, ſicut epiſcopus, & canonicus, & utrique dignitati poteſt eſſe annexa præbenda: quod intelligit uerum Fran. Ripa, in c. eam te, nu. 82. de reſcrip. de conſuetudine, non autem de iure cõi.
10 Solicitudo, † autem, & cura Archidiaconi, illa eſt, ut loco epiſcopi, per epiſcopatum proſpiciat, & quæ corrigenda uiderit, corrigat & emendet, niſi adeo fuerint ardua negocia, quod ſine maioris ſui præſentia, nequeant terminari: ita ut inſtitutio corporalis, tam ſuper beneficijs, quam ſuper dignitatibus, ad eum pertineat: examinatio, etiam clericorum, ſi fuerint ad ſacros ordines promouendi: quodque etiam obſeruandum eſt in collationibus beneficiorum, ita ut examinati epiſcopo præſententur. d. c. ad hæc. de offic. Archid. cum alijs allegatis ſupra: & eſt glo. in. c. quando, 94. diſt. quæ addit ut etiam officium Archidiaconi ſit, repræſentare Abbates ordinandos, & Abbatiſſas

ſterij, manumittendo ipſum, ut ibi monachus fiat. x. quod monachus detur in capellanũ parochialis eccleſiæ: ſi epiſcopi, & populi conſenſus accedat, quod alias iure non licet: dum tamen non ſit ibi ſolus: ſed Canonicus regularis bene põt eſſe ſolus. xi. ut reducat eum ad clauſtrum: ſi ſibi non placet eſſe ĩu capella, uel prioratu, xii. cum monacho mu rmurante, & ſuſurrone, in diſciplina, & correctione. xiii. ut poſsit Epiſcopum, vel alium prælatum, accuſare. xiiii. ſi contra regulam, aliquid occulte recipit. xv. ut fiat Epiſcopus: poteſt etiam concedere, ut epiſcopus, iterum monachus fiat. xvi. ex cauſa, ut monachus habeat cellam propriam, infra monaſterium. xvii. diſpenſatiue debet fugitiuum requirere, & ad clauſtrum reducere, & cum eo miſericorditer agere. xviii. diſpenſat in pœnitentia homicidæ: qui monachus eſt factus. xix. in ieiunijs, & cibis, in eſu carniũ, & in operibus manualibus, ad quæ monachus tenetur. xx. cum nouitio, non profeſso, ut illi recedenti bona ſua reſtituantur: ſecus ſi donaſſet inter uiuos. xxi. vt promoueatur ad ſuperiores ordines: quia ſine eius licentia non poteſt. xxii. diſpenſat cum monacho, & econuerſo, ut etiam inuitus ferat teſtimonium, in cauſa ſui monaſterij. xxiii. vt nouitius infra annum profiteatur, renunciando tempore profeſsionis, nomine monaſterij. xxiiii. vt monachus tranſeat ad maiorem ordinem: vel etiam ad parem, ex cauſa: ſed non ad minorem: & adde hoc intelligendum: ita vt monachus non uagetur, quia eſſet apoſtata: niſi ex diſpenſatione Epiſcopi, ut per Innocen. in. c. ſi. in glo. in uer. Abbate. de renunciat. Et Bald. in marg. in uer. Abbas: Item intellige, vt habeat monaſterium paratum, ad illum recipiendum, glo. in. c. cum conceſſa. de electiõn. doct. in. c. ſicut. de iuretur. xxv. ut habeat expenſas, pro iniuncta ſibi adminiſtratione: ſed non quod habeat proprium. xxvi. poteſt diſpenſatiue recipere clericos ſeculares in monaſterio ad beneficia contra conſtitutionem. xxvii. dando monacho licentiam eundi ad ſcholas. xxviii. cum illo, qui priuſquam fieret monachus, ordinem furtiue recipit. xxix. cum illo, qui priuſquam religionem aſſumeret, in excommunicationem, propter manuum iniectionem uiolentam, in clericum incurrerat: & etiam cum monacho, qui ſimilem excommunicationem incurrit: ſi per ignorantiam iuris, uel facti, excommunicatus ordinem ſacrum receperit: niſi contra ignorantiam, violenter præſumatur. Poteſt etiam monachum ſuum, alium monachum verberantem, abſoluere, ſecus ſi clericum percuſſerit ſecularem. xxx. poteſt diſpenſatiue, excommunicatum a ſe, recipere ſine iuramento, cum manuali promiſsione. xxxi. ut monachus remaneat in domo propria, vtens ibi rebus proprijs: ſed de hoc inf. nume. 40. xxxii. Abbas ſacerdos, qui recipit manus impoſitionẽ, iuxta morem præficiendorum Abbatum, poteſt in monaſterio proprio conferre clericatum: ſed de hoc dictum eſt latius ſupra, nume. 28. xxxiii. diſpenſat in regulæ obſeruantijs remittendis, ſaltem in his, quæ non ſunt de ſubſtantia. xxxiiii. in pœnitentia ſuo arbitrio imponenda ei, qui in monaſterium ingreditur: non eſt enim certa delicti ſatisfactio iniungenda ei, cuius totum vitę tempus, obedientiæ impenditur creatoris. xxxv. cum monacho, qui mutato habitu, ſine licentia Abbatis, in alio monaſterio recepit ordinem: Et ſecundum Specul. ibidem, prohibetur Abbas, uel etiam Epiſcopus, diſpenſare, ut in eodem monaſterio ſint monachi, & moniales. Nec diſpenſare poteſt vt monachus mortaliter peccet: immo ei monachus obedire non tenetur. Item nec diſpenſat, ut defectu ſumptus, monialis ſeruiat clericis: & ibi ſubdit Specul. poſſe Abbatem, verberare monachos: ſi ſe verbo non corrigant: Adde tum, vt cũ monacho irregulari, diſpenſare poſsit. c. cum illorum. de ſenten. excomm. ubi Abb. nume. 5. Item adde ſeptem caſus, in quibus Abbas diſpenſat cũ monacho: neceſsitate tamen manifeſta ſuadente: ſcilicet in ſenectute, infirmitate, & his ſimilibus: ut in clem. 1. §. ſi qui. vbi glo. in uer. neceſsitate: & Cardin. de priuileg. qui ſunt illi, Quando monachus in ſermonibus ſuis, eccleſiarum prælatis, detrahit: Quando retrahit clericos, ab eccleſiarum ſuarum frequentia, vel acceſſu, Quando indulgentias pronunciat indiſcretas: & quando cum* confeſsionibus teſtamentorum interſunt, a reſtitutionibus debitis, aut legatis matricibus eccleſijs faciendis, retrahunt teſtatores: Quando legata, uel debita, aut male ablata incerta, ſibi, aut alijs ſingularibus, ſiue ordinis fratribus, vel conuentibus, in aliorum præiudiciũ fieri, ſeu erogari procurent: Quando in caſibus ſedi Apoſtolicæ, aut locorum ordinarijs, reſeruatis, quenquam abſoluunt: Quando perſonas eccleſiaſticas, præſertim coram iudicibus delegatis, ſuam contra eos iuſtitiam proſequentes, vexare indebite, aut ad loca plura, præcipue multũ remota conuenire* præſumunt: nam in his caſibus, per duos menſes, delinquens ſubiacet pœnis illis, quæ ſm eorum regulã, vel ſtatuta, pro grauibus criminibus, ſeu culpis, eis conſueuerunt imponi. Et propterea diſpenſare cõtingit ex manifeſta neceſſitate, vt ſ. Non põt tamen Abbas diſpenſare, ut monachus ſemper ſtet extra clauſtrum: uel quod Conuerſus ſtet extra monaſterium, ut per Hoſtien. Panor. & doct. in. c. ex reſcripto. de iureiur. ubi Felin. column. 2. declarat aliquo modo, poſt Abbatem, ex cauſa urgenti, uel probabili: & in cap. inſinuante. Qui cleric. uel vouen. & Archid. in. c. præſente. de offic. ord. in. 6. c. Abbates. 18. q. 2. Item ſecundum Card. ibi in. 3. not. poſſe inferiorem de parte pœnitentiæ, per Papam impoſitæ, relaxare: quando hoc exprimitur, alias ſecus: & ſic eo caſu contra canonem. Poteſt etiam Abbas abſoluere monachum temere iurantem, ut not. Innocent. in cap. ſicut. ubi doct. de iureiurand.

36 † Item poteſt diuidere bona menſæ ſuæ, & monaſterij, & committere monachis ſuis, ſub an-

21 Abb. † ut archidiaconus poſsit inſtituere, in quolibet beneficio, & collatio ſpectat ad epiſcopum, non ad alium: ſed hæc non ita abſolute puto uera, ut ſupra in proximis, num. 10. & .12. Item ubi Archidiaconus uiſitat, ut ſupra in uerſic. Solicitudo, poteſt procurationem moderate recipere: non tamen grauare ſubditos ſuos. c. procurationes. cum
23 concord. ubi doct. de cenſib. † Item adde, ut Archidiaconus poſsit eligi in epiſcopum, non poſtulari neceſſe eſſe, ut per Abb. in. c. innotuit. uerſic.
24 tertio not. de electi. † Non eſt tamen de capitulo archidiaconus, mero communi iure tuſpecto, ſed ſolum habentes ius canoniæ. cap. 2. de inſtitut. & epiſcopus, cum canonicis, facit unum corpus. c. nouit. & .c. quanto. de his quæ fiu. a præl. ſin. conſ. cap. & not. Abb. in. c. dilecti. in. 1. not. de
25 maior. & obed. † Quo autem dignitatis titulo decoretur archidiaconus, cum dignitatem omnino habere dicatur, ut per Card. in. clem. ſi. de preb. & per Philip. Franc. in. c. 1. num. 6. de conſuetud. Specul. in tit. de iuriſd. om. iud. colum. 3. uerſ. alij archidiaconi, hunc clariſsimum eſſe dijudicauit, ſicuti & Archipresbyterum, per. c. cum ab eccleſiarum. de offic. ord. & .ca. literas, de reſtit. ſpol. cum ſim. quod autem ſit maior archipresbytero, & præpoſito, dicemus inf. c. de præpoſito. & .c. de archipresb. & dicas, quod etiam archidiaconus prælatus appellari poteſt, ut conſtabit ex dicendis inf. d. c. de præpoſito. num. 9. & num. 10.

SVMMARIVM.

1 *Prioris conuentualis imago depingitur.*
Habitus diuerſi, diuerſorum religioſorum, dicunt.
2 *Clerici ſeculares præferuntur omnibus religioſis: quia antiquior eſt inſtitutio.*
Canonici cathedralis Eccleſiæ, præferuntur omnibus alijs clericis: qui dicuntur primi gradus.
Clerici aliarum eccleſiarum, quam cathedralium, quomodo præcedant inter ſe.
3 *Monachi qualiter inter ſe præcedant: & quomodo præcedant canonicos regulares; & Fratres mendicantes.*
4 *Fratres mendicantes, quomodo inter ſe præcedant.*
Præcedendi ordinem turbanti, poteſt reſiſti, etiam armis.
Dignior eſt locus, prope Epiſcopum, vel aliud caput.
Præcedentia capit quoddam priuilegium.
5 *Priores licet ſint in multiplici differentia; tamen conuentualis, de quo tractatur, a capitulo eligitur, etiam generali: & qualis. nu. 10.*
6 *Eccleſia conuentualis, & collegiata, quæ dicatur.*
7 *Guardianis adaptantur dicta in prioribus: ita vt appellatione prælatorum veniant.*
8 *Commendatarius Abbatiæ, vel prioratus, non dicitur prælatus, ſed purus cuſtos, detentator, &c.*
9 *Prouincialis miniſtri electio, quomodo, & confirmatio fiat, anque pertineāt ad miniſtrum generalem.*
10 *Generalis miniſtri electio, ad quem pertineat.*
11 *Prior qualis, quantuſue ſit, qui dignitatem habere dicitur, niſi ſit clauſtralis.*
12 *Prior Clariſſimus cenſeri poteſt: & quomodo prælatio in his conſideretur.*
13 *Templarij milites, qui appellentur.*
14 *Prior, quod non ſit maior Archidiacono.*
15 *Prior habet liberam adminiſtrationem, & quid poſſit.*

LIB. II. CAP. IX. DE PRIORE CONVENTVALI.

1 PRior conuentualis † eadem Corona, ex capite uſque ad aures, exciſa, cucullata: & ipſe ueſte & habitu, ab Abbate parum diſsimilis, præterquam in inſignijs Epiſcopalibus, nonus proſpiciebatur in ordine. Diuerſo tamen colore ſu habitu ſuo utuntur hi religioſi, prout diuerſarum inſtitutionum ordo fert, & regula: Nam inter mendicantes, Fratres prædicatores, qui inter hos primum locum tenent, habitum nigrum, abſque manicis, laxum, ſuperiorē: interiorem uero album gerunt. Hique à. S. Dominico Calaguritano, Hiſpano, inſtituti: ſub anno ſalutis. 1223. fuerunt, ut M. Ant. Sabel. placet, Enneade. 9. lib. 6. Fratres uero minores a. S. Franciſco, Aſsiſias, eodem tempore, ut ibibi per Sabel. Hique ſecundo loco ſunt, cinereoque habitu, cincto, & manicato, penitus induuntur. Heremitæ inde. S. Auguſtini, ſuperiori itidem nigro, cincto, extenſi manicis, interiori albo, utuntur, & tertium locum occupant. Carmelitę, poſtremo & quarto loco ponuntur, & albo habitu, laxo, ſuperiori teguntur, ſinę manicis: interiori autem ferrugineo. Hos (dicam fere obiter) hoc ordine deſcribit Card. Alex. poſt alios doct. in. c. Epiſcopos. col. 2. & .3. 17. diſt. quem ſequitur Nicol. Boer. in tract. de ord. grad. utr. for. in. 1. parte. nu. 24. & ſeq. ubi abunde ponit de ordine præcedendi omnium: quando concurrunt in proceſſionibus, & alijs actibus publicis, clerici ſeculares,
2 & religioſi diuerſarum eccleſiarum: † præmittendo tamen, ut clerici ſeculares, quia antiquior ſit horum inſtitutio, præferendi ſint omnibus religioſis, per tex. cum glo. ibi & concor. at inter clericos ſeculares, præferendos canonicos cathedralis eccleſiæ, quia dicantur clerici primi gradus, alij clerici aliarum eccleſiarū, ſecundi, tradit. Et ſubdit alios clericos, inferioris ordinis, eo pacto, eſſe præferendos, ut intitulati in dignioribus Eccleſijs, ueluti Canonici Eccleſiarum collegiatarum, præferantur rectoribus parochialiū Eccleſiarū. c. licet canon. iuncto cap. ſtatutum. de elect. in. 6. Sicque hi rectores ſubſequantur, inter quos tamen rurſus plebani, non plebanis. c. 1. ne cler. uel mon. in. 6. Inde docet: ut reliqui Clerici ſeculares, iuxta antiquitatem, & ordinem eorum, ſuccedant. c.
3 1. & .c. ſtatuimus. de maior. & obed. † Poſtea que uenire monachos, & alios religioſos, iuxta eorum antiquitates, ut per glo. in. c. quorundam. de elect. in. 6. & de his uide aliqua per Felin. in rub. de maior.

ior. de maior. & obed. num.6.& ſeq. Ex quo ſe-
quitur, ut monachi. S. Balij primi ſint, tanquam
antiquiores: poſt eos Monachi. S. Benedicti,
demum alij monachi, antiquiores: Et poſt mo-
nachos, canonici regulares, atque inde Fratres
mendicantes, ſecundum ordinem memoratum
4 † ſcilicet ut primo prædicatores, ſecundo mino-
res, tertio Heremitę. S. Auguſtini, Quarto loco
Carmelitæ accedant. Hic tamen obſeruatur, ut
hodie in celebratione diei, quo Corpus Chriſti
effertur, uidi ann. Sal. 1557. Prædicatores obtinere
primum locum, Secundo Heremitas. S. Aug. Ter-
tium Carmelitas, Quartum Fratres minores. S.
Franciſci, & eiuſdem ordinis conuentuales: inde
amadeos, ſed hæc conſuetudo contraria non uide
tur ualere, ut per Hoſtien. in cap. 1. de maior. &
obed. ſequitur Card. in d. c. Epiſcopos. 17. diſt. &
Conſuluit Abb. conſ. 21. in. 2. parte, licet Bald. in.
l. obſeruare. §. antequam. ff. de offic. procóſ. & leg.
ſentiat contrarium: Qui ibi notanter ponit; eum
teneri actione iniuriarum, qui uelit ordinem tur-
bare, & poſſe ei de facto reſiſti, etiam armata ma-
nu: quia nemo paruipendere honorem ſuum de-
bet, arg. l. 1. in prin. ff. de poſtul. Et notandum eſt
in proceſsionibus, & ſeſsionibus, digniorem eſſe
locũ eius, qui prope Epiſcopũ, uel aliud caput, eſt,
ut ibi per Cardin. atque iſtum ordinem præceden-
di, ſapere quoddam priuilegium, ex mẽte Bal. ibi:
Notandum etiam eſt, ſecundum eundem Cardin.
ibi ea col. 2. eum qui uelit prærogatiuam in pro-
ceſsionibus obtinere, uti debere indumentis gra-
dui ſuo conuenientibus, ex Auct. Ant. in cap. 1. de
5 auct. & uſu pal. † Verum cum priores in multiplici
differentia ponantur, ut per Imol. in cle. & ſi prin-
cipalis. in. 2. not. de reſcrip. ut eum refert Iaſ. conſ.
77. num. 5. col. 4. uol. 1. & appellatione prioratus,
dicunt quidam, contineri ſolas quaſdam admini-
ſtrationes, & dignitates monachorum, & aliorum
regularium, cap. præſenti. de offic. ord. lib. 6. cum
concord. Sed uſus tamen in aliquibus partibus ob-
tineat, prælatos, rectores ſeculares eccleſiarum
ruralium, & etiam curatarum, ubi cura tamen per
uicarios, in eis ſeparatim regitur, uocari priores,
ut docet glo. in ca. execrabilis. in uer. prioratus. in
extrauagan. communi, de pręb. & dignit. ubi etiam
loquitur de clauſtralibus, quomodo cum alijs ſe
habeant: Quo ad rem noſtram tamen, ut primum
de eorum inſtitutione quæramus; Alius conuen-
tualis, & in Eccleſia collegiata: Clauſtralis alius
tantum: ille ut plurimum perpetuus, hic manualis
temporaliſque, conſtituitur a ſuperiore ſuo, uelu-
ti ab Abbate, & proprie obedientiarius eſt: ille ue-
ro collegiatus, a capitulo conuentus. ca. 2. de ſtat.
monach. §. ſi. c. 1. de elect. & hæc colligit Cardin.
Alex. in. c. 1. col. 8. uerſic. Secundo caſu. 21. diſt. &
diximus in. c. de Abbate, ſupra, nu. 34. & quod de
iure communi pertineat ad Conuentum, conſul-
uit Alex. conſ. 106. num. 2. uol. 2. per prædicta, &
alia: qui tamen ibi late ponit, talem electionem
poſſe transferri in capitulum generale: ſicque ui-

detur obſeruari, ut deputentur, & eligantur Prio-
6 res, qui etiam temporales ſunt. † At quæ ſit Eccle-
ſia conuentualis & collegiata, ex eo percipitur, ſi
ſint facta inſtitutio, ut ibi reſiderent plures colle-
giati uel habeant priuilegium ſuper iure collegij,
& exerceant iura ad collegium pertinentia, ut per
Panor. in. c. nobis. de iure patr. poſt alios, quos re-
fert, & ſequitur Iaſ. d. conſ. 77. col. 6. in que talis
prior collegiatus, habet iuriſdictionem in illos de
collegio, ſecundum not. in. c. cum ab Eccleſiarum,
de offic. ord. & tradit Iaſ. d. conſ. col. 5. & de hoc
7 loquimur nos principaliter, & ex ordine: † Et
quod dicimus de Prioribus, idem dicendum puto
de miniſtris, & Cuſtodibus, ſeu Guardianis, & ſi-
milibus præfectis Monaſterij, qui uidentur pari-
ficari: ita ut etiam appellatione prælatorum ue-
niant, ut tradit Felin. in cap. 2. col. ſi. de iudic. poſt
Card. in cle. 1. q. 10. de elect. & in. c. dudum. §. ſta-
tuimus. q. 1. de ſepul. ubi loquitur in prouinciali,
& priore conuentuali fratrum prędicatorum, & ſu
8 periorum eorundem, & fratrum minorum. † Ad-
uertendum tamen eſt hic, quod ſi aliquis conſti-
tuatur commẽdatarius alicuius Abbatię, uel prio
ratus, talem non prælatum eſſe, nec dici habere ti-
tulum prælati, aut rectoris, ſed ſolum fieri purum
Cuſtodem, & miniſtrum, & depoſitarium, & de-
tentatorem, ut conſuluit Oldrad. conſ. 179. & Fe-
lin. in. c. cum olim. colu. pen. de maior. & obed. &
Socin. conſ. 32. num. 17. uol. 1. & per Caſſadorum
ſuper reg. Cancel. deciſ. 32. num. 6. & Ang. conſi.
35. qui inquit, Commendatarium habere tantum,
quandam aſininam detentionem, non autem ali-
quod ius in re, ut ẽt cõſuluit Corn. 342. n. 5. & ſeq.
9 uol. 1. † Electio uero Miniſtri prouincialis fit, per
capitulu prouinciale: eiuſque confirmatio, uel in-
firmatio, ſpectat ad miniſtrum generalem, & con-
firmandus eſt electus, a maiori parte numero,
omiſſa collatione Zeli, & meriti: ſi fiat infirmatio
electionis, illa redeat ad capitulum, cle. exiui de
paradiſo. §. demũ. ubi Card. de uer. ſig. ubi etiã po-
nitur modus creandi miniſtrum prouincialem, in
prouincijs ultramarinis, Iberniæ, & Græciæ.
10 † Electio uero Miniſtri generalis, uidetur pertine
re ad capitulum generale: Iſpo enim mortuo, ſup-
plet uicarius ordinis, uices eius, uſque ad tempus
capituli: licet fratres Prædicatores, dicantur obſer
uare, quod miniſter illius prouinciæ, in qua oc-
currit celebrandum generale capitulum, poſt obi-
tum ſui Magiſtri, generalis uicarius eſt ordinis,
uſque ad tempus capituli: quod & obſeruare dicit
Fratres minores, ut tradit Card. in d. cle. exiui. §.
cęterum. Sicut in electione Abbatis quædam con
ſideranda ſunt, præcipue ætas. 25. annorum, ut in
d. c. de Abbate nu. 10. ita in priore: Verum Prior
curatus, annorum. 20. tantum eligi poſſe uidetur, ſi
ipſe per ſe, non exerceat curam, Card. in cle. 1. §.
cęterum. de ſtat. monach. Item Prior eligi debet
pure, & ſine ſimonia, uel pactione, ut per Specul. in
tit. de relig. domib. uerſ. hoc quoq; ubi Bal. Electus
autem, ſi exemptus eſt: confirmatur ab Epiſcopo,
alias

aſias a ſuo ſuperiore. Abb. in. c. monachi.in fi. de
ſtat. monach. At quæ poſsit facere capitulũ gene-
rale, habet in.c.ſingulis. &.c.h.de ſtat.monach. &
in. c. quoniam. t8.diſtin.& remiſsiue per Alexan.
11 in d.conſi. to6.nume.4.volum.2. † Qualis uero,
quantusue ſit, Prior iſte, de quo agitur, ex multis,
quæ dicta ſunt ſupra in.c.de Abbate: quæ ipſi quo
que conuenire poſſe uidentur, & ex eo quod iuriſ-
dictionem habeat, correctionem, & excommuni-
cationem, & prælatus cenleatur, ut in proximis
dictum eſt, dijudicare poſſumus: Verum dicamus
etiam in ſpecie, ipſum Priorem Conuentualem, ha
bere dignitatem, ut not. Card. Florent. in clem. &
ſi principalis. de reſcrip. qui in clem. 1. §. fi. de ſup.
neg. præl. addit, ut qualiſcunque ſit prioratus, ſiue
collegiatus, ſiue non, etiam ſi ſit manualis, digni-
tas tamen ſit: non tamen, ſi ſit clauſtralis, quod po
tius eſt officium. refert, & ſequitur Iaſ. d. conſi. 77.
nume. 5. volum. 1. ubi plene loquitur: declarans
tamen, ſi non ſtricte, & proprie: ſaltem large, & im-
proprie, quemlibet prioratum, etiam manualem,
dignitatem dici poſſe: & hoc pacto intelligendum
Card. Floren. in d. clem. 1. §. fi. affirmat. Facit quia
omnis ordo Eccleſiaſticus, habet annexã dignita-
tẽ, ut iã ſcripſimus ſupra hoc lib. c. t. §. 1. q. 1. in fi.
& ideo Iaſ. ubi ſupra, concludit, priorem talẽ, pro-
prie ſumptum, delegatum Apoſtolicum fieri poſſe
non impropriũ: ſed Felin. in. c. 2. col. fi. aliter uidetur
decidere in moniali: Et quod dicit in priore, idem
dicendum eſt in miniſtro, uel Guardiano Fratrum
minorum, ut per Felin. in. c. cum olim. in prin. de
12 maior. & obed. † Sicque ſubſequitur, ut prior talis
Clariſsimus arbitrandus ſit: ex his etiam quæ dicta
ſunt ſupra præcedentibus capitibus, hoc lib. 2. Ac
eius prælatio quomodo ſit cõſideranda, doct. non
bene affirmant: immo magis uidentur diſſentire,
Et cum ipſo legiſlatore: Nam Io. Franc. Pauinus in
tract. de offic. & poteſt. cap. ſed. uac. prælud. 6. nu-
me. 15. uidetur ponere ut æquiparata, ſedem Abba
tialem, & Prioralẽ, ſeptimo ordine: etiam tam ma-
rium, quam fœminarum: de quibus loquitur. c. in-
demnitatibus. de elect. in. 6. deinceps Pauin. ibi, nu
me. 20. ponit ultimam ſedem: quã dicit eſſe multi-
plicẽ, & in qua primũ enumeretur ſedes Magiſtri
maioris hoſpitalis, uel conuẽtus templi, † & qui ap
pellentur milites, & templarij. Inde ponit ſedẽ mi
niſtri fratrũ minorum: Inde ſedẽ aliorũ magiſtra-
tuum vniuerſitatũ ſeculariũ: & poſt ſedẽ Abbatiſſa
rum, ſeu Prioriſſarũ, & aliarũ prælatarũ, habentiũ
quomodolibet iuriſdictionẽ in ſubiectas: quia poſ
ſint, claue procedente a dicta Iuriſdictione, ab offi
cio, & beneficio ſuſpendere, ꝓp eorum culpas, per
not. in. c. dilecta. de maior. & obed. & ſic uidetur cõ-
14 cludere, † talem Priorem, eſſe maiorem Archidia-
cono, cuius cõtrarium expreſſe tenet Nicol. Boer.
in tract. de ord. grad. utriuſq. for. in. 1. parte. in prin.
nu. 23. ſed quod reddit rẽ magis ambiguam, in. c.
cum olim. in ſupraſcriptione, de maior. & obed.
habetur, quod prior fratrũ prædicatorũ, præfertur
Archidiacono: Sed in. c. humilis. eo. tit. & per eum
citatis, Archidiaconus præfertur priori: In hoc diſ-
ſidio, ſequendam cenſeo opin. Nicol. Boerij, & d.
c. humilis: ex his præcipue, quæ dicta ſunt ſupra in. c.
de Archidiacono. nu. 1. 13. & ſeq. cũ Archidiaco-
nus perpetuus vicarius epiſcopi, a lege cõſtituitur,
illius oculus, & præordinator & coadiutor dicatur:
& iuriſdictionẽ habens perpetuam & ordinariam,
cũ poteſtate excõmunicandi. Eſt quoq; talis prior
monaſterij, ſui iuris, & quaſi emancipatus uiuit, ut
per Bal. in addit. Specul. de Arbitr. col. 6. uerſ. prio
15 res ſunt. † Quo ad poteſtatem et Prioris, eum ha-
bere liberam adminiſtrationem, & generalem: &
poſſe nocere, & prodeſſe: non tamen donare, tra-
dit Paul. de Caſt. & Alexan. in. l. item magiſtri. ff.
de pactis: licet in clauſtrali, aliter ſit, ut per Bal. in
rub. de exercit. & inſtit. act. nu. 9. uerſi. & ex hoc.
ſicque Iaſ. conſi. 94. volum. 1. inquit, prioratũ, nõ
habere adminiſtrationem: qui non habet capitulũ
nec conuentum. Item põt & ipſe prior conuentua-
lis, conſtituere procuratorẽ, Bar. & Doct. in. l. t. ff.
de procur. & poteſt conſtitui procurator a cõuen-
tu, etiam cum ſuimet auctoritate. Bal. in. l. filiusf. §.
veterani. de procur. allegat Archid. in. c. præſen-
tium. de teſtib. in. 6. faciunt dicta in. c. de Abb. nu.
38. Item poteſt eſſe executor teſtamenti in relictis
ad pias cauſas, miſerabiles perſonas, & coniunctos
ut ibi. num. 37. Item generaliter dicas, prælatos in
feriores, & ſic hunc priorem, creare ſibi poſſe uica
rium, ut tradit Card. Alexan. in. c. perlectis, col. 4.
diſtinct. 24. Reliqua quæ ad poteſtatem ejus con-
uenire poſſunt: quæque ad munus eius pertineãt,
uide multa ſupra in. c. de Abbate. quæ recte, & in
ſimili hic quadrare poſſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Præpoſitus ea ætate, moribus, & prudentia eligitur qua Archidiaconus, uel Archipreſbyter. & ad ſacerdotium debet promoueri infra annũ, monitus.*

2 *Præpoſiti electio a quibus fiat.*

Electio in quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis, quomodo facienda, remiſſiue.

3 *Præpoſitus, de iure minor eſt Archidiacono, ſed præcedit decanum, ſeu archip.*

4 *Dignitas vbi eſt electiua: & habet adminiſtrationem temporalium, & habet prærogatiuam in capitulo, denotat maioritatem.*

5 *Præpoſitus habet iuriſdictionem ordinariam, in canonicos, & clericos ſuæ eccleſiæ: & poteſtatem eos excommunicandi: & quando epiſcopus.*

6 *Præpoſitus capituli poteſt interponere auctoritatẽ. non tamen alienare ſine epiſcopo.*

7 *Præpoſitus dicitur habere dignitatem.*

8 *Præpoſitus, poteſt prælatus appellari.*

9 *Prælatus proprie appellatur, qui iuriſdictionẽ habet ordinariam, late qui ſine iuriſdictione præeminentiam habet: latiſſime qui curã habet animarum.*

10 *Prælati nomine, comprehenditur omnis adminiſtrator, perpetuum officium habens: ut cuſtos, vel fratrum minorum miniſter.*

11 *Præpoſitus tenetur ad refectionem, & ſuæ ec-
cleſiæ ampliationem, alimentis & oneribus de-
tractis.*

LIB. II. CAPVT. X. DE PRAEPOSITO.

PRæpoſitus Decimum gradum intercipiebat:
1 eadem imagine ſacerdotali depictus. † Qui
ea ætate, moribus, & prudentia, eligitur: qua
& Archidiaconus, vel Archipræsbyter, ut diximus
in.c.de Archidiacono, nume.6. Debetque ſe pro-
moueri facere in ſacerdotem, ſaltem infra annum
a die monitionis, alias priuandus eſt eccleſia, ſicut
& Decanus, & ſimiles, ut per Abb. in cap. cum in
cunctis. §. inferiora. de election. & dicemus inf.
2 in.c.de præsbyt. paroch. nume. 3. † Electio vero
huius prælati, de iure ſpectare ad epiſcopum, ali-
quando cum conſenſu capituli, in eccleſia Cathe-
drali: ſi ſit inferior, ad capitulum illius eccleſiæ
collegiatæ ſecularis, niſi conſuetudo ſit contraria,
& aliter obſeruetur, ut per.c.1.de election. tenet
Card. Alex. in.c.1.21.diſtin. ubi etiam ponit, quid
de Canonicis eligendis, & de prælatis eccleſiæ col-
legiatę, regularibus: & alijs prælatis, ſiue inferio-
ribus, ſiue ſuperioribus: & ordinum inſtitutione:
incipiendo ab Apoſtolis: & iam abunde diximus
ſupra, hoc lib.cap. 1.§.4.uerſ.4.nume.4.de electio
ne prælatorum: ſiue in eccleſijs Cathedralibus: ſeu
3 conuentualibus, ſeu collegiatis. † Is præpoſitus, de
Iure, minor Archidiacono dicitur: niſi aliter con-
ſuetudine inductum ſit, ut per Doct. præcipue
Decium in.c.2.col.2.de Iudic.poſt Bal.cõſ. 335.
vol.3.alias conſi.387. incip. Archidiaconus, vol.
1.& per Felin.in rub.de maior. & obed.colum. 3.
quem ſequitur Nicol. Boer. in tract. de ord.grad.
utriuſque for. 1. parte. nume. 21. qui numero 22.
ſubdit, ut Archidiaconus, & Præpoſitus, pręcedant
Decanum: qui idem eſt & Archipresbyter: alle-
gat ſupraſcriptum. cap. veniens. de regular. & fa-
ciunt ad hoc collecta in Rot. Rom. deciſ. 449.
fuit dubitatum, in nouis: quam refert & ſequitur
idem Felin. ubi ſupra colum.6.& idem Boerius d.
numero 22. ibi notabilem doctrinam ponentes.
4 † Quod vbi dignitas eſt electiua: & habet admini-
ſtrationem bonorum temporalium: & prærogá-
tiuam in capitulo: iſta tria denotant maioritatem,
niſi aliud habeat conſuetudo. Immo etiam memõ
rata deciſio loquitur in præpoſito, & decano,
5 Iuriſdictionem vero, & ipſe præpoſitus habet, or-
dinariam in Canonicos, & clericos ſuæ eccleſiæ,
quibus præeſt, ac poteſtatem illos excommuni-
candi: ſi contumaces fuerint, & rebelles eius man-
datis. c. irrefragabili. c. ad reprimendum. de offic.
ord. quibus adde tex. cum glo. in. c. cum ad eccle-
ſiarum. eo titu. per quæ ita conſuluit Franc. Rip.
Reſpon. 3. de appellation. nume. 2. & ſubdit non
obſtare conſuetudinem in contrarium inductam,
qua obſeruetur, ut præpoſitus non poſsit excom-
municare, nec corrigere exceſſus Canonicorum:
quam dicit inualidam, dict. c. irrefragabili, ſed vi-
de ea, quæ dicemus inferius de Archipresb. num.
14. At in iuriſdictione præpoſiti huius, & aliorum
prælatorum ſimilium, ſecularium, collegiato-
rum, notandum eſt ſecundum Abb. in.c. cum ab
eccleſiarum, numero nono, de offic. ord. ceſſante
conſuetudine, vt qui ſint de collegio, in crimina-
libus, coram epiſcopo ſolo ſunt conueniendi. c.
uiſis. in fi. 12. quæſtio. 2. In ciuilibus ſi conue-
niantur coram epiſcopo, non debent declinare
ſuam Iuriſdictionem: quia epiſcopus concurrit:
& locus eſt præuentioni. argumen. l. fi. C. de Iu-
6 riſd. om. iud. † Sic præpoſitus capituli, poteſt in-
terponere auctoritatem. c. præſentium. de teſtib.
in. 6. & per Bal. in. l. ſi ita, in fi. C. de ſer. reip. ma
num. & per Abb. in. c. accedens. de præſcript. Qui
tamen licet habeat tantam poteſtatem, quantum
capitulum cum prælato, non poteſt tamen aliena-
re ſine auctoritate epiſcopi, ut per Ruin. conſil.
7 157. nume. 2. uolum. 1. † Similiter præpoſitus ha-
bere dignitatem dicitur, ut per glo. in cap. 1. ubi
Philip. Franc. nume. 6. de conſuetud. & per Abb.
& doct. in. c. 2. de iudic. & per Abb. in. c. 1. de ętat.
& qualit. qui idem oſtendit in Abbatia, Archidia-
conatu, & Decanatu: & allegatur Rotę dict. Deciſ.
451. incip. Fuit dubitatum, in nou. vt dictum eſt
8 ſupra. † Et prælatus appellari poteſt, ex quo ha-
bet iuriſdictionem, ut ſupra, & tradunt doct. in.
c. 2. cum glo. de iudic. ſed præcipue Felin. ibi col.
9 fi. & Dec. colum. penult. † qui declarat illos pro-
prie prælatos appellari, qui habent iuriſdictionem
ordinariam: late, qui habent præeminentiam, ſine
iuriſdictione, vt ſunt plebani: latiſsime qui habent
10 curam animarum, ut pręsbyteri. Subditque † ut
ſub nomine prælati, comprehendatur quiliber ad-
miniſtrator, habens perpetuum officium, etiam ſi
ad nutum ſuperioris remoueri poſsit: Vnde infer-
tur Cuſtodem, uel Miniſtrum fratrum minorum,
etiam dici prælatum: ſic inquit Abb. in dict. c. de-
cernimus. colum. 1. Abbatem dici prælatum; & di-
ximus ſupra in. c. de Abbate. numero 17. Atque
ſic præpoſitum, inter clariſsimos enumerandum,
affirmare poſſumus, ex dictis in ſuperioribus, &
dicendis in inferioribus capitibus in ſimili, hoc
libro ſecundo.

Ad multa inde tenetur Præpoſitus, ſicut & alij
prælati, ut elicere poſſumus ſupra ex dictis in. c.
11 de epiſcopo, §. tertio. Et hic notare liceat. † hunc
teneri ad refectionem, & ampliationem eccleſiæ
ſuæ, uſque ad quartam redituum, detractis one-
ribus incumbentibus eccleſiæ, & alimentis ipſius,
arbitrio boni viri taxandis, ut per Ripam in re-
ſponſo. 1. de conſuetud. colum. 1. & 2. & reſpon.
2. col. 1. de eccl. edific. idem tradit in canonicis,
& capellanis, pro rata: Affirmat tamen, laicos ad
id non teneri.

SVMMARIVM.

1 *Archipræsbyter maior eſt Archidiacono,ordine: mi nor iuriſdictione.*
2 *Archipresbyter ruralis inſtituitur, vel deſtituitur ab epiſcopo,vel Archidiacono.*
3 *Archipræsbyter in Francia, quomodo inſtituatur.*
4 *Archipræsbyter Vrbanus, ab epiſcopo inſtituitur.*
5 *Archipresbyteri alij Vrbani,alij rurales.*
6 *Archipresbyter quo ad quædam, vicarius epiſcopi dicitur.*
7 *Archipresbyter ruralis,qui & plebanus eſt,in quali bet plebe conſtituitur: qui habeat ſub ſe titulos particulares,& præsbyteros.*
8 *Archipresbyter non poteſt conſtitui, niſi præsbyter.*
Archipresbyter qualis eligendus.
9 *Archipresbyter vnde dicatur.*
10 *Archipresbyteri Vrbani officium,in quibus verſet: enumerantur. 9. caſus.*
11 *Archipresbyteri ruralis officium.*
12 *Archipresbyter Iuriſdictionem habere dicitur: ibi qualem.*
13 *Forum territorij pœnitentialis, quis non ſortitur, delinquens: licet ſecus ſit in foro contentioſo.*
14 *Prælati inferiores, ſeculares, quam iuriſdictionem habeant in eos eligentes: & an excommunicare: & an inſtituere, vel deſtituere, & habere tribunal.*
15 *Archipresbyteri rurales, quam cognitionem habeant.*
16 *Archipresbyter Vrbanus,& ruralis, habent dignitatem.*
17 *Archipresbyter clariſſimus cenſetur.*
18 *Archipresbyter,prælatus poteſt appellari.*

LIB. II. CAP. XI. DE ARCHIPRAESBYTERO.

ARchipræsbyter in his ſubſelijs Vndecimum
locum tenebat: eodem & ipſe ſacerdotali
tegumento ornatus: qui parum differt ab
1 Archidiacono.† nam licet is ſit maior adminiſtra-
tione,Archipresbyter tamen maior eſt ordine, ut
ſupra in.c.de Archid.nume.11.ſic apud Specul. &
Hoſtienſ. inſcribitur titulus de offic. Archipresby
teri,poſt officium Archid. quod obſeruatum eſt
2 prius in decretali. † Sane inſtitutio, vel deſtitutio,
vel ammotio Archipresbyteri ruralis, ad epiſco-
pum,& Archidiaconum pertinet.c.ad hæc.§.fi. de
offic.Archid.ubi Abb.declarat hoc ea ratione eſ-
ſe: quia Archidiaconus, curam parochiæ habet:&
Archipresbyter ſupplet uices vtriuſq;: Rurſus de-
clarat, vt inſtitutio authorizabilis, ad epiſcopum
tantum ſpectet.c.cum ſatis.eo tit. at inſtitutio quę
fit loco collationis,communis ſit utrique, & ſi ad-
ſit diſcordia, concludit obtinere inſtitutum ab
epiſcopo:licet inſtituto indigno, vel ſibi damno-
ſo, Archidiaconus appellari poſſe dicatur: Tradit
3 etiam Abb. ibi, apud quoſdam, † ut in Francia,
Archipresbyteros inſtitui, non ut in eccleſia, ſed
ut officiales,& miniſtrales epiſcopi,& Archidiaco
4 ni.† Inſtitutio uero Archipresbyterorum Vrbano
rum,ad ſolum epiſcopum pertinere videtur: ſicut
aliorum clericorum.c.perlectis.25.diſtin. & facit.
c.2.60.diſtin. & dicta ſupra in c. de epiſcop. §.4.
in prin.nume.3. & in rub. potentia epiſcopi in ſpi
ritualibus.nume.5.17.&.22.Ex prædictis propte-
5 rea recte inſertur, † Duo eſſe genera Arc ipresby
terorum, ſcilicet Vrbanorum,& Ruralium. c.offi-
cium. &. c.ut ſingulæ. de offic. Archipresby. ubi
Abb.& per Hoſtien.ubi ſupra.§.1. Atque Vrbanus
in eccleſia conſtituitur,quãdo præſul ibi defuerit:
6 † qui ideo, & quo ad quædam ſpiritualia, de qui-
bus inf. vicarius & ipſe epiſcopi appellatur, ut in
dict.c. officium.& ibi per Abb.in prin.& per Ho-
7 ſtienſ. ubi ſupra. §. quæ pertinent in prin.† Rura-
lis uero Archipresbyter, conſtituitur in qualibet
plebe:& quilibet plebanus eſt Archipresbyter, ut
not. Abb. in d.c. ut ſingulæ: qui ſubdit ut quæli-
bet plebania debeat habere ſub ſe, titulos parti-
culares,& præsbyteros:adeo quòd ab alijs nõ poſ-
ſunt recipere eccleſiaſtica ſacramenta,plebano in
conſulto: quodq́ue dicit argumentum eſſe, ut ca-
pellani in eccleſijs collegiatis inferioribus,omnes
debent recipere,& pœnitentiam a presbytero prę
lato, & non ab alijs capellanis, vel Canonicis:
quia illorum habere dicitur: idemq́ue inquit eſſe
de familiaribus omnibus, in eccleſijs ſeruientibus.
8 † Non poteſt tamen conſtitui, aut eſſe Archipres-
byter,qui non ſit præsbyter.c.2.3.&.4.60. diſtin.
& dictum eſt ſupra. c. 8. nume.4. aliter ordinatus
ſuſcepto honore priuatur. dict. c.4.ubi pariter ex-
primitur, ut is eligendus ſit Archipresbyter, &
Archidiaconus: qui ætate,prudentia, & merito ui-
tæ clareſcat: atqui quænam ætas ſufficiat, dictum
9 eſt ſupra. c. de Archid. nume. 6. † Dicitur autem
Archipręsbyter,ab archos,quod eſt princeps, hoc
eſt præsbyterorum princeps, ut a toto tit.de offic.
Archipreſ.arguit Hoſtien. in ſum. de offi. Archid.
§. & unde dicatur,& uidetur probari in d.c. perle-
ctis,ibi,Archipresbyter. Appellatur tamen Archi-
presbyter quandoque etiam a pluribus, Decanus.
c.ad hæc. de offic.Archid. ubi hoc concedit Abb.
& in. c. in hoc capite. 50. diſt.&.c.2.60.diſtinct.
cum gloſsis, & Hoſtienſ. ubi ſupra. §. 1. & Card.
Alexand. in cap. perlectis. ad gloſſ. colum. fi. in
fin. 25. diſtinct. Decamusq́ue dicitur, qui præeſt
decem clericis, ut per Archid. in dict. cap. in hoc
capite: ubi idem in eo, qui præeſt decem mi-
litibus.

Ea uero quæ ad officium Archipresbyteri per-
tineant, multa ſunt ab Hoſtien. in d. ſum. de of-
fic. Archipresbyr. §. quæ pertinent. collecta, in
nouem caſibus: qui Archipresbytero Vrbano
conueniunt: & cum ea quæ ad ruralis mini-

ſterium pertineant, ibi in fin. ponat: quæ & nos ſummatim tantum, omiſsis auctoritatibus, quæ ut plurimum ſumuntur ex titu. dę offic, Archipræsbyt. (breuitatis gratia) colligamus.

10 † Primo enim ſolicitudo Archipræsbyteri eſſe debet, ut in eccleſia aſsidue, hoc eſt horis competentibus, ſe habeat, & dę vita omnium præsbyterorum, prouidere dębeat. Sic inquit Cardin. in clem. dudum. §. ſi uero. de ſepult. curam eum habere, in ecclęſia cathedrali, per d. c. perlectis. 25. diſt. & c. officium. de offic. Archipr. Secundo, in abſentia epiſcopi, miſſam maiorem, in tertia dicet: & collectam, ideſt, miſſam matutinalem, ſeu ferialem. Tertio debet prouidere miniſterium ſacerdotum Cardinalium: id eſt eccleſiam regētium. Quarto, prouidere ne pręsbyteri aliquando ſegnes, ceſſent a miniſterio ſuo. Quinto, exceptis prohibitis, ſupplet Archipresbyter, vicem epiſcopi in omnibus: & infirmum reconciliat, conſulto epiſcopo: quando tamen crimen eſt publicum, dę quo vniuerſa ciuitas commoueatur, idem in publicę pœnitente: qui poteſt reconciliari, ex delegatione epiſcopi, non aliter, niſi morte imminente; quia tunc priuatim ipſum reconciliat, non publice. Sexto, pertinet ad Archipresbyterum, eccleſiaſticum officium, uice præſulis abſentis inchoare, Benedictiones presbyterales in eccleſia dare, & præſente epiſcopo, nullus benedicere debet, niſi is iuſſerit: Nam epiſcopo inferior nullus benedicit: ſed quando dicit, iube domine benedicere, reſpondet Chorus, Ora pro nobis, Pater: & tunc epiſcopus dat benedictionem. Septimo, debet prouidere, & pręuidere, ne infirmi ſine pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ſacramento, decedant: & ne deſit Euchariſtia in ſacrario: quod ſi culpa ſacerdotis hoc contigerit, ſanguis ouis amiſſæ, quantum in ſe eſt, requiritur, alias autem, niſi occaſione infirmorum, non debet reſeruari Euchariſtia in craſtinum. Octauo debet audire confeſsiones ciuitatenſium: & eorum qui foris ueniunt, ex præcepto epiſcopi: quod intelligas, ſi dę eadem diœceſi ſunt venientes, alias ſecus. Nono & ultimo, Archipresbyter, ad Baptizandum, & ſuccurrendum in omnibus, ſacerdotibus, debet eſſe paratus. His addere potes, ut is generaliter exerceat curam fori pœnitentialis, ut per Card. in clem. 1. quęſtio. 2. de præben. per glo. in c. cleros. 11. diſtin. His quæ ad miniſterium, & officium Archipræsbyteri Vrbani pertinent, po-
11 ſitis: ſubdit Hoſtien. ibi circa fin. † ad curam ruralis, ſiue de plebe pertinere: ut imperiti vulgi, (hoc eſt) ſimplicis plebis, de diœceſi, ſolicitudinem gerat, id eſt, curioſam affectionem, mature prouidendo, habeat: & præsbyterorum vitam, qui habitant per minores titulos, hoc eſt, eccleſias, extra ciuitatem poſitas, iugi circumſpectione, & continua uigilia, circumquaque habita, cuſtodiat: & ſi uitium, vel defectum inuenerit, epiſcopo renunciet: nec contendat epiſcopus, plebem, Archipresbytero non egere: Nam & ſi valde idoneus ſit epiſcopus, decet, ut ſua onera patiatur. Verum, nec debet Archipresbyter, contra decretum epiſcopi aliud attentare, alioquin deponetur. Subdit quoque inibi ante finem Hoſtien. ut Archipresbyter, prædicta poſsit delegare, & commitere: non tamen cauſas matrimoniales audire, quia ſint reſeruatæ epiſcopo, ut ſæpe etiam dictum eſt.

Poſt ea, quæ curam, & miniſterium Archipręſbyteri concernunt: ea quoque ſubiungere poſſumus, quæ ad eius potentiam, & dignitatem perti-
12 nere poſſunt. Et inprimis illud generale, † vt is iuriſdictionem habere dicatur: vt & de Archidiacono loquitur Specul. in tit. de Iuriſd. om. Iud. uerſi. alij Archidiaconi: pro quorum intelligentia, faciunt ea, quæ in hoc caſu dicta ſunt, in. c. de Archid. nume. 13. & ſeq. Verum hanc Iuriſdictionem, non contentioſam, ſed voluntariam, videtur innuere Hoſtien. in d. ſum. de offic. Archipręsb. §. quę pertinent. colum. fi. circ. med. Circa hanc materiam uidenda ſunt ea, quæ tradunt doct. in. c. cum contingat. de foro compet. & pręcipue Abb. ibi, nume. 28. cum pluribus ſeq. ubi
* colum. 11. docet, communem* eſſe doctrinam, ut iſti pręlati inferiores, de iure non habeant territorium, ſtricte; ita quod habeant iuriſdictionem in ibi delinquentes, uel contrahentes, & reſidentes: ſed habeāt territorium fori pœnitentialis. Vnde habent iuriſdictionem in foro pœnitentię, in omnes ibi habitantes, de collegio: & ſic etiam ſi habent parochiam diſtinctam, cum cura animarum, parochianorum ſuorum. Hoc autem territorium, & iuriſdictionem concedit Abb. modo quo ſupra, ſed non ut ſeparatum ab epiſcopo: ſed ut tales concurrant in executione cum epiſcopo, cui ſubſunt: & ſic ſit locus præocupationi: in concurſu tamen pręferatur epiſcopus. Ad propoſitum magiſtraliter ibi inde docet Abb. per. gloſſ. ſing. in. c. 1. 16. quęſtio. 1. & not. in. c. 1. de raptor.
13 † Territorium pœnitentiale, quem non ſortiri delinquentem, ſi ſit alterius fori: cum ſecus ſit in delinquente in territorio alieno, quo ad forum contentioſum. Rurſus Abb. ibi colum. 12. etiam
14 nos inſtruit, † ut tales prælati inferiores, & ſeculares, habeant iuriſdictionem in perſonas illorum, qui ipſos eligunt, ſcilicet in ipſos de collegio: in ciuilibus tantum, etiam in figura iudicij, argu. l. fi. C. de Iuriſd. om. iud. ſecus ſit in criminalibus, dict. l. fi. & c. de perſona. 11. quęſtio. 1. idem tenet Abb. in conſi. 25. in. 1. parte, quia epiſcopus ſit adeundus. Subdit tamen Ab. in dict. c. cum contingat, ſe putare tales pręlatos ſeculares inferiores, non poſſe cognitionaliter, ſed correctionaliter, pro negligentijs & culpis, modice punire, ex quo habent iuriſdictionem in perſonis illorum, argum. cap. ex literis & not. in. c. acceſsiſſent. de Conſtit. Infert inde Abb. ibi colum. decimotertia, dictos prælatos inferiores, ſeculares: item & Abbates, poſſe excommunicare illos de collegio, quia habent iuriſdictio-
nem

nem in cos. An autem poſsint tales prȩlati inſti-
tuere, uel deſtituere, ibidem quærit, & ponit
Abba. & column. 14. & etiam. 15. ponit, quo in
loco tribunal ſuum habere debeant: Inquiens ſi
non habent territorium, ſed iuriſdictionem in
perſonas, ut Abbates, Archidiaconi, Præpoſiti,
& ſimiles: & tunc ut arbitri poſſunt ubiq́ue cogno
ſcere, & diffinire. Si uero habent territorium, ali-
quo iure ſpeciali, tunc intra ſuum territorium co-
gnoſcent: nec alterius uiolare debent. reſpectu
vero Iuriſdictionis pœnitentialis, dic ut ibi per
eum. A prȩmiſsis tamen excipere ibi uidetur Abb.
15 column. 13. † ut Archipresbyteri rurales, in titu-
lis ſuis, in figura Iudicij cognoſcant: nec corri-
gendo priuare poſsint aliquem titulis ſuis, pro-
pter non reſidentiam, ſed omnia debent referre
epiſcopo: & pro clariori intelligentia, ponit ibi
Abb. column. fi. diſtinctas & claras concluſiones
in præmiſsis, quem uideas: cum quo tranſit Felin.
poſt aliquos alios, per eum, relatos, in cap. ex
16 parte decani, column. ſecunda, de reſcrip. † Pla-
ne dignitatem habere Archipresbyterum, non ui-
detur dubium, præſertim ſi Vrbanus ſit, ut per
Philip. Franc. in. c. 1. numero 6. de conſuetud.
& ante eum Cardin. Floren. in clem. 1. de præ-
ben. cum habeat iuriſdictionem, & præeminen-
tiam in loco, ut etiam eum ſequitur Card. Alexan.
in. c. præcepta. 55. diſtinct. & in c. perlectis. in
fin. 25. diſtinct. ubi plus ſubdit, hoc idem habe-
re locum, etiam in Archipresbytero rurali, ſecun-
dum opin. Cardin. Floren. ubi ſupra. Quamuis
Rota in deciſ. 447. vel. 451. incip. fuit dubitatũ,
in rurali, aliter uideatur ſentire. Sed magis placet
prima opinio, eo etiam argumento: quia omnis
ordo eccleſiaſticus, habet annexam dignitatem,
ut diximus ſupra hoc lib. c. 1. §. prima, q. 1. in
fi. Hocq́ue etiam coadiuuatur, quia rurales Ar-
chipresbyteri, vocari uidentur Vicarij Foranei,
ut per Cardin. Flor. in. c. ad hȩc, de offic. Archid.
17 † Ea quoque fulgere dignitate Archipresbyte-
rum dicamus, ut inter clariſsimos reponatur, ut
docet Specul. quem retulimus ſupra in cap. de
Archid. nume. 25. Eſt etiam maior ordine Archi-
presbyter, Archidiacono, licet adminiſtratione
18 minor, ut ſupra in prin. † Appellari quoque poſ-
ſe prȩlatus uidetur, ut ſupra in, c. de præpoſito.
numero, 8.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotalia veſtimenta, repræſentant bonam iuſtitiam, & bona opera.*
Presbyter & ſacerdos, idem ſunt.
Presbyteri, & epiſcopi, apud veteres, idẽ fuerunt.
Sacerdotis ordo, primus eſt in eccleſia.
Præsbyter Graec, Latine ſenior interpratatur: ex ſapientia, non ætate.
Sacerdotes alij maiores, alij minores: & quorum loco ſunt.

2 *Ordinem præsbyteralẽ confert epiſcopus, ſicut alios.*
Præsbyter curatus, per patronum epiſcopo prȩſentatur.
Epiſcopus plus habet in inſtitutione, quam patronus in præſentatione.
Parochiani, quòd poſſint præſcribere præſentationẽ ſui rectoris.
Cura animarum, non debet ſub annuo prætio cõduci.
Cura animarum poteſt exerceri per vicarium temporalem, vel perpetuum.
3 *Parochialis eccleſia tantum confertur, ſcientia, moribus, & ætate, idoneo: & ei qui acquiſierit ſacerdotium, intra annum: & excluditur laicus, & fæmina.*
4 *Parochiarum diuiſio fit, accedente conſenſu epiſcopi & quando inuenta.*
5 *Parochia dicitur quaſi petitio curæ: vel paroecia: quaſi vicinia.*
Parochia decem hominibus conficitur.
Parochia epiſcopi dicitur tota diœceſis.
6 *Curatum beneficium, quod dicatur.*
Cura animarum, non eſt maior cura, quæ exercetur in foro contentioſo.
Presbyter parochialis, dicitur iudex ordinarius animarum, parochianorum.
7 *Parochiani ad quid teneantur, & num. 8.*
8 *Presbyter parochialis, a quibus recipere non debet, oblationes.*
Sacramenta ſeptem deſcribuntur.
9 *Baptiſmus, ianua ſalutis appellatur: & ibi alij effectus.*
10 *Baptiſmus a ſacerdote confertur: & quando ab alijs, & quibus: & quo tempore: & 12. in eo obſeruanda, & alia.*
11 *Compater non poteſt eſſe infidelis, nec minor.*
12 *Sacerdotibus data eſt ſoluendi, & ligandi poteſtas: declara vt ibi.*
13 *Prȩsbyter parochialis, põt audire confitentes: & abſoluere, & excommunicare, exceptis prohibitis: cui eſt confitendum: niſi in caſibus.*
14 *Fratres prædicatores, Minores, Carmelitæ, & Heremitani, poſſunt libere audire confitentes, ex priuilegio.*
15 *Presbyter proprius, quis dicatur.*
16 *Presbyteri audientis confeſſionis officium, & contra non confitentes.*
17 *Presbyter nullo modo prodat confitentem, alias punitur.*
Papa non cogit reuelare confeſſionem.
18 *Euchariſtia, bona gratia interpratatur: quæ eſt diſtribuenda per rectorem parochialem: & qualiter.*
Sacerdos hæreticus, excommunicatus, & depoſitus, an verum Corpus Chriſti conficiat, & ſacramenta conferat.
19 *Euchariſtia ſemel in anno ſumenda, niſi ex cauſa: ibi quando, & qua ȩtate, & a quibus, licet criminoſis.*
20 *Vnctio extrema quid ſit: & quomodo ſe habeat ſacerdos in ea.*

21 *Præsbyteri parochialis officium, in ſacramento matrimonij, vel in proponendis edictis, vel in benedictione.*
22 *Prædicandi munus, ſpectat ad ſacerdotem parochialem, ſicut ad prælatum: ille ſpecialem licentiam, hic generalem concedit.*
Taciturnitas in prædicatore, peccatum eſt mortale.
Prædicatores, quales debeant eſſe: & quales libros habere.
Sacerdotis ignorantia, quomodo puniatur.
23 *Sacerdotes quales eſſe debent.*
24 *Sacerdos parochialis, an non inter clariſſimos: ſed infimos reponitur: & perſona egregia dicitur, & publica: quæ poteſt alteri ſtipulari.*

LIB. II. CAPVT. XII. DE PRAESBITERO PAROCHIALI.

PRęsbyter parochialis, uel curatus duodecimũ
& vltimum locũ occupabat: ſimili clericali ha
bitu, ſeu ſacerdotali depictus. † Sacerdotalia
vero indumenta repræſentare bonam iuſtitiam le
gitur in.c. ſi rector. ubi Card. Alexand. 43. diſtin.
Atqui de indumentis, quo ad eorum uſum in eccle
ſia, partim cum epiſcopo cõmunibus, diximus ſ.
in.c. de Epiſcop. in prin. nu. 10. Presbyter autẽ is
vocatur, & idem eſt quod ſacerdos: quia ſacra dat,
ſicut epiſcopus, non habet tñ pontificatus apicem:
unde chriſmate frontẽ non ſignat: ſed tñ verticem
tantum, qñ Baptizat. ut in lib. Baptiſ. nec paracle-
tum ſpiritum dat, qđ ſolum epiſcopis debetur: pro
pterea apud veteres, idem epiſcopi, & præsbyteri,
fuerunt: hiq; apud gentiles, Flamines dicebantur.
Huius primus, eſt ſacer ordo, in eccleſia, ut ſupra
ſe nullum habeat, ut ſcribitur in.c. Cleros. 21. diſt.
ubi & præsbyter Græce, latine ſenior, interpretaẽ:
non pp ætatem, ſed propter ſapientiam. c. ſi. 84. di
ſtin. licet inibi habeamus, canitiem eſſe gloriã viro
rum, & ſenũ. Sacerdotes ẽt, alij maiores dicti ſunt:
alij minores: Maiores quippe, ut duodecim Apo-
ſtoli, quorum loco hodie ſunt epiſcopi. c. in nouo.
ea diſt. Minores, ut. 72. diſcipuli, quorũ loco ſunt
præsbyteri. d. c. in nouo. & not. Cardin. Alex. in d.
21. diſt. c. 1. ubi de alijs maioribus, & minoribus
2 miniſtris eccleſiæ, loquitur. † Ordo deinceps iſte
pręsbyteralis, ab epiſcopo confertur, ut alij ordi-
nes, ut ſœpe diximus, præcipue ſuprá cap. 5. §. 4. in
prin. nu. 3. & in rub. de potentia epiſcopi in ſpiri-
tualibus. num. 5. 17. & 22. etiam cum cura, & paro
chia, ut ibi, quia inſtitutio ad epiſcopum pertinet,
ut & per Ab. in. c. de mul-a. in fi. de præben. & late
explicat Hugo, in tract. de offic. qua. prælat. in.
3. parte in rub. de curat. inſt. allegat. c. 1. de ca-
pel. monach. in. 6. qui præmittit, ut curatus perpe-
tuus, ſit ad curam animarum, auctoritate epiſco-
pi inſtituendus: quia inter ipſum & eccleſiam con-
trahitur quodam modo, matrimonium ſpirituale.
Si tamen adſit patronatus, debet curatus per patro
num, epiſcopo præſentari, ſm eum. c. ex frequenti
bus. de inſtit. Nec aliter debet adminiſtrare, niſi de
conſenſu diœceſani: Nam plus iuris habet epiſco-
pus, ut prælatus in collatione, ſeu inſtitutione: quã
patronus in præſentatione. c. dilectus. de offic. leg.
An autem parochiani poſsint præſcribere præſen-
tationem ſui rectoris, poſt multa communiorem
dicit Philip. Franc. in. c. quod alicui. de reg. iur. af-
firmando cum Io. And. Item ſm eundem Hug. nõ
debet ſub anuuo præcio ſtatui, aut conduci. c. quo
niam. 2. ne prælat. vic. ſuas. Poteſt tñ cura animarũ
exerceri, per vicarium perpetuum, vel temporalẽ,
ut per Card. in clem. 1. §. fi. de ſup. neg. prælat. &
per Abb. in. c. extirpandæ. §. qui uero. de præbend.
an uero delegetur, uide per Card. in clem. 1. q. 14.
de offic. uic. & in clem. 1. in prin. 23. q. de priuileg.
3 † Verum parochialis eccleſia tantum confertẽ eis,
qui præſtent ſcientia, moribus, & ætate: hoc eſt, q.
vigeſimumquintum annũ attigerit, alioquin colla-
tio non tenet. c. licet Canon. de electıon. in 6. ubi
Philip. Franc. faciunt dicta ſupra in. c. de archid. nu
me. 6. & non confertur, niſi eis qui ſacerdotium in
tra annum acquiſierint. c. ſtatutum. de elect. in. 6. &
per Alciat. in tract. de uer. ſignif. lib. 2. col. 84. alias
ea priuati ſunt ipſo iure, d. c. licet canon. & idẽ eſt
in non reſidentibus perſonaliter. d. §. quæro. c. ex-
tirpandæ. niſi ut ſ. Promotio tñ talis infra annum,
non habet locũ in eccleſijs collegiatis, quia rector
collegiatus eſt monendus a ſuperiore, ut infra an-
num promoueatur: quo non obſeruato, priuabitur
eccleſia d. c. ſtatutum. &. c. cum in cunctis. §. infe-
riora. de electıon. ubi Ab. num. 2. & Feder. ſen. con
ſi. 86. late, & tactũ eſt ſupra. c. de præpoſito. nu. 1.
Sic dicas curam animarum, non poſſe eſſe apud lai
cum, vel fœminam, ut per Card. in clem. 1. quæſt.
4 4. de Baptiſ. † Sic parochiarum diuiſio, non fit,
niſi accedente conſenſu epiſcopi. c. auaritiæ. ubi
Abb. & doct. de præben. & dignit. Diuiſio uero
hæc fuit inuenta, poſt aduentum Chriſti: Epiſco-
patuum uero, & prouinciarum ante, ut per Abb.
in rub. de parochi.
Et ad declarationem huius. c. ſcire debemus:
5 quod parochia dicĩ, quaſi partitio curæ: quia cui-
que curato, datur certa pars ciuitatis, ſeu pars ca-
ſtri, per eum curanda, in diuinis, ut per cap. 1. 13.
quæſtio. 1. docet Ab. in rub. de paroch. & in. c. de
multa. colum. fi. de præbend. ubi remiſsiue ponit
an per collationem ſolius baptiſmatis, dicatur ec-
cleſia curata, & quid ex præſtatione alterius ſacra-
menti tantum: Aliqui ſunt ſecundum Budæum,
qui parochias inde appellatas cenſeant, quibus
ſinguli ſacerdotes ſui, deſtinati ſunt, ab exhibi-
tione ſanctifici cruſtuli, ſacroſanctique panificij:
ipſe vero non parochias primum, ſed parœcias,
quaſi uicinias putat: quæ parum inter ſe diſcre-
pant, & uidentur conuenire hic dictis: & uide Ho
ſtienſ. in ſum. de paroch. §. 1. At parochiam, de-
cem homines conficere, atteſtatur Specul. in tit.
de not. crim. §. iam. de notorio. colum. 2. uerſi.
quidam, per. c. unio. 10. q. 3. Diœceſis tota tamen,
dicĩ parochia epiſcopi. c. bonæ. 12. q. 2. c. ad Apo
ſtolicæ.

ſtolicæ. de donat.cum ſim.Bal.io.l.ſi quis ad decli
nandã.§.in omnibus col.3.C.de epiſc.& cler.ideo
ſecundum Abb.in d.c.ad Apoſtolicæ.&.c.ſi.de ſe
pultur.quilibet de diœceſi,poteſt dici parochianus
epiſcopi, licet habeat alium presbyterum imme-
6 diatum. † Item ſcire debemus ſecundum Abb.ibi,
Beneficium dici curatũ, cum habeat curam anima
rum,ſiue in foro contentioſo,ſiue pœnitẽtiali,per
noi.per Innocen.& doct.in.c.dudum.2.de elect.
at ſecundũ glo.in cle.dudum.de ſepultur.tũc pro-
prie quis habet curam, quando aſtringitur ad ad-
miniſtranda eccleſiaſtica ſacramenta,& alij teoen
tur ad eum recurrere. Et ideo dicas ſecundũ Abb.
in d.c.cum contingat,de for.compet.col.12.num.
29. Curatum habere pœnitentiale territorium, &
non contentioſum,nec in ciuili, nec in criminali,
& nec eſſe in aliqua prælatione, ſtricto ſumpto uo
cabulo; ut & ſupra diximus in.c.de præpoſito.in
fi.& Ideo dicit Card.in cle.1. in prin.q.7.de præ-
bend. Curam animarum non eſſe maiorem,quam
cura quæ exerceretur in foro cõtentioſo. Quo cir
ca ſecundum Pet.Philip. Corn. conſ.168.num.4.
uol.2.pręsbyter parochialis dicitur ordinarius Iu-
dex animarum, ſuorum parochianorũ, uel ſaltem
dicitur ſimilis ordinario,cum habeat facultatem a
ſe ipſo, & nõ ab alio,nec aliquem repręſentat, ni-
7 ſi deum.c.ſi ſacerdos,de offic.ord. † Et propterea
parochiani, diebus feſtiuis, audire debent miſſam
in parochia.c.2.de paroch.Item percipere debent
ſacramenta,in eccleſia parochiali.ab eius presbyte
ro.Item in ea eccleſia,parochiani debent ſepeliri.
c.omnis.de pœnit.& remiſ. Item parochiani,pręſ-
ſtare debent decimas perſonales.c.quæſti.16.q.1.
Item & oblationes facere.ca. omnis Chriſtianus,
de conſecr.diſt.1.uerum ſponte, non coacte, niſi
ratione cenſus debiti,niſi ex obligatione teſtamen
taria,niſi ſacerdos indigeat,& olli hoc habeat con
ſuetudo & ideo oblationes,etiam ſi fiant:capellis,
ſeu altaribus fundatis infra parochiam, debentur
tamẽ parochiæ,ut hęc omnia colligit Abb.in rub.
de paroch.& alien. paroch. & de his iuribus paro-
chialibus,uide etiam glo.in cap. quia.in uer.paro-
chialibus.de pact.& Hoſtien.in d.ſum.de paroch.
& alien.paroch.§.in quibus, ubi late & ipſe loqui-
tur de oblationibus faciẽdis, ut ſupra:& inter alia
colligit,ut in diebus feſtiuis præcipuis, quis coga-
tur offerre: ut ibi etiam in ſi.ponit,per allegata iu-
8 ra, † a quibus non debeant recipi oblationes, in
odium criminis:ueluti ſi ſint diſsidentes,& diſcor-
dantes inuicem, ut non poſsint ad concordiã re-
uocari: Item ſi oblationes pauperũ auferant.Item
ſi ſit raptor obſtinatus inobediens: Item ſi ſit uſu-
rarius manifeſtus: Itẽ ſi ſit meretrix publica; Item
ſi quis immunitatem eccleſiæ uiolauerit, nec emen
dare uoluerit: Item ſi ſit hæreticus,uel receptator,
& propter hoc denunciatus excõmunicatus,quod
de quolibet excommunicato publico, exaudien-
dum eſt. Hic eſt ſubnotandum, ut parochiani de-
beant ſuſtentare clericũ, ſeu rectorem, ſi non ha-
bet unde ſe alat: ut per glo.in.cã.omnis Chriſtia-
nus. de conſect. diſt.1.& per Abb.in.ca.ex parte.
num.3.de teſt.& per Felin.in cap.ueniens,de teſt.
col.2.quod ſit communis opin.Verum quia hic te
tigimus de ſacramẽtis,a ſacerdote parochiali præ-
ſtandis: quæ ſeptem ſunt nouæ legis, uidelicet Ba
ptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia,
Extrema unctio, Ordo, & Matrimonium, quę ſe-
cundum dictam legem, ſuſcipientibus gratiã cau-
ſant, & conferunt: & quinque prima, ad ſpiritua-
lẽ uniuſcuiuſque hominis in ſe ipſo perfectionem;
duo ultima ad totius eccleſiæ regimen multiplica-
tionemq́ue ordinata ſunt, ut habetur in Conſt.
Eugenij Veneti, Concilij Florentini, Super unio-
ne Armenorum.§.quinto:& de his ſacramẽtis,ui-
de Nicol.plou.in tract.de ſacram.late diſſerẽtem:
Perſtringamus igitur primo, ex ordine de his quæ
in ſacramento Baptiſmi, pertinent ad ſacerdotem
curatum,ſiue Parochialem, aliqua tamẽ prius de-
9 libando magis ſignanda. Et illud in primis † ut Ba
ptiſmus, Ianua ſalutis appelletur.c.cum itaq́ue.in
fi.de conſecr.diſt.4.nam ſine eo, ſalus haberi non
poteſt.c. non poteſt. de conſecr. diſt.4.licet cum
hoc ſine alijs,habeatur, ut per Card. Alex. in cap.
præter.§.ad hoc. col.2. diſt.32. nam cum eo quis
renaſcitur ſpiritualiter, & membrum Chriſti effi-
citur.c.quia paſſus.cir.fin. de conſecr. diſt.2. &.c.
ad hoc, diſt.4.eo tit. Nec poſſunt alia ſacrata, ſine
eo dari.c.ſi quis per ignorantiam.1.q.1.nec eo ca-
rens, poteſt cum Chriſtiano contrahere.c.cãne.
28.q.1.per quodq́ue, originale, ueniale, & morta-
le peccatum remittitur. c.regenerãte. de conſecr.
diſt.4.& inquit Card. Alex. in.c.deinde.25. diſt.
hoc etiam tollere omne peccatum, omnem irregu
laritatem & infamiam, prouenientem ex delicto,
& quicquid eſt ſequela peccati, quo ad Deum, ut
& per Abb. in. cap. gaudemus. cum glo. de di-
10 uort. † Confertur itaque Baptiſmus, a ſacerdo-
te, ad propoſitum noſtrum.c. diacones.93.diſt.
& non ab alijs; niſi cauſa neceſsitatis, quia tunc
& laicis Chriſtianis hoc facere permiſſum eſt, ut
ibi in tex.& glo.per Abb.in. c.1.nu.3. de Baptiſ.
Sic a quocunque malo, & peruerſo homine recipi
tur: dum non peruerſe detur.c.Secundũ.19.diſt.
cum concord.Immo etiam a Iudæo, uel pagano.
c.Romanus,de conſecr.diſt.4.(qui tñ non poſſunt
eſſe compatres,ut infra per plouium allegandum)
& a ſciſmatico,& hæretico.c.dictum eſt.1.q.1.§.
quod uero.cum duobus.c.ſeq.de quibus & alijs,ui
de per Cardi.Alex.in d.c.præter.§.ad hoc.32.diſt.
Sic baptizari quis poteſt qualibet die.c.tenet. ubi
idem Card.in ſi.32.diſt. Quæ autem a Baptizante
ſint obſeruanda: duodecim cautelas ponit Nicol.
Plouius in d.tract.de Sacram.in.c.4.1.partis. Pri-
mam ne in priuatis domibus, ſed in eccleſia bapti
zet: niſi in filijs regum, uel principum: uel niſi in
caſu neceſsitatis, & ex cauſa, cle.1. de Baptiſ. Se-
cundam ne coacte baptizet: Tertiam ne baptizet
amentem, uel furioſum; ſed aliter dici: ſentire San.
Thomam. Quartam ne Iudæum, uel paganum
adultum, ſtatim Baptizet: & niſi prius de fide in-
ſtruatur,

ſtruatur.c.Iudæi.de cõſecr.diſt.4.adultum tamen in caſu neceſsitatis, baptizat, & quandocunque pucrum. Quintam, ſi plures baptizet, ſeorſum,& nominatim Baptizet: Sextam, ne uariet formam, per aliquam interpoſitionem magnam, diſcontinuando actum; Septimam, ne Baptizet,exiſtens in peccato mortali, quia peccat mortaliter, licet Baptiſmus teneat: Octauam, ut habeat circa Baptizandum, actualem intentionem Baptizandi: Nonam, ne Baptizet puerum, antequam naſcatur de matris utero, niſi pars principalis, puta caput prodeat, ſi prodeat manus, uel pes, in hoc poterit Baptizari ſub conditione: puer tamen talis naſcens mortuus ſepelitur in cimiterio. Decimam,ne matrem infirmam, uel moriẽtem ſed mortuam diuidat, in qua puer uiuit. Vndecimam, ne monſtrum,non dijudicatum, an unus homo, uel duo ſint, Baptizare feſtinet: nam diſcernere debet, an ſint plures,uel unus: & adde non eſſe Baptizandum monſtrum,non habens formam humanam,ut per Cardin.in cle.1.§.ad hoc.de ſum.trin. Duodecimam ponit Nicol.ne Chriſmate antiquo Baptizet, & ſubdit inter omnia, ut ſacerdos diligens ſit,ne puer decedat ſine Baptiſmo, reliqua in hac materia,uide ibi d.cap.4.per eum, & alibi per doct.præcipue Hoſtien.in ſum.de Batiſ. Potes tamen præmiſsis addere,ut caueat ſacerdos, ne Baptiſmum reiteret.c.oſtendimus.de conſecr.diſt.4. &.C.ne ſan. Baptiſ.iter. Item addas, ut ſacerdos non permittat accedere,ad ſuſcipiẽdum infantem, ẽt in cõfirmatione,niſi unũ patrinũ uel unã patrinã.c.nõ plures,de cõſecr.diſt.4.c.quis.de cognat. ſpir. lib.6.ubi Philip.Franc.qui ſubdit,ſi tamẽ plures accedant,cõtrahitur cognatio ſpiritualis, plus dicit non eſſe neceſſe, interuenire aliquem ſuſcipientem.Item ſubdit circa fin.epiſcopum poſſe diſpenſare, ut plures compatres interuenire poſsint: Conſuetudo tamen in diuerſis locis, diuerſimode obſeruatur in hoc, ut per Nicol.in d. tract.c.6.1. partis.num.1.& apud nos, de more multi interue-

11 nire poſſunt. † Non poteſt tamen talis Compater uel teſtis, eſſe infidelis.c.cum ita, cum glo.de conſecr.diſt.4. & per Nicol. d.c.4.1. partis: item nec minor decem octo annis,ut per Abb.in. c.debitũ. de baptiſ.Item adde,ut aqua baptiſmi, ſit ſimplex, & ſantificata, ut per Nicol.d.tract.c.1. prim.partis nu.5.ubi late diſſerit, qualis debeat eſſe aqua, cum non aliter Baptiſmus fieri debeat, ut ſunt uerba Io.c.3.& de conſecr.diſt.4.cap.filius Dei: niſi quis renatus fuerit, ex aqua,& ſpiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei, & per Abb.in.ca.1. de baptiſ.num.5. Hic autem Baptiſmus fluminis, ſumpſit uirtutem, ex paſsione Chriſti. c. proprie. ea diſt.Immerſioque capitis tantum ſi fiat,ſufficit, ut per glo.in d.c.proprie.in uer.trium millium, & Hoſtien.in ſum.de baptiſ.§.quę ſit forma.col.1.trinaque immerſio fit,uel una tantum,ſecundum diuerſas cõſuetudines.c.de trina.de conſecr. diſt.4. & per Abb.d.c.1.nu.4. Atque omnino proferenda ſunt illa uerba formalia per Sacerdotem, Ego te Baptizo, In nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti, amen.ut d. c.1.de Baptiſ.ubi Abb.& idem in. c.non ut.eo.tit.qui repetit,ut in Baptiſmo interuenire debeant dicta uerba: & elementum aquæ; & unum ſine altero non ſufficiat.

Poſt Baptiſmi Sacramentum, Confirmationis ſubſequitur,uerum cum ad Pontificem, ſeu epiſcopi Dignitatem pertineat collatio, ut per Nicol. plu.in tract.de ſacram.c.1.ſecun. partis, num.4.& dictum eſt ſupra in cap.5.de epiſcop. §.4. in rub. poten.epiſ.in ſpir.nume.5.&.10.hic non eſt quid quæramus.

Inde, cum tali præsbytero tributa ſit Facultas, audiendi,& terminandi confeſsiones,& pœnitentias parochianorũ ſuorũ, pręterquã in prohibitis: qđ quotidianum eſt,& utile,ideo aliqua huius gſa colligamus, alibi & partim collecta, præcipue ab Hoſtien.in ſum. de pœnit.& remiſ.§. cui confitendum:& ſecundum eum ibi col.1. dicas in primis.

12 † Sacerdotibus datum eſſe a mediatore Dei,& hominum, qui ipſos eccleſiæ præpoſuit, ſoluendi,& ligandi poteſtatem.c.multiplex.de pœnit. diſt. 1. & ſic Sacerdos iudex ordinarius, uoluntarius eſt. c.uerbum.ea.diſt.at hæc in ſimplici ſacerdote,qui non habet curam, procedunt,ubi adſit neceſsitas: non ubi nulla adſit neceſsitas: unde religioſi,uel recluſi, non habent poteſtatem abſoluendi, uel ligandi, nec baptizandi, neque prędicandi,nec alia quæ ad curam animarum pertinent,exercendi:niſi fuerint electi a populo,uel ab epiſcopo,cum conſenſu Abbatis, uel ſuperioris ſui,inſtituti.c.alia,& c.peruenit.16.q.1.& declarat Hoſtien.ibi,colu.2. qui ſubdit,ut ſi is qui confitetur, habeat licentiam iudicis ſui, quòd tali poſsit ſpecialiter confiteri: uel habeat licentiam in genere, quòd cuicunq; uoluerit, poſsit confiteri: uel ſimpliciter, ut alij poſsit confiteri indefinire, tunc & confitens,& audiens, ſecure facit, arg.c.ne pro dilatione.de pœnit. & remiſ. Propius tamen ad caſum noſtrum.

13 † Sacerdos parochialis, ex quo ſibi cura animarum commiſſa eſt, ab aliquo epiſcopo,ſine alia licentia ſpeciali, habet poteſtatem audiendi confeſsiones parochianorum ſuorum, excommunicandi,& abſoluendi, etiam extra territorium parochiæ ſuæ: exceptis prohibitis. ca.dudum.2. de elect.cum concord.& per Hoſtien.ibi col.1.caſus autem prohibiti,& epiſcopo reſeruati, poſiti ſunt ſupra in.c.de epiſcop.§.4.in rub.potentia epiſcopi in ſpiritualibus. nu.3.&.4. Non uidetur tamen conceſſa excommunicatio, niſi ex cõſuetudine uigente,Curato: ut per Abb.in.c.ſi ſacerdos, de offic.ordin. ſed Philip.Franc.tenet contrarium in.c. 1.§.ſi quis,de ſenten.excom.Io.autem Lig. tenet in tract.de cenſur.eccleſ.§.22.nu.1.poſſe excommunicare indiſtincte,ea excommunicatione procedente, a poteſtate Clauium, fori pœnitentialis, non contentioſi: ad Hæc uide Hoſtien.in ſum. de ſenten.excom.§.quis poſsit.colu.6.uerſi. Hi uero qui curam. Qua de re,ut ubi ſupra,per Hoſtien. ſacerdos talis, debet ſcire canones pœnitentiales.c.

nullum

nullum. cum eõcor,38.diſt.& ideo quilibet paro-
chianus,debet proprio ſacerdoti confiteri,qui cu-
ram habet eius,& non alij.c.omnis,de pœnit.& re
miſ.quia non poſſet eum abſoluere cap.in primis.
cum ſim.2.q.1.& per Hoſtien. ibidem,qui limitat
in caſibus; Primo quando proprius ſacerdos indi-
ſcretus eſt,c.placuit. de pœnit. diſt. 6.& hoc cum
licentia eius; de quo per Abb.in d,c.omnis,num,
17.& num.11. cum glo, Cõfirmat hanc limit.ſci-
licet, ſi imperitus eſt ſacerdos: at de licentia, cre-
dendum eſſe parochiano,tradit glo.in.c.1.in uer,
non habita,de priuileg, & exceſ.priuileg. quam ſi
noluerit dare curatus, recurrẽdi eſſe ad ſuperiorẽ,
inquit Hoſtienſ.in d.ſum.in.§.qualis debet.col.1.
Secundo,fallit,quando alienus parochianus tran-
ſtulit domicilium,ſed tamẽ uidetur proprius.Ter-
tio,cum quis uagabundus exiſtit. Quarto,cũ quis
querit domicilium,quo ſe conferat, propriũ relin
quens,iter faciendo,uel nauigando.Quinto,ratio
ne delicti,infra propriam parochiam,ab extraneo
parochiano commiſsi. Sexto,ratione ſtudij. Septi
mo,tempore neceſsitatis,quia eo caſu tanta eſt uis
confeſsionis,ut deficiẽte ſacerdote, quilibet alius,
etiam laicus,& mulier,poteſt audire confitentem.
c.quem pœnitet.diſt.1.cum concord. & per Abb.
in d.c. omnis,de penit. & remiſ. Declarat tamen
Hoſtienſ.ibi col.2.quo ad laicum,& mulierem, ut
procedat confeſsio, quo ad oſtendendum fidem
ſacramenti; quia confitens ſaluatur, ſi moriatur:
non tamen uera eſt abſolutio, quam nullus poteſt
facere,niſi ſacerdos. Octauo limitat,ſi quis ponat
ſpem ſuam in ſacerdotem proprium,ut ratum ha
beat. Subiungit inde ibi Hoſtien.ut in quocunque
caſu,ſi quis alienum Parochianum, ſine licentia
proprij ſacerdotis audierit,iniũgat ei,ut quam ci-
to poterit, ſe corã proprio ſacerdote repræſentet,
& quod actum eſt,ſignificet:arg.c.decreto.de ſen
ten.excom.cum concord. Præmiſsis declaratio-
nibus addas etiam Abb.in d. c. omnis num.11.de
pœnit.& remiſ.docẽtem, ut ſi ſubeſt alia legitima
cauſa,ut quia eſt odium inter cõfitentem,& pro-
prium ſacerdotẽ,uel inter eum,& parentes presby
teri,uel quia proprius presbyter fuit particeps de-
licti,ut poſsit ab eo abſtinere,ſi uult: qui & ibi nu.
14 15.tradit,† ut Fratres prędicatores,Minores,Car-
melitę,& Heremitani,poſsint libere audire confi-
tentes,& ita communiter practicari,quia ſunt ſpe-
cifice priuilegiati,cle. dudum.§.ſtatuimus.de ſe-
pult.ſecus tamẽ ſit in alijs religioſis,quia hi, etiam
ex generali licentia data a ſacerdote peccatori,ut
poſsit ſibi eligere confeſſorem,non cenſeatur de-
rogatum d.cap.omnis, quominus ſaltem ſemel in
anno,teneatur confiteri proprio ſacerdoti,ex quo
ſibi habet exhibere Euchareſtiam,& ut ualeat exer
cere diſpoſitionem.d. cap.omnis, ut arcendo ab
ingreſſu eccleſiæ, non confitentem. Indiſtincte
tamen hodie credo obſeruari, apud multos, ut
confeſsio libera ſit, apud quemlibet ſacerdo-
15 tem, uel religioſum. † At quis proprius ſacer-
dos dicatur, magiſtraliter ibi oſtendit Abb. in
12.ut præsbyter parochialis.Item epiſcopus.Item
legatus in prouincia, & eius pœnitentiarius. Item
Vicarius generalis epiſcopi: unde ut ipſe inquit,
ad quemlibet iſtorum, non petita alterius licentia
poteſt quis recurrere, per gl.in.c.2.de pœnit.& re
miſ.in.6.& de offic.leg.c.2.eo lib.Multa alia,quæ
ad materiã confeſsionis pertineant,uide per Abb.
in d.c.omnis, de penit.& remiſ.& Latius per Ho-
ſtien.in d.ſum.de penit.& remiſ.præcipue in d.§.
16 cui confitendum. † Ex quibus non omittas reſu-
mere, ut ſacerdos inſpicere debeat qualitatẽ con-
fitentis, & prout expediens fuerit, eum Inſtruat:
admoneatque, ne peccatum, aut circumſtantias
celet, Interroget(licet aliqui aliter ſentiãt)& pru-
denter,inquirat:ut ſciat quale conſilium,& reme-
dium,debeat adhibere.Interrogationes autem fie
ri debent,circa perſonas,circa peccata, circa cir-
cumſtantias perſonarum,& peccatorum,quæ om-
nia ſigillatim,& abunde explicantur,per Hoſtien.
in d.ſum.§.qualiter ſacerdos. &.§. quę interroga-
tiones, ommittimus nos ea, breuitati conſulẽdo.
At ſi quis parochianus, peccator publicus, nolit
cõfiteri,neq; ullo modo pœnitere, præmiſſa trina
monitione,debet eum excommunicare, uel ſupe-
riori denunciare,ut inquit ibi Hoſtien.in d.§.qua-
17 liter ſacerdos.col.fi. † Porro ſacerdos cauere de-
bet,ne uerbo,aut ſigno,aut alio quouis modo,ali-
quatenus prodat peccatorem, aut peccatum reue-
let,alioquin non ſolum a Sacerdotali officio de-
ponendus eſt,uerum etiam in arctũ monaſterium,
ad agendam perpetuam pęnitentiam,eſt detruden
dus,d.c.omnis,in fi.ubi Abb.nu.8. & quandoque
in arctum carcerem, ut inibi per Abb. & per Ber-
nard.Diaz.in practic.canon.crim.in uer. peccato
res: & receptum vř ut ẽt Papa non poſsit, cogere
ſacerdotem,ad reuelandam confeſsionem, ut per
Felin.in.ca.1.de except. & per Abb.in.c.dilectus.
de exceſ. prælat. quia dicitur in hoc uicarius Dei
ſpecialis,& ſcit ut Deus,non ut homo, ſecundum
eum:& uide addita ad Abb.ibi, qui in d.c.omnis
nu.24.querit, an teneatur ſacerdos reuelare, ſi ti-
meatur ſcandalum;& concludit quod ſic,in crimi-
na committendo,non commiſſo:Sed de hac reue-
latione dic plene per Franc.Rip.in tract.de peſte.
in rub.de remed.ad curandam peſtem. Verſic.ſed
quia,num.99.& ſeq.& latiſsime de confitente,ſa-
cerdote,& confeſsione, uide pulchre ab eo colle-
cta d.uerſic.ſed quia,per totum.

Poſtquam autem Rector parochialis in ſacra-
mento confeſsionis,& pœnitentiæ, functus eſt of-
ficio ſuo,cum parochianis,ſibi ſubditis, ad Eucha
18 riſtiæ inde ſacrificium, † quod Bona Gratia, in-
terpræatur:confugere ſolet: illud eis ſolenniter
ſubminiſtrando: Nam eius cura,& ſolicitudo eſt,
Euchariſtiam diſtribuere. c.diacones. c. peruenit.
&.c.præſente. 93. diſt. ab eoque conſecratur, uti
ſacerdote,non ab alio. c. eccle.95.diſt.Sed an ſa-
cerdos hæreticus, excommunicatus, & depoſitus,
uerum Corpus Chriſti conficiat, & ſacramenta
conferat, uide per glo.in.c.1.9.q.1.cõcludentem

quud

quod ſic,in duobus primis caſibus: & uide per Bertachin.in tractat. de epiſcop.lib.4.in ult.parte, & doct.in d.c.1. At ieiunum conficere, & aſſumere Euchariſtiam debere, cautum eſt: niſi aliud ſuadeat neceſsitas.c.liquido.de conſecrat.diſt.2.&.c. ſi quis de corpore.26.q.6.& de hoc ſacramẽto uide multa per Nicol. plouei. in tract.de ſacram.in. 3.parte: præcipue.c.4. Quæ cautelæ per Sacerdotem, in hoc ſint ſeruandæ:Eamque ipſe rector ſemper paratam habere debet,propter infirmitates.c.
19 presbyter de conſecr.diſt.1.† Et ſemel ſaltẽ in anno, in Paſcate,uel die Iouis, uel in die reſurrectionis,quilibet tale Euchareſtiæ ſacramentum ſuſcipere tenetur:niſi ipſe aliqua rationabili cauſa, aliter conſuluerit ad tempus abſtinendum: alioquin Parochianus, & uiuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana carere debet ſepultura. d.c.omnis.de pœnit.& remiſ. ubi Abb. col.2.&.3, Conſtitutum tamẽ erat alias, ter in anno, ſi non frequentius, homines communicarent: uidelicet in Paſcha,& Penthecoſte,& Natali Domini.c.& ſi non frequentius.de conſecr.diſt.2.quod & multi, ad diuina promptiores,hodie obſeruant. At tempus diſcretionis, hoc eſt:quando quis eſt doli capax.ante, uel poſt, ſaltem ſeptẽnium, conſideratur in confeſsione,& pęnitentia,ſecundũ tex. & Abb. in d.c.omnis. Quo ad Euchariſtiam autem obſeruari tradit, ut puberibus tantum exhibeatur:& rectius,propter reuerentiam tanti ſacramenti. Pœnitentibus etiam, licet quoque manifeſtis exceſsibus:uidelicet homicidio, incendio, uiolenta manuum iniectione in perſonas Eccleſiaſticas,eccleſiarum uiolatione, uel inceſtu, excommunicatis a Euchariſtia,ſeu uiaticum in morte, non eſt denegandum.c. pœnitentes.50.diſt.c.fi.ubi Abb.de ſepult. qui hoc cum tex. etiam ampliat procedere, quamuis prius non fiat ſatisfactio, cum ſufficiat recipere cautionem, in mortis articulo: idemque putat ſi ſatisfactio exigat longum tractatum. Sic Euchariſtia etiam danda eſt infirmo, etiam non ieiuno, continente neceſsitate: ſicque non confeſſo, ſi per ipſum non ſtetit, quin confiteretur. cap. his qui.26. quæſt. 6. Regulariter tamen dicit per tex. in cap. 1. de uerb. ſignif. pro manifeſta offenſa excommunicatum, non debere abſolui: niſi prius ſatisfaciat. Sic habetur in.c.pro dilectione.diſt.2. de pęnit.non eſſe Euchariſtiam dandam illis, qui enormiter publice deliquerunt. Sic nec raptoribus rerum eccleſię.c.indigne. 12.q. 2.Sic nec exhibetur, pollutione nocturna pollutis, ex præcedenti crapula, & cogitatione immunda.c.teſtamentum.6.diſt.Econuerſo pariter ab hæretico non eſt danda, neque aſſumenda Euchariſtia: namque melius eſt mori.c.pen.& fi.24.q.1.

20 Extrema inde unctio ſuccedit,† quæ ſecundum Scotum, ut refert, idem Nicol. Plouei. in d. tract. in.5.parte.c.1.diffinitur,ut ſit infirmi hominis,unctio facta in partibus determinatis, corporis: cum oleo conſecrato, ab epiſcopo: miniſtrata a Sacerdote, certa uerba, cum intentione debita proferente ex inſtitutione diuina,efficaciter ſignificans curationem uenialium. Ex quibus cõſtat, ad pręſbiterum,tale inungendi munus pertinere: quod in præfat.ibi probari etiam tradit Nicol. Iacobi.c.5. per illa uerba. Infirmatur quis ex uobis, Inducat præsbyteros eccleſiæ, ut orent ſuper eum, ungentes eum oleo,in nomine domini,& oratio fidei ſaluabit infirmum: Quæ recepta ſunt in.ca.1.de Sac. unct. ubi habetur de multiplici unctione: probatur etiam in.c.quęſiuit,de uer.ſign.ubi exprimitur, ut hoc ſolus etiam ſacerdos peragere poſsit. Sed glo. ibidem hoc exponit, imminente neceſsitate: aliter tamen quam glo. & Hoſtien. ſentit ibidem Abb. Practicam quomodo ſe habere debeat ſacerdos, in huius ſacramenti collatione, & reliqua in eius materia,ponit ibi Nicol. præcipue quibus ſit danda,& quibus partibus corporis: & aliqua uide per Hoſtien.in ſum.de Sac.unct.

Ordinis inde ſacramentum,ſexto loco:& Septimo Matrimonij ſubſequitur. Verum cum pariter collatio ordinum, epiſcopo conueniat, ut retulimus ſupra in hoc.c.num.2. Ideo de eo ſufficiat remiſsio curioſis, ad dicta & collecta per Nicol. in d.tract. in.6. parte: uel alibi per doct. Sic quo ad matrimonij ſacramentũ, pauca pertinent ad præſbiterum parochialem: potes tamen uidere etiam
21 multa per Nicol.ibi in. 7. parte. † Illa autem quæ ad præsbyterum parochialem ſpectant, hęc ſunt inter alia, ut ſcilicet proponat edicta in eccleſia, termino competenti ſtatuto, ut qui uoluerit allegare legitimum Impedimentum, in matrimonio contrahendo, illud opponat: & nihilominus ipſe Presbyter per ſe inueſtiget,utrum aliquod Impedimentum obſtet: quod ſi obſtabit rationabiliter,interdicat matrimonium,donec probatio fiat: at ſi is ſacerdos contempſerit prohibere, modo quo ſupra: uel intereſſe præſumpſerit, per triennium ab officio ſuſpenditur: In matrimonio autem contrahendo, debet interuenire ipſe pręsbyter, uel ſaltem de eius ſcientia debet contrahi.c. aliter.30.q.5.& hę: etiam declarat Abb.per illum tex.in. c.fi. de cland. deſponſ. col.2.qui ibi num. 9. ſubdit in multis locis non ſeruari memoratam denũciationem,ſed ſufficere quod matrimonium contrahatur in facie eccleſiæ, ſcilicet cum multitudine fidelium,ſecundum morem Patrię:quo caſu quis non dicatur clandeſtine contrahere: & de pœna presbyteri,& aliorum, uide etiam Bernard. Diaz.in practic.canon. crim. in uerſic. clandeſtinis. Ad Sacerdotem quoque pertinet benedictio nuptiarum:uel matrimonij;nec admittitur,ut eam faciat inferior clericus. d.30. q.5.c.aliter. c.fi.ubi Card. Alex.23. diſt. ubi exprimitur eadem nocte, pro reuerẽtia benedictionis, uel biduo,uel triduo, eſſe in uirginitate permanendum: quod tamen ſecundum glo.d.c.fi.conſilium eſt,non præceptum: ſed Cardin. oſtendit inobedientem peccare, ſaltem uenialiter,licet non mortaliter: ſubditque, ut eadem ratione uir,& uxor,continere debeant, die qua recipiunt corpus Chriſti. Non debet tamen

Presbyter

Preſbyter ſecundas benedicere nuptias, ſiue uir,
ſiue mulier, alias receperit benedictionem, quia
ea communis eſt, & ideo non debet iterari. cap.
de bis.31.q.1.&.cap. uir autẽ.de ſecund.nup. ubi
Abb.ſi aliter ſacerdos obſeruauerit, arbitrio Iudi-
* cis erit puniendus, ſecundum cõmuniorem * opi-
nionem, ut per Bernard. Diaz. in practic. canon.
crim.in uer.nuptias ſecundas. At hic recte,& ab-
ſolute dicamus,ut officium ſacerdotis ſit, benedi-
cere, Dei benedictionis effectum tribuere. ca.di-
22 ctum eſt.1.q.1. † Item ad ſacerdotem habentem
curam animarum, ſicut ad prælatum, munus præ-
dicandi ſpectat, & de Iure communi, prædicare
eſt officium curatorum,non aliorum,ut per Felin.
cum allegatis in.c.excommunicamus,nu.4.de hæ-
retic.qui ibidem tradit, ut ſic licentiam dare poſ-
ſit prædicãdi in ſua parochia, cum generalem det
ſolus epiſcopus: pconis.n.officiũ ſuſcipit,quiſquis
ad ſacerdotium accedit,ut ante aduentum iudicis,
qui terribiliter ſequitur, ipſe declamãdo graditur,
atque ſe ita prudenter habere debet, ne tacenda
proferat, aut proferenda reticeat.c.ſi rector.43.
diſt.ex quo obſeruat Card. Alex. taciturnitatem,
uel in prælato, uel curato, tempore debito quo
prædicare tenetur,eſſe peccatũ mortale.2.q.1.c.ſi
peccauerit,declarando: niſi talis taciturnitas ſit di
ſcreta, quia tunc eſt uirtus.Item not.ibi idẽ Card.
Prædicatores inſtructos eſſe debere,ut in doctrina
ſua, debeant auctoritatibus dicta ſua fundare,
poſt auctoritates ipſas, Latius explanare. Nam
in Sacerdote neque ſimplicitas, neque aliud, ex-
cuſat ignorantiam. glo. in. c.1.36. diſt. per ca. ſi
in laicis. 38.diſt.quæ autem ſcientia requiratur in
eo, uel epiſcopo, uel alijs prælatis,diximus ſupra
hoc lib.c.1.§.2.q.4.num.11. Et his annexum eſt,
ut dicamus ſacerdotem,libros neceſſarios habere
debere, ad regimen Eccleſiæ: aliter ſacerdos non
appellatur,ſicut nec doctor.c.quæ,ubi Card.Alex.
38.diſt.& qui libri illi ſunt,ut ibi, ſcilicet Sacra-
mentorum,uel Miſſale, Lectionarium, Antipho-
narium, Baptiſterium, Computum, Canones pœ-
nitentiales,Pſalteriũ, Homeliç,per circulum anni,in
Dominicis diebus, & ſingulis feſtiuitatibus aptę;
nec horũ unus. debet abeſſe ac inquit Bal.in rub.
de ſum.trin. pręlatos Eccleſiarum, ſcire debere ar-
ticulos fidei,explicare explicite non ſolum impli-
cite,cũ laicis ſufficiat credere implicite, quicquid
Rom. Eccleſia credit. Et deponitur Sacerdos ex
craſſa,& ſupina ignorantia,ut per Abb.in.c.ſi.nu.
3.de celeb.miſ.ſed Bernard.in practic. can. crim.
in uer.illiterati,arbitrariam pœnam tradit:& con-
ueniens uideri ait, ut ab ordinibus ſacerdos ſu-
ſpendatur, donec ſufficientiam ordini requiſitam
habuerit. Multa etiam alia ſunt, quæ ſacerdos ob-
ſeruare dẽt, & ab illis cauere,ut faciũt dicta de epi
23 ſcopo, præſertim co.c.§.2. &. §.3. † Et illud hic
non omittendum eſt, ut continentiam obſeruet,
neque habere poſſit uxorem:ut d.§.3.nu.12.licet
olim Sacerdotes habere poſſent,& contrahere, ſe-
cundum glo.in.c.cum in præterito.84.diſt.& ſo-
brius eſſe dẽt.35.diſt.c.uinolentũ: & diſcretus, &
doctus.37.diſt.per totum.&.38.in pluribus: & in
ueſtibus, & geſtu,maturus.c.clericus.41.diſt.& te
netur orare pro ſubditis, ratione oblationum.1.
q.1.c.ſacerdotes,& generaliter debet eſſe in offi-
cio ſuo cautus.c.1.14. q.6. & corpore & mente
mundus: cum diuino officio & ſacrificio debeat
eſſe intentus.1.q.1.c.neceſſe. &.c. in grauibus, &
duobus ſeq.3.q.7.Sacerdotalis uero ſplẽdor, non
parum conſideratur, ut faciunt dicta ſupra hoc
lib.c.1.q.1.ubi diximus ſacerdotes appellari Deos,
Angelos, Reges,& ſalem terræ, & mundi lumina,
omnium Patres, & Magiſtros, & habere dignita-
tem,& eſſe egregias perſonas,& præcedere docto-
rem: Quibus adde,ut huius Miniſterio, & non al-
terius,corpus Chriſti conſecretur.c. ecce ego.95.
24 diſt. † non tamen ſacerdos Parochialis,inter cla-
riſsimos haberi poſſe uidetur,licet ſit rector alicu-
ius eccleſiæ, nam inter infimos reponitur, ut per
Specul.in tit.de iuriſd.om.Iud.col.3.uerſic.alij re
ctores,per.c.nemo.cum concord.2.q.1.quod ui-
detur conſentiendum,ex quo dictum eſt,hũc non
habere iuriſdictionem contentioſam, ſed uolunta
riã; & faciunt dicta Abb.in.c.ſi ſacerdos.col.2.de
offic.ord.& ideo perſonæ egregiæ tantũ dici poſ-
ſe uidentur, ut ſupra: & faciunt quæ ſcripſimus in
tract.de duello,& Pace concl.77. Sed his obſtant
dicta ſupra lib.1.c.1.§.1.in uer.Gladium.q.2.nu.
27.& 32.dum affirmauimus: Doctorem, ſeu ad-
uocatum,clariſsimum,atque hoc lib.2.c.1.q.1.Sa
cerdotem ei præferendum diximus, ergo & ipſe
præsbyter clariſsimus dici poſſe uidetur. Cogita.
Atque adde ut dicatur perſona publica,& ſic ſacer
dotium ius publicum: & ſi quis lędit ſacerdotem,
poteſt tanquam de crimine publico, accuſari a
quolibet: & Pro iniuria eius cõpetit actio et reip.
quæ non tollitur licet iniuriatus de ea paciſcatur.
Sic poteſt ſacerdos alteri ſtipulari, in his quæ per-
tinent ad officium ſuum: ut hæc omnia cumula-
uit Card. Alex.in.c.ius publicum.2. diſt.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii.

Omnes ſunt Terniones.

VENETIIS,

M. D. LXXV.

494027